SACRORUM CONCILIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

Et noviſſime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM PATRE MANSI,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MSS Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR

TOMUS QUARTUS.

Ab anno CCCCX. ad annum CCCCXXXI.



FLORENTIÆ

MDCCLX.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis M D CCCC LI

SYLLABUS

EORUM, QUÆ IN TOMO IV.

CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt noſtræ editioni noviter acceſſere.

ANNO CHRISTI.			ANNO CHRISTI.		
411	*PTOLEMAIDENSE IN LYBIA.* Pag. 1.			Præcipua capita hæreſis Pelagianæ.	314.
	Eadem Synodus ex Baluzio.	*ibid.*		Eadem Synodus Dioſpolitana ex Baluzio.	315.
	GESTA COLLATIONIS CARTHAGINENSIS Catholicos inter & Donatiſtas.	7.	416	*CARTHAGINENSE CONTRA PELAGIANOS II.*	321.
	Præfatio Papyrii Maſſoni.	*ibid.*		Synodalis Epiſtola ad Innocentium Papam.	*ibid.*
	Altera Præfatio Stephani Baluzii.	9.		Reſcriptum ejus ad concilium.	324.
	S. Auguſtini Sermones duo habiti inſtante collatione.	11. 15.		*MILEVITANUM II.*	325.
	Marcelli Memoriale, cum Præfatione ad Severianum, & Julianum.	18.		1. Præfatio.	326.
	Geſta primæ cognitionis.	51.		2. Canones.	*ibid.*
	Geſta ſecundæ cognitionis.	167.		3. Synodica ad Innocentium Papam.	334.
	Geſta tertiæ cognitionis.	181.		4. Epiſtola familiaris quinque Epiſcoporum ad eumdem.	337.
	Supplementum tertiæ cognitionis ex libro tertio Breviculi collationis Donatiſtarum S. Auguſtini.	245.		5. Notæ Binii.	344.
	Nomina Epiſcoporum utriuſque communionis, qui collationi interfuere.	265. *& ſeq.*		6. Variantes lectiones Frontonis Ducæi.	346.
	Sermo S. Auguſtini poſt collationem.	275.	417	VITA ZOSIMI PAPÆ.	*ibid.*
	Honorii Imperat. conſtitutiones adverſus Donatiſtas datæ poſt collationem.	283.		*Epiſtola tredecim Zoſimi.*	347.
	BRACARENSE CONCILIUM I.	287.	☞	*Vetus excerptum epiſtolæ ejuſdem ad Heſycium e mſ. Cod. Luc.*	349.
	Obſervatio P. Pagi.	289.		*Notæ Sirmondi in ſex Epiſtolas Zoſimi.*	360. 362.
412	*CARTHAGINENSE CONTRA PELAGIANOS.*	ibid.		*Decretum Zoſimi Papæ ex Gratiano.*	369.
	Marii Mercatoris commonitorium.	291.		*De Zoſimi Papæ Tractoria.*	370.
	CIRTENSE CONCILIUM.	299.		*THUSDRITANUM CONCILIUM.*	372.
	Ejuſdem epiſtola Synodalis.	*ibid.*		*SYNODUS ROMANA IN CAUSA CÆLESTII.*	ibid.
414	Conciliabulum Donatiſtarum.	305.		*CONCILIUM CARTHAGINENSE CONTRA PELAGIANOS.*	373.
	Macedonicum Concilium.	*ibid.*		*ROMANA SYNODUS II. IN CAUSA PELAGII SUB ZOSIMO.*	375.
415	*HIEROSOLIMITANUS CONVENTUS.*	307.	418	*CONCILIUM AFRICANUM SUB ZOSIMO.*	377.
	DIOSPOLITANUM CONCILIUM.	311.		*TELEPTENSE.*	379.
				Canones ejuſdem Concilii ex Baluzio.	*ibid.*
			☞	*Iidem canones ex vetuſto codice Lucenſi.*	380.

ANNO CHRISTI

Nota Manſi in hos Canones. 381.
Obſervatio Pagi. ibid.
Paulini Diaconi libellus Zoſimo Papæ oblatus. ibid.
Judicium Cæſareæ ab Auguſtino habitum. 385.
VITA BONIFACII PAPÆ PRIMI 387.
Epiſtola Presbyterorum ad Honorium Imperatorem pro Bonifacio. 390.
Epiſtolæ tres Bonifacii Papæ primi. 391. 395.
Notæ Jacobi Sirmondi in ſecundam, & tertiam. 395 396.
Reſcriptum Honorii Aug. ad Bonifacium. 393.
Epiſtola alia Bonifacii ad Juſtum Doroberneſem 397.
Decreta VI. Bonifacii Papæ primi. 397. 399.
419 *RAVENNATENSE CONCILIUM.* ibid.
CARTHAGINENSE CONCILIUM V. alias VI. 401.
1. Capitula decem. *ibid.*
2. Epiſtola Concilii ad Bonifacium Papam. 408.
3. Capitula Nicæni Concilii per Teilonem, & Thariſium de Græco in Latinum converſa. *ibid.*
Notæ Binii ad idem concilium. 415.
Obſervatio P. Pagi 418.
Idem Concilium a P. Manſi ex mſ. Codice integrius vulgatum. 415.
CONCILIUM CORINTHIUM IN CAUSA PERIGENIS. 435.
CONCILIUM CARTHAGINENSE VI. alias VII. ibid.
Canones Africani in diverſis conciliis editi, quorum incerti ſunt anni. 439.
1. Canones Concilii Suſetulenſis. *ibid.*
2 Concilii Macrianenſis. *ibid.*
3. Conc. Septimunicenſis. *ibid.*
4. Conc. Thenitani. 440.
5. Conc. Marazanenſis, ſeu Maradianenſis. *ibid.*
6. Conc. Hipponi Regienſis. 441.
420 *CONCILIUM Ctesiphontis in Perſide.* ibid.
CONCILIUM CARTHAGINENSE XIX. SUB AURELIO CIRCA HÆC TEMPORA HABITUM. 443.
Edictum Impp. Honorii, & Theodoſii adverſus Pelagianos. 444.
Imperialis Epiſtola ad Aurelium

ANNO CHRISTI

epiſcopum Carthaginenſem 446.
Epiſtola Aurelii ad Epiſcopos. 447.
Decretum Imp. Conſtantii de pellendo ex Urbe Pelagio. 448.
Exemplar edicti a Voluſiano Urbis Præfecto propoſiti. ibid.
421 *CONCILIUM CARTHAGINENSE SUB AURELIO, ORDINE XVIII.* ibid.
Ejuſdem Capitula X. 449.
Ballerinorum notæ. 451.
Epiſtola Bonifacii ad legatos ſuos ad Africanam Synodum directos ex mſ. Cod. *ibid.*
Jo. Dom. Manſi adnotatio. 452.
VITA S. CÆLESTINI PAPÆ PRIMI. 453.
423 *Epiſtolæ XIV. Cæleſtini Papæ primi.* 454.
Notæ in aliquas Sirmondi, & Binii. 456. &c.
Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de Gratia Dei, & libero arbitrio. 458.
Notæ Sirmondi, & Binii. 462.
Excerpta, ſeu veteres tituli, Epiſtolæ Cæleſtini ad Viennenſes Epiſcopos. 467.
Excerptum aliud e Cod. mſ. Epiſtolæ Cæleſtini ad epiſcopos Apuliæ, & Calabriæ. 470.
Jo. Dom. Manſi admonitio de ordine quarundam epiſtolarum Cæleſtini Papæ. ibid.
Decreta IV. Cæleſtini Papæ primi. 471.
Ejuſdem Decretum aliud. 473.
Adnotatio P. Manſi in eamdem. 474.
CONCILIUM CILICIÆ. ibid.
SYNODUS NUMIDIÆ. ibid.
424 *SYNODUS ANTIOCHENA CONTRA PELAGIANOS.* 475.
Ad idem Concilium additio. *ibid.*
CONCILIUM AFRICANUM TEMPORE BONIFACII PRIMI ET CÆLESTINI PRIMI HABITUM. 477.
Poſt Canones ſequuntur.
1. Epiſtola Concilii ad Bonifacium Papam. 511.
2. Epiſtolæ Cyrilli Alexandrini, & Attici Conſtantinopolitani ad Concilium. 513.
3. Epiſtola Concilii ad Cæleſtinum. 515.
Additio ad hoc Concilium. 517.
426 *CONCILIUM CARTHAGINENSE*, ibid.
Epiſtola Epiſcoporum Africæ cum Libello ad epiſcopos Galliæ miſſa 518.

Ejuſ-

ANNO CHRISTI.

Ejuſdem Leporii libellus, cum Notis Sirmondi, & Labbei. 519.
Valentiniani III. Conſtitutio, cum Notis Sirmondi. 529.
☞ *STATUTA COMPLUTENSIA cum Præmonitione P. Manſi.* 531.
CONVENTUS HIPPONENSIS. 537.
427 *CONCILIUM HIPPONENSE.* 539.
CONCILIUM IN ORIENTE CONTRA MASSILIANOS. 541.
Idem ex Baluzio. *ibid.*
428 *CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.* 543.
429 *CONCILIUM INCERTI LOCI IN GALLIIS.* ibid.
☞ *CONCILIUM TRICASSINUM*, idem cum præcedenti. 545.
430 *ROMANUM CONTRA NESTORIUM.* ibid.
Idem ex Baluzio. 547.
ALEXANDRINUM IN CAUSA NESTORII. 551.
☞ *CONCILIUM IN COENOBIO ARCÆ IN PERSIDE.* 553.
ROMANUM. 555.
431 *Epiſtola Vitalis, & Conſtantii Spanorum ad Capreolum Epiſc. Carthaginenſem, cum reſcripto ejuſdem.* 557.
EPHESINUM CONCILIUM GENERALE III. 567.
Hiſtoria Concilii. *ibid.*
Collectio eorum, quæ Concilium Epheſinum antecеſſerunt G. L.
1. Homilia Procli. 578.
2. Epiſtola S. Cyrilli ad Monachos Ægypti. 587.
3. Ejuſdem de recta in Jeſum fide liber Theodoſio Imp. porrectus. 618.
4. Ejuſdem ad Reginas liber. 679.
5. Ejuſdem ad Reginas Oratio de recta fide. 803.
6. Ejuſdem Epiſtola ad Neſtorium, 883.
7. Neſtorii ad eumdem. 886.
8. Cyrilli ad Neſtorium. 887.
9. Neſtorii ad Cyrillum. 891.
10. Cyrilli ad accuſatores ſuos. 899
11. Ejuſdem ad quemdam Neſtorianum. *ibid.*
12. Ejuſdem ad Clericos Conſtantinopolitanos. 1003.
13. Conteſtatio Clericorum CP. contra Neſtorium. 1007.
14. Cyrilli epiſtola ad Cæleſtinum Papam. 1011.
15. Cæleſtini Epiſtola ad Cyrillum. 1018.
16. 17. Neſtorii Epiſtolæ duæ ad Cæleſtinum latine tantum. 1021.
18. Cæleſtini ad Neſtorium. 1026.
19. Ejuſdem ad Clerum & Populum CP. 1035.
20. Ejuſdem ad Joannem Antiochenum. 1047.
21. Cyrilli ad Joannem Antiochenum. 1050.
22. Ejuſdem ad Acacium Berrœenſem. 1054.
23. Acacii ad eumdem. 1055.
24. Cyrilli ad Juvenalem epiſc. Hieroſolymorum. 1058.
25. Joannis Antiocheni ad Neſtorium. 1062.
26. Cyrilli, ac Synodi Alexandrinæ ad Neſtorium cum anathematiſmis XII. 1067
Eadem epiſtola lat. interprete Dionyſio Exiguo cum præfatione ejuſdem ad Petrum epiſcopum. 1086.
27. Cyrilli, ac Synodi ad Clerum, populumque CP. 1094.
28. Eorumdem ad Monachos CP. 1098.
29. Neſtorii anathematiſmi Cyrillianis oppoſiti latine. 1099.
30. Baſilii Diaconi, reliquorumque Monachorum ad Theodoſium ſupplicatio. 1102
31. Sacra Theodoſii ad Cyrillum. 1110.
32. Sacra altera ad Cyrillum, & Metropolitanos. 1111.
33. 34. Cyrilli ad Alexandrinos duæ. 1115. 1117.
35. Sacra ad Synodum. 1118.
36. Epiſtola Joannis Antiocheni ad Cyrillum. 1122.
Collectio eorum, quæ in Concilio Epheſino acta ſunt G. L.
Actio I. 1123. *cui inſerta ſunt quæ ſequuntur.*
1. Teſtimonia veterum Patrum contra Neſtorium. 1183.
2. Capreoli Epiſcopi epiſtola. 1207
3. Sententia depoſitionis Neſtorii. 1211.
4. Epiſtola Synodi ad Clericos CP. 1227.
5. Epiſtola Cyrilli ad quoſdam de Clero CP. *ibid.*
6. Neſtorii, & aſſeclarum relatio de actis Synodi ad Imperatores. 1231.
7. Synodi ad Imperatores relatio. 1235.
8. Ejuſdem epiſtola ad Clerum, & Populum CP. 1241.
9. Cyrilli duæ ad Alexandrinos. *ib.*
10. Ejuſdem ad Patres Monachorum. 1243.
11. Homilia Rhegini, Conſtantiæ Cypri epiſcopi. 1246.
12. 13.

ANNO CHRISTI.

12.13. Cyrilli homiliæ duæ. 1247. 1252.
Epistola Dalmatii ad Synodum Ephesinam. 1258.
Synodi ad Dalmatium. *ibid.*
Acta Conciliabuli Ephesini. 1259.
Ejusdem sententia. 1267.
Litera excommunicationem significantes sanctæ Synodo. 1269.
Litera Conciliabuli ad Imperatorem. 1271.
Ad Clerum CP. 1273.
Ad Senatum CP. ibid.
Ad Populum CP. 1275.
Relatio ad Reginas. 1278.
Actio II. continens ea, quæ gesta sunt coram Romanæ Ecclesiæ Legatis. 1279.
1. Cælestini Papæ Epistola ad Synodum. 1283.
2. Ejusdem ad Theodosium lat. 1291.
3. Ejusdem ad Cyrillum lat. 1292.
Actio III. *cui inserta sunt quæ sequuntur.* 1292.
1. Relatio ad Imperatores de Episcopis, & Legatis, qui Roma venerant. 1301.
2. Epistola Synodi ad Clerum, & Populum CP. 1303.
Actio IV. 1306.
Libellus Cyrilli, & Memnonis ad Synodum. 1306.
Actio V. 1318. *cui inserta sunt quæ sequuntur.*
1. Relatio Synodi ad Impp. 1326.
2. Altera ad Cælestinum P. 1330.
3. Cyrilli homilia in Joannem Antiochenum. 1338.
Actio VI. 1342. *cui inserta sunt quæ sequuntur.*
1. Nicænæ Fidei expositio. 1342.
2. Libellus Charisii, ejusque confessio Fidei. 1345.
3. Exp. Symboli depravati. 1347.
4. Subscriptiones eorum, qui decepti fuerant. 1351.
5. Synodi Decretum de Fide. 1362
6. Subscriptiones. 1363.
7. Cyrilli homilia. 1367.
Acta Conciliabuli Ephesini. 1371.
Relatio ad Imperatorem. ibid.
De Schismaticis. 1375.
Litera Imperiales. 1378.
Joannis Antiocheni relatio ad Imperatorem. 1379.
Ejusdem, & suorum epistola duæ. 1383.
Relationes duæ ad Imper. 1386. 1390.
Epistola Irenæi comitis ad Orient. 1391
Sacra Missa per Joannem comitem sacrarum. 1395.
Epistola ejusdem Joannis ad Imperatores latine. 1397.

ANNO CHRISTI.

Mandatum episcopis missis CP. contra orthodoxos. 1399.
Tres Schismaticorum petitiones ad Impp. lat. 1401.
Eorumdem ad suos in Epheso epistola lat. 1406.
Epistola Theodoreti ad Alexandrum Hierapolitanum latine. 1407.
Pars homiliæ Theodoreti ad schismaticos lat. 1408.
Joannis Antiocheni homilia lat. 1410.
Schismaticorum Epistola lat. 1411.
Epist. Orientalium ad Rufum Ep. ibid.
Orientalium epistola ad suos lat. 1417.
Relatio eorumd. ad Augustos lat. 1419.
Epistola Legatorum ad suos Ephesum lat. 1420.
Hucusque Conciliabulum. Reliqua

Actionis VI.

8. Epistola Synodi ad Impp. 1421
9. Rescriptum Episcoporum CP. inventorum ad commonitorium sanctæ Synodi. 1427.
10. Apologia Dalmatii. 1430.
11. Epistola cleri CP. ad Synodum. 1431.
12. Relatio Synodi ad Impp. 1434.
13. Epistola Cyrilli ad Clerum, & Populum CP. 1435.
14. Epistola Memnonis ad Clerum CP. 1437.
15. Relatio Synodi ad Impp. 1442.
16. Synodica ad Clerum CP. 1443.
17. Commonitorium ad eumdem lat. 1447.
18. Cyrilli epistola ad Theotemptum. *ibid.*
19. Episcoporum CP. repertorum ad Synodum. 1450.
20. Synodi ad eosdem rescriptum. *ibid.*
21. Cleri CP. pro Synodo Ephesina obtestatio. 1454.
22. Mandatum Synodi ad legatos missos Constantinopolim. 1458.
23. Relatio missa ad Impp. 1459.
24. Alypii epist. ad Cyrillum. 1463
25. Literæ Imperatoriæ ad Synodum Ephesinam. 1465.
Actio VII. ibid.
Actis inserta sunt quæ sequuntur.
1. Suggestiones Episc. Cypri lat. *ib.*
2. Decretum Synodi. 1470.
3. Ejusdem Canones sex. *ibid.*
4. Epistola Synodi ad Synodum in Pamphylia. 1475.
5. Definitio Synodi contra Massalianistas lat. 1477.
6. Supplex libellus Euprepii, & Cyrilli Episcopi Cœlensis Synodo oblatus. 1478.
7. Canonum Concilii Ephesini paraphrasis Arabica. 1479.

CON-



CONCILIORUM OMNIUM,

AMPLISSIMA COLLECTIO.

ANNO CHRISTI 411.

SYNODUS PTOLEMAIDENSIS IN LIBYA,

Auctore Synesio Ptolemaides Episcopo congregata,

SUB INNOCENTIO PAPA I.

Locus, tempus & causa concilii.

SYnodus.) Anno salutis 411. Innocentii decimo, Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est synodus Ptolemaide in Pentapoli Ægypti. Causa habiti ibidem concilii hæc intercessit. Andronicus provinciæ præfectus multa crudelia in in subditos, atque irreligiosa & impia adversus ecclesiam perpetrarat, quibus in synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia diræ excommunicationis pœna mulctatur Baron. ann. 411. num. 53.

A OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Miror Binium tam levi brachio ista omnia perstrinxisse: neque vel obiter indicasse Synesii ipsius epistolas sive 57. καταίρασιν seu verius declamationem qua fuse invehitur in Andronicum provinciæ pestem atque exitium; sive 58. in qua quibusnam pœnis de concilii sententia in hujus Andronici furorem sit animadversum, ὅτι τὸ συνέδριον μετῆλθε τὴν Ἀνδρονίκου μανίαν, ad episcopos encyclicis veluti literis in regiones omnes dimissis fuse explicatur. Baronius sententiam illam excommunicationis integram refert, & subinde nonnulla decerpit ex epistolis 72. de pœnitentia Andronici, & 89. qua Theophilo Alexandrino patriarcha idem injuriam passus commendatur. Tu vero lector, si quid cultius politiusve desideras, consule Petavianam operum Synesii editionem anni 1633. & indicatos fontes adito cum ejusdem viri undequaque eruditissimi subjunctis notis.

EADEM SYNODUS PTOLEMAIDENSIS,

Ex Nova Baluzii Collectione.

SYnodum hoc anno fuisse coactam apud civitatem Libyæ Ptolemaidem, in qua damnatus sit Andronicus Pentapolitanæ Provinciæ Præfectus, dubium non est inter studiosos historiæ ecclesiasticæ. Sed ambigi merito potest an synodus illa fuerit provincialis, an vero unius tantum Episcopi cum suo presbyterio, id est, Synesii, qui tum Ecclesiam regebat constitutam apud Ptolemaidem. Baronius, quem alii postea secuti sunt, Episcoporum conventum fuisse putavit, adeo ut titulum quoque epistolæ LVIII. *Synesii, quæ vulgo inscribitur* Ad Episcopos, *sic mutaverit & auxerit*: Concilium ad Episcopos. *Sane conventus in quo sententia lata est in Andronicum vocatur* συνέδριον *in epistola* LVII. *ejusdem Synesii. Verum istud non solvit difficultatem. Accipi enim potest hæc vox & de conventu Episcoporum & de conventu Presbyterorum cum proprio Episcopo. Petavius tamen in Notis ad hanc epistolam cuncta refert ad congregationem Episcoporum, de quorum sententia a fidelium communione rejectum esse Andronicum scribit. Contra totus sententiæ textus videtur esse solius Synesii scribentis nomine suo & Ecclesiæ suæ. Quod etiam colligi certo posse videtur ex epistola* LXXII. *ad Episcopos data, in qua sic legitur.* Andronicus, qui Ecclesiam fefellit, veram illam experiatur. Haud nuper admodum in Deum deliquit, contumeliosus in homines fuit. Quas ob

ob res noſtram illi Eccleſiam intercludentes, literas ad fraternitatem veſtram dictavimus, quibus noſtram de illo ſententiam ſignificabamus. Harum miſſionem antevertit, ſupplicem ſe eſſe fingens &c. *Ceterum, ſive ea ſynodus fuerit provincialis, ſive particularis tantum ac diœceſana, merito rejerenda eſt in collectionem Conciliorum; valdeque probo clariſſimi viri Philippi Labbei reprehenſionem Binium redarguentis quod nimis levi brachio ſynodum iſtam perſtrinxerit, neque vel obiter indicaverit ſententiam a ſynodo latam in Andronicum. His ita præfatis, ad rem ipſam veniendum eſt.*

Andronicus Beronicenſis, Pentapoli in Libya editus, patriæ præfecturam cum pecunia redemiſſet, multa ſcelerate & impie in Deum atque in homines molitus eſt una cum Thoante quodam, quem ex commentarienſi fecerat coactorem militaris auri quod Tironicum vocant; dictus ob hoc a Syne-

Ad Epiſcopos.

Synef. epiſt. 58.

ANdronicum Beronicenſem, infelici Pentapolis fato editum, & educatum, & adultum, quique patriæ præfecturam pecunia redemit, nemo aut exiſtimet aut appellet Chriſtianum; ſed tanquam a Deo execratus, cum univerſa ſua familia ab omni ſit ejectus Eccleſia: non quia Pentapolis extrema plaga fuit, poſt terræ motum, poſt locuſtam, poſt peſtilentiam, poſt incendium, poſt bellum, illorum omnium reliquias diligenter perſequens, horrenda ad carnificinam inſtrumentorum genera ac formas primus in provinciam inferens, utinam dicere liceat, & his ſolus utens, digitale, pedum diſtortorium, prælum & naſipreſſorium, & auribus ac labris diſtrahendis forcipes: quorum qui experimentum ac ſpectaculum morte prævenerunt, quique ante bello ſublati ſunt, ab iis qui male liberati fuerant felices appellati ſunt. Sed quoniam primus apud nos & ſolus factis verbiſque Chriſto maledixit, factis quidem, ex quo edicta ſua ad Eccleſiæ valvas affixit, quibus contra leges a ſe vexatis aditum ac ſupplicationem ad ſacrum altare, tanquam aſylum, intercludebat. Dei vero ſacerdotibus ea minabatur quæ vel Phalaris Agrigentinus, vel Cephren Ægyptius, vel Sennacherib Babylonius timuiſſet, is qui Hieroſolymam nuncios miſit, qui Deo & Ezechiæ convicia dicerent. Illum dico diem alteram Deo crucem attuliſſe. Nam ad Chriſti contumeliam infamis iſte libellus e ſacris foribus pendebat. Et hæc ſol vidit, & homines legerunt, non Tiberio Claudio remp. adminiſtrante, a quo Pilatus ad Judæorum præfecturam miſſus eſt, ſed pia Theodoſii ſtirpe Romanorum ſceptra moderante, a qua furtim Andronicus ſibi præfecturam exambiit, eadem qua Pilatus mente prædi-
tus. Riſui prætereuntibus erant infidelibus illæ tabulæ, quemadmodum Judæis quæ ad crucem Chriſti adſcripta legebantur. Quamquam ipſa crucis inſcriptio, ut non religioſo ab animo profecta, at verbis ipſis perhonorifica fuit, quibus Rex Chriſtus prædicabatur; hic autem lingua cum animo congruebat. Quæ vero deinceps acciderunt, longe iis quæ affixa ſunt acerbiora fuerunt. Cum enim nonnihil adverſus inimicum occaſionis nactus eſſet, (inimicitiæ autem inde inter

ſe Martinus dæmon, execrandus homo, & animum & linguam conſceleratam gerens, calamitatum inſatiabilis, patriæ reliquias infeſtans. Nam toto foro exaudiebantur virorum gemitus, mulierum ululatus, puerorum planctus. Patria denique ſpeciem capta urbis affinxit: cujus pulcherrimam partem eximens, ſupplicii locum appellari fecit; ac regiam porticum, ubi olim jus dicebatur, in carnificinam convertit. Uno verbo, multa horrenda perpetravit quæ a Synefio enarrantur in epiſtola mox edenda. Cum hæc ita fierent, ſit omnium illico concurſus ad Epiſcopum. Is vero cum pro munere ſuo admoneret Andronicum ut ceſſaret affligere plebem Dei, perſuadere non potuit; cum increparet, irritavit. Coacto igitur presbyterio in B *Deum ac Thoantem ſocioſque eorum, Julium videlicet & Zenatem, ſententiam excommunicationis protulit, quam ad omnes ubique Epiſcopos miſit. Ea ſic habet.*

Synef. epiſt. 57. 59.

Πρὸς τοὺς ἐπισκόπους.

ΑΝδρόνικον τὸν Βερονικίδα, τὸν κακῇ Πενταπόλεως μοίρᾳ καὶ φυέντα, καὶ θραφέντα, καὶ αὐξηθέντα, καὶ ἀρχὴν τῆς συγχύσεως αὐτῶν ὠνησάμενον, μήτε ἡγείσθω τις, μήτε καλείσθω Χριστιανόν· ἀλλ' ὡς ἀληθεύειν ὢν τῷ θεῷ, πάσης ἐκκλησίας ἀπελήλαθω πανέστως. ὃ διότι γέγονε Πενταπόλεως ἐχάτη πληγή, μετὰ σεισμὸν, μετὰ ἀκρίδα, μετὰ λιμὸν, μετὰ πῦρ, μετὰ πόλεμον, ἐπεξελθὼν ἀπεριβῶς τοῖς ἐκείνων ἐγκατελείμμασιν, ἅπερ κολασηρὰ γρ. λοιμόν. γρ. πόλιν.
C ἐκείνων ὀργάνων γλῶν καὶ χήματα φρικτὰ εἰς τὴν χώραν εἰσενεγκών· εἶτα δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ μόνος χρησάμενος· δακτυλήθραν, καὶ ποδοστράβιον, καὶ πιεστήριον, καὶ ῥινολαβίδα, καὶ ὠτάγραν, καὶ χειλοστρόφιον. ὧν οἱ * προλαβόντες τὴν πεῖραν τε, καὶ τὴν θέαν, καὶ τῷ γρ. μὴ λαβόντες. πολέμῳ προαποθόμενοι, παρὰ τὴν κακὼς πεισωθέντων ἐμακαρίσθησαν. ἀλλ' ὅτι φρικτὸς παρ' ἡμῖν καὶ μόνος ἔργῳ καὶ λόγῳ τὸν Χριστὸν ἐβλασφήμησεν· ἔργῳ μὲν, ἀφ' ὧ τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας προσεπιπαττόμενος ἑαυτῷ δόγματα· τοῖς μὲν ὑπ' αὐτὸν παρανομουμένοις, τῆς ἀσύλου ἑστίας ἀποκλείων τὴν ἱκετείαν· ἀνιερεύτους δὲ τοῖς ἱερεῦσι τὸ θεῖον ταῦτα, ἃ κὰν Φάλαρις ὁ Ἀκραγαντῖνος, κὰν Κεφρὴν ὁ Αἰγύπτιος, κὰν Σεναχηρεὶμ ὁ Βαβυλώνιος ὤκνησεν, ὁ πέμψας εἰ Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἀγγελίους Ἐζεκίᾳ καὶ τῷ θεῷ. ἐκείνῃ ἐγὼ τὴν ἡμέραν σέβομαι φημὶ τὸν δεύτερον σταυρὸν τοῦ θεοῦ. ἐπὶ γὰρ ὑβρισμῷ τοῦ Χριστοῦ τὸ λοίδορον ἐκεῖνο βιβλίον ἀπὸ τῆς ἱερᾶς θύρας ἐκρέματο. καὶ ταῦτα ἐπεὶ δὲν ἦλιος, καὶ ἀνέγνωσαν ἄνθρωποι· ὁ Τιβέριος Κλαυδίου τῆς πολιτείας ἐπιτροπεύοντος, ἀφ' ὃ Πιλάτος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίων ἡγεμονίαν ἐσάλη· ἀλλὰ τῆς εὐσεβοῦς Θεοδοσίου γλυκείας τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων ἐχούσης, ἀφ' ἧς ἔλαθεν Ἀνδρόνικος ἑαυτῷ μηνοειδέσας ἀρχὴν ὑπὸ τῷ Πιλάτου φρονήματι. γέλως οὖν τοῖς * παεῖσι τὴν ἐπιτροδόγρ. παρόντι. ξαν τὰ γράμματα, καθάπερ Ἰουδαίοις τὰ παραγεγραμμένα τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ. καί τι τὸ ἐπίγραμμα τὸ σταυροῦ, γεγονὸς ἀπὸ γνώμης ἀκράτους εὐσεβοῦς σεμνὸν οὖν ἐπὶ λίθους, δι' ὧ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς ἐκηρύττετο. ἐνταῦθα δὲ ἡ γλῶττα τῇ γνώμῃ συμβαίνει. τὰ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα τῇ φρικὶ ἐσηλιτηριάσθαι βαρύτερα. ἐπειδὴ γάρ τινα κατ' ἐχθρᾶ φρόφασιν ἐρησάμενος· ἐχθρα δὲ οὖν αὐτοῖς, ὅτι γάμους ὁ μὲν ἐσπούδαζεν, ὁ δὲ ἐκώλυεν· ἐκείνους αὐτὸν τοῖς

ἀπο-

ἀποξοπαίοις κολασηρίοις ἠπείγετο, ἃ μὴ παραδοθείη τῇ ὀργῇ τοῦ χρόνου· μετ' αὐτοῦ δὲ ὥσπερ ἤρξατο, παύσαιτο· καὶ γένοιτο τοῖς μετ' ἡμᾶς ἀκοὴ ταῦτα τῆς ἡγεμονίας Ἀνδρονίκου σωθήματα. ἐπειδὴ δὲ ἀνὴρ ἐγχωρίου, οὐκ ἀδίκων, ἀλλ' ἀτυχῶν ἐπ' αὐτοῖς κατετείνετο, καὶ ταῦτα τὸ τῆς μεσημβρίας ἐδρᾶτο σαθερώτατον, ἵν' ὑπὸ μόνοις μάρτυσι τοῖς δημίοις ἀπόλοιτο. καὶ τλιὺ ἐκκλησίαν ἐγὼ γινομένην αὐτῷ συμπαθῆ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ μαθόντες ἄνδρες, ὡς ἐχόμεν, ἐξεδραμόμεθ', ἐφ' ᾧ παρακαθίζῆσαι, καὶ συνδιενέγκῃ τλιὺ συμφορὰν· λυττᾷ πρὸς τλιὺ ἀκολιὼ, εἴ τις ἐπίσκοπος ὢν ἐλεῆσαι τετόλμηκεν ἄνθρωπον ἀσηχθημένον αὐτῷ. καὶ πολλὰ καὶ παράνομα νεανιδσάμενος τῷ θρασυτάτῳ τῶν ὑπηρετῶν Θόαντος αὐτὸν ἐρεθίζοντος, ᾧ χρῆται πρὸς τὰς δημοσίας συμφορὰς ὀργάνῳ, πέρας ἐπέθηκε τῇ μανίᾳ τλιὺ ἀθεωτάτην φωνλιὼ εἰπών, ὅτι μάτην ἐπὶ τλιὺ ἐκκλησίαν ἤλπισε, καὶ οὐδεὶς ἂν ἐξαιρεθείη τῆς Ἀνδρονίκου χειρὸς, οὐδ' ἂν εἴ τις τὰ πόδα κρατήσει αὐτᾶ τῷ Χριστῷ ταύτην ἀπαιδεύτῳ γνώμῃ καὶ γλώττῃ τολμήσαντι τὴν φωνὴν, μεθ' ἣν οὐκέτι νουθετητέος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὥσπερ μέλος ἀνιάτως ἔχον ἀποκοπτέος ἡμῶν, ἵνα μὴ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τὸ ὑγιαῖνον συμφθείρηται. ὁ γὰρ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται, καὶ ὁ θίγων ἀναγῶς, ἀπολαύει τοῦ προσροπῆς. δεῖ δὲ εἶναι καὶ γνώμῃ καὶ σώματι καθαρὸς τῷ θεῷ. ἐπὶ τούτοις, ἡ Πτολεμαΐδος ἐκκλησία, πιδὲ πρὸς τοὺς ἀπανταχοῦ γῆς ἑαυτῆς ἀδελφὰς δέλτους πέμπει.

A eos ortæ fuerant quod nuptias hic affectabat, ille prohibebat) iis illum furialibus suppliciis torquere instituit, quæ minime posteritatis memoriæ prodantur; sed cum ipso, uti cœpere, desinant, sintque hæc ad posteros Andronici magistratus signa auditione tenus propagata. Sed cum nobilis vir nihil injuste molitus, sed calamitosus, ob hæc excarnificaretur, & ista sub meridianum ipsum diei ardorem agerentur ut solis carnificibus testibus periret, postquam condolere illi Ecclesiam sensit, nullo quidem alio ex indicio, sed quod statim ut audivimus, e vestigio accurrimus, ut ei adsideremus, & miseriæ participes essemus; his ille auditis furore præceps agitur quod Episcopus ullus misereri illius auderet hominis cui ipse esset inimicus: ac plurima impiaque insolenter jactitans, audacissimo satellitum Thoante ad id eum incitante, quo ad publicas calamitates administro utitur, tandem scelestissima in voce furorem terminavit suum, frustra illum dicens spem aliquam in Ecclesia collocasse, neque quemquam ex Andronici manibus ereptum iri, non si pedem ipsum Christi manibus amplectatur. In hanc ille vocem imperita mente ac lingua ter erupit: secundum quam nihil est quod amplius moneamus hominem, sed velut membrum insanabile a nobis est segregandus, ne illius contagione quod sincerum est corrumpatur. Labes enim facile communicatur; & qui impurum tetigerit, piaculum noxamque contrahit. Esse autem coram Deo & mente & corpore puros convenit. Ob hæc Ptolemaidis Ecclesia ad omnes ubique terrarum sorores suas Ecclesias hæc decernenda censuit.

Ἀνδρονίκῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ, Θόαντι, καὶ τοῖς αὐτοῦ μηδὲ ἀνοιγνύσθω τιμένος τοῦ θεοῦ. ἅπας αὐτοῖς ἱερὸς ἀποκεκλεσθω, καὶ σηκὸς καὶ περίβολος. οὐκ ἔστι τῷ διαβόλῳ μέρος ἐν παραδείσῳ· ὃς κἂν λάθῃ διαδύς, ἐξελαύνεται· φαρέτρῳ μὴν ὃν καὶ ἰὸ ὠτῇ παντὶ καὶ ἄρχοντι, μήτε ὁμοροφίον αὐτῷ, μήτε ὁμοτράπεζον γίνεσθαι· ἱερεῦσι δὲ διαφερόντως, οἳ μήτε ζῶντας αὐτὸς προσερρῆσι, μήτε τελευτήσαντας συμφοπέμψουσιν. εἰ δέ τις ὡς μικροπολίτην ἀποσκυβαλίσει τλιὺ ἐκκλησίαν, καὶ δέξεται τὸς ἀποκηρύκτους αὐτῆς, ὡς οὐκ ἀνάγκη τῇ πολίτῃ πεύθεσθαι· ἴσω χίσας τλιὺ ἐκκλησίαν, λιὺ μίαν ὁ Χριστὸς εἶναι βέλεται. ὁ δὲ τοιοῦτος, εἴτε Λαΐτης ἐστὶν, εἴτε Πρεσβύτερος, εἴ τε Ἐπίσκοπος, παρ' ἡμῖν ἐν Ἀνδρονίκου μοίρᾳ τετύξεται, καὶ ὅτε ἐμβαλοῦμεν αὐτὸ δεξιὰν, ὅτε ἀπὸ τῆς αὐτῆς ποτε στησόμεθα· πολλοῦ δὴ δεησόμεθα κοινωνῆσαι τῆς ἀπορρήτου τελετῆς τοῖς ἐθελήσασιν ἔχειν μεθ' Ἀνδρονίκου καὶ Θόαντος.

Androno ejusque sociis, Thoanti, & ejus sociis nullum Dei templum aperiatur: omnis illis religiosa ædes ac septa claudantur. Nulla diabolo in paradiso pars est: qui si clam irrepserit, expellitur. Ac cum privatos omnes, & magistratus hortor, ut nec ejusdem cum illo tecti neque mensæ participes esse velint, tum sacerdotes inprimis, qui nec viventes illos salutabunt, nec mortuos funebri pompa deducent. Sin quisquam, velut exiguæ urbis, Ecclesiam nostram contempserit, & ab ea damnatos receperit, quasi pauperi parere nihil necesse sit, noverit scissam a se Ecclesiam esse, quam unam esse vult Christus. Atque hic sive Levita, sive Sacerdos sit, sive Episcopus, apud nos eodem atque Andronicus loco censebitur, neque cum eo dextram jungemus, nec eadem ex mensa velcemur unquam. Tantum abest ut cum iis arcana mysteria communicemus, qui cum Andronico & Thoante partem aliquam habere voluerint.

Andronicum postea pœnitentiam simulantem fuere qui Synesio suaderent ut in gratiam reciperet, & ideo abstineret a mittenda epistola illa: quod se feciſſe invitum idem testatur. Nosse enim se penitus hominem putabat, qui quidvis facile diceret ac faceret; atque adeo prædicebat illum qualibet de causa ad ingenium esse rediturum. Neque fefellit. Nam post hanc indulgentiam pejora quam antea perpetravit, magnamque, ut Synesius ait, ad excommunicationis causas accessionem fecit. Non-

Idem epiſt. 72.

dum tentata erat bonorum proscriptio, nondum cædes perpetrata. Tum vero missam oportuit excommunicationis sententiam. Postea miser ille propter sua flagitia productus coram judice, illic capitalem haud dubie sententiam excepisset, nisi eum Ecclesia funesto tribunali detraxisset; quæ & ceteris in rebus loviores illi multo calamitates reddidit. Sunt enim Ecclesiæ mores ejusmodi ut depressos extollat, elatos deprimat, ut illic scribit idem Synesius.

Idem epiſt.

GESTA [1] COLLATIONIS CARTHAGINE HABITÆ

Honorii Cæsaris jussu inter Catholicos & Donatistas coram Marcellino V.C. tribuno & notario post consulatum Varanis V. C.

Papirii Massonis studio atque opera primum in lucem edita;

A P. deinde PITHOEO V. C. cum manuscriptis collata & emendata; & novissime a Stephano Baluzio ad Mſ. codicem Colbertinum recognita, & expurgata.

Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est: Liber oblatus ad altare sancti Stephani; voto Fulcherii canonici. *Deinde*, Acta collationis seu gesta continet.

PRÆFATIO OPERIS PAPYRIOA

MASSONO AUCTORE.

ACTA collationis Carthaginensis, Innocentio primo pontifice Romano, Honorii clementissimi Cæsaris jussu habita sunt, anno post consulatum Varanis, cum nullus in occidente consul esset, propter nimiam rerum perturbationem, Roma ab Alarico Gothorum rege recens capta. Mandato igitur quo hæc disputatio fieri jubetur, locus quidem & dies appositus est, at consulem, qui nullus erat, curiosi frustra requirent. Catholicæ ecclesiæ episcopi collationem fieri petierant adversus Donati partem; id enim agnoscunt, septem ex eis delecti, Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus, Fortunatianus, & Possidius: totidem Donatistæ, Primianus, Petilianus, Emeritus, Montanus, Gaudentius, Adeodatus, & Protasius, atque hi inter absentes episcopus partis sum, ut fucum facerent, Felicem quasi urbis Romæ episcopum nominant, licet catholici Innocentium tunc fenere testentur, ut verum erat, utque probatissimæ fidei annales tradunt, ad annum a partu virginis quadringentesimum undecimum. Disputatio dividitur in primam cognitionem, secundam, & tertiam. Tertia sexto Idus Junias habita est; quo die profertur Marcellini cognitoris sententia, confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione asserentis, ut D. Augustini verbis utar. Hanc sententiam, ut emptam a cognitore catholico, & noctu prolatam, calumniose postea Emeritus & quidam pertinaces Donatistæ arguebant, quos Augustinus acutissime refellit: cui sane laudi esse debet quod epitomen collationis brevissimam scripsit, ideo utiliorem futuram, quia tertiæ cognitionis magna pars, quæ hic deficit, necessario inde petenda est: ubi de Cæciliano & Mensurio, deque traditoribus sacrorum codicum & supellectilis ecclesiasticæ agitur, Diocletiano & Maximiano ecclesiam acerrime persequentibus; etsi ante Augustinum in libro de hæresibus id quoque ab Optato Milevitano copiose narratum est. Ac disputavit quidem Augustinus adversus Donatistas ante collationem, & libros de baptismo parvulorum edidit: simul differult adversus Petiliani literas ex forensi advocato episcopi, & Cresconium grammaticum dicendo pene obtrivit. Post collationem vero, * Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. ut ipsemet præfatur, quid egerit cum Emerito satis ostendit libro singulari sic inscripto: De gestis cum Emerito. Atque hunc quidem fuisse unum eorum septem, quos pro sua causa defensione Donatiani delegerant, & qui in eadem causa maxime laboraverat, libro secundo retractationum Augustinus tradit, eoque mortuo Possidius in ejus vita etiam refert. Denique adversus Gaudentium Thagmudensem episcopum, quem ex illo numero fuisse eodem quoque libro demonstrat, libros duos conscripsit. At summa utilitas eius judicii fuit: nam licet Donatiani Cæsarem appellarunt, ab Honorio confirmatum est, nosque edictum ex cod. Theodosiano huic disputationi annexuimus, cui obediens plebs Donatistarum, desertis episcopis suis, ad ecclesiam catholicam statim redit, & ex Optati antiquissimo & manuscripto codice interrogationes quasdam collationi intelligendæ necessarias adjici curavimus: cognitorem quidem Orosius libro septimo prudentem, industrium & studiorum bonorum appetentissimum fuisse testatur; ad eumque, non multo post Romam captam, scripti sunt ab Augustino libri viginti de civitate Dei, ut præfatio ad eos indicat. De morte autem Marcellini Hieronymus loquitur lib. 3. contra Pelagium: violentam eam fuisse necesse est. Percussorem enim ejus & sicarium idem Orosius nominat. Laudandus quoque est Marcellus, qui hoc volumen actorum collationis, quod copiosissimum atque diffusissimum erat, modulata, ut ipse ait, brevitate distinxit atque collegit, ut ex epistola ejus ad Severianum & Julianum videri potest. Nec plura hoc loco dicenda existimamus, quia Balduinus præceptor meus in jure civili, qui acta commodato tantum in veteribus adhuc membranis ab antistite Meldorum Tilio habuerat, elegantem in ea commentarium edidit.

* Anno Chr. 418

HI EPISCOPI CAUSAM susceperunt:

CATHOLICI.

Aurelius	Carthaginensis.
Alypius	Tagastensis.
Augustinus	Hipporegiensis
Vincentius	Colusitanus.
Fortunatus	Constantinensis.
Fortunatianus	Siccensis.
Possidius	Calamensis.

DONATISTÆ.

Primianus	Carthaginensis.
Petilianus	Constantinensis.
Emeritus	Cæsariensis.
Protasius	. . . . .
Montanus	. . . . .
Gaudentius	Thagmudensis.
Adeodatus.	. . . . .

DE SUPERIORIBUS EPISCOPIS ubinam loquitur Augustinus.

VENERABILIS Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ: *lib. 2. retractationum cap. 15.*

Alypius Tagastensis episcopus, *ex lib. de gestis cum Emerito.*

Alypius ex eodem, quo ego ortus eram, municipio, parentibus primatibus municipalibus, me minor natu, & studuerat apud me, cum in nostro docere cœpi oppido, & postea Carthagini, & diligebat me multum, quod ei bonus & doctus viderer, & ego illum propter magnam virtutis indolem, quæ non in magna ætate satis eminebat.

Cum essem in ecclesia Constantinensi, Absentio præsente & collega meo Fortunato ejus episcopo. *Augustinus lib. 1. contra literas Petiliani.*

Possi-

1 Hæc gesta ex Stephano Baluzio emendatiora, ejusque observationibus illustrata exhibemus, additis quibusdam Harduini marginalibus notulis.

Poſſidius Calamenſis. *Auguſtinus ex lib. de geſtis cum Emerito. Hic in vita beati Auguſtini ſcribit ſe annis quadraginta Dei dono abſque amaro ullo diſſenſione familiariter ac dulciter vixiſſe.*

Petilianus epiſcopus Donatiſtarum Conſtantinienſis, *ex lib. 2. retractationum cap. 32. Et epiſtola contra Petilianum Conſtantinienſis Donatiſta epiſcopum*, Meminiſtis, inquit, fratres, Petiliani Donatiſtarum Conſtantinienſis epiſcopi perparvam epiſtolam partem in manus noſtras aliquando veniſſe, cujus particulæ quod reſponderimus, ſcripſiſſe me ad dilectionem veſtram.

Contra literas Petiliani Auguſtinus:

Eat nunc, & anhelis pulmonibus ac turgidis faucibus me tanquam diſſolutione dialecticum criminetur: imo non me, ſed ipſam dialecticam velut mentiendi artificem in populare judicium ream devocet, & in eam quamliber fragoſiſſimo ſtrepitu advocati forenſis ora diſtendat. Dicat quidquid vult apud imperitos, unde ſtomachentur docti, illudantur indocti: me propter rhetoricam Tertulli oratoris, a quo accuſatus eſt Paulus, vocabulo denotet: ſibi propter advocationem, in qua potentiam quamdam ſuam jactat, paracleti nomen imponat, atque ob hoc ſe cognominatam Spiritus ſancti non eſſe, ſed fuiſſe deliret.

Emeritus civis Cæſarienſis & Donatiſtarum epiſcopus. *Retract. lib. 2. cap. 51.*

Gaudentius Thagmudenſis Donatiſtarum epiſcopus. *Retract. lib. 2. cap. 59.*

De Primiano loquitur Auguſtinus in libro poſt collationem ſic: Invidiam concitant, quod apud imperatorem cauſam agamus Eccleſiæ. Hinc illa Primiani Donatiſtæ vox: Illi portant multorum imperatorum ſacras: nos ſola portamus evangelia.

De ceteris epiſcopis apud eumdem auctorem nihil reperi.

ALTERA PRÆFATIO.

Stephani Baluzii.

GEſta collationis Carthaginenſis inter Epiſcopos catholicos & Donatiſtas quæ nunc extant, integra non ſunt, ſed abbreviata ex illis quæ conſcripta fuerant coram Marcellino Notario. Nam cum illa valde prolixa eſſent, ut Auguſtinus ait in epiſtola quinquageſima, timendumque propterea eſſet ne in contemptum venirent, Severianus & Julianus a Marcello Memoriali, qui collationi interfuerat & cum Marcellino communicaverat laborem libranda diſceptationis, exegerunt uti faſtidia
Aug. in epiſt. 253. lectionis remedio brevitatis excluderet. Quippe Donatiſtæ, cum obtinere a cognitore non potuiſſent ne collatio fieret & ut prorſus cauſa ipſa non ageretur, *hoc effecerunt*, inquit Auguſtinus, *multum loquendo ut quod actum eſt, difficile legeretur*. Quapropter Marcellus Memorialis obſecundans poſtulatis amicorum ſuorum, ſuperflua reſecavit, & geſta eo modo concinnavit quo nunc a nobis leguntur. Ea ſane olim ſtudioſe excepta, conſcripta, collataque fuerant, inquit Balduinus, ſed temporis injuria poſteritatiſque negligentia interciderant, donec tandem anno 1566. in manus ejuſdem Balduini venere beneficio viri clariſſimi Joannis Tilii Epiſcopi Meldenſis. Quod autem non omnino perierunt, debemus, opinor, quicquid alii contra ſentiant, nobiliſſimæ Eccleſiæ Lugdunenſi, quæ illuſtre hoc antiquitatis monumentum diu in bibliotheca ſua ſervavit. Cui rei indicio eſt etiam inſcriptio vetus poſita in initio veteris exemplaris, ei ſimilis quæ exrat in capite codicis Tertulliani quem eidem Eccleſiæ obtulit Agobardus Archiepiſcopus. Sic ergo legitur in fronte iſtorum geſtorum.

LIBER ORLATUS AD ALTARE S. STEPHANI VOTO FULCHERII CANONICI.

Tum vero Balduinus, qui exiſtimabat, & vere, magnum ſibi quemdam theſaurum eſſe oblatum, ea geſta accurate legit & expendit, & interea dum ederentur, hiſtoriam iſtius collationis vulgavit. Poterat ille leviore compendio geſta edere, ſi voluiſſet. Sed haud dubie intelligebat multa menda extare in veteri codice, quæ auferre deſtinabat, multa etiam quæ explicatione indigerent ut ex eis colligi poſſet aliquis fructus. Peciſſet ſane rem gratiſſimam Theologo Lovanienſi qui curam ſuſcepit emendandi Breviculi Auguſtiniani. Ille enim teſtatur ſe, cum hanc acta magno redempta optaviſſet, atque apud Balduini tum defuncti amicos & hæredes inquiri juſſiſſet, intellexiſſe dilapſa neſcio quo fuiſſe. Tranſierant illa in jus & poteſtatem celeberrimi viri Angeli Vergerii, hominis quidem Græci, ſed Latine doctiſſimi, a quo ea deinde habuit Claudius Mondinus Advocatus Pariſienſis, cujus beneficio ſervata eſſe ſcribit Papirius Maſſonus. Prima hinc eorum editio prodiit Pariſiis anno 1589. opera ejuſdem Maſſoni, ſed, quod dolendum eſt, ita mendoſa ut præter errata veteris librarii, multa adhuc nova commiſſa ab illo ſint. Tandem anno 1599. menſe Februario venerandus hic codex & ſuo contra æſtimandus ad magnum illum Petrum Pithœum pervenit, ei datus a Mondino cauſa permutationis cum Codice Henrici III. Francorum Regis. Et Pithœus quidem, collatione facta cum veteri exemplari, meliorem fecit editionem Maſſoni, ſed non ita tamen quin adhuc multo plura ſuperfuerint emendanda poſt laboriosas & doctas ſummi viri vigilias. Nos itaque quum intelligeremus, quanti momenti eſſet hæc geſta habere ſana, quantumque hinc utilitatis accederet Eccleſiæ ſi emendatiora prodirent, hunc laborem lubenter ſuſcepimus, ſatis amplam qualiſcunque operæ noſtræ mercedem recepturi, ſi noſter hic conatus Eccleſiæ placuerit & ordini literatorum. Primum itaque clariſſimorum virorum editiones contulimus cum eo ipſo veteri exemplari quo illi uſi ſunt, quod nunc cenſetur in locupletiſſima bibliotheca Colbertina, tanti plurimi æſtimandum quod aliud ullibi extare hactenus eſt incompertum. Deinde errata quoque veteris librarii, quæ admodum multa ſunt, ſuſtulimus pro modulo virium noſtrarum, ſecuti in hoc vel doctiſſimorum virorum judicium, qui varia iſtorum geſtorum loca ſanare per tranſennam ſtuduerunt, vel conjecturas noſtras, quum certa nobis viſa ſunt. Nam quod Jacobus Cujacius lib. 4. Obſervat. capite 31. anno .t multos errores in libros juris civilis attuliſſe veterem per notas ſcribendi rationem, de geſtis iſtis affirmari poteſt abſque ullo periculo reprehenſionis. Præterea adhibuimus auctoritatem veterum ſcriptorum, præcipue vero ſancti Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis, cui uni plus quam ceteris in hac cauſa debet Eccleſia. Mutationum porro omnium a nobis in textum inſtarum rationem reddere & faſtidioſum fuiſſet lectoribus & non admodum utile, nobis vero valde onerosum. Itaque de his quæ manifeſta erant plerumque ſiluimus; earum vero rationem reddidimus quæ aliquid difficultatis habere videbantur, aut quæ illuſtratione indigebant. Sane affirmare vere poſſumus editionem hanc noſtram multo meliorem eſſe omnibus iis quæ uſque ad hanc diem prodierunt, idque facile intellecturos eos qui illam contulerint cum Maſſoniana & Pithœana, ex quibus reliqua orta ſunt. Nam ſi cui tantum otii erit, is profecto facile animadverteret quam multa exciderint Maſſono & Pithœo, quæ nos repoſuimus ex veteri codice, quam multa errata ab illis non animadverſa, quæ nos ſatis feliciter, ut quidem opinamur, emendavimus. Illud dolendum, quod hiatus omnes ſupplere nequivimus, præſertim ubi agebatur de reſtituendis nominibus Epiſcoporum viginti Eccleſiæ catholicæ quæ exciderunt in recitatione ſubſcriptionum. Quoniam vero magna pars tertiæ cognitionis deſideratur, quæ neceſſario petenda eſt ex Breviculo ſancti Auguſtini, ut pridem monuit Papirius Maſſonus, geſtis adjunximus fragmentum ex illo Breviculo, ab eo videlicet loco ubi geſta deficiunt. Quantum autem interſit reipublicæ Chriſtianæ ea habere ſana & integra vel hinc liquet quod per annos ſingulos lectitata in Eccleſiis Africanis fuiſſe teſtatur idem Auguſtinus in epiſtola 52. & in libro de geſtis cum Emerito. Dedimus & illud quorumdam ſuaſionibus ut huic fragmento ſubjungeremus nomina Epiſcoporum utriuſque partis quæ recitata ſunt in cognitione primæ diei, tum etiam ſeorſim nomina eorum qui ab utraque parte electi ſunt ad ſuſcipiendam collationem. Ob quam etiam cauſam iſthic edidimus eos ſermones quos idem ſanctus Epiſcopus habuit inſtante collatione & poſt collationem, quorum mentionem facit Poſſidius in indiculo operum ejuſdem. Addidimus præterea conſtitutiones poſt hanc collationem ab Imperatore Honorio editas, quas & nos putamus reſpicere ad ea quæ geſta in collatione ſunt, & ita viris aliquot doctis perſuaſum fuiſſe animadvertimus. Reliquum eſt, ut nonnulla dicamus de anno quo iſta acta ſunt. Quæ diſquiſitio eſſet profecto inutilis, cum habitam collationem conſtet anno qui ſecutus eſt poſt conſulatum Varanis, niſi vir ſummæ doctus nobiſque nunquam ſine laude nominandus Jacobus Sirmondus eam rejeciſſet in annum alterum poſt conſulatum Varanis, id eſt, in annum quadringentesimum duodecimum, eo in primis argumento quod inchoatam conſtet Kalendis Junii, ex ſermone autem quem ſanctus Auguſtinus habuit inſtante collatione colligatur paulo ante collationem peractum fuiſſe jejunium Pentecoſtes, quod illo anno deſit quarto kalendas Junias. *Deprecamini nobiſcum*, inquit Auguſtinus, *Dominum ſolemnibus jejuniis: quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro cauſa. Jam enim jejunamus poſt Pentecoſten ſolenniter, & utique jejunavimus, etiamſi iſta cauſa non eſſet.* Sane verum eſt dominicum diem Pentecoſtes incidiſſe anno 412. in diem 4. Kalendas Junias. Sed eo die finitum eſſe jejunium Pentecoſtes, quod nullum unquam fuit ante Pentecoſten, dici vere non poteſt. Verus ergo ac genuinus, ut ego quidem arbitror, verborum Auguſtini ſenſus hic eſt. Agebantur jejunia quæ quatuor temporum Pentecoſtes vocamus, quæ poſt Pentecoſten ſolenniter celebrati veteſta lex Eccleſiæ jubet; & tum Auguſtinus eum ſermonem habuit, inſtante collatione, quod eſt variæ

de

de notandum. Nam hinc manifeſte colligitur neceſſe fuiſſe ut eo anno quo Epiſcopi Carthaginem convenere ad faciendam collationem, jejunium quatuor temporum Pentecoſtes evenerit ante Kalendas Junias, cum eo die cepta ſit collatio. At vero id fieri non potuiſſe anno 412. ex eo deprehenditur quod cum dominicus dies Pentecoſtes inciderit in diem 4. Kalendas Junias, ut ſupra monuimus. Rectius illa concurrunt in annum 411. quo Paſcha fuit 7. Kalendas Aprilis, Pentecoſtes vero pridie Idus Majas, & jejunium quatuor temporum Pentecoſtes incepit 17. Kalendas, deſit vero 14. Kalendas Junias, id eſt ante dies decem quam Epiſcopi diſceptationem aggrederentur. Nam eo die catholicos Epiſcopos fuiſſe apud Carthaginem patet ex collatione prima cap. 27. 29. & ex collatione ſecunda c. 30.

Interim autem dum expectabatur dies Kalendarum Junarum, Epiſcopi catholici, quod antea ſæpe fecerant, inter ſe conferebant de modis revocandæ ac retinendæ unionis in Eccleſia Africana. Tum vero res ſane memorabilis & boni exempli accidit, quæ merito referenda eſt in hoc loco, ut ſit veluti via ad ſequendum divinum ſpiritum, qui apparet per omnes paginas iſtius collationis. Refert illam ſanctus Auguſtinus, teſtis videlicet omni exceptione major, in libro de geſtis cum Emerito, his verbis.

Dicam caritati veſtræ & commemorem rem dulciſſimam & ſuaviſſimam, quam Domino adjuvante ſumus experti. Cum ante ipſam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Chriſti Epiſcopi debent eſſe aut debent non eſſe quod vobis fatendum eſt, circumſpicientes omnes fratres & conſiſcos noſtros, non facile nobis occurrebant qui hoc vellent ſuſcipere & in hac humilitate Deo ſacrificare. Dicebamus ut fieri ſolet, ille poteſt, ille non poteſt, ille conſentit hoc, ille non tollerat, loquentes magis pro ſuſpicionibus noſtris, quæ corda illorum videre minime poteramus. Quando autem ventum eſt ut hoc palam fieret in Concilio univerſorum tam frequentium pene trecentorum Epiſcoporum, ſic exarſerunt omnes ut parati eſſent epiſcopatum pro Chriſti unitate deponere, & non perdere, ſed Deo tutius commendare. Duo tibi pix invenit ſunt quibus diſpliceret; unus annoſus ſenex, qui hoc etiam dicere liberius auſus eſt; alter voluntatem ſuam tacito vultu ſignificavit. Sed poſtea quam illum ſenem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, ille mutavit ſententiam, vultum etiam ille mutavit.

S. AUGUSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS

Sermo primus de laude pacis, habitus inſtante collatione Donatiſtarum anno 411. exeunte Majo.

Ex editione V. C. Jacobi Sirmondi.

TEmpus eſt exhortari caritatem veſtram pro viribus quas Dominus donat ad pacem amandam & pro pace Dominum deprecandum. Sit ergo pax dilecta noſtra & amica, cum qua ſit caſtum cubile cor noſtrum, cum qua ſit fida requies & non amarum conſortium, cum qua ſit dulcis complexus & inſeparabilis amicitia. Pacem laudare difficilius eſt quam habere. Si enim eam laudare volumus, vires optamus, ſenſus quærimus, verba libramus. Si autem habere volumus, ſine aliquo labore habemus & poſſidemus. Laudandi ſunt qui amant pacem: qui autem oderint, melius interim docendo ac tacendo pacandi quam vituperando provocandi. Verus pacis amator inimicorum ejus amator eſt. Quemadmodum enim, ſi lucem iſtam amares, cœcis non iraſcereris, ſed eos doleres; (Quale enim bonum tu caperes, noſſes, & ideo quanto bono illi fraudarentur conſpiciens, miſericordia tibi digni viderentur, & ſi opes haberes, ſi artem, ſi medicamentum, potius ad eos ſanandos curreres quam damnandos) ita ſi pacis amator es, quiſquis es, miſerere eum qui non amat quod amas, qui non habet quod habes. Talis quippe eſt res quam diligis, ut non invideas compoſſeſſori tuo. Habet tecum pacem, & tibi non anguſtat poſſeſſionem. Quicquid terrenum amas, difficile eſt ut habenti non invideas. Deinde ſi forte aſcendit in animum tuum terram quam poſſides communicare cum amico, ut laudetur benevolentia tua, ut etiam in iſtis temporalibus rebus caritas prædicetur; ſi ergo velis poſſeſſionem tuam terrenam, velut prædium, velut domum, vel quodlibet hujuſmodi, communicare cum amico, communicas cum uno, & admittis eum ad ſocietatem, & gaudes cum illo. Cogitas admittere tertium fortaſſis, & quartum. Jam attendis quantos capiat, quantos ferat, vel domus ad inhabitandum, vel ager ad paſcendum; & dicis jam: Quintum non capit, ſextus habitare non poteſt nobiſcum, ſeptimum quando paſcit tantilla poſſeſſio? Excludit ergo ceteros, non tu, ſed anguſtia. Ama pacem, habe pacem, poſſide pacem, cape ad te quantos potes ad poſſidendam pacem. Tanto latior erit quanto a pluribus poſſidebitur. Domus terrena cohabitatores multos non capit: poſſeſſio pacis cum multis habitatoribus creſcit. Quam bonum eſt amare! Hoc enim eſt habere. Quis autem nolit creſcere quod amat? Si paucos tecum vis eſſe in pace, parva tibi erit pax; ſi vis creſcere iſtam poſſeſſionem, adde poſſeſſorem. Nam illud quod dixi, fratres, bonum eſt amare pacem, & ipſam amare eſt habere, quanti conſtat. Qua voce laudetur, quo corde cogitetur. Hoc eſt habere quod amare? Conſidera cetera quorum homines cupiditate conflagrant. Vide alium amare fundos, argentum, auros, filios numeroſos, pretioſas & ornatas domos, amœniſſima & pretioſiſſima prædia. Amat hoc? Amat. Numquid jam qui amat habet? Poteſt fieri ut horum omnium amator inanis ſit. Quando non habet amat, & cupiditate ardet ut habeat. Cum autem habere cœperit, timore cruciatur ne perdat. Amat honorem, amat poteſtatem. Quanti homines poteſtatibus accipiendis privati ſuſpirant, & plerunque ante illos occupat ultimus dies, quam perveniant ad id quod amant? Quanti ergo conſtat quod cum amaveris habebis? Non pretio quæris quod amas, non ambulas ad patronum, per quem pervenias. Ecce ubi ſtas ama pacem, & tecum eſt quod amas. Res iſta cordis eſt, nec ſic cum amicis communicas pacem quomodo panem. Panem quippe ſi communicare velis, quanto plures ſunt quibus frangitur, tanto minus fit unde datur. Pax autem illi pani ſimilis eſt qui in manibus diſcipulorum Domini frangendo & dando creſcebat. Habete igitur pacem, fratres. Si vultis ad illam trahere ceteros, primi illam habete, primi illam tenete. In nobis ferveat quod habetis, ut alios accendat. Odit pacem hæreticus, & lucem lippus. Numquid ideo mala lux quia lippus non poteſt eam tolerare? Odit lucem lippus, ſed tamen propter lucem creatus eſt oculus. Datur itaque opera ab eis qui amant pacem, & volunt ſecum poſſideri quod amant, ut poſſeſſore addito creſcat poſſeſſio. Dent ergo operam curari oculos lipporum qualibet ope, quolibet conatu. Nolens curatur, non vult dum curatur; ſed dum lucem viderit, delectabitur. Puta quia ſuccenſet; noli inſtando defatigari, amator pacis. Attende, & delectare tu prior pulchritudine dilectæ tuæ, & inardeſce ad trahendum alterum. Videat quod vides, amet quod amas, teneat quod tenes. Alloquitur te dilecta tua, quam diligis. Loquitur tibi. Ama me, & continuo ames me. Adduc tecum quos poteſt ad aman-

amandum me. Caſta ero, & integra permanebo. Adduc quos potes, inveniant, teneant, perfruantur. Si lucem iſtam non corrumpunt, multi videntes me; ſi corrumpunt, multi amantes; ſed nolunt venire, quia non habent unde me poſſint videre. Nolunt venire, quia ſplendor pacis verberat lippitudinem diſſenſionis. Vide miſerandam vocem lipporum. Nunciatur illis, Viſum eſt ut pacem habeant Chriſtiani. Tali nuncio illi accepto, ajunt inter ſe: Væ nobis. Quare? Unitas venit. Quid eſt, quæ vox: Væ nobis, unitas venit? Quanto juſtius diceretis: Væ nobis, diſſenſio venit. Abſit hoc ut veniat: hæc tenebræ ſunt videntium. Nam venit unitas, gaudendum eſt, fratres. Quid expaviſti? Unitas venit, dictum eſt. Num dictum eſt, Fera venit, ignis venit? Unitas venit, lux venit. Si velit veridice reſpondere, dicet vobis: Non expavi quia fera venit, (non enim timidus ſum) ſed expavi quia lux venit. Lippus enim ſum. Danda igitur opera curandi. Communicandum eſt cum illis, quod communicatione non ſit anguſtum, pro viribus quantum valemus, quantum donat Deus. Proinde, cariſſimi, exhortor caritatem veſtram ut exhibeatis illis Chriſtianam & catholicam manſuetudinem. Nunc curandis inſtatur. In fervore ſunt oculi ſanctorum. Caute curandi leniterque tractandi ſunt. Nemo ſuſcipiat cum aliquo litem, nemo velit nunc vel ipſam ſuam fidem altercando defendere, ne de lite ſcintilla naſcatur, ne quærentibus occaſionem occaſio præbeatur. Prorſus convicium audis; tolera, diſſimula, præteri, memento curandum. Videte quam blandi ſint medici eis quos etiam mordaciter curant. Audiunt convicium, præbent medicamentum, nec reddunt convicium convicio. Verbum ſit verbo. Ut unus ſic curandus, alter curat, non duo ſtigantes. Fertote, obſecro, fratres mei. Sed non ſero, inquit, quia blaſphemat Eccleſiam. Hoc te rogat Eccleſia ut feras, quia blaſphemaretur Eccleſia. Detrahit, inquit, Epiſcopo meo: crimen dicit in Epiſcopum meum, & taceo? Crimen dicat, & tace non agnoſcendo, ſed ferendo. Hoc præſtas Epiſcopo tuo, ſi pro illo illo tempore non miſcearis. Intellige tempus, habeto conſilium. Deum tuum quanti blaſphemant? Tu audis, & ille non audit? Tu noſti, & ille non novit? Et tamen facit oriri ſolem ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos. Oſtendit patientiam, differt potentiam. Sic & tu agnoſce tempus, noli provocare tumentes oculos ad turbandos te ipſos. Amator pacis es. Sit tibi in corde bene cum dilecta tua. Et quid agam? Habes quod agas. Tolle jurgia, convertere ad preces. Noli conviciis repellere conviciantem, ſed ora pro eo. Loqui vis illi contra illum: loquere Deo pro illo. Non tibi dico quod taceas; ſed elige magis ubi loquaris, apud quem tacitus loquaris, labiis clauſis, corde clamante. Ubi non te videt, ibi eſto bonus pro illo. Illi autem pacem non amanti & litigare volenti reſponde pacificus: Quidquid vis dicas, quantumlibet oderis, ut placuerit deteſteris, frater meus es. Quid agis ut non ſis frater meus? Prorſus bonus malus, volens nolens, frater meus es. Et ille: Unde ſum frater tuus, hoſtis inimice? Sic quomodo iſta dicis, frater meus es. Mirum videtur. Odit, deteſtatur, & frater eſt. Illi enim vis credam neſcienti quid loquatur cujus opto ſanitatem, ut lucem videat, & fratrem agnoſcat? Illi ergo vis credam quia non ſum frater ipſius, quia deteſtatur, quia odit, & non potius ipſi luci? Audiamus quid dicat illa lux. Prophetam lege. *Audite qui paventis verbum Domini*. Spiritus ſanctus loquitur per Iſaiam Prophetam. *Audite qui paventis verbum Domini. Dicite, fratres noſtri eſtis, eis qui vos oderunt, & qui vos deteſtantur*. Quid eſt? radiavit lux, oſtendit fraternitatem; & adhuc dicit lippus, claude feneſtram. Præbe oculos tuos luci: agnoſce fratrem in tenebris non conſtitutum; & dic, dic ſecurus verba Dei, & dicis non mea. *Dicite*, dicit Deus, *fratres noſtri eſtis*. Quibus? *eis qui vos oderunt*: Nam quid mirum ſi dicitis eis qui vos diliguntˀ His qui vos oderunt & qui vos deteſtantur. Ut quid hoc? Audi, & cauſæ aſpice fructum. Velut interrogaveris Dominum Deum tuum, & dixeris, Domine, quomodo dicam, frater meus es, qui odit, qui deteſtatur? Dic quare. *Ut nomen Domini honorificetur. Appareat vel in jucunditate. Ipſi autem erubeſcant*. Vide obſecro fructum patientiæ tantæ manſuetudinis. *Dicite, fratres noſtri eſtis*. Quare? *ut nomen Domini honorificetur*? Quare autem non te agnoſcit fratrem? quia nomen hominis homines honorificavit. Ergo dic: Frater meus? Oderis licet, deteſteris licet, frater meus es. Agnoſce in te ſignum patris mei: ſermo patris noſtri. Male frater, litigioſe frater, frater meus es tu: Dicis etenim tu, quomodo & ego, *Pater qui es in cœlis*. Unum dicimus. Quare in uno non ſumus? Rogo te, frater, agnoſce quod mecum dicis, & damna quod contra me facis. Adverte verba exeuntia de ore tuo: audi non me, ſed te. Vide cui dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis*. Non amicus, non vicinus, ſed ipſe cui dicimus concordare nos jubet. Simul habemus apud patrem unam vocem. Quare non ſimul habemus unam pacem? Talia dicite ardenter, dicite leniter. Dicite ardentes fervore caritatis, non timore diſſenſionis, & deprecamini nobiſcum Dominum ſolemnibus jejuniis. Quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro cauſa. Jam enim jejunamus poſt Pentecoſten ſolemniter; & utique jejunaremus, etiamſi iſta cauſa non eſſet. Quid ergo debemus fratribus noſtris, quos in nomine Domini Dei noſtri, medici noſtri, curandos ſanandoſque ſuſcipimus, illi offerentes ut ſanentur, non nobis manus medici præſumentes? Sed quid facimus? Deprecemur ipſum medicum, jejunantes humili corde, pia confeſſione, timore fraterno. Exhibeamus Domino pietatem, fratribus caritatem. Creſcant enim eleemoſynæ noſtræ, quibus exaudiantur facilius orationes noſtræ. Hoſpitalitatem ſectamini. Tempus eſt. Servi Dei veniunt. Tempus eſt, occaſio eſt. Quare perit? Attende quid habes in cœnaculo domus tuæ. Attende & ſurſum quid reponas, quid tibi ſerves, de quo theſauro ſolo ſecurus es. Pone ſurſum; commenda non ſervo tuo, ſed domino tuo. Numquid illic times ne ſur obrepat, ne effractor invadat, ne hoſtis turbulentus eripiat? Fac ut habeas quod tibi reddatur: nec hoc tibi redditur quod poſueris. Fœneratorem te vult Dominus, ſed ſuum, non proximi tui.

S. AU-

S. AUGUSTINI EPISCOPI HIPPONENSIS

ſermo ſecundus de pace & caritate, ante collationem Donatiſtarum.

Editio Sirmondi collata cum veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

CUram noſtram pro vobis & pro inimicis noſtris & veſtris, & pro ſalute omnium, pro quiete, pro pace communi, pro unitate quam Dominus juſſit, Dominus diligit, adjuvent preces ſanctitatis veſtræ, ut de illa identidem ad vos loquamur, & vobiſcum gaudeamus. Etenim de pace & caritate loqui, ſi ſemper amamus, ſemper debemus; multo magis ergo iſto tempore, quando pax ſic amatur ut in periculo ejus amandæ & tenendæ conſtituti illi quibus malum pro malo non reddimus, & cum quibus, ſicut ſcriptum eſt, odio habentibus pacem ſumus pacifici, & quia pacem loquimur eis, debellare nos volunt gratis. Illi ergo qui tales ſunt periclitantur inter amorem pacis & confuſionem pudoris: nec id agunt cum vinci nolunt, ut invicti ſint. Qui enim a veritate vinci nolunt, ab errore vincuntur. O ſi eos caritas potius quam animoſitas ſuperaret. Inde victores fierent unde victi eſſent. Nos Eccleſiam catholicam, ad cujus pacem & reconciliationem invitamus inimicos ejus, non humanis opinionibus, ſed divinis teſtimoniis, amamus, tenemus, defendimus. Quid cum illo agam qui pro parte clamat & contra totum litigat? Nonne bonum illi eſt vinci, qui ſi victus fuerit, totum tenebit; ſi vicerit, in parte remanebit? immo ſi vincere ſibi videtur, non vincit niſi veritas: victoria veritatis eſt caritas. Quid ergo vobis, fratres, Eccleſiam catholicam toto orbe terrarum fructificantem atque creſcentem commendem multis verbis & meis? Habemus verba Domini pro illa & pro nobis. *Dominus*, inquit, *dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam fines terræ.* Quare ergo, fratres, de poſſeſſione litigamus, & non potius ſanctas tabulas recitamus? Veniſſe nos opinemur ad judicem. De poſſeſſione contentio eſt; & hæc contentio, non litis, ſed dilectionis eſt. Denique litigator terrenæ poſſeſſionis ad hoc litigat ut excludat adverſarium, nos ut intromittamus. Litigator terrenæ poſſeſſionis cum audierit adverſarium dicentem, Poſſidere volo, reſpondet: Non permitto. Ego autem fratri dico: Poſſideas mecum, volo. Ille litigando dicit: Nolo. Non itaque timeo ne contemnat me Dominus & corripiat ſicut illos fratres vel illum fratrem qui eum interpellavit in populo, & ait: *Domine, dic fratri meo ut dividat hæreditatem mecum.* Continuo Dominus proferens correptionem, quia odit diviſionem: *Dic homo*, inquit, *quis me conſtituit judicem aut diviſorem hæreditatis inter vos? Ego autem dico vobis: cavete ab omni cupiditate.* Iſtam correptionem non timeo. Interpello enim Dominum meum, fateor, interpello: Non tamen dico: *Domine, dic fratri meo ut dividat hæreditatem mecum.* Sed dico: Domine, dic fratri meo ut teneat mecum unitatem. Ecce poſſeſſionis hujus tabulas recito, non ad hoc ut ſolus poſſideam, ſed ut fratrem meum mecum nolentem poſſidere convincam. Ecce tabulas, frater. *Poſtula a me*, inquit, *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam fines terræ.* Chriſto dictum eſt. Nobis ergo dictum eſt, quia Chriſti membra ſumus. Quid curris in parte, aut quid remanes in parte? Ecce totum tene quod in tabulis. Quæris inter quem & quem poſſideas, quomodo ſolent inſtrumentis quæri poſſeſſores, inter quos ſint affines. Qui tibi dedit omnes fines, nullos dimiſit affines. Audi ſanctarum aliud teſtimonium tabularum. De Domino dicitur Chriſto in figura Salomonis: *Dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ. Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes reges terræ; omnes gentes ſervient illi.* Quando dicebatur, credebatur. Quando impletur, negatur. Tene ergo mecum hæreditatem a mari uſque ad mare, & a flumine, ſcilicet Jordane, ubi cœptum eſt Chriſti magiſterium, uſque ad terminos orbis terræ. Quare non vis? Quare huic promiſſioni & hæreditati, divitiis tuis, inimicus es? Quare non vis? Propter Donatum, propter Cæcilianum? Quis fuit Donatus? Quis Cæcilianus? Utique homines; ſi boni, ſuo bono, non meo. Ergo ſi mali, malo ſuo, non meo. Tu Chriſtum accipe, & zelantem Apoſtolum ejus attende. *Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Ut autem hoc diceret, vide quid horruit, *Unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Si non in nomine Pauli, multo minus in nomine (* Ceciliani; multo amplius & multo minus) in nomine Donati. Et tamen adhuc poſt apoſtolicas voces, poſt Eccleſiæ declarationem & toto mundo dilatationem, dicitur mihi: Non dimitto Donatum: non dimitto neſcio quem Cajum, Lucium, Parmenianum, mille ſciſſuras. Privabis te ſequendo hominem tanta hæreditate de qua modo audiſti a mari uſque ad mare, a flumine uſque ad terminos orbis terræ. Quare illum non tenes? quia hominem amas. Quid eſt homo niſi animal rationale factum de terra? Ideo ergo inimicus es quia terram lingis. Deſpice hoc potius. Noli lingere terram, ut ſpem ponas in eum qui fecit cœlum & terram. Hæc ſpes noſtra, hæc teſtimonia. *Deus deorum Dominus locutus eſt, & vocavit terram a ſolis ortu uſque ad occaſum.* Noli remanere in terra, ſed quo vocata eſt terra. Et quis poteſt tibi omnia de tabulis ſanctis poſſeſſionis hujus teſtimonia recitare? Quare ergo non convertuntur ad Eccleſiam, niſi quia ipſius eſt vox Eccleſiæ: *Convertantur ad me, Domine, qui timent te, & cognoſcant teſtimonia tua.* Vidit hoc Eccleſia quod dixit in pſalmo quem modo audiſtis. Recentia ſunt verba in auribus & cordibus veſtris. *Omnis conſummationis vidi finem.* Quid eſt, *omnis conſummationis vidi finem?* Conſummationis perfectionis, non conſumptionis. Vidi finem perfectionis, non abolitionis. *Omnis conſummationis vidi finem.* Quis eſt iſte finis? Latum mandatum tuum valde. *Finis enim præcepti eſt*, jam vos dicite mecum. A POPULO ACCLAMATUM EST, *Caritas de corde puro.* Omnes dixiſtis quod non infructuoſe ſemper audi-

* Hæc non extant in codice Colbertino, & videntur ſuperflua.

audiſtis. *Finis præcepti eſt caritas de corde puro*; finis quo perficimur, non quo conſumimur. Iſte finis latus eſt, quia mandatum Dei eſt, de quo eidem dictum eſt: *Latum mandatum tuum valde. Mandatum novum do vobis ut vos invicem diligatis*. Vide latitudinem mandati hujus ubi latum eſt? Numquid in carne? In corde potius. Nam etſi in carne latum eſſet, auditores ſtudioſi, anguſtias non pateremini. In corde latum eſt. Ubi latum eſt vide, ſi ſit unde videas. Et hinc audi Apoſtolum, quoniam latum eſt mandatum caritatis. *Caritas autem Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris*. Non dixit *incluſa*, ſed *diffuſa*. Verbum enim quod eſt *incluſa*, quaſi anguſtias ſonat; quod eſt *diffuſa*, latitudinem inſinuat. Latum ergo mandatum tuum valde Domine Deus noſter, approba quia propter ipſam latitudinem fratres noſtros ad poſſeſſionem pacis invitamus. Epiſcopi vultis eſſe, nobiſcum eſtote. Non vult populus duos Epiſcopos, nobiſcum in hæreditate fratres eſtote. Non propter honores noſtros impediamus pacem Chriſti: quem honorem in cœleſti pace accepturi ſumus, ſi honorem noſtrum non in terrena lite defendamus. Tollatur paries erroris, & ſimul ſimus. Agnoſce me fratrem, agnoſco te fratrem, ſed excepto errore, excepta diſſenſione. Hoc corrigatur, & meus es.* Cur non vis eſſe meus? Ego ſi te corrigas, volo eſſe tuus. Ergo, ſublato errore de medio, tanquam pariete maceriæ contradictionis & diviſionis, eſto frater meus, & ego ſum frater tuus: ut ambo ſimus ejus qui dominus eſt & meus & tuus. Hæc dicimus amore pacis, non diffidentia veritatis. Hoc enim reſcripſimus, hoc propoſitum legiſtis, quia cauſam conferendam non fugimus, immo ut conferatur inſtamus; ut cui demonſtravero poſſeſſionem, ſic cum illo communicem hæreditatem. Intrepidus veniat, ſecurus veniat, doctus veniat. Nolo auctoritate præjudicare. Aperiamus oculos ad illum qui errare non poteſt. Ipſe nos doceat quæ ſit Eccleſia. Audiſtis teſtimonia ejus. Non eam contaminant humana delicta, quam non redemit humana juſtitia. Et tamen cum alia ſit cauſa Eccleſiæ, alia hominum, & omnino diſtincta ſit, nec hominum cauſam formidamus. Quos accuſaverunt & convincere non potuerunt: purgatos novimus, purgatos legimus: qui ſi non eſſent purgati, non in cauſa eorum Eccleſiam conſtituerem, nec ædificarem ſuper arenam & dejicerem de petra; *quia ſuper hanc petram*, inquit, *ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petra autem erat Chriſtus*. Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt? Hæc tenete, hæc amate, hæc fraterne & pacifice dicite. Ad conlationis locum nullus veſtrum inruat, fratres mei: Prorſus, ſi fieri poteſt, etiam per illum locum tranſitum devitate, ne forte aliquis contentionis & litis aditus inveniatur, vel occaſio aliqua præbeatur, & inveniant ipſam occaſionem qui quærunt occaſionem, maxime quoniam qui parum Deum timent, aut admonitionem noſtram parvipendunt, vel quia præſentia diligunt, debent ſaltim terrenæ poteſtatis * ſeveritatem venerari. Edictum viri illuſtris publice propoſitum legiſtis, quod quidem non propter vos propoſitum eſt, qui Deum timetis & commonitionem Epiſcoporum veſtrorum non contemnitis, ſed ne quis iſta non curet, ne quis iſta contemnat. Videant igitur quales ſunt; ne forte illis eveniat quod ait Apoſtolus. *Qui enim reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Principes enim non ſunt timori bono opere, ſed malo.* Vitemus omnes ſeditiones, omnes cauſas ſeditionis. Forte dicitis: Intenti ſumus quid facturi ſumus. Eſt quod vobis injungimus, partes forte uberes pietatis. Nos diſputemus pro vobis, vos orate pro nobis. Orationes etiam veſtras, ſicut jam ante præmonuimus, jejuniis & eleemoſynis adjuvate. Addite illis pennas quibus volent ad Deum. Sic agentes negotium fortaſſe utiliores nobis eritis quam nos vobis. Nemo enim noſtrum in hac diſputatione de ſe præſumit. In Deo eſt tota ſpes. Neque enim meliores ſumus Apoſtolo, qui dicit: Orate pro nobis, *Orate*, inquit, *pro me, ut detur mihi ſermo*. Illum ergo pro nobis rogetis in quo ſpem poſuimus, ut de noſtra diſputatione gaudeatis. Tenete iſta, fratres, obſecramus vos per nomen ipſius Domini. Per * amorem pacis, plantatorem pacis, dilectorem pacis oramus vos, ut eum pacifice oretis, pacifice deprecemini, & memineritis eſſe filii ejus a quo dictum eſt: *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur*.

* Cod. Colb. An

* Cod. Colb. corr. timete ſeveritatem. Et vere edictum.

* Cod. C. auctorem.

PRÆFATIO MARCELLI MEMORIALIS

ad Severianum & Julianum.

DIlectiſſimis fratribus & in Chriſti nomine venerandis Severiano & Juliano Marcellus Memorialis. Amplector alacriter juſſionem qua mihi amanter atque in Domino fiducialiter imperaſtis ut totius membra negotii & articulos actionis quod per iſtud volumen actorum proſequutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me brevitas diſtinguat & colligat; atque huic operi ſola caritate me ſentio fateorque ſufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obſequelam efficaciores vires habet qui præceptis amore jubentium quam qui fiducia ſui paret. Ac jam quidem in hanc operationem, qua in Eccleſiæ negotio pro ſingulorum viribus laboratum eſt, quantum mea mediocritas potuit, officii mei ſymbolam dedi, quod a viro ſpectabili, & in quo plurimum inſigne probitatis eſt, Tribuno & Notario Marcellino curarum aſcitus in partem, non tam merito meo quam dignatione cenſentis, communicavi cum judice librandæ diſceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluiſtis, peculiariter adhibere non piguit; quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria eſt ſolviſſe nunc fratribus votum, quam cognitori tunc præbuiſſe conſilium. Quicquid igitur laxius a partibus peroratum eſt, & quicquid interfatibus judicantis utrobique ſignatum eſt, ſedula breviatione ſuccinxi, conſequenter affigens etiam per ordinem notas calculantibus familiares; ut inquirentis intentio judicem ſecuta brevitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non abſque commoditate compendii, numeris ducibus directa perveniat. Abuſi videamur fortaſſis otio dum ad laborem ſuperflua revocamus, quod nos vere ſuperfluæ feciſſe fateremur, ſi in tota voluminum ſerie perlegenda habi-

a Hanc præfationem non ad geſta ipſa, ſed ad capitula tantummodo pertinere putat Dupinius in ſuo Optato Milevit.

habiles eſſe vellent homines ad laborem. Sed periniquum eſt eos de iſtius diligentiæ velut quadam inanitate cauſari, a quibus ſi in perlegendis jugiter paginis diſputationis hujuſce non inanis diligentia flagitetur, eam non eſſe diligentiam ſed moleſtiam confitentur. Unde, quantum ego arbitror, non opus irritum luſimus, qui faſtidia lectionis remedio brevitatis excluſimus. Certe ſi ex ipſius operationis atque utilitatis effectu abſolutum eſſe non poterit quod vanus labor iſte non fuerit, idcirco tamen non ineptum eſt quicquid hic egi, quia in hoc vobis jubentibus parui. Nunc oraverim ut in viciſſitudinem meriti pro me orare dignemini. Ita enim fiet ut quod ſponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id eſt, omnipotentia Dei noſtri, caritatem veſtram jugiter noſtri memorem perpetua pietate cuſtodiat, Domini merito dilectiſſimi & in Chriſti nomine venerabiles fratres.

Explicit epiſtola Capitulorum.

INCIPIUNT CAPITULA GESTORUM.

I. DE adſtante officio.
II. De ingreſſis Epiſcopis.
III. Interloquutio de qualitate negotii; ubi jubet ſibi cognitor imperiale præceptum recitari.
IV. Recitatio imperialis præcepti de habenda conlatione.
V. Recitatio edicti per quod congregari Epicopos jubet.
VI. Interloquutio de alio judice eligendo.
VII. Reſponſio Donatiſtarum, de judice non poſtulato.
VIII. Interloquutio quod conlatio fuerit poſtulata, non judex.
IX. Reſponſio Donatiſtarum, ut ii proponerent qui conlationem petiſſent.
X. Recitatio edicti, ubi dicit qui modus & locus conlationi ſit aptus, & quoteni deberent eſſe ab utriſque partibus qui cauſam peragerent.
XI. Ubi jubet cognitor recitari quæ ante conlationem pars utraque peregerit.
XII. Proſequutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.
XIII. Interloquutio quod ſuo ordine omnia peragi debent, & jubet recitari quæ dixerat.
XIV. Recitatio notariæ Donatiſtarum, in qua ſibi edictum aſſerunt diſplicere.
XV. Interloquutio ut catholicorum epiſtola legeretur.
XVI. Recitatio epiſtolæ catholicorum, in qua edicto conſentiunt & conditiones Donatiſtis proponunt.
XVII. Recitatio edicti, in quo (cognitor) ſe omnia publicaturum populo pollicetur.
XVIII. Ubi recitatur reſcriptum catholicorum reſpondentium notariæ Donatiſtarum.
XIX. Interloquutio de catholicorum conſenſione; ubi & illi interrogantur utrum conſentiant.
XX. Proſequutio Donatiſtarum de tempore & de perſonis.
XXI. Interloquutio ut certus numerus conſtituatur actorum ſecundum lectum edictum.
XXII. Donatiſtarum proſequutio de tempore exempto ut jam nihil ageretur inſtantium.
XXIII. Interloquutio qua excluduntur de tempore conſtituto & certo numero conſtituendo Donatiſtæ.
XXIV. Ubi Donatiſtæ de tempore vel de die conlationis inquirunt.
XXV. Interloquutio excludens ſupradictam proſequutionem.
XXVI. Proſequutio iterum Donatiſtarum de die conlationis exempto.
XXVII. Interloquutio ut ad quæſita reſpondeat officium, & reſponſio quando quartus menſis impletus ſit.
XXVIII. Interloquutio de adventu partis utriuſque Carthaginem.
XXIX. Proſequutio Donatiſtarum de adventu ſuo Carthaginem, & quod jam die tranſacto fieri non deheat ipſa conlatio, ſed in contumaces pronunciari debere.
XXX. Interloquutio refellens ſuperiorem proſequutionem.
XXXI. Proſequutio Donatiſtarum ut divinis tantum teſtimoniis cauſa tractetur.
XXXII. Interloquutio ut numerus conſtituatur, & ſic cauſa dicatur.
XXXIII. Reſponſio Donatiſtarum ut omnes Epiſcopi ipſorum adſint in judicio.
XXXIV. Interloquutio multitudinem non habere perſonam.
XXXV. Reſponſio Donatiſtarum ut non juris lege agatur.
XXXVI. Interloquutio non jus ſed contentionem ceſſare debere.
XXXVII. Ubi Donatiſtæ laudant judicis integritatem.
XXXVIII. Ubi offerunt catholicorum mandatum.
XXXIX. Ut ubi proſequantur petunt.
XL. Interloquutio ut profiteantur catholici utrum divinis tantum (teſtimoniis) agere velint.
XLI. Reſponſio catholicorum, ex mandato cognoſci voluntatem ſuam.
XLII. Interloquutio cognitoris, quid haberet mandatum.
XLIII. Reſponſio catholicorum, ex ejus recitatione poſſe cognoſci.
XLIV. Ubi dicunt Donatiſtæ: *Legem Dei repudiat qui dubitat quid deheat profiteri.*
XLV. Interloquutio ad ſupradicta.
XLVI. Reſponſio catholicorum ad ſupradicta.
XLVII. Ubi dicunt Donatiſtæ non debere eſſe mandatum, ſed jus publicum aut legem Dei eligere debere.
XLVIII. Proſequutio catholicorum, per dicta divina Eccleſiam ſe demonſtrare, per ſcripta publica hominum crimina purgari.
XLIX. Interloquutio adprobans dicta catholicorum.
L. Proſequutio catholicorum, per mandatum omnia intimari.
LI. Interloquutio adprobans ſupradicta.
LII. Ubi catholicis volentibus legere mandatum, dicit cognitor ut officium recitet.
LIII. Proſequutio Donatiſtarum, permittens recitari mandatum, accuſans genus accuſationis.
LIV. Interloquutio, ſe aliter audire non poſſe quod imperialibus legibus conſtitutum eſt.

LV.

LV. Ubi recitatur mandatum catholicorum in quo omnem cauſam complexi ſunt.
LVI. Interloquutio adprobans mandatum catholicorum divinis conſtare teſtimoniis.
LVII. Recitatio ſubſcriptionum primatum catholicorum.
LVIII. Interioquutio requirens numerum ſubſcribentium, & renunciat officium.
LIX. Ubi requirunt Donatiſtæ catholicos qui ſubſcripſerunt.
LX. Ubi reſpondent catholici ut mitterent qui illos agnoſcerent.
LXI. Ubi de numero Epiſcoporum catholicorum movent quæſtionem Donatiſtæ, quod ſupponi potuerint qui Epiſcopi non fuiſſent.
LXII. Interloquutio contra iſtam proſequutionem.
LXIII. Ubi petunt Donatiſtæ ut ſigillatim omnes catholicos Epiſcopos permittantur agnoſcere.
LXIV. Ubi requirit judex ſi bini ubique poſſunt eſſe Epiſcopi.
LXV. Ubi Donatiſtæ laudant judicem de ipſa inquiſitione, & (de) catholicorum numeroſitate incongrua conqueruntur.
LXVI. Ubi catholici multiloquium reprehendunt.
LXVII. Ubi dicunt Donatiſtæ : *Plus ſcripſiſti quam dixi.*
LXVIII. Proſequutio catholicorum ut perſonæ conſtituantur actorum.
LXIX. Interloquutio (cognitoris) quod (de) incompetenter ordinatis mandatum ſibi non ſit.
LXX. Ubi iterum Donatiſtæ proſequuntur judicari debere de numero partis utriuſque.
LXXI. Interloquutio quod multitudo opus non ſit.
LXXII. Reſponſio catholicorum, ubi excuſant abſentiam ſuorum.
LXXIII. Interloquutio ut venirent omnes.
LXXIV. Ubi rurſus catholici turbas non opus eſſe reſpondent.
LXXV. Interloquutio cognitoris, utrum loco uno eſſent Epiſcopi catholici qui dicebantur abſentes.
LXXVI. Reſponſio catholicorum neſcire ſe ubi ſint, nec debere venire ad conlationis locum niſi eos de quibus dubitatur.
LXXVII. Ubi dicunt Donatiſtæ [1] quod impugnet ſe actio catholicorum, & inſtant ut omnes catholici veniant qui ſubſcripſerunt.
LXXVIII. Ubi catholici tumultum vel ſtrepitum cavent.
LXXIX. Interloquutio confirmans ſuperius dicta.
LXXX. ([2] Ubi dicunt Donatiſtæ ſruſtra conqueri catholicos de tumultu.
LXXXI. Reſponſio catholicorum, quod cauſa cito peragetur, ſi Donatiſtæ voluerint reſpondere.)
LXXXII. Ubi dicunt Donatiſtæ, confiteri illos cum tumultu venturos
LXXXIII. Ubi reſpondetur a catholicis quare tumultum formident.
LXXXIV. Ubi dicunt Donatiſtæ : *Si in paucos tumultus fieri non poteſt, in multos quemadmodum fieri poteſt?* Et reſpondent catholici, *Judæa.*
LXXXV. Interloquutio quod multitudo ſacerdotum poſſit præſtare ſilentium.
LXXXVI. Ubi iterum Donatiſtæ dicunt omnes debere.
LXXXVII. Interloquutio, ut de quo dubitatur veniat.
LXXXVIII. Ubi dicitur a Donatiſtis cauſa tumultus, ubi vel quomodo Epiſcopi recitati [3] exeant.
LXXXIX. Ubi conſentiunt catholici quod petebatur, ut omnes veniant.
XC. Ubi ſibi volunt Donatiſtæ mandatum oſtendi catholicorum.
XCI. Interloquutio ut fiat quod petierunt.
XCII. Ubi dicunt Donatiſtæ; Omnes adſint, aut cauſa differtur.
XCIII. Ubi reſpondetur a catholicis quia non differatur, & petunt ut actis offeratur mandatum.
XCIV. Ubi ad hoc reſpondent Donatiſtæ.
XCV. Interloquutio ad eam rem.
XCVI. Ubi dicunt Donatiſtæ præſentiam eorum, non mandatum, ſe velle.
XCVII. Ubi dicunt (catholici) ut hi qui inventi ſunt intromittantur; & jubetur fieri.
XCVIII. Interloquutio, ſatisfactum eſſe petitionibus Donatiſtarum.
XCIX. Ubi recitari incipiunt ſinguli Epiſcopi catholicorum; & jubetur ut exeat qui non ſuſcepit negotium.
C. Ubi dicitur a catholicis ut & illorum Epiſcopi procedant.
CI. Ubi interrogat cognitor utrum & Donatiſtæ conſentiant.
CII. Ubi ſuggeritur a catholicis ut & Donatiſtæ mandent.
CIII. Ubi inquirit cognitor utrum cum mandaverint, exeant & dent locum acturis.
CIV. Ubi ad hoc conſentiunt Donatiſtæ.
CV. Interloquutio de ſubſcriptionibus etiam Donatiſtarum judiciis intimandis.
CVI. Ubi reſpondent Donatiſtæ, apud acta ſe velle mandare.
CVII. Ubi cognitor quærit, apud quæ acta.
CVIII. Ubi reſpondent Donatiſtæ apud eum ſe velle mandare, ſed ei permittere quid jubeat.
CIX. Ubi quæritur a Donatiſtis quid eligant de mandato catholicorum.
CX. Ubi reſpondent Donatiſtæ, ut mandatores potius cognoſcantur.
CXI. Ubi jubetur ut fiat.
CXII. Recitatio & interloquutio de ipſis.
CXIII. Proſequutio de ipſis.
CXIV. Interloquutio & reſponſio de Epiſcopo Zummenſi.
CXV. Ubi dicitur a catholicis ut videantur præſentes & abſentes. Et juſſio cognitoris ut fiat.
CXVI. Interloquutio de præſentibus, & recitatio de invicem agnoſcentibus.
CXVII. Reſponſio Donatiſtarum de diœceſibus.
CXVIII. Et catholicorum ad eandem rem.
CXIX. Iterum Donatiſtarum inde.
CXX. Interloquutio quod non pertineat ad actio-

1 *Ubi dicunt*) Hæc tranſpoſita erant Nos repoſuimus ope geſtorum.
2 *Ubi dicunt*) Hæc nos addidimus, quæ hinc deerant. Infra tamen, quamvis loca non ſuis, extabant lemmata horum duorum capitum, ſed paulo obſcuriora. Illic enim legebatur 82. *Iterum Donatiſtæ inde.* 83. *Reſponſio catholicorum ad eamdem rem*
3 *Exeant*) id eſt, compareant, in medium prodeant.

actionem præsentem.
CXXI. De Episcopo ad catholicam conversio; & sequentium nominum recitatio.
CXXII. Ubi catholici inquirunt de Feliciano Mustitano.
CXXIII. Responsio Donatistarum inde.
CXXIV. Iterum catholici inde.
CXXV. Iterum Donatistæ inde.
CXXVI. Interloquutio ut cœptus ordo teneatur, & recitatur.
CXXVII. Responsio catholicorum de Habetdeo Diacono Primiani.
CXXVIII. Interloquutio de ipso.
CXXIX. Responsio Donatistarum de Episcopo Cusrutensi, cum deesset.
CXXX. De alio Episcopo Donatistarum de adulterio damnato.
CXXXI. Interloquutio si fuit ibi catholica; & respondent Donatistæ; *Non*.
CXXXII. De mutatis exceptoribus & custodibus datis.
CXXXIII. Interloquutio judicis ut tabulæ a custodibus signarentur; & recitatio Episcoporum.
CXXXIV. De Episcopo & Ecclesia Ceramussense.
CXXXV. Recitatio sequentium nominum.
CXXXVI. Responsio catholicorum de unitate Tagastensis Ecclesiæ.
CXXXVII. Et responsio Donatistarum ad ea.
CXXXVIII. Recitatio subscriptionum actorum.
CXXXIX. Objectiones Donatistarum & responsiones catholicorum cum actores catholici recitarentur.
CXL. Objectio Donatistarum, quod iidem sint actores qui mandatores.
CXLI. Interloquutio ad eam rem, & recitatio subscriptionum contra objectionem Donatistarum.
CXLII. Interloquutio ad eam rem.
CXLIII. Interloquutio contra objecta Victoris Episcopi Hipponensium Diarrhytorum.
CXLIV. Ubi confessum Episcopis offert judex.
CXLV. Ubi recusantes Donatistæ sessionem, judicem laudant.
CXLVI. Interloquutio ut soli remanerent actores.
CXLVII. Ubi mandatum offerunt Donatistæ.
CXLVIII. Interloquutio ut recitetur. Et recitat officium.
CXLIX. Interloquutio ut subscriptiones recitet officium.
CL. Ubi catholici petunt præsentiam Donatistarum.
CLI. Interloquutio de mandato & subscriptionibus Donatistarum.
CLII. Petitio catholicorum ut singuli accederent etiam Donatistæ.
CLIII. Interloquutio ad petitionem catholicorum.
CLIV Prosequutio catholicorum ut professio pateret Donatistarum.
CLV. Interloquutio de ea re.
CLVI. Et catholici ad eam rem.
CLVII. Recitatio nominum Donatistarum.
CLVIII. Responsio catholicorum de Felice Episcopo urbico Donatistarum.
CLIX. Et Donatistæ de eodem nomine.
CLX. Iterum catholici inde.
CLXI. Interloquutio de transmarinis non sibi esse præceptum.
CLXII. Item catholici inde.
CLXIII. Responsio Donatistarum de transmarinis, & sequentium nominum recitatio.
CLXIV. Interloquutio ut decem sufficerent ad subscribentium fidem.
CLXV. Prosequutio Donatistarum ut singuli transirent etiam ipsum, propter suam multitudinem commendandam.
CLXVI. Interloquutio quod non sit de numero mandatum.
CLXVII. Responsio Donatistarum unde supra.
CLXVIII. Ubi catholici agunt de numerositate coepiscoporum suorum, vanum dicentes præjudicium Donatistarum.
CLXIX. Ubi dicunt Donatistæ: *Injuriam facis vane.*
CLXX. Ubi catholici prosequutionem quam Donatistæ interruperant peragunt, asserentes quod nunquam causæ agendæ defuerint.
CLXXI. Interloquutio ut causa tractetur.
CLXXII. Prosequutio catholicorum ut multitudo exiret Episcoporum.
CLXXIII. Interloquutio ut singuli transirent recitati.
CLXXIV. Ubi catholici quærunt professionem Donatistarum.
CLXXV. Responsio Donatistarum de subscribentibus.
CLXXVI. Interloquutio ut singuli etiam Donatistæ recitentur.
CLXXVII. De Episcopo Vagense, de quo dubitabatur.
CLXXVIII. Interrogatio cognitoris de ipso.
CLXXIX. Responsio Donatistarum de ipso.
CLXXX. Interloquutio approbans quæsita; & sequitur recitatio nominum.
CLXXXI. Suggestio catholicorum, quod ii qui recitati fuerant, fundorum erant Episcopi, non civitatum.
CLXXXII. Et responsio Donatistarum inde.
CLXXXIII. Ubi agitur de Episcopo pro quo subscripsit Presbyter cum ipse Carthaginem non venisset, quia cæcus erat.
CLXXXIV. Catholicorum responsio inde, & Donatistarum.
CLXXXV. Responsio Donatistarum ad ea.
CLXXXVI. Interloquutio inde.
CLXXXVII. Et catholicorum inde responsio; & sequitur nominum recitatio.
CLXXXVIII. De Episcopo catholico & rebaptizato, & nominum recitatione.
CLXXXIX. Ubi multa mala in catholicos commemorantur, & ad hæc responsio Donatistarum.
CXC. Interloquutio hoc sibi non esse mandatum.
CXCI. Responsio catholicorum contra negationem Donatistarum.
CXCII. Ubi dicunt Donatistæ injuriam sibi fieri.
CXCIII. Interloquutio contra supradicta.
CXCIV. Inquisitio catholicorum de absente pro quo alius subscripsit.
CXCV. Responsio Donatistarum de eo.
CXCVI. Interloquutio inde.
CXCVII. Responsio catholicorum unde supra; & sequitur recitatio nominum.
CXCVIII. Responsio Donatistarum de Episcopo rebaptizato. Sequitur nominum recitatio.
CXCIX. Responsio Donatistarum de Episcopo rebaptizato & rebaptizante.

CC.

CC. Ubi quærit cognitor de abſente Felice Summenſe propter falſitatem ſubſcriptionis.
CCI. Reſponſio Donatiſtarum de ebaptizato & in adulterio deprehenſo, & recitatio nominum.
CCII. De Presbytero catholico interventore ubi Epiſcopum haberent Donatiſtæ, & nominum recitatio.
CCIII. De Diacono catholico rebaptizato & facto Epiſcopo a Donatiſtis.
CCIV. Ubi catholici dicunt non eſſe Donatiſtarum epiſcopum in eo loco unde eſſe dicebatur. Qui recitatus reſpondit; & ad hoc reſponſio Donatiſtarum; & interloquutio cognitoris.
CCV. Ubi Donatiſtæ mandatum ſuum volunt conſtare.
CCVI. Interloquutio ad ſupradicta, & recitatio nominum.
CCVII. Proſequutiones utrarumque partium & interloquutiones de mortuo quem dixerunt Donatiſtæ in itinere defeciſſe.
CCVIII. Interloquutio de eo quem dixerunt catholici in via ordinatum.
CCIX. De ſubſcriptionibus abſentium, ubi hoc eis cognitor concedit, quamvis in mandato ſuo præſentes præſentibus mandaverint.
CCX. Teſtatio catholicorum quod non æquatur (catholicis) numerus Donatiſtarum, quamvis multas proferrent ſubſcriptiones abſentium.
CCXI. Inquiſitio cognitoris de numero utrinque Epiſcoporum.
CCXII. De ſupervenientibus Epiſcopis catholicis.
CCXIII. Inquiſitio de numero Donatiſtarum, & reſponſio officii.
CCXIV. Inquiſitio de numero Epiſcoporum catholicorum.
CCXV. Mandatio ſupervenientium catholicorum qui non ſubſcripſerunt.
CCXVI. Interloquutio ut actores ſtarent & ceteri exirent.
CCXVII. De his qui non venerant, vel de plebibus viduatis: quod ab utriſque ſuggeſtum eſt.
CCXVIII. Interrogatio cognitoris utrum hi remanſerunt qui cauſam agent.
CCXIX. Interrogatio cognitoris de hora diei, & reſponſio officii.
CCXX. Interloquutio cognitoris de die pene jam conſumpto, & utrum ex communi conſenſu negotium differtur. Ab utriſque placere reſponſum eſt.
CCXXI. Ubi ab utriſque reſponſum eſt interjecto die cauſam debere finiri.
CCXXII. Interloquutio ut cuſtodes dentur exceptoribus atque codicibus.
CCXXIII. Ubi offerunt catholici cuſtodes, ſimiliter & Donatiſtæ.
CCXXIV. Interloquutio judicis de concluſione geſtorum.

Expliciunt capitula geſtorum primæ cognitionis.

INCIPIUNT SECUNDÆ COGNITIONIS.

I. DE adſtante officio.
II. De ingreſſu partium.
III. De confeſſu oblato.
IV. Ubi recuſatur a parte Donati confeſſus.
V. Interloquutio quod ſtans cognoſceret.
VI. Reſponſio Donatiſtarum inde.
VII. Interloquutio inde.
VIII. Suggeſtio officii de notaria Donatiſtarum, ubi petunt ſibi edi catholicorum mandatum.
IX. Juſſio ut recitetur.
X. Proſequutio Donatiſtarum contra id quod ab officio dicti ſunt partis eſſe Donati.
XI. Reſponſio catholicorum ad ea.
XII. Interloquutio ut notaria recitetur; & recitat officium.
XIII. Interloquutio de ſubſcriptionibus geſtorum.
XIX. Reſponſio catholicorum de conſenſu ipſo.
XV. Interloquutio cognitoris de ipſo placito.
XVI. Reſponſio Donatiſtarum recuſantium ſuprascripta.
XVII. Ubi dicunt catholici illos non conſentire edicto.
XVIII. Et reſpondent Donatiſtæ de baſilicis non redditis.
XIX. Interrogatio cognitoris, ſi contenti eſſent fide geſtorum.
XX. Ubi petunt Donatiſtæ ſibi edi geſta, & propter hoc cauſam differri.
XXI. Reſponſio catholicorum ad hoc.
XXII. Interloquutio ad hoc.
XXIII. Iterata petitio Donatiſtarum de hoc.
XXIV. Interloquutio ut officium recitet eorum conſenſum.
XXV. Item ubi geſta a ſe legenda poſtulant Donatiſtæ.
XXVI. Reſponſio catholicorum ad eam rem.
XXVII. Interloquutio ut conſenſus partium legatur
CXXVIII. Ubi Donatiſtæ dilationem petunt.
XXIX. Reſponſio catholicorum, in qua multiloquium accuſant.
XXX. Ubi Donatiſtæ multiloquium excuſant
XXXI. Ad hoc reſponſio catholicorum.
XXXII. Recitatio geſtorum de conſenſu partium.
XXXIII. Iterum ubi petunt Donatiſtæ dilationem.
XXXIV. Interloquutio reſiſtens petitioni dilationis
XXXV. Iterum Donatiſtæ inde, quod ſibi geſta edita non ſint.
XXXVI. Interloquutio contra hæc.
XXXVII. Ubi excuſant per exceptores Donatiſtæ.
XXXVIII. Interloquutio qua interrogantur exceptores de conſcriptione geſtorum, eorumque reſponſio.
XXXIX. Cauſatio Donatiſtarum, quod pars geſtorum in codicibus habeatur.
XL. Proſequutio catholicorum ne cauſa differatur.
XLI. Interloquutio ut iterum conſenſus partium legatur. Recuſatio Donatiſtarum.
XLII. Interloquutio iterum inde.
XLIII. Reſponſio inde Donatiſtarum.
XLIV. Recitatio iterum de conſenſu partium.
XLV. Interloquutio non licere contra proprios venire conſenſus; & ut Notarii Eccleſiæ recitent, ſi de fide dubitant exceptorum.
XLVI. Proſequutio Donatiſtarum, ubi ſibi geſta primitus edi volunt.
XLVII. Interloquutio ut ab eccleſiaſticis Notariis, ſicut ab exceptoribus, conſenſus partium recitetur.
XLVIII. Proſequutio Donatiſtarum de dilatione accipienda.

XLIX.

XLIX. Interloquutio quod priore judicio id quod nunc flagitant petere debuerunt.
L. Proſequutio catholicorum, qua demonſtratur quo die ad collationem pars quæque convenerit.
LI. Interloquutio confirmans ſuperius judicatum.
LII. Proſequutio Donatiſtarum, ubi nuper actum de die refragantur.
LIII. Profeſſio partium, pro ſuſceptis tabulis propria ſigna cognoſcunt.
LIV. Ubi dicunt Donatiſtæ, ſic ſolere teſtamenta aperiri.
LV. Interloquutio cohibens proprias profeſſiones repsehendi.
LVI. Proſequutio catholicorum, ubi permittunt judici, petentibus Donatiſtis, inducias prærogare.
LVII. Interloquutio quærens ab exceptoribus ad quem articulum ſit dilata cognitio, licet ad dilationem utriuſque partis conſenſus acceſſerit.
LVIII. Reſponſio Donatiſtarum, ubi dicunt dilationem non ſuo vitio prærogari.
LIX. Interloquutio cognitoris, ubi præcipit recitari quod nuper exactum eſt; & recitatur.
LX. Poſt recitationem interloquutio qua clareſcit in præſentem diem conſenſu partium dilatum fuiſſe judicium.
LXI. Proſequutio Donatiſtarum, ubi agere velle dicunt ſi exceptores habent geſta parata præ manibus.
LXII. Ubi Donatiſtæ promittunt ſe geſtis ſubſcripturos.
LXIII. De dilatione exceptoribus data.
LXIV. Reſponſio exceptorum de geſtis edendis.
LXV. Interloquutio de die in diem ſignando.
LXVI. Reſponſio de hac re.
LXVII. Proſequutio Donatiſtarum, qua * poſtulatur certos ad judicium ſe eſſe venturos.
LXVIII. Judicatio cognitoris, qua futuri examinis dies percepta geſtorum editione definitur.
LXIX. Proſequutio catholicorum, qua conditio iſta proponitur, ut editis geſtis, de eorum ſuſceptione & de tempore caveatur a partibus.
LXX. Proſequutio Donatiſtarum, ubi id ſe facturos eſſe promittunt.
LXXI. Interloquutio judicis, ubi etiam præſentia geſta una cum ſuperioribus edere jubetur officium.
LXXII. Proſequutio catholicorum, ubi edictum a judice flagitant proponendum, ut Donatiſtæ dilationem petiſſe noſcantur.
LXXIII. Deciſio cognitoris ubi prædictam geſtorum propoſitionem ſe facturum eſſe pronuntiat.

Explicium capitula geſtorum ſecundi conflictus.

* pollicentur certo.

INCIPIUNT CAPITULA TERTIÆ COGNITIONIS.

I. DE adſtante officio.
II. De ingreſſis Epiſcopis.
III. Interloquutio de die examinis conſtituto, qui dies etiam officii reſponſione ſignatur.
IV. Recitatio cautionis, ubi catholici geſta receperunt.
V. Recitatio ſimilis cautionis partis alterius.
VI. Interloquutio qua ſtatuitur ut principalis cauſa dicatur.
VII. Proſequutio catholicorum, ubi principale negotium olim ſe agere velle teſtantur.
VIII. Ubi Donatiſtæ a catholicis exigunt ut proponant.
IX. Ubi reſpondetur propoſitionem ex mandato ſuo poſſe cognoſci.
X. Proſecutio catholicorum, qua prædicunt ne morarum impedimenta neſtantur.
XI. Proſecutio ut quod intenditur proponatur.
XII. Reſponſio catholicorum qua dicunt propoſitionem Donatiſtarum ex ipſorum colligi poſſe mandato.
XIII. Interloquutio qua poſcitur ut principalis cauſa dicatur.
XIV. Proſecutio catholicorum, qua provocant ut Eccleſiæ principale negotium peragatur.
XV. Proſecutio Donatiſtarum, diſcutiendas eſſe perſonas.
XVI. Reſponſio catholicorum, jam confirmatas eſſe perſonas.
XVII. Interloquutio quod proſecutionem Donatiſtarum catholici non diligenter adverterint.
XVIII. Reſponſio catholicorum, qua dicunt utrumque recitandum eſſe mandatum.
XIX. Interloquutio qua Donatiſtarum proſecutio catholicis aperitur.
XX. Proſecutio catholicorum, qui ab Imperatore petierint a ſe directa legatione, ex qua flagitant ut jam cauſa dicatur.
XXI. Interloquutio ut recitetur imperiale præceptum.
XXII. Proſecutio Donatiſtarum de catholici nominis quæſtione, & inde contentio.
XXIII. Interloquutio de eadem re.
XXIV. Recitatio imperialis arbitrii.
XXV. Interruptio Donatiſtarum, qua interpretantur imperiale præceptum.
XXVI. Catholicorum ad iſta reſponſio.
XXVII. Ubi Donatiſtæ a catholicis ſe dicunt eſſe laudatos.
XXVIII. Catholicorum ad iſta reſponſio.
XXIX. Recitatio principalis juſſionis ſuperius inchoatæ.
XXX. Proſecutio Donatiſtarum de proprii ac paterni nominis ratione.
XXXI. Catholicorum ad iſta reſponſio.
XXXII. Profeſſio Donatiſtarum, ſibi principem fuiſſe Donatum.
XXXIII. Ubi a catholicis ad condemnandum Donati vocabulum provocantur.
XXXIV. Ubi idipſum de Menſurii nomine a Donatiſtis in catholicos retorquetur.
XXXV. Catholicorum ad iſta reſponſio.
XXXVI. Interloquutio de lege recitata, & diſcutienda totius erroris origine.
XXXVII. Ubi preces catholicorum legi ſibi poſtulant Donatiſtæ.
XXXVIII. Interloquutio de reſcripto pragmatico.
XXXIX. Proſecutio Donatiſtarum de legatorum diſcutienda perſona.
XL. Ubi catholici conteſtantur multa agendo nihil velle agere Donatiſtas.
XLI. Item catholicorum proſequutio de his quæ ſuper legatorum perſona Donatiſtæ fuerant proſecuti.
XLII. Interloquutio de ſuperfluis amovendis & negotio proponendo.

XLIII.

XLIII. Profecutio Donatiſtarum de imperiali A reſcripto catholicorumque mandato inter ſe pariter conferendo.

XLIV. Ubi aſſerunt catholici profecutioni ſuæ Donatiſtas minime reſpondiſſe.

XLV. Interloquutio de lege qua damus eſt cognitor in qua parte ſit ſuperſtitio conſtituta.

XLVI. Ubi aſſerunt Donatiſtæ moras potius per catholicos fieri.

XLVII. Catholicorum ad iſta contentio.

XLVIII. Interloquutio quidnam petatur a partibus.

XLIX. Profecutio Donatiſtarum, debere catholicos aut mandati ſui aut imperialis præcepti ſubire jacturam.

L. Reſponſio Catholicorum, quod mandatum B ſuum univerſa contineat.

LI. Interloquutio qua exponitur Donatiſtis forma pragmatici, & catholicorum profeſſio probabilis judicatur.

LII. Ubi dicunt Donatiſtæ catholicos Imperatori eſſe mentitos.

LIII. Ubi ad hæc catholici ex ipſa lege reſpondent.

LIV. Ubi Donatiſtæ dicunt actionem non ſe differre.

LV. Profecutio catholicorum de ipſo imperiali reſcripto & de collatione ſua, & de teſtimoniis ſcripturarum quibus confirmatur Eccleſia.

LVI. Profecutio Donatiſtarum unde ſuperius, C id eſt, delegatorum ſuſcipienda perſona.

LVII. Reſponſio catholicorum, quod ideo aliud quæritur ut cauſa fugiatur; & inde contentio.

LVIII. Interloquutio diſcutiendas legatorum perſonas non neceſſario poſtulari.

LIX. Profecutio catholicorum, quid ab Imperatore petitum ſit, quidve conceſſum.

LX. Profecutio Donatiſtarum de perſona iterum legatorum.

LXI. Catholicorum ad iſta reſponſio.

LXII. Iterum Donatiſtarum contentio de legatorum diſcutienda perſona.

LXIII. Conteſtatio Donatiſtarum, quod moras catholici innectant, qui perſonas nolunt pro- D dere legatorum.

LXIV. Interloquutio quod de his perſonis nihil quæri voluit Imperator.

LXV. Iterum Donatiſtarum contentio de legatis.

LXVI. Interloquutio ut dicant Donatiſtæ ſi ex præſentibus catholicis poſſunt eos agnoſcere quos dicunt eſſe legatos; aut ſi abſunt, præſentari oportere.

LXVII. Profecutio Donatiſtarum, ubi dicunt præſentandos eſſe legatos.

LXVIII. Reſponſio catholicorum, ubi dicunt jam ſemel perſonam ſuam ab illis eſſe firmatam.

LXIX. Iterum Donatiſtæ de legatorum diſcuſ- E ſione contendunt.

LXX. Interloquutio ut de perſona legatorum contentione ſupplota, ad interna negotii veniatur.

LXXI. Iterum Donatiſtæ de legatorum perſona contendunt.

LXXII. Ubi exigunt catholici Donatiſtas cautam oportere propriæ ſeparationis oſtendere.

LXXIII. Iterum Donatiſtarum contentio de legatis.

LXXIV. Ubi catholici reſpondent nihil ab Imperatore præceptum de legatorum diſcutienda perſona, ſed de erroris initio diſquirendo.

LXXV. Profecutio Donatiſtarum, apud ſe eſſe potius catholicam. Et iterum de legatorum diſcuſſione contentio.

LXXVI. Profecutio catholicorum, qua ſibi teſtimoniis flagitant comprobari quod apud ſe Donatiſtæ dixerunt eſſe catholicam.

LXXVII. Interloquutio, legatorum nomina ſuperfluo flagitari; quibus omiſſis jam ad propoſitionem negotii veniendum.

LXXVIII. Iterum Donatiſtarum contentio de legatis.

LXXIX. Interloquutio ſimilis præcedenti.

LXXX. Profecutio catholicorum, qua ad collationem, ſicut voluit Imperator, veniſſe teſtantur.

LXXXI. Interloquutio legatorum diſcutiendas fuiſſe perſonas ubi officium ſuum exſecuta legatio eſt.

LXXXII. Ubi poſtulant catholici ut a Donatiſtis cauſa ſeparationis propriæ publicetur.

LXXXIII. Iterum Donatiſtæ flagitant edi ſibi debere legatos.

LXXXIV. Interloquutio, ubi cognitor dicit a forma legis ſe deviare non poſſe, & omnes a legatorum inquiſitione debere ceſſare, ſed cautam eſſe dicendam.

LXXXV. Profecutio Donatiſtarum de edendo eo quod catholici ab Imperatore petierint, & per quos petierunt.

LXXXVI. Interlocutio quod præceptum non ſit inquirere quidnam catholici ab Imperatore petierint, ſed confirmatis utriſque perſonis, negotium debere proponi.

LXXXVII. Iterum Donatiſtarum inde contentio.

LXXXVIII. Catholicorum ad iſta reſponſio, qua etiam conteſtantur prolixa velle geſta facere Donatiſtas.

LXXXIX. Profecutio Donatiſtarum, ubi moras dicunt per catholicos fieri, & ubi edi ſibi poſtulant quid ab Imperatore petierint, & ubi quærunt utrum jure publico an divinis legibus velint actitare catholici.

XC. Interloquutio collationem tantummodo ab Imperatore petiiſſe catholicos.

XCI. Interpellatio Donatiſtarum, qua ſe potius catholicos dici oportere teſtantur.

XCII. Interloquutio eos catholicos eſſe vocitandos quos ſic vocari voluit Imperator.

XCIII. Profecutio Donatiſtarum, catholicum nomen eis eſſe ſervandum quem victoria declaraverit Chriſtianum.

XCIV. Interloquutio ad iſta contentiens, & formam præcedentis præcepti obſervans.

XCV. Ubi Donatiſtæ ſine præjudicio ſuo hoc ipſum interfatum eſſe judicem volunt.

XCVI. Interloquutio ut jam cauſæ proponatur initium, ſi volunt oſtendere Donatiſtæ adverſariis nomen non convenire catholicum.

XCVII. Profecutio Donatiſtarum, ut catholici, quia nolunt ſatisfacere judicatis, hoc ſaltim reſpondeant, utrum nomen petitoris adſumant.

XCVIII. Catholicorum ad iſta reſponſio, & de Eccleſia ubique diffuſa.

XCIX. Profecutio Donatiſtarum, nihil ſe habere cum Eccleſiis peregrinis, ſed catholicum nomen victori eſſe ſervandum, & profiteri catholicos oportere utrum perſonam petitoris adſumant.

C. Profecutio catholicorum, quomodo Afri Chriſtiani

ſtiani communionem habeant cum orbe terrarum.

CI. Item proſecutio catholicorum, ibi Eccleſiam inquirendam ubi ſponſus Eccleſiæ, id eſt, Chriſtus, agnoſcitur; & catholici nominis evidens expreſſio.

CII. Proſecutio Donatiſtarum, ubi catholicum nomen interpretari aliter moliuntur, & conantur iterum ad tranſacta recurrere nominibus legatorum.

CIII. Interloquutio judicis, ut omiſſis quæ tranſacta ſunt, catholici nominis promiſſa ratio demonſtretur.

CIV. Donatiſtarum contentio, ut proponere catholici compellantur.

CV. Item petitio Donatiſtarum, quod debeat judex pronunciare de ſingulis.

CVI. Item ubi poſtulant Donatiſtæ ut catholici edicant utrum petitorum an reſpondentium ſibi velint vendicare perſonam.

CVII. Interloquutio iſta confirmans.

CVIII. Ubi catholici profitentur ad hoc ſe ingreſſos eſſe judicium ut objectis eorum criminationibuſque reſpondeant.

CIX. Proſecutio Donatiſtarum, qua requirunt a quibus fuerint ad judicium provocati.

CX. Proſecutio catholicorum, qua ideo ſe ad collationem conveniſſe aſſerunt Donatiſtarum ut eorum objecta retellerent, & qua eoſdem Donatiſtas auditionem in comitatu petiiſſe teſtantur.

CXI. Interloquutio ut Donatiſtæ quæ ſolent crimina catholicis objicere jam proponant.

CXII. Proſecutio Donatiſtarum, ut pronunciet judex utrum recta ſint quæ iidem poſtulant Donatiſtæ.

CXIII. Interloquutio qua & illos recte petiiſſe & a catholicis recte reſponſum eſſe pronunciat.

CXIV. Proſecutio Donatiſtarum, in qua conantur catholicos facere petitores.

CXV. Interloquutio judicis, ſi catholici aliquid objiciunt Donatiſtis.

CXVI. Proſecutio catholicorum, qua dicunt nihil ſe obicere, ſed objecta velle diluere, illos autem ſæpius objeciſſe & proprii tenore mandati & veteris Epiſcopi Primiani poſſe monſtrari.

CXVII. Interloquutio ut Donatiſtæ traditionis crimen, quod in mandatum ſuum contulerant adverſus catholicos, probationibus fulciant.

CXVIII. Poſtulatio Donatiſtarum ut ante judex pronunciet de perſona, & ſic eatur in cauſam.

CXIX. Catholicorum ad iſta contentio.

CXX. Interloquutio, eum eſſe petitorem qui crimen intendit.

CXXI. Donatiſtarum petitio, ut catholici doceant collationem ab utriſque partibus poſtulatam.

CXXII. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CXXIII. Interruptio Donatiſtarum, per quam ſibi catholicum nomen aſſumunt: & de nominibus parentum utrinque contentio.

CXXIV. Ubi offerunt geſta catholici in judicio habita præfecturæ, quibus comprobant quod promiſſum eſt.

CXXV. Ubi ad tranſacta ſe referunt Donatiſtæ, ne geſta recitentur, & de perſona pronunciari deſiderant.

CXXVI. Interloquutio, collationem ſolam petiiſſe catholicos, de hac tantummodo judicandum.

CXXVII. Ubi Donatiſtæ contendunt ut judex de ſua primum petitione pronunciet.

CXXVIII. Proſecutio catholicorum ut proferant Donatiſtæ ſi habent unde ſua falſitas convincatur, & ubi geſta ingerunt præfecturæ.

CXXIX. Ubi ad tranſacta ſe conferunt Donatiſtæ, ne geſta apud præfecturam habita recitentur.

CXXX. Interloquutio, qua ſupploſis omnibus, recitari oportere eadem geſta pronunciat.

CXXXI. Proſecutio Donatiſtarum, de perſona petitorum & judicis pronunciatione promenda.

CXXXII. Interloquutio, ubi omnibus quæ offerunt, recitandi ordinem pollicetur.

CXXXIII. Interruptio Donatiſtarum, ne geſta recitentur.

CXXXIV. Interloquutio, perſonam petitoris hinc poſſe clareſcere ſi geſta fuerint recitata.

CXXXV. Contentio Donatiſtarum ut pronunciet cognitor de petitis.

CXXXVI. Petitio catholicorum ut geſta recitentur.

CXXXVII. Interloquutio, non debere ad pronunciationem adigi cognitorem, cum ex altera parte probationis volumen offerretur.

CXXXVIII. Proſecutio Donatiſtarum, ubi, ne geſta recitentur, aliud proſequuntur; & pronunciari de parte a cognitore deſiderant.

CXXXIX. Interloquutio ut geſta eadem recitentur.

CXL. Ubi multis proſecutionibus recitari geſta non ſinunt Donatiſtæ, & contra multas pronunciationes judicis conſligendo, perſonam fugiunt petitoris.

CXLI. Ubi eadem geſta incipiunt recitari; & volentes interrumpere Donatiſtæ, proconſularia vel vicariana offerunt geſta, per quæ ſibi monſtrant plurima objeciſſe catholicos.

CXLII. Conteſtatio catholicorum de tumultuantibus Donatiſtis.

CXLIII. Petitio Donatiſtarum, ut ſecundum ordinem temporis ſingularum partium volumina recitentur.

CXLIV. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CXLV. Interloquutio, utrum priora ſint geſta quæ legi deſiderant Donatiſtæ.

CXLVI. Donatiſtarum ad interrogata reſponſio.

CXLVII. Interloquutio, ea quæ antiquiora ſunt geſta primitus recitanda.

CXLVIII. Ubi catholici offerunt ea geſta quæ priora ſunt omnibus.

CXLIX. Proſecutio Donatiſtarum, qua, ne aliqua geſta recitarentur, catholicos dicunt ad forenſia remeaſſe, cum divinis legibus elegerint univerſa diſcingi.

CL. (Interloquutio, ut ea geſta recitentur quæ antiquiora ſunt.)

CLI. Ubi Donatiſtæ ſe in cauſam mirantur induci.

CLII. Ubi catholici reſpondent geſta ſe per ordinem recitanda, ſicut ipſi poſtulaverant, obtuliſſe.

CLIII. Proſecutio Donatiſtarum, ubi aliud quam quod a catholicis offertur ſe petiiſſe reſpondent; & eos provocant ut aut divinis tantum teſtimoniis aut publico jure diſceptent.

CLIV. Interloquutio ut geſtorum dies inter ſe ab officio conferantur.

CLV.

CLV. Profecutio catholicorum, quando debeat A divinis legibus, quando publicis cauſa tractari.

CLVI. Interloquutio qua catholicorum profecutio probabilis judicatur.

CLVII. Profecutio Donatiſtarum, in qua redeunt ad priora, ut mandatum ſibi & legatio publicetur.

CLVIII. Interloquutio adverſus Donatiſtarum profecutionem.

CLIX. Profecutio Donatiſtarum de mandato præſentibus defenſoribus adtributo, & de alio mandato prioribus legatis impoſito.

CLX. Catholicorum ad iſta reſponſio, qua dicitur illo mandato quod legatis impoſitum eſt aliena quoque negotia, quæ ab iſtis inquiri non debeant, contineri. B

CLXI. Profecutio Donatiſtarum, qua hoc ipſum criminantur quod catholici dixerunt illud legatorum mandatum non eſſe prodendum.

CLXII. Catholicorum ad iſta reſponſio, quæ ſenſum præcedentis profecutionis exponit.

CLXIII. Profecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.

CLXIV. Interloquutio, mandatum catholicorum non debere diſquiri, ſed Donatiſtas potius oportere profiteri utrum crimina velint traditionis oſtendi, an fidei cauſam Eccleſiæque tractari.

CLXV. Donatiſtarum profecutio, quod eis perſona petitoris inludenter imponitur.

CLXVI. Interloquutio, quod petitor geſtorum poterit recitatione monſtrari: & Donatiſtæ reſpondent ordinem in eorum recitatione ſervandum.

CLXVII. Interloquutio, ubi tempora geſtorum proconſularium ſive præfecturæ inter ſe conferre jubetur officium.

CLXVIII. Ubi geſta illis antiquiora a catholicis offeruntur.

CLXIX. Ubi cognitor jubet, volentibus legere Donatiſtis, ab officio potius quæ legenda ſunt recitari.

LXX. Ubi catholici ea quæ ipſi offerunt geſta antiquiora eſſe reſpondent.

CLXXI. Ubi cognitor percontatur officium quæ D priora ſint geſta.

CLXXII. Ubi reſpondet officium antiquiora eſſe geſta quæ obtulerunt de codice Donatiſtæ.

CLXXIII. Ubi reſpondent catholici ſe antiquiora proferre.

CLXXIV. Ubi cognitor jubet Donatiſtarum geſta, quaſi antiquiora, recitari; & ab officio recitatur datus a catholicis libellus Proconſuli Septimino.

CLXXV. Ubi Donatiſtæ petitores volunt eſſe catholicos.

CLXXVI. Profecutio catholicorum, ubi petunt antiquiora potius recitari, quæ apud Anulinum Proconſulem geſta ſunt, agenti- E bus Donatiſtis.

CLXXVII. Interloquutio quæ jubet probare catholicos ſchiſmatis crimen quod objiciunt Donatiſtis.

CLXXVIII. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CLXXIX. Interloquutio quæ jubet univerſa per ordinem recitari.

CLXXX. Contendentibus de nomine petitoris, interloquitur judex petitorem melius poſſe clarefcere cum omnia fuerint recitata.

CLXXXI. Profecutio Donatiſtarum, ut eligant catholici utrum publicis agere velint legibus, an divinis.

CLXXXII. Ad hæc interloquutio cognitoris ut geſta per ordinem recitentur, quo poſſit petitor agnoſci.

CLXXXIII. Ubi Donatiſtæ, ne geſta apud Anulinum Proconſulem habita recitentur, præſcriptionem de lapſu temporis moliuntur inducere.

CLXXXIV. Ubi iſta contendentibus Donatiſtis, interloquitur judex præſcriptionem de lapſu temporis ſubmovendam, cum ad hunc diem partes examen communi voluntate diſtulerint.

CLXXXV. Ubi Donatiſtæ dicunt ideo ſe præſcriptionem temporis intuliſſe quoniam catholici forenſi more chartis oblatis agere voluerunt.

CLXXXVI. Interloquutio, ut reſpondeant catholici objectis.

CLXXXVII. Catholicorum ad iſta reſponſio, qua profitentur ſecundum ſcripturas ſe acturos eſſe divinas, ut a criminibus perſonarum & a legendis chartulis recedatur.

CLXXXVIII. Profecutio Donatiſtarum, qua dicunt nihil certum de duobus elegiſſe catholicos, nec ſe eſſe petitores qui ad judicium venerint provocati, ſed ipſos potius debere proponere.

CLXXXIX. Ubi dicunt catholici eum non adC ſiſtere loco petitoris cui crimen objicitur.

CXC. Interloquutio adprobans ſupradicta.

CXCI. Ubi dicunt Donatiſtæ de oblata conditione forenſis divinique tractatus nihil a catholicis eſſe reſponſum.

CXCII. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CXCIII. Ubi dicunt Donatiſtæ quod ſenſim inducantur in cauſam, & hoc ſibi a patribus eſſe mandatum ut nomine reſpondentis adſiſtant.

CXCIV. Interloquutio ubi dicitur ad unam propoſitionem Donatiſtarum ipſum judicem, ad aliam vero reſpondiſſe catholicos.

CXCV. Ubi dicunt Donatiſtæ judicem abſentium, non præſentium, partes debere defendere.

CXCVI. Interloquutio qua ſe hoc quod voluerant Donatiſtæ pronunciaſſe reſpondet.

CXCVII. Profecutio catholicorum, qua ſe etiam elegiſſe reſpondent quo jure diſceptent, & nihil pro ſe egiſſe judicem, ſed pro partibus ſuis.

CXCVIII. Profecutio Donatiſtarum, non fuiſſe in ſua poteſtate quod ad judicium convenerunt.

CXCIX. Ubi catholici interrogant Donatiſtas utrum a perſonarum criminatione diſcedant.

CC. Profecutio Donatiſtarum, qua dicunt huic interrogationi catholicorum ſe reſpondere non poſſe, ſed eos loco debere adſiſtere petitoris.

CCI. Profecutio catholicorum, per quam ſe propoſitis Donatiſtarum conditionibus reſpondiſſe teſtantur.

CCII. Interloquutio adprobans reſpondiſſe catholicos, dicens antiquiora geſta recitari, ut petitor poſſit oſtendi.

CCIII. Profecutio, qua Donatiſtæ negantes unum certum elegiſſe catholicos, ad præſcriptionem de lapſu temporis revertuntur.

CCIV. Catholicorum reſponſio, non occurriſſe ad ultimum Donatiſtas qui poſtea mandaverunt

C CCV.

CCV. Donatiſtarum inde contentio.
CCVI. Proſecutio catholicorum de profeſſione Epiſcopi Primiani ; & ubi legendum offerunt per quod comprobant Donatiſtas tranſacta repetere.
CCVII. Reſponſio Donatiſtarum cur redeant ad peracta.
CCVIII. Proſecutio catholicorum, moratorie agere Donatiſtas, & geſta eſſe recitanda quæ detegant petitorem.
CCIX. Ubi, ne legantur geſta volunt præſcribere Donatiſtæ.
CCX. Interloquutio, Donatiſtas contra ſuos velle venire conſenſus, & geſta eſſe recitanda.
CCXI. Defenſio Donatiſtarum, cur noluit catholicis proprium ſervare contentum.
CCXII. Interloquutio ut geſta recitentur, ea ſervans incolumia Donatiſtis quæ poſſunt ratione competere.
CCXIII. Ubi dicunt Donatiſtæ conſenſus proprios ſervare debere catholicos, qui ſe divinis legibus acturos eſſe promiſerint.
CCXIV. Catholicorum ad iſta reſponſio, non Cæciliani ſed Eccleſiæ cauſam promiſiſſe ſe divinis legibus peracturos.
CCXV. Interloquutio ut geſta recitentur, quibus petitor poſſit oſtendi.
CCXVI. Ubi lecto titulo relationis, quærunt Donatiſtæ cur titulus lectus eſt ; & cognitor jubet ut actis neuter titulus inferatur.
CCXVII. Ubi, exceptore recitante, Donatiſtæ quærunt unde prolata ſint.
CCXVIII. Ubi catholici dicunt, recitatis geſtis debere a ſe exigi lectionis ipſius firmitatem.
CCXIX. Interloquutio, ante lectionem præcipiens reſponderi unde geſta prolata ſint.
CCXX. Ubi catholici reſpondent, ex archivo Proconſulis hæc eſſe prolata ; & recitantur ex ordine.
CCXXI. Ubi interrupta recitatione geſtorum, interrogant Donatiſtæ utrum Cæciliani ſit filius is qui nunc agat.
CCXXII. Catholicorum ad iſta reſponſio, ſcriptum eſſe ne Chriſtianus patrem ſibi dicat in terra, nec in Cæciliano ſpem ſe ponere, ſi innocens fuit, nec, ſi nocens ille fuit, Eccleſiam deſerendam.
CCXXIII. Ubi interloquente cognitore omnia debere recitari, Donatiſtæ poſtulant ut proſequi jubeantur.
CCXXIV. Ubi catholici dicunt, ex recitatione geſtorum petitoris inveniri poſſe perſonam.
CCXXV. Proſecutio Donatiſtarum, ubi dicunt non eſſe diſcutiendam Cæciliani perſonam, ſi & reus manifeſtiſſimus deprehenſus non poteſt obeſſe catholicis.
CCXXVI. Catholicorum reſponſio, ideo ſe Cæciliani in medium miſiſſe perſonam, quoniam ipſa catholicæ Eccleſiæ ſemper objecta eſt : de qua ſi nunc taceant Donatiſtæ, nihil eſſe jam cauſæ cur ſeparatio teneatur
CCXXVII. Ubi interrogant Donatiſtæ, utrum qui agunt Cæciliani ſint filii.
CCXXVIII. Catholicorum ad iſta reſponſio.
CCXXIX. Iterum interrogatio Donatiſtarum ſuper eadem re.
CCXXX. Catholicorum reſponſio, non patrem aut matrem Cæcilianum ſibi fuiſſe, ſed fratrem. Ibi etiam profitentur fidei ſuæ Chriſtum eſſe principium.
CCXXXI. Iterum Donatiſtæ, utrum pater fuerit Cæcilianus, interrogant.
CCXXXII. Catholicorum ad iſta reſponſio ; & inde contentio.
CCXXXIII. Interloquutio quæ deſignat ad interrogata reſpondiſſe catholicos.
CCXXXIV. Ubi jurantes objiciunt judici Donatiſtæ quod ſatis defendat ipſe catholicos.
CCXXXV. Proſecutio catholicorum continens de patris ac fratris nomine repetita : ubi etiam dicitur Cæciliani cauſam ad Eccleſiam minime pertinere, ſed tanquam frater innocens defendendus ſit.
CCXXXVI. Proſecutio Donatiſtarum, Cæcilianum catholicis radicem fuiſſe vel caput, & neceſſe eſſe ut ſi Cæcilianus nocens fuerit, etiam propaginem ejuſdem, qui in capite fuit, reatus inficiat.
CCXXXVII. Ubi catholici reſpondent caput ſibi eſſe Chriſtum.
CCXXXVIII. Ubi Petilianus interrumpit, & quærit quis ordinaverit Auguſtinum.
CCXXXIX. Item quæſtio a Donatiſtis immiſſa de Apoſtolo, in quo dictum eſt, *Ego vos generavi per evangelium*. 1. Cor. 4.
CCXL. Catholicorum conteſtatio de tumultu partis adverſæ.
CCXLI. Interloquutio quæ jubet reſpondere catholicos ad propoſitam de Apoſtolo quæſtionem,
CCXLII. Catholicorum ad quæſita reſponſio, cum teſtimoniis ſcripturarum, unum patrem eſſe ad ſalutem Deum, dici autem alios honoris gratia, non ſalutis.
CCXLIII. Ubi interrogant Donatiſtæ quis vocatur qui ordinavit Auguſtinum.
CCXLIV. Proſecutio catholicorum, ad cauſam minime pertinere ut ordinator ipſius inquiratur.
CCXLV. Ubi exprimentibus Donatiſtis de Auguſtini ordinatore ſe quærere, a catholicis reſpondetur non ſe defendendam Auguſtini cauſam, qualiſcunque ſit, ſuſcepiſſe.
CCXLVI. Interloquutio qua jubetur ut Auguſtinus de ordinatore ſuo ad quæſita reſpondeat.
CCXLVII. Ubi Auguſtinus, cauſa Eccleſiæ in tuto primitus conſtituta, de ſuo evidenter ordinatore reſpondet, & ad objicienda quæcumque putarint provocat Donatiſtas.
CCXLVIII. Interloquutio quæ Donatiſtas præcipit reſpondere quid competat quod interrogant. licet non differat cauſam quæſtio perſonarum.
CCXLIX. Proſecutio Donatiſtarum, qua dicunt viris ſacerdotum Eccleſiam maculari, & volumen offerunt cum divinis teſtimoniis recitandum (contra ea quæ in) recitato a catholicis in prima cognitione mandato (poſita compererunt.)
CCL. Interloquutio, ubi dicit tunc demum quod a Donatiſtis offertur poſſe recitari, ſi velint a publicarum diſcuſſione chartarum diſcedere cognitorem.
CCLI. Ubi petunt Donatiſtæ quod oſterunt interim recitari, & ab officio recitatur.
CCLII. Interloquutio quæ dicit ſcripturam illam non debuiſſe ab his penitus concipi a quibus mandato ſemel effecto negotium omne tranſierat.
CCLIII. Ubi aſſerunt Donatiſtæ legalibus teſtimoniis velle ſe a catholicis prolata in mandato ſuo legalia teſtimonia refutare, & rogant ut ſua audiatur epiſtola.

CCLIV.

CCLIV. Interloquutio quæ concedit ut recitetur quod ſecundum jus publicum non recte conceptum eſt, & hoc ipſum quod indulget enumerat, ne jus a judice videatur omiſſum.

CCLV. Exceptore recitante, dicunt Donatiſtæ ſenſus epiſtolæ non bene diſtingui.

CCLVI. Ubi catholici concedunt ipſos legere Donatiſtas, cum ipſi catholicis ut legerent in ſuperioribus denegarent.

CCLVII. Interloquutio quæ dicit nihil intereſſe quis legat.

CCLVIII. Ubi a Donatiſtarum Epiſcopo recitatur epiſtola quam miſerunt ad judicem Donatiſtæ, quæ teſtimoniis referta legalibus, illa omnia teſtimonia quaſi contrariis nitatur excludere quæ in mandato ſuo catholici poſuerunt.

CCLIX. Interloquutio quæ omni epiſtola recitata, prabitam a catholicis pronunciat eſſe patientiam; & adverſus textum ejus jubet reſpondere catholicos.

CCLX. Proſecutio Donatiſtarum, qua petunt ut teſtimonia ſua teſtimoniis revincantur.

CCLXI. Ubi a catholicis adverſus Donatiſtarum epiſtulam reſpondetur.

CCLXII. Ubi volunt interrumpere Donatiſtæ, negantes aream in ſcripturis eſſe nominatam.

CCLXIII. Item ubi aſſerunt Donatiſtæ de occultis, non evidentibus, reis evangelium præcepiſſe, ut eorum permixtio tolleretur.

CCLXIV. Ubi catholici poſtulant ut ſibi patientia non negetur, quam ipſi recitatæ Donatiſtarum epiſtolæ præbuerunt.

CCLXV. Proſecutio catholicorum, ubi inter cetera de ſuperioribus repetita, & illud infertur, mundi nomine Eccleſiam contineri.

CCLXVI. Donatiſtarum contra iſta contentio, mundi nomine Eccleſiam non teneri.

CCLXVII. Ubi catholici poſtulant ut admoneantur Donatiſtæ præſtare patientiam, quorum epiſtolæ illico reſpondetur, nullo dilationis ſpatio poſtulato, quomodo ipſi petierunt cum catholicorum vellent reſpondere mandato.

CCLXVIII. Ubi Donatiſtæ reſpondent ipſum ſibi obſtrepere qui longa proſequitur.

CCLXIX. Ubi catholici poſtulant, ut ſi volunt de ſingulis habere conflictum, removeatur epiſtola, aut patientiam præbeant, aut reſpondeatur epiſtolæ.

CCLXX. Ubi dicunt Donatiſtæ ideo ſe non poſſe præſtare patientiam, quod aliter volunt legem interpretari catholici.

CCLXXI. Interloquutio quæ patientiam dicit eſſe præbendam, quoniam totius epiſtolæ tenor a catholicis patienter auditus eſt.

CCLXXII. Proſecutio catholicorum, qua ideo ſcribi univerſa teſtantur in ut ſi quid, oblivionem venerit, de tabulis repetatur, & ubi dicunt & in malo & in bono mundum ſcripturarum teſtimoniis nominatum.

CCLXXIII. Interloquutio quæ ſcriptum eſſe præcipit perſtrepere Donatiſtas.

CCLXXIV. Ubi aſſerunt Donatiſtæ interpretari Eccleſiam non poſſe per mundum, cum mundum agrum eſſe, non Eccleſiam, ipſe Chriſtus expreſſerit.

CCLXXV. Interloquutio interrogans Donatiſtas quis ille ſit mundus qui ſalvandus eſt dictus.

CCLXXVI. Donatiſtarum ad iſta reſponſio, mundum illum hominem dici.

CCLXXVII. Interloquutio quæ requirit utrum ex iiſdem hominibus conſtet Eccleſia.

CCLXXVIII. Donatiſtarum ad iſta contentio.

CCLXXIX. Ubi exceptores & notarii ſuggerunt impletis codicibus ſe debere diſcedere, & alios ſubrogari.

CCLXXX. Interloquutio id fieri oportere præcipiens.

CCLXXXI. Proſecutio catholicorum, qua prolatæ a Donatiſtis epiſtolæ plena adſertione reſpondent.

HUCUSQUE GESTA.

RELIQUA DESUNT.

CCLXXXII. Proſecutio Donatiſtarum adverſus proſecutionem catholicorum quam contra epiſtolam retulerunt.

CCLXXXIII. Proſecutio catholicorum, qua oſtendunt malos in Eccleſia ſeminatos, quod Donatiſtæ fieri poſſe negaverunt, qua deſendunt quod ſe dixiſſe de duabus Eccleſiis dixerunt Donatiſtæ.

CCLXXXIV. Interloquutio quæ præcipit ut ex codice recitetur utrum duas Eccleſias dixiſſent catholici proſequentes.

CCLXXXV. Ubi interpretari volunt Donatiſtæ de duabus Eccleſiis ſenſiſſe catholicos, quoniam duas eos Eccleſias dixiſſe non conſtitit.

CCLXXXVI. Proſecutio catholicorum, qua deſendunt quid dixerint de Eccleſia præſentis temporis & futuri.

CCLXXXVII. Proſecutio Donatiſtarum ubi dicunt etiam mortalem Eccleſiam dixiſſe catholicos, cum Eccleſiæ immortalitas ſit promiſſa.

CCLXXXVIII. Proſecutio catholicorum ubi adſerunt ſupradictis aſſertionibus ſuis eam Eccleſiam immortalem eſſe promiſſam quæ nunc ex juſtis mortalibus conſtat in terra.

CCLXXXIX. Interloquutio quæ dicit de peracta quæſtione in ſententia ſe dicturum eſſe quod ſentiat, & jubet ut cauſa pandatur erroris.

CCXC. Proſecutio Donatiſtarum quæ petit ut de ſingulis articulis cognitio decurſa pronunciet, & ubi dicunt teſtimoniis legalibus ſuis non eſſe reſponſum.

CCXCI. Catholicorum ad hæc ſecundum ſuperiora reſponſio.

CCXCII. Interloquutio judicis qua dicitur legibus prohiberi ne ſententia pro parte negotii proferatur.

CCXCIII. Donatiſtarum ad iſta contentio, quæ etiam catholicis facit injuriam, dum illos falſos jactitat ſacerdotes.

CCXCIV. Conteſtatio catholicorum, ubi ſe ab injuria diſſimulare reſpondent.

CCXCV. Proſecutio Donatiſtarum, quæ dicit judici: Si Chriſtus non es, cur de ſacerdotibus judicas? & quæ aſſerit hoc judicium Chriſto eſſe ſervandum, & a catholicis quærit

rit utrum eis præceperit Chriſtus hominem judicem poſtulare.

CCXCVI. Catholicorum ad iſta reſponſio, quod primi Donatiſtæ in epiſcopali cauſa humana judicia flagitarunt, & quod perſecutionem non patiantur ipſi, ſed taciant.

CCXCVII. Ubi dicunt Donatiſtæ quod circumcelliones faciunt, ad ſacerdotes minime pertinere.

CCXCVIII. Proſecutio catholicorum, quod Donatiſtæ oculos eruendo, diabolum ſuperaverunt.

CCXCIC. Ubi dicunt Donatiſtæ diabolum a catholicis eſſe defenſum.

CCC. Proſecutio catholicorum, Maximianiſtas Donatiſtis eſſe meliores a quibus perſecutionem paſſi ſunt, ſi tolerata perſecutio efficit meliores.

CCCI. Proſecutio Donatiſtarum, ubi dicitur diabolus rem feciſſe pejorem quod Job oculos ſpectatores vulnerum non ademit.

CCCII. Proſecutio catholicorum, ubi conſolarium feciſſe Donatiſtas & dominicos codices combuſſiſſe dicuntur.

CCCIII. Proſecutio Donatiſtarum, Eccleſias ſuas cruentis adhuc plenas eſſe corporibus.

CCCIV. Interloquutio quærens an ipſa fuerit cauſa diſcidii.

CCCV. Donatiſtarum ad iſta reſponſio.

CCCVI. Ubi a catholicis dicitur hoc poſſe Maximianiſtas objicere Donatiſtis.

CCCVII. Interloquutio ſimilis præcedenti.

CCCVIII. Ubi catholici provocant Donatiſtæ ut cauſam veteris diſcidii fateantur.

CCCIX. Ubi dicunt Donatiſtæ traditores, id eſt, malam arborem, ex factis ſuis, id eſt, ex fructibus, poſſe cognoſci.

CCCX. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CCCXI. Interloquutio quærens quando mala arbor extiterit.

CCCXII. Proſecutio Donatiſtarum, non ſibi ad omnia eſſe reſponſum & ad ſingula.

CCCXIII. Judicem debere ferre ſententiam, & a primi hominis culpa hæreditarium in omnes tranſiſſe delictum.

CCCXIV. Interloquutio, de omnibus ſimul ferendam eſſe ſententiam, ne motus judicis ante finem negotii publicetur.

CCCXV. Proſecutio catholicorum poſtulans ut chartæ quæ recitari cœperant perlegantur.

CCCXVI. Interloquutio eas præcipiens recitari. Et (recitatio) relationis ad Conſtantinum Imp. ab Anulino Proconſule deſtinatæ, qua Majorinum obtuliſſe ſibi chartas criminum Cæciliani & eas ad Principem dirigendas tradidiſſe ſignatur.

CCCXVII. Ubi poſt recitationem ſervari ſibi quod contra competit poſtulant Donatiſtæ.

CCCXVIII. Item recitatio relationis alterius ab eodem Proconſule ad eumdem Principem deſtinatæ, qua ſignificat idem Proconſul Cæcilianum cum decem clericis ſuis & totidem adverſarios ejus ad urbem pergere ſe feciſſe, ſicut præceperat Imperator.

CCCXIX. Item recitatio epiſtolæ Conſtantini ad Miltiadem Romanum Epiſcopum miſſæ, qua ei & ceteris ſacerdotibus inter Cæcilianum & adverſarios ejus (cognitio) delegatur.

CCCXX. Proſecutio catholicorum intimans quæ lecta ſunt cognitori, & poſtulans ut Miltiadis in Cæciliani cauſa judicium recitetur.

CCCXXI. Recitatio judicii Miltiadis.

CCCXXII. Ubi Donatiſtæ volunt aliud contra Miltiadis judicium recitari.

CCCXXIII. Ubi a catholicis dicitur non omne Miltiadis judicium eſſe perlectum, quoniam triduo tunc actum eſt, & trina ſunt geſta.

CCCXXIV. Interloquutio ubi contra recitata volentibus proſequi Donatiſtis dicitur ut patiantur primitus omnia per ordinem recitari.

CCCXXV. Ubi contendunt contra recitata proſequi Donatiſtæ.

CCCXXVI. Ubi a catholicis dicitur, adhuc ſupereſſe quod debeat recitari, ſiquidem non ſit lecta ſententia Miltiadis.

CCCXXVII. Proſecutio Donatiſtarum qua ſe dicunt ideo de exiliis ad judicium remeaſſe, quia eis cognitor juraverat per edictum.

CCCXXVIII. Reſponſio catholicorum, non fuiſſe in exilium Donatiſtas.

CCCXXIX. Proſecutio Donatiſtarum de petitoris, perſona, quæ peracta ſunt repetens, & dicens Cæciliani purgationem non debuiſſe recitari, qui adhuc ab ipſis non fuerat accuſatus.

CCCXXX. Interloquutio, debere chartas quas Donatiſtæ offerunt recitari, ut omnibus recitatis, petitoris perſona valeat deprehendi.

CCCXXXI. Ubi contendunt catholici recitationem chartarum ſuarum interrumpi penitus non debere; ſed omnia per ordinem eſſe recitanda.

CCCXXXII. Ubi Donatiſtæ reſpondent recitationem de Cæciliano catholico non potuiſſe competere.

CCCXXXIII. Interloquutio, ubi contendentibus de continuanda recitatione catholicis, jubet cognitor illa potius recitari quæ offerunt Donatiſtæ.

CCCXXXIV. Proſecutio Donatiſtarum, initium referens cauſæ, quid Menſurius Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopus unitatis tempore perſecutionis effecerit, unde extitit cauſa diſcidii.

CCCXXXV. Interloquutio probationem exigens ſi Menſurio crimen traditionis impingitur.

CCCXXXVI. Proſecutio catholicorum qua ſalva Eccleſiæ cauſa, traditionem in Menſurio probari deſiderant.

CCCXXXVII. Ubi a Donatiſtis familiaris epiſtola recitatur a Menſurio ad Secundum Epiſcopum deſtinata, qua quid circa ſe actum ſit tempore perſecutionis inſinuat.

CCCXXXVIII. Proſecutio catholicorum qua volunt eſſe teſtatum familiares epiſtolas recitari quarum fides habeatur incerta.

CCCXXXIX. Item alia familiaris epiſtola recitatur Secundi ad Menſurium reſcribentis.

CCCXL. Ubi catholici poſtulant exprimi qui fuerit hic Secundus.

CCCXLI. Ubi qui Secundus fuerit exprimunt Donatiſtæ.

CCCXLII. Recitatio ſupradicti reſcripti, qua viciſſim quid circa ſe in Numidia geſtum ſit eo tempore Menſurio Secundus inſinuat.

CCCXLIII. Interloquutio præcipiens ut recitatis epiſtolis ſuis patienter audiant Donatiſtæ quæ legi a catholicis cœperant.

CCCXLIV. Proſequutio Donatiſtarum quæ ſupereſſe ſibi dicit quod de Cæciliano legendum eſt.

CCCXLV.

CCCXLV. Interloquutio etiam de Cæciliano, A quod ſupereſt præcipiens recitari.

CCCXLVI. Proſecutio catholicorum quæ patienter ſe habere aſſerit ut legatur.

CCCXLVII. Ubi offerunt Donatiſtæ conditum a patribus ſuis de Cæciliani damnatione decretum, & hoc jubente judice recitatur.

CCCXLVIII. Recitatione concluſa, interloquitur judex ut ſi quid eſt adhuc quod de Cæciliano recitari debeat, intimetur.

CCCXLIX. Proſecutio Donatiſtarum, de ceteris quoque perſonis ſe habere documenta promittens.

CCCL. Interloquutio ut quæ a catholicis oblata fuerant perlegantur.

CCCLI. Proſecutio catholicorum, teſtatum B taciens & adverſum Menſurium nihil publicis actum eſſe judiciis, & Cæcilianum abſentem ab his eſſe damnatum in Concilio ſine Conſule & die qui ſibi invicem confeſſa traditionis crimina in alio inveniuntur ignoviſſe Concilio.

CCCLII. Interloquutio hoc ipſum exigens recitari.

CCCLIII. Ubi principio Concilii recitato interrumpunt Donatiſtæ negantes Conſulem & diem eccleſiaſticis addici ſolere decretis.

CCCLIV. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CCCLV. Interloquutio ſimilis præcedenti.

CCCLVI. Ubi exigunt catholici oportere diſquiri utrum Donatus, cujus modo vocabu- C lum recitatum eſt, inter Cæciliani fuerit damnatores.

CCCLVII. Interloquutio quærens iſta diſquiri, & ita nomina ſingulorum.

CCCLVIII. Ubi Donatiſtæ teſtantur ſe præbuiſſe patientiam, vicem petentes cum cœperint reſpondere.

CCCLIX. Interloquutio ſecundum voluntatem Donatiſtarum exigens de catholicis patientiæ profeſſionem.

CCCLX. Ubi de præbenda patientia catholici profitentur.

CCCLXI. Ubi lecta codicis parte, totum legi flagitant Donatiſtæ.

CCCLXII. Catholicorum ad iſta reſponſio. D

CCCLXIII. Proſecutio catholicorum ideo aſſerens ſe legiſſe quæ lecta ſunt ut Cæciliani poſſit valere purgatio.

CCCLXIV. Interloquutio adverſus illa quæ a catholicis recitata ſunt, Donatiſtas admonens reſpondere, ut cetera quæ interrupta ſunt recitentur.

CCCLXV. Proſecutio Donatiſtarum aſſerens quod decretum ſine Conſulis adſcriptione protulerint, ex conſuetudine ſe feciſſe majorum.

CCCLXVI. Interloquutio quæ dicit ex hoc nec catholicos feciſſe aliquam quæſtionem.

CCCLXVII. Proſecutio catholicorum, ideo hæc agere Donatiſtas ut tempora contrahan- E tur.

CCCLXVIII. Ubi Donatiſtæ dicunt: *Si de ſententiis dictis nemo dubitat, Cæcilianus jure damnatus eſt.*

CCCLXIX. Proſecutio catholicorum aſſerens poſſe monſtrari quid de Cæciliano ſit geſtum, ſi quæ interrupta fuerant recitentur.

CCCLXX. Ubi exigunt a catholicis Donatiſtæ utrum illud verum eſſe Concilium quo Cæcilianus damnatus eſt fateantur.

CCCLXXI. Catholicorum reſponſio, etſi verum ſit illud Concilium, Cæciliano abſenti præjudicare non poſſe, quomodo Maximianiſtarum Concilium damnantium Primianum præjudicium non attulit Primiano.

CCCLXXII. Donatiſtarum proſecutio, nec cauſam cauſæ nec perſonam præjudicare perſonæ.

CCCLXXIII. Interloquutio, de Cæciliano, qui a ſeptuaginta damnatus eſt, reſpondere catholicos oportere.

CCCLXXIV. Proſecutio catholicorum, inde ſe mentionem de Primiani damnatione feciſſe, quia evangelica regula eſt adverſarios de ſuis operibus arguendos.

CCCLXXV. Proſequutio Donatiſtarum a primordio repetens quid Cæcilianus admiſerit, & promittens ex Optati Epiſcopi catholici ſcriptis poſſe monſtrari Cæcilianum fuiſſe confeſſum quia a traditoribus fuerit ordinatus.

CCCLXXVI. Proſecutio catholicorum ut quæ interrupta fuerant recitentur, & ubi dicunt ipſos illius temporis Donatiſtas de ſuo judicaſſe Concilio, qui Cæcilianum, quem damnaverant, accuſare apud Conſtantinum Principem voluerunt.

CCCLXXVII Interloquutio qua requiritur utrum poſt hoc Concilium accuſationis Cæciliani, ad Principem Donatiſtæ tranſmiſerint.

CCCLXXVIII. Ubi quærunt Donatiſtæ utrum Cæcilianus ab illo Epiſcoporum judicio appellaverit.

CCCLXXIX. Catholicorum proſequutio, qua deſtruuntur Donatiſtarum utroque modo Concilium, ſive ante factum eſt quam ad Imperatorem Cæciliani crimina mitterentur, ſive poſtea congregatum eſt.

CCCLXXX. Interloquutio quæ a Donatiſtis exigit reſponderi utrum ante accuſationem Cæciliani, an poſtea, illud fuerit Concilium celebratum.

CCCLXXXI. Donatiſtarum ad iſta reſponſio.

CCCLXXXII. Catholicorum proſequutio, qua poſtulant ea quæ acta ſunt poſtea recitari, ut Cæcilianus abſolutus & accuſatores ejus doceantur fuiſſe damnati.

CCCLXXXIII. Proſequutio Donatiſtarum, qua volunt lectione monſtrare conſuetudinis eſſe majorum quod eccleſiaſtico judicio Conſul non ſit adſcriptus.

CCCLXXXIV. Ubi catholici dicunt ad cauſam non pertinere quod volunt legere Donatiſtæ.

CCCLXXXV. Interloquutio quæ catholicos percontatur utrum illud decretum quod ſine Conſule eſt, falſum eſſe non æſtiment.

CCCLXXXVI. Catholicorum ad iſta reſponſio.

CCCLXXXVII. Interloquutio jubens ut quæ interrupta primitus fuerant recitentur.

CCCLXXXVIII. Ubi Donatiſtæ illud Concilium quo Cæciliani damnatores invicem ſua crimina donaverunt ideo arguunt falſitatis quia huic contra eccleſiaſticum & apoſtolicum morem Conſul adjectus eſt.

CCCLXXXIX. Proſecutio catholicorum poſtulans ut ſuperfluis amputatis, ea geſta recitentur quibus abſolutus Cæcilianus poſſit oſtendi.

CCCXC. Ubi contendunt Donatiſtæ eccleſiaſticis Conciliis adſcribi Conſulem non ſolere, & hoc flagitant ex ſcriptis dominicis adprobare.

CCCXCI. Ubi poſtulant catholici purgationis Cæciliani geſta debere recitari.

CCCXCII. Proſecutio Donatiſtarum catholicos cogens decreti illius ſubire jacturam quod adverſus damnatores Cæciliani recitaverunt.

CCCXCIII. Interloquutio ubi dicit ex duobus decretis illud potius poſſe nutare cui nomen Conſulis deeſt, & præcipiens ut quæ interrupta fuerant perlegantur.

CCCXCIV. Proſecutio catholicorum aſſerens nec illius ſe decreti cauſationem aliquam facere, nec tamen alterius decreti ſe pati debere jacturam.

CCCXCV. Donatiſtarum ad iſta reſponſio.

CCCXCVI. Interloquutio, ex majore diligentia Conſulis adjecti fidem non perire decreto.

CCCXCVII. Donatiſtarum ad iſta contentio.

CCCXCVIII. Proſecutio catholicorum, Cæciliani purgationem debere in judicio recitari.

CCCXIX. Ubi Donatiſtæ dicunt non valere catholicos ſolvere quod objectum eſt.

CD. Catholicorum ad iſta reſponſio, quod in apoſtolicis Conciliis non ſit dies adjectus & Conſul, & quod in propheticis libris inveniantur ſingula tempora ſuis ſignificationibus fuiſſe teſtata.

CDI. Interloquutio præcipiens geſta quæ interrupta fuerant recitari.

CDII. Interloquutio qua petentibus Donatiſtis ut judicet, dicit judicari de negotii parte non poſſe.

CDIII. Recitatio judicii Miltiadis & aliorum ſimiliter ſacerdotum, qua Cæcilianus oſtenditur abſolutus.

CDIV. Proſecutio Donatiſtarum, ubi ſecundum ſuperiora contendunt ut catholicos cogat decreti quod adverſus Cæciliani damnatores protulerunt ſubire jacturam.

CDV. Interloquutio quæ a Donatiſtis exigit utrum habeant aliquid proferendum contra recitatum judicium Miltiadis.

CDVI. Item interloquutio quæ Donatiſtas aliud agentes admonet ut ad quæſita reſpondeant.

CDVII. Catholicorum reſponſio contra illud quod a Donatiſtis decreti a ſe prolati jacturam facere compellantur.

CDVIII. Ubi Donatiſtæ contendunt illud decretum adverſus damnatores Cæciliani a catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri quia perſecutionis tempore non potuit Concilium congregari.

CDIX. Catholicorum ſimilis ad iſta reſponſio, perſecutionis tempore fieri potuiſſe Concilium, & hoc legalibus teſtimoniis edocetur.

CDX. Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.

CDXI. Catholicorum ad iſta reſponſio, potuiſſe Concilium perſecutionis tempore celebrari, ſi illo tempore, quamvis furtim, tamen etiam populus potuit congregari.

CDXII. Proſecutio Donatiſtarum, nunquam perſecutionem paſſos eſſe catholicos, qui quanta vis ſit perſecutionis ignorant.

CDXIII. Catholicorum ad iſta reſponſio, quæ interrogat Donatiſtas utrum negent collectas Chriſtianorum perſecutionis fieri ſolere temporibus.

CDXIV. Interloquutio quæ definit a catholicis hoc probandum, utrum noverint perſecutionis tempore Concilium celebratum.

CDXV. Catholicorum reſponſio, Apoſtolos inter perſecutiones Judæorum primum feciſſe Concilium.

CDXVI. Donatiſtarum ad iſta contentio.

CDXVII. Interloquutio a catholicis exigens hoc doceri.

CDXVIII. Ubi catholici de actibus Apoſtolorum recitant lectionem, qua probare velint quod ab ipſis Concilium requiſitum eſt.

CDXIX. Interloquutio quæ deſignat recitatam a catholicis lectionem quod quæſitum eſt non probaſſe.

CDXX. Proſecutio catholicorum aſſerens perſecutionis tempore ab Epiſcopis colligi potuiſſe Concilium, ſiquidem tunc etiam plebes congregatæ reperiuntur, unde martyres facti ſunt.

CDXXI. Interloquutio id exigens comprobari, & ubi exceptores alii ſubrogantur.

CDXXII. Proſequutio catholicorum, quæ interrogari deſiderat Donatiſtas utrum nulla habeantur martyrum geſta perſecutionis tempore in collectis ſe fuiſſe fatentium.

CDXXIII. Interloquutio ad interrogata reſpondere commonens Donatiſtas.

CDXXIV. Donatiſtarum ad quæſita reſponſio, qua dicunt nullam domum Epiſcoporum capere potuiſſe Concilium.

CDXXV. Ubi reſpondent catholici duodecim Epiſcopis qui in Concilio tunc fuerunt domum ſufficere potuiſſe.

CDXXVI. Interloquutio quæ requirit quantus in illo Concilio numerus Epiſcoporum fuerit.

CDXXVII. Catholicorum proſecutio ſimilis præcedenti.

CDXXVIII. Interlôquutio catholicorum dicta confirmans.

CDXXIX. Ubi catholici interrogant Donatiſtas utrum tempore perſecutionis negent fieri ſolere collectas.

CDXXX. Donatiſtarum proſecutio quæ dicit hoc decretum quod a duodecim Epiſcopis actum catholici protulerunt, vel hinc falſum eſſe quod illis non eſt temporibus factum, vel quod Imperatore in propinquis regionibus poſito, nemo illic auderet congregare Concilium.

CDXXXI. Ubi catholici dicunt parvum Epiſcoporum numerum facile tunc colligi potuiſſe.

CDXXXII. Donatiſtarum ad iſta reſponſio.

CDXXXIII. Ubi catholici conteſtantur non permitti ſuos exire quos ad geſta miſerant perferenda de martyribus in collecta ſe fuiſſe fatentibus.

CDXXXIV. Ubi ultro geſta martyrum Donatiſtæ offerunt recitanda.

CDXXXV. Interloquutio præcipiens eadem recitari.

CDXXXVI. Ubi recitato de geſtis Conſule & die, flagitant Donatiſtæ ut etiam decreti Conſul & dies cum eorumdem geſtorum Conſule vel die conferantur.

CDXXXVII. Interloquutio quæ inter decreti geſtorumque tempora quantum interſit inquirit.

CDXXXVIII. Ubi de intervallo temporis [1] pronunciantibus catholicis, quantum interfuerit ſcriba reſpondet.

CDXXXIX.

---

1 *Pronunciant.*) Ita nos emendavimus, cum in veteri libro legatur, *pronunciantium catholicis quantum interfuerit ſcripta reſponderet*. Emendationem confirmat Auguſtinus in Breviculo tertia diei cap. 17. *Juſſit etiam legatos computare officium & renunciare, conſideratis utriuſque Conſulibus & diebus, & qui de Concilio*

CDXXXIX. Ubi id quod de temporis intervallo aliter a catholicis renunciatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatiſtæ.

CDXL. Ubi hoc ipſum catholici excuſant, & remanere patiuntur in tabulis.

CDXLI. Ubi de hoc falſos notant catholicos Donatiſtæ.

CDXLII. Catholicorum reſponſio, qua aſſerunt falſum illud dici non poſſe decretum, niſi probaverint Donatiſtæ perſecutionis tempore collectas fieri non ſolere.

CDXLIII. Proſequutio Donatiſtarum, non potuiſſe Concilium eo tempore congregari quo martyres in eculeo dependebant.

CDXLIV. Interloquutio catholicorum, repetens ad iſta reſpontum.

CDXLV. Ubi catholici reſpondent etiam tempore perſecutionis tantam fuiſſe Chriſtianorum diligentiam ut in carceribus baptizati martyres fecerint collectas plebis factas ex geſtorum poſſe recitatione clareſcere.

CDXLVI. Interloquutio geſta præcipiens recitari.

CDXLVII. Ubi Donatiſtæ dicunt hæc ipſa ſe geſta nuper obtuliſſe recitanda quæ nunc a catholicis proferuntur.

CDXLVIII. Item recitatio geſtorum quibus paſſiones martyrum continentur.

CDXLIX. Item offerunt alia martyrum geſta catholici unde collectæ plebis tunc factæ doceantur, & recitantur.

CDL. Interloquutio quæ definit ex recitatione geſtorum collectas plebis perſecutionis tempore celebratas.

CDLI. Profecutio Donatiſtarum, qua contendunt catholicos decreti illius facere debere jacturam, quia non potuit tunc epiſcopale Concilium congregari.

CDLII. Interloquutio quæ definit duodecim Epiſcopos in unam domum tunc colligi potuiſſe quando collectæ plebis publice fieri potuerunt.

CDLIII. Profecutio Donatiſtarum, qua adhuc de decreti falſitate contendunt, & ipſius decreti ſententias & verba diſcutiunt, & Cæcilianum contra damnatores ſuos illo ſe decreto dicunt defendere potuiſſe, ſi conſtaret tunc factum hoc fuiſſe decretum.

CDLIV. Interloquutio contra Donatiſtarum profecutionem, quæ dicit duodecim Epiſcopos & congregari tunc & latere facile potuiſſe; Cæcilianum autem non illo XII. Epiſcoporum decreto (damnatum,) ſed Miltiadis potius abſolutum eſſe judicio.

CDLV. Ubi iterum Donatiſtæ catholicos cogunt jacturam ipſius ſubire decreti.

CDLVI. Ubi alia documenta imperatorii judicati ſuper abſolutione Cæciliani volunt offerre catholici.

CDLVII Interloquutio id ipſum præcipiens recitari.

CDLVIII. Ubi exigunt a judice Donatiſtæ ut de decreti illius falſitate pronunciet.

CDLIX. Interloquutio, claruiſſe de geſtis fieri tunc potuiſſe Concilium.

CDLX. Profecutio catholicorum, qua, tacentibus Donatiſtis, judicatum Conſtantini ſuper abſolutione Cæciliani offerunt recitandum.

CDLXI. Profecutio Donatiſtarum, qua contendunt fieri tunc non potuiſſe Concilium, & debere Catholicos ejuſdem decreti diſpendium ſuſtinere.

CDLXII. Interloquutio, tunc de iſto decreto enixius inquirendum fuiſſe ſi in hoc Cæciliani abſolutio teneretur, tunc Donatiſtas contra judicium Miltiadis aliud oportere vel dicere vel proferre quo Cæciliani abſolutio deſtruatur.

CDLXIII. Profecutio Donatiſtarum, qua promittunt reſponſuros ſe eſſe contra judicium Miltiadis, fidem tamen illius inquirendam eſſe decreti.

CDLXIV. Interloquutio exigens intimari aliquid contra judicium Miltiadis, & judicans in perſecutione fieri potuiſſe Concilium.

CDLXV. Catholicorum perſecutio, neceſſariam fuiſſe cauſam cur tunc congregarentur Epiſcopi.

CDLXVI. Interloquutio exigens contra Cæciliani abſolutionem a Donatiſtis aliquid reſponderi.

CDLXVII. Profecutio Donatiſtarum, quamvis collectæ tunc factæ ſint plebis, tamen Epiſcoporum contrahi tunc non potuiſſe Concilium.

CDLXVIII. Interloquutio exigens Donatiſtas legere aliquid contra judicium Miltiadis.

CDLXIX. Profecutio Donatiſtarum, non potuiſſe Epiſcopos ſuos in eo crimen alterum condemnare, ſi eo ipſi tenerentur obnoxii.

CDLXX. Catholicorum de ſcripturis dominicis ad iſta reſponſio.

CDLXXI. Interloquutio exigens ut contra abſolutionem Cæciliani quid proferatur.

CDLXXII. Profecutio Donatiſtarum, Cæcilianum in Africa, ubi damnatus fuerat, debuiſſe purgari, Miltiadis autem pro eo ſententiam non valere, quia ſimili etiam crimine tenebatur.

CDLXXIII. Profecutio catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Miltiadis dixerant Donatiſtæ.

CDLXXIV. Interloquutio adprobari præcipiens quod intenditur Miltiadi.

CDLXXV. Profecutio Donatiſtarum, qua de Miltiadis nomine quid ſit actum probaturos ſe geſtorum recitatione promittunt.

CDLXXVI. Ubi catholici petunt de nomine Miltiadis res judicatas debere proferri.

CDLXXVII. Ubi Donatiſtæ dicunt ſe ſcriptis Optati catholici Epiſcopi monſtraturos Cæcilianum Brixiæ fuiſſe damnatum.

CDLXXVIII. Interloquutio, Optati teſtimonio nunc amoto, illud potius quod ſuper nomine Miltiadis Donatiſtæ promiſerant proferendum.

CDLXXIX. Ubi Donatiſtæ Optati volunt teſtimonium recitari.

CDLXXX. Interloquutio quæ promittit Optati teſtimonium recitandum, ſi primum quod contra Miltiadem promiſſum fuerat recitetur.

CDLXXXI. Profecutio catholicorum, contra evi-

---

lio Cirtenſi & qui de geſtis martyrum legebantur, quia dictum fuerat a catholicis poſt illorum martyrum paſſionem unde perſecutionis tempus probabatur, prope annum confectum fuiſſe uſque ad Conſulem & diem Concilii Cirtenſis. Reſponſio autem computantis efficit menſem interfuiſſe ſuggeſſerat. Voluerunt ergo Catholici de tabulis tolli quod dixerant &c.

evidentes Epiſcoporum ſententias unius Optati teſtimonium ſuſcipi non debere.

CDLXXXII. Donatiſtarum proſecutio, nimium verum eſſe quod contra catholicos Optatus catholicus dixit.

CDLXXXIII. Catholicorum proſecutio, Optati ſcripta pro ſcripturis canonicis non haberi.

CDLXXXIV. Proſecutio qua exigunt Donatiſtæ ut aut damnent catholici Optatum, aut patiantur ejus teſtimonium recitari quo Cæcilianum Brixiæ dicit fuiſſe damnatum, & qua admonent judicem ut promiſſam teneat æquitatem. *Vide Auguſtin. lib. 3. contra Creſcon. cap. 71.*

CDLXXXV. Interloquutio ſimilis præcedenti.

CDLXXXVI. Catholicorum proſecutio, contra Miltiadem debere Donatiſtas proferre aliquod judicatum.

CDLXXXVII. Interloquutio ſimilis præcedenti.

CDLXXXVIII. Ubi dicunt Donatiſtæ non eſſe prolixum quod de Optato deſiderant recitari.

CDLXXXIX. Interloquutio ordinem ſervandum eſſe definiens, ut primo contra Miltiadem aliquid, poſtea de Optato quantum voluerint recitetur.

CDXC. Ubi geſta in urbe habita offerunt Donatiſtæ.

CDXCI. Ubi geſta eadem recitantur quibus in urbe Romana a nonnullis aliis & a quodam Stratone rerum eccleſiaſticarum traditio perpetrata eſt.

CDXCII. Interloquutio, in tam prolixis geſtis nihil dictum de nomine Miltiadis.

CDXCIII. Ubi dicunt Donatiſtæ adhuc ſe non finiſſe totum quod promiſerant recitare.

CDXCIV. Catholicorum proſecutio, qua prolixis geſtis ſe patientiam præbuiſſe teſtantur, & nihil ex iiſdem adverſum Miltiadem eſſe prolatum; unde ſe debere de abſolutione Cæciliani etiam Conſtantini Principis legere judicatum.

CDXCV. Proſecutio Donatiſtarum, qua teſtantur traditionem ſe geſtis prioribus recitaſſe, & adhuc ſe habere quod legant.

CDXCVI. Interloquutio alia circa Miltiadis perſonam recitari geſta permittens, & catholicis ſervans ut recitent poſtea ſi quid velint.

CDXCVII. Hic catholici volunt eſſe teſtatum quod non expreſſerint Donatiſtæ ubi ſuperiora geſta confecta ſint.

CDXCVIII. Interloquutio confirmans quod a catholicis dictum eſt.

CDXCIX. Item a Donatiſtis geſta alia recitantur, quibus poſt redditam agendi licentiam Chriſtianis, res Eccleſiæ quæ traditæ fuerant recuperantur ab Stratone & ceteris quos ad id negotium Miltiades Epiſcopus deſtinarat.

D. Interloquutio, quod etiam ſecunda geſta nihil de reatu contineant Miltiadis.

DI. Ubi aſſerunt Donatiſtæ eum Stratonem quaſi Diaconum a Miltiade directum ad res Eccleſiæ repetendas qui invenitur ante tradidiſſe.

DII. Interloquutio poſtulans id doceri.

DIII. Ubi recitatur ex primis geſtis Stratonis nomen.

DIV. Interloquutio poſtulans evidenter oſtendi utrum Straton in primis geſtis Diaconus fuerit nominatus.

DV. Ubi Donatiſtæ ex hoc illud interpretari volunt ibi Diaconum ſignificatum quod iiſdem geſtis hortator ſuperſtitionis fuerit nominatus.

DVI. Ubi catholici ex Donatiſtarum proſecutione colligunt fieri potuiſſe ut alter fuerit Straton ſuperſtitionis hortator.

DVII. Donatiſtarum contra iſta contentio.

DVIII. Interloquutio qua dicitur utraque geſta iiſdem temporibus facta, & debuiſſe Stratonem eodem hortatoris nomine utrobique ſignari.

DIX. Item interloquutio quæ requirit apertum crimen & manifeſtam damnationem Miltiadis eſſe promendam.

DX. Proſecutio Donatiſtarum, eumdem Stratonem eſſe qui primo tradidit, poſtea res ſuſcepit Eccleſiæ, nec obeſſe veritati quod ibi hortator ſuperſtitionis eſt dictus, quia gentiles Diaconum dicere noluerunt, tunc de Miltiade oportere judicari Stratonis conſortio maculato.

DXI. Interloquutio, probari oportere quod idem Straton etiam tunc a Miltiade directus ſit quando dicitur tradidiſſe.

DXII. Donatiſtarum proſecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Miltiadis quod adhuc Epiſcopus non fuiſſet, hinc autem Miltiadem fuiſſe pollutum quod traditorem Stratonem in numero habuit Diaconorum.

DXIII. Interloquutio pronuncians partes agere debere quæ competunt.

DXIV. Proſecutio catholicorum, duos Stratones tunc eſſe potuiſſe, nec abhorrere a conſuetudine ut duo uno nomine cenſeantur, Miltiadem vero reum eſſe non poſſe, niſi traditionem Stratonis ſciſſe doceatur.

DXV. Interloquutio, inter Epiſcopos nihil ſuſpicionibus aſſitandum & debere Conſtantini judicium recitari.

DXVI. Recitatio judicii Conſtantini, quod apud ſe quoque Cæcilianum fuiſſe purgatum poſt Arelatenſe Concilium ſignificat Imperator.

DXVII. Interloquutio quæ admonet Donatiſtas utrum contra hæc habeant aliquid recitandum.

DXVIII. Ubi dicunt iterum Donatiſtæ Miltiadem Stratonis ſocietate pollutum.

DXIX. Interloquutio ſimilis præcedenti.

DXX. Ubi dicunt Donatiſtæ falſum eſſe judicium Conſtantini auribus intimatum.

DXXI. Interloquutio, quod inter partes ſententiam tulerit Imperator.

DXXII. Ubi hoc legi deſiderant Donatiſtæ.

DXXIII. Interloquutio hoc ipſum ſignificans, & ex reſcripto Principis ſuperius recitato.

DXXIV. Ubi Donatiſtæ volunt eſſe teſtatum in reſcripto Principis nec diem eſſe nec Conſulem.

DXXV. Ubi reſpondent catholici & lectum eſſe ex reſcripto diem, & iterum offerunt ut legatur.

DXXVI. Proſecutio Donatiſtarum, lecto die non eſſe Conſulem lectum.

DXXVII. Catholicorum ad iſta reſponſio, & ut, ſi de reſcripto dubitatur, archivorum inſpiciatur auctoritas.

DXXVIII. Interloquutio, imperiale reſcriptum, cui deſit Conſul & dies, in dubium revocari non poſſe.

DXXIX. Ubi Donatiſtæ queruntur epiſcopale decre-

decretum ſuperius a catholicis cum Conſule A eſſe prolatum, & nunc Imperatoris epiſtolam ſine Conſule recitari.

DXXX. Ubi catholici provocant Donatiſtas ut dicant falſam eſſe Imperatoris epiſtolam.

DXXXI. Ubi poſtulant Donatiſtæ ut quod ſibi ſervatum fuerat, de Optato proferant lectionem.

DXXXII. Interloquutio, debere reſpondere primitus Donatiſtas utrum falſa ſit Imperatoris epiſtola, & ita demum de Optato recitari quodvelint.

DXXXIII. Ubi aſſerunt Donatiſtæ Cæciliano nihil prodeſſe reſcriptum, quia inventur poſtea condemnatus; & hoc volunt recitata Optati lectione conſtare.

DXXXIV. Ubi catholici conteſtantur quod ſibi non obſit error Optati; legi tamen patiuntur Optatum.

DXXXV. Ubi poſtea Conſul invenitur imperiali epiſtolæ.

DXXXVI. Ubi de Optato lectio recitatur.

DXXXVII. Non inventa in Optato damnatione Cæciliani, ſed retentione apud Brixiam, temperantius ab Optato eſſe dictum aſſerunt Donatiſtæ.

DXXXVIII. Interloquutio debere Donatiſtas, qui hoc Optatum temperantius poſuiſſe dixerunt, evidentius approbare Cæcilianum ab Imperatore fuiſſe damnatum.

DXXXIX. Proſecutio Donatiſtarum, qua dicunt alium Cæſe non fuiſſe Donatum.

DXL. Catholicorum ad iſta reſponſio, quod in actis Miltiadis Donatus Caſenſis evidenter expreſſus ſit.

DXLI. Ubi Petilianus Epiſcopus partis Donati impedimento raucedinis agere ſe non poſſe teſtatur.

DXLII. Ubi catholici teſtantur ideo ſe Petilianum excuſationi ſubtrahere voluiſſe, quod ei Donatus Caſenſis ex geſtis evidenter oſtenſus eſt.

DXLIII. Interloquutio, cum ſepteni adſtent, de unius defectu querelam eſſe poſſe.

DXLIV. Proſecutio Donatiſtarum, qua Principi Conſtantino libellum aſſerunt proprios D dediſſe majores, & eo Principem motum agendi eis dediſſe licentiam; & ibi Felicis Aprugnitani Epiſcopi, qui Cæciliani fuerat ordinator, cauſa narratur.

DXLV. Interloquutio exigens ut quod competit Donatiſtis documentorum prolatione monſtretur.

DXLVI. Libelli recitatio quem Conſtantino Imperatori dederunt illo tempore Donatiſtæ.

DXLVII. Proſecutio catholicorum, qua aſſerunt pro ſe facere libellum quem recitaverunt Donatiſtæ.

DXLVIII. Interloquutio catholicorum dicta confirmans, reſcriptum Conſtantini præcipiens recitari.

DXLIX. Ubi recitatur epiſtola Conſtantini ad E Vicarium Verinum deſtinata, qua libertatem agendi tribuit Donatiſtis.

DL. Proſecutio catholicorum, quæ dicit pro ſe magis epiſtolam facere Conſtantini, quia non de Cæciliano aliquid judicatum eſt, ſed furori ſuo ipſi permiſſi ſunt.

DLI. Interloquutio catholicorum dicta confirmans.

DLII. Ubi Donatiſtæ petunt ut judex de permiſſa ſibi a Conſtantino arbitrii libertate pronunciet.

DLIII. Interloquutio pronuncians quod petitum eſt, & adſerens Principem Honorium de abſolutione Cæciliani hodie præcepiſſe diſquiri.

DLIV. Proſecutio Donatiſtarum, qua interpretantur ideo non videri Cæcilianum fuiſſe purgatum, quia retractata cauſa Felicis ordinatoris ejuſdem, Ingentius quidam ad comitatum præceptus eſt deſtinari, & nihil adum ab Ingentio reperitur quo Felix abſolutus eſſe noſcatur.

DLV. Proſecutio catholicorum, qua promittunt ſe Æliani Proconſulis recitata relatione monſtrare quid ſuper Felicis abſolutione fuerit actitatum.

DLVI. Ubi Donatiſtæ contendunt Conſtantini potius literas recitandas, quibus juſſus eſt Ingentius ad palatium deſtinari.

DLVII. Interloquutio quæ hoc potius præcipit recitari.

DLVIII. Ubi hæ ipſæ literæ recitantur.

DLIX. Proſecutio catholicorum, ubi dicunt relationem Æliani Proconſulis recitandam, qua Felix oſtenditur abſolutus.

DLX. Recitatio relationis ejuſdem.

DLXI. Interloquutio quæ depoſcit ut ad pleniorem fidem etiam geſta ipſa quibus Felix purgatus eſt recitentur.

DLXII. Ubi Donatiſtæ contendunt illud potius recitandum ſi aut directus eſt, aut aliquid apud Imperatorem egit Ingentius.

DLXIII. Proſecutio catholicorum, acta potius recitari oportere; quemadmodum Cæcilianum conſtitit abſolutum, ita & Felix purgatus fuiſſe monſtretur.

DLXIV. Interloquutio geſta præcipiens recitari.

DLXX. Geſtorum recitatio pro Felice, qui Cæciliani fuerat ordinator.

DLXVI. Interloquutio exigens ut quod partibus competit intimetur.

DLXVII. Proſecutio Donatiſtarum contra geſta pro Felice prolata.

DLXVIII. Interloquutio, geſta, quæ roboravit antiquitas nonniſi aliorum prolatione geſtorum poſſe reſcindi.

DLXIX. Proſecutio catholicorum, ſufficere cauſæ quod ab ipſis eſt recitatum, & ſi Cæciliani purgationem Ingentii perſona retinuit, Donatiſtas hoc potius debere monſtrare.

DLXX. Interloquutio quæ iſtud exigit recitari.

DLXXI. Donatiſtarum proſecutio, qua dicunt prætentem Felicem debuiſſe purgari, & qua requirunt utrum aliquid apud Imperatorem Ingentius pro Felice reſponderit.

DLXXII. Proſecutio catholicorum, qua dicunt quoniam omnia per ordinem recitata ſunt, debere cognitorem, ſummotis tergiverſationibus, ferre ſententiam.

t *Vicar. Verin.*) Vide quanti momenti ſit ad res ſua monumenta dare ſincera. Maſſonus & Pithœus hic pro Verinum ediderunt *ad Vicarium Varianum*, contra fidem veterum exemplarium. Juvenis conjecit, & recte, hic reſtituendum eſſe nomen Verini. Alio paratum vocem *Vicarius* his hic poſitam eſſe ſuperflue animadvertit. Atque ſemel tantum ponentes, locum nunc ſe tandem aperiri ſenſit. Vide quæ de ea re dicta a nobis ſunt in libro ſecundo Milevitanorum noſtrorum in pag. 45.

DLXXIII. Interloquutio exigens ut contra geſta quibus abſolutus eſt Felix, aliquid recitetur.

DLXXIV Proſecutio catholicorum, majoris eſſe innocentiæ documentum quod abſens purgatus eſt Felix.

DLXXV. Proſecutio Donatiſtarum, qua omnes totius negotii recapitulantur articuli ſuperiorum proſecutionum diverſi tractati.

DLXXVI. Interloquutio, abſoluta & conſumpta repeti non debere, qua rurſus exigitur ut contra Felicis abſolutionem aliquid recitetur.

DLXXVII. Proſecutio catholicorum poſtulans ut quoniam, diſcuſſis omnibus, ſuperflua repetuntur, jam ſententia proferatur.

DLXXVIII Interloquutio contra Felicis abſolutionem aliquid recitandum

DLXXIX. Proſecutio Donatiſtarum, debere judicem de his quæ prolata ſunt judicare.

A DLXXX. (Proſecutio catholicorum poſtulans) ut etiam cetera recitentur.

DLXXXI. Interloquutio, omnia debere recitari, ut de omnibus judicetur.

DLXXXII. Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.

DLXXXIII. Interloquutio ſimilis præcedenti,

DLXXXIV. Proſecutio Donatiſtarum, pro arbitrio partis adverſæ falſatum eſſe & deſtructum quicquid a ſua parte prolatum eſt.

DCXXXV. Interloquutio, ſi nihil ſupereſt quod legatur, debere partes exire ut ſcribi poſſit plena ſententia.

DLXXXVI. Interloquutio convocans partes ut ſententia recitetur.

B DLXXXVII. Sententia recitata, quæ totum complexa negotium, quid obſervari oporteat pro catholica unitate decernit.

Explicimt capitula tertiæ cognitionis.

[1] INCIPIUNT GESTA COLLATIONIS HABITÆ

Inter Epiſcopos catholicos & Donatiſtas coram D. N. V. C. & ſpectabili Flavio Marcellino Tribuno & Notario.

I.

POſt conſulatum Varanis V. C. Kalendis Junii Carthagine in [2] *ſecretario* [3] *thermarum Gargilianarum, præſentibus Sebaſtiano, Maximiano, & Petro viris devotiſſimis Protectoribus domeſticis, adſtantibus Uſo, Petronio, & Liboſo Ducenariis, Boniface & Evaſio apparitoribus illuſtrium atque eminentium poteſtatum, Fideto apparitore illuſtris comitivæ* [4] *ſedis, Exitioſo adjutore cornicularii, Poſſidio, Quodvultdeo, & Colonico adjutoribus commentariorum officii D. N. V. C. & ſpectabilis Proconſulis, Navigio adjutore numerorum officii D. N. V. C. & ſpectabilis Vicarii, Nampio ſcriba officii V. C. Legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba V. C. Curatoris excelſæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Pratextato exceptoribus D. N. V. C. & ſpectabilis Proconſulis, Fabio exceptore D. N. V. C. & ſpectabilis Vicarii, & Romulo exceptore V. C. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis Eccleſiæ catholicæ, Victore & Creſconio Notariis Eccleſiæ Donatiſtarum, Urſus Ducenarius inluſtrium atque eminentium poteſtatum dixit* DUDUM [5] veſtra C ſublimitas ſecundum imperiale præceptum & nos & ceteros qui tam de ſacratiſſimo comitatu quam etiam de Africanis officiis ſublimitatis tuæ ſunt actibus deputati, ad ſingulas provincias deſtinavit, & edicta etiam per univerſam Africam direxit, ut tam catholica quam Donatiſtæ Epiſcopi intra quartum menſem conlationi cuncti adeſſe deberent: quæ tempora hodierna die videntur impleri. Et quia præſto ſunt univerſi, de omnibus ſcilicet provinciis Africanis, id eſt, de provincia proconſulari, de provincia [6] Byzacena, de Numidia, de Mauritaniis Sitifenſi & Cæſarienſi, ſed etiam & de Tripolitana provincia, ſi præcipit nobilitas tua, adſint iidem venerabiles viri, ut omnia ſuo ordine peragantur. D

II.

Flavius Marcellinus V.C. Tribunus & Notarius dixit. Adſint venerabiles viri quos præſentes eſſe ſuggeritis. *Et ingreſſis univerſis Epiſcopis partis Donati, ingreſſis etiam Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunatiano, & Poſſidio Epiſcopis Eccleſiæ catholicæ, cum Novato, Fla-*

---

[1] *Incipiunt*) Nullus in veteri codice titulus apparet, ſed illius loco hæc leguntur quæ initium gestorum conſtituunt. Nos itaque titulum addidimus, ut etiam ſuppleremus aliquo modo defectum nominis Marcellini, quod neceſſario præponi debuit his geſtis.

[2] *In ſecretario*) id eſt, in auditorio, in prætorio, in loco ubi jus publice dicitur. Vocabulum eſt Juriſconſultorum, apud quos ſæpe legitur ſecretarium Judicum, ut conſiſtorium Principis. Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis productus eſt *Carthagine in ſecretario* coram Paterno Proconſule, ut legitur in ejus actis. Secretarium prætorii legitur apud Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium cap. 56. & ſecretarium Proconſulis apud Evodium Uzalenſem lib. 2. de miraculis ſancti Stephani cap. 5. Locus autem ille erat ſitus in media urbe Carthaginenſe, ut docet Auguſtinus in libro ad Donatiſtas ſcripto poſt collationem cap. 25. Fuiſſe ſpatioſum, lucidum, & refrigerantem ſcribitur ibidem cap. 35.

[3] *Thermar. Gargil.*) Harum thermarum deſcriptio extat in libro ſecundo veterum epigrammatum a Petro Pithœo editorum pag. 75. Ex prioribus vero & ultimis literis epigrammatis in quo thermæ illæ deſcribuntur, recte collegit Sirmondus eas a Thraſamundo Vandalorum Rege fuiſſe renovatas. Porro cum ſecretarium thermarum Gargilianarum fuerit in media urbe Carthaginenſi, conſequens eſt illic quoque ſitas fuiſſe eaſdem thermas.

[4] *Sedis*) Proconſularis nimirum. Vide infra collat. 3. cap. 4.

[5] *Veſtra ſublim.*) Hinc apparet debuiſſe ſupra nominari Marcellinum Tribunum & Notarium, cum ad eum verba ſua convertat Urſus ducenarius.

[6] *Byzacena*) In veteri exemplari legitur *Byze.* Ex quo Maſſonus & Pithœus effecerunt *Burcenſ.* Et tamen certum eſt eam lectionem non poſſe eſſe bonam. Atque id eo lubentius adnoto quod videam eam editionem huc impulſiſſe virum doctum Joannem Garnerium ut hinc colligeret Byzacenam provinciam dictam quoque fuiſſe Burcenſem.

Florentio, Maurentio, Bonifacio, Priſco, Serenia-
no, & Scyllacio coepiſcopis ſuis, Deuterio, Leo-
ne, Aſterio, & Reſtituto aque Epiſcopis & cu-
ſtodibus geſtorum.

III.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Nota-
rius dixit. Optarem quidem tantæ hujus multitudinis ſanctitatem, quæ ſub unius Chriſti Dei religione cenſetur, nulla a ſe diſſenſione ſejungi. Sed quia id quod dudum error antiqui hoſtis immiſit, Deum certum eſt velle nunc corrigi, ne diutius germana religio concertatione ſua ſpectaculum gentibus faciat, licet ſupra meritum meum hoc cognoſcam eſſe judicium ut inter eos videat judicare a quibus ne potius decuerat judicari, tamen quia certum eſt hanc cauſam ſpectante Deo & Angelis teſtibus agitandam, quæ ſub fidei cœleſtis examine vel probata præmium afferat vel læſa judicium, ut tandem præſentium diſceptationibus Epiſcoporum manifeſtius veritas elucefcat, imperialis primitus ſanctio recitetur, ut quem modum atque formam ſit ſuſcipienda cognitio ab omnibus poſſit adverti, licet eam cunctis innotuiſſe ſat clarum ſit. [1] *Martialis exceptor recitavit.*

IV.

Refert ipſum Imperatoris. Vide collat. 3. cap. 19.

Imperatores Cæſares Flavius Honorius & Theodoſius pii, felices, victores, ac triumphatores ſemper Auguſti, Flavio Marcellino ſuo ſalutem. Inter imperii noſtri maximas curas catholicæ legis reverentia aut prima ſemper aut ſola eſt. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis conſiliis ordinamus, niſi ut verum Dei cultum orbis noſtri plebs devota cuſtodiat, ut etiam Donatiſtas vel terrore vel monitu olim implere convenerat, qui Africam, hoc eſt, regni noſtri maximam partem, & ſæcularibus officiis fideliter ſervientem, vano errore & diſſenſione ſuperflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare quæ omnium retro Principum devota in Deum definivit auctoritas; nec noſtris temporibus, ſi quid forte in injuriam legis catholicæ fuerit generatum, juſto judicio hoc nobis poſſit imputare poſteritas. Nec ſane latet conſcientiam noſtram ſermo * cœleſtis oraculi, quem errori ſuo poſſe proficere ſæva Donatiſtarum interpretatio profitetur; qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen etiam ante juſſimus, ne qua ſuperſtitionibus præſtaretur occaſio. Nunc quoque excludendam ſubreptionem ſimili auctoritate cenſemus; illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ ſtatuta fuerant ſubmovere, ne in divinum cultum nobis ſe quiſquam auctoribus æſtimet poſſe peccare. Et quamvis una ſit omnium & manifeſta ſententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu, & cœleſti ſententia comprobatam, ſtudio * pacis &

* Reſcriptum quodam ſuum cœleſtis oraculi nomine Honorius Imper. indicat, quo Donatiſtis publice convenendi facultatem fecerat poteſtatem: & nunc illud ſubrogat. Marinus.

* In tertia cognit. *Studio tamen pacis*. Hard.

gratia venerabilium virorum Epiſcoporum legationem libenter admiſimus, quæ congregari Donatiſtas Epiſcopos ad cœtum celeberrimæ deſiderat civitatis; ut electis etiam ſacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis diſputationibus, ſuperſtitionem ratio manifeſta confutet. Quam rem intra quatuor menſes præcipimus explicari, ut converſos animos populorum etiam noſtra clementia, ſicut deſiderat, celerius poſſit cognoſcere. Quod ſi intra præſtitutum tempus ſtudioſe Donatiſtarum Epiſcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur; quibus emenſis, atque tranſactis, ſi provocati adeſſe contempſerint, cedat cum Eccleſiis populus, qui doctores ſuos ſilentio cognoverit ſuperatos, & victum ſe aliquando gratuletur, ſciatque ſi non præceptis noſtris, vel catholicæ legis veris imperiis ſerviendum. Cui quidem diſputationis principe loco, te judicem volumus reſidere. (Quicquid * etiam ante in mandatis acceperis, pleniſſime meminiſti) omnemque vel in congregandis Epiſcopis vel evocandis, ſi adeſſe contempſerint, curam te volumus ſuſtinere; ut & ea quæ ante mandata ſunt, & quæ nunc ſtatuta cognoſcis, probata poſſis implere ſolertia; id ante omnia ſervaturus, ut ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboraverit, novella [2] ſubreptione ſubmota, integra & inviolata [3] cuſtodias. Ut ſane adminicula competentia actibus tuis deeſſe non poſſint, viros ſpectabiles Proconſulem atque Vicarium ſerenitas noſtra commonuit ut ſi propriarum dignitatum ſtatum cupiunt retinere, ſi apparitionem ſuam extrema declinare ſupplicia, tam ex propriis officiis quam ex omnium judicum apparitione abunde neceſſarios faciant deputari. Erit jam ſollicitudinis tuæ, ſi quid ulla cognoveris arte differri, miſſis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correctio. Omnia ſane quæ vel in unum Epiſcopis congregatis diſputatio completa firmaverit, vel deſiſtentibus forte ſtatuerit circa contumaces lata ſententia, te referre conveniet; ut quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio noſtra profecerit, celerius poſſimus agnoſcere. *Et divina manu.* Vale Marcelline cariſſime nobis. Data pridie idus Octobris Ravennæ [4] Varane V. C. Conſule. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus, & Notarius dixit.* Recitata venerabilis lex geſtis præſentibus inſeratur, cujus definitio evidenter apparuit. Unde nunc edictorum meorum per ordinem forma recitetur.

Auguſtin brevic. 1 dier. cap. 4.

* Melius cum Hard.

L. 3 Cod. Theod. de relig. lib. 16 Capitular. 161.

V.

Martialis exceptor recitavit. Quid clementiſſimus Princeps Dominus noſter Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreverit, antelatorum apicum tenore monſtratur. Legationem ſiquidem venerabilium Epiſcoporum libenter accipiens, Africam ſuo devotam ſemper imperio

Edictum Marcellini Cognitoris, quo Epiſcopi Catholici Donatiſtaſque ſimul convocantur. Auguſtin brevic. 1 dier. cap. 3.

1 *Martialis exceptor.*) Mirum eſt hunc exceptorem, cujus nomen ſæpe legitur in his geſtis, non fuiſſe nominatum inter eos qui eodem munere fungi juſſi ſunt in hac collatione. Ex capite autem tertio & quarto rectius cognitionis colligitur eum fuiſſe exceptorem ſedis proconſularis, ac deputatum Marcellino, id eſt, juſſum adhærere ei ejuſque mandata exequi. Nimirum Honorius Imp. quoſdam tam de ſacratiſſimo comitatu quam etiam de Africanis officiis deputaverat ut adeſſent Marcellino in executione mandati Principis, quemadmodum ſupra legitur imitatio geſtorum. Ita ne nominandus erat cum ceteris officialibus quorum nomina illic recitata ſunt.

2 *Subreptione* ; In codice Theodoſiano & in Capitularibus legitur *ſuperſtitione*, etiam in codicibus antiquis.

3 *Cuſtodias*) In locis ſupra laudatis legitur, *cuſtodiri præcipimus*.

4 *Varane V. C. Conſ.*) Hæc addita ſunt ex Codice Theodoſiano, ubi refertur fragmentum iſtius conſtitutionis.

perio vario religionum genere diutius inquietari decolorarique non paſsus eſt. Studio namque pacis, & fidei tantorum diſcidia populorum ex antiqua perſuaſione venientia veritatis voluit manifeſtatione ſedari; ut quos ſedare principalibus a ſe ſanctionibus prorogatis ac trahi ad unam fidei ſententiam non poſſe pervidit, habita utrarumque partium diſceptatione revocaret. Cunctos etenim tam catholicæ, quam Donatianæ partis Epiſcopos in unum voluit congregari, ut electis ab utraque parte petitionibus viris, certæ fidei veritate diſcuſsa, ſuperſtitionem ratio manifeſta convincat: quatenus quicquid illud (eſt) quod pro ſuis partibus æſtimatu nuſquiſque poſſe competere, proferatur in medium, & ſic germanæ vel ſero fidei lux clareſcat. Conſona ſiquidem utriuſque partis petitio ad hanc Principem ſententiam provocavit. Nam ſicut a catholicis nuper conlatio poſtulata eſt, ſic ante breviſſimum tempus Donatiſtarum Epiſcopos in judicio inluſtrium poteſtatum conlationem poſtulaſſe non dubium eſt. Et quoniam libenter aſsenſum tribuit clementia principalis, & Concilium fieri intra Africam univerſale decrevit, [1] utriuſque partis juſta poſcentibus, huic me diſputationi principe loco judicem voluit reſidere. Unde cunctos per Africam tam catholicæ quam Donatianæ partis Epiſcopos hujus edicti tenore commoneo ut intra tempus lege præſcriptum, id eſt, intra quatuor menſes, qui dies intra diem Kalendarum Juniarum ſine dubio concludetur, ad civitatem ſplendidam Carthaginenſem Concilii faciendi gratia convenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat [2] judicatſe quam defuiſſe conſtiterit. Univerſos etiam cunctarum provinciarum curatores, magiſtratus, & ordinis viros, necnon & actores, procuratores, vel ſeniores ſingulorum locorum pari admonitione convenio, ſub propriæ exiſtimationis dimnitatis reatu, ſalutiſque periculo, quatenus in civitatibus locisque in quibus conſiſtunt utriuſque partis Epiſcopos convenire vel ſub geſtorum confectione vel ſub cujuslibet ſcripturæ documento extante feſtinent. Et ſi ipſo in tempore in civitatibus non potuerint inveniri, per ruta etiam perquiſitis tam imperialis præcepti forma quam tenor hujus innoteſcat edicti: quatenus intra hos quatuor menſes ordinum relatione cognoſcam ſingularum partium voluntatem. Illud etiam ſcire Donatianæ partis Epiſcopos volo, ſi quis eorum aſſuturum ſe eſse reſponderit, [3] Eccleſiam ſibi primitus cum omni jure ſuo, quæ forte a catholicis juxta præceptum imperiale retinetur, ſine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam; ſi vero omnes vel ſinguli in locis ſuis poſiti ſe adſuturos eſſe reſponderint, & Eccleſias & ea loca quæ eorum fuiſſe vel eos tenuiſſe conſtiterit, per ſupradictorum ordinum inſtantiam eorum juri dominioque reddenda; ut reformato, iiſdem primitus ſtatu, diſputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii ſummam committere voluit auguſtiſſimus Princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, ut ſi de mea perſona aliquid cunctationis affertur, alium mecum judicem, quem ipſi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel ſuperioris vel ſimilis dignitatis reſidere non abnuam. Sive autem cum alio ſive ſolus in hoc negotio judicaturus interero, nihil aliud me niſi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonſtrare, & quod veri invenerit fides, per admirabile myſterium Trinitatis, per incarnationis dominicæ ſacramentum, & per ſalutem ſupramemoratorum Principum judicaturum me eſſe promitto. Nec illam ſane partem potui reticere quatenus noverint, ſive pro Donatiſtis, ſive pro catholicis fuerit lata ſententia, in nullo ſe Donatiſtarum Epiſcopos aliquam moleſtiam eſſe paſſuros, ſed liberos & ab omni injuriæ genere alienos ad propria redituros, quod me & per tremendum judicii diem & per ſacramenta ſuperius memorata ita facturum eſſe polliceor. Omnes autem qui ad ſingulas provincias fuerant deſtinati, noverint in nullo ſe quemquam deinceps Donatiſtarum aliquatenus convenire debere, vel aliquam iiſdem ſuperioris executionis moleſtiam generare, ni malunt pro contemptu recentioris præcepti ſubjacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus de eorum qui miſſi ſunt concuſſionibus & deprædationibus, ſi quas forte admiſſas eſſe noverunt, liberum conqueri: ut in eos, probata criminum qualitate ultio digna procedat. *Et alia manu*. Proponatur.

VI.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus, & Notarius dixit. Lectum edictum geſtis præſentibus adhærebit, quo conſtat me evidentius obtuliſſe ut ſi placeret, electus a veſtra parte mecum alius cognitor reſideret: qui ſi præſto eſt, introire dignetur.

VIII.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus, & Notarius dixit. Evidentiſſime præceptionis auguſtæ tenore declaratum eſt conlationem non cognitorem fuiſſe poſtulatum & arbitrio ſuo meæ mediocritatis judicium delegiſſe; cui neceſse eſt me omnibus modis inſervire, cum & ſanctitatem veſtram ideo conveniſſe manifeſtum ſit ut ſatisfieret imperialibus conſtitutis.

IX.

Petilianus Epiſcopus dixit. Salvis omnibus quæ competunt nobis & de perſona, & in cauſa pro-

---

1 *Utriuſq. P. Juſ. Poſc.*) Obſcurus locus & haud dubie mendoſus. In veteri libro ſcriptum antiquitus fuit: *utriuſque partis juxta poſcentibus*. Deinde ita emendatum eſt, etiam antiquitus, ut *juſta* legeretur; quomodo edidit Maſſonus. Poſtea Pithœo viſum eſt retinendam eſſe priorem ſcripturam veteris exemplaris. Ego puto vocem *juſta* alieno loco poſitam eſſe, & ſic reponendum: *juxta utriuſque partis poſtulata*. Sic enim integer & planus erit ſenſus.

2 *Judicaſſe*) Hæc vox nullum iſthic bonum ſenſum facit. Quid ſi legatur *dubitaſſe*?

3 *Eccl. ſibi primitus*) Hæc conceſſa Donatiſtis fuiſſe a Marcellino abſque juſſione Imperatoris ſcribit ſanctus Auguſtinus in breviculo diei primæ cap. 2. *In eo edicto baſilicas ſine juſſione Imperatoris reddidit Donatiſtis qui ſe poſſeſſuros eſſe non erant, ut eo modo eos ad conferendum etiam venefitio invitaret*. Teſtimonio Auguſtini adſtipulatur etiam ipſe Marcellinus in edicto dato adverſus Donatiſtas poſt collationem: *Eccleſias quas eis humanitate nica abſque imperiali præcepto uſque ad diem ſententiæ conſtat indultas, catholicis tradere ſine ulla dilatione feſtinent*.

proponant ii qui iſta elicere meruerunt. *Et alia manu*. Petiliamus epiſcopus recognovi. *Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit*. Salvis atque incolumibus univerſis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem ſicut & prius ſtatui, formæ recitentur.

X.

Edictum Cognitoris de loco, & modo Collationis.

Martialis exceptor recitavit. Magnitudo hujuſce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione ſuſcipitur, etiamſi parum momenti ſui librareturex amine, convenerat tamen ipſa diſceptantium gravitate atque auctoritate penſari. Nulli enim habetur ambiguum quanti ſit ponderis cauſa quæ inter Epiſcoporum eſt diſcutienda perſonas. Sed cum mihi cognitionem diſceptationis hujuſce crediderit auguſta dignatio, eiſque judicem dederit quibus inferiorem me eſſe pro tanti nominis veneratione cognoſco, fidei ſollicitudinis meæ hac conſideratione proſpexi, ut de meo vellem judicio judicari. Hujus igitur auctoritate propoſiti omnes utriuſque partis Epiſcopos cenſui commonendos, ut ante cognoſcant non amplius quam ſeptenos ambarum Epiſcopos partium mutuæ inter ſe diſceptationis habituros eſſe colloquium, quos in officio diſputandi ſuarum partium ſubrogarit electio, ſiquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque ſepteni delecti judicio ſuæ cujuſque partis Epiſcopi, qui ſervata primitus per omne colloquium moderatione ſilentii, ad hoc ſe tantum intelligant intereſſe, ut ſi qui ex diſputantibus utrinque ſeptenis conferre conſilium cum ſuorum quoque voluerit, cum eodem illic ſecedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium revertatur ad locum, fidem ſervaturus officii, ut alter, cui id neceſſe eſt, tacendo audienda commendet, alter, cui id munus eſt, loquendo ſuſcepta confirmet. Erit autem collationi aptiſſimus locus thermarum Gargilianarum, in quem diem Kalendarum Juniarum eoſdem Epiſcopos ſolos qui deſignati ſunt oporteat convenire. Ex quo illud profecto perſpicuum eſt, eo nullum penitus populi fieri debere conventum quo nec ipſos univerſos confluere ſinatur Epiſcopos. Nam cum patientia diſputandi, quæ ſoli amica ſilentio eſt, omnem catervatim agminis ſtrepitum perhorreſcat, nihil intereſt utrum eam congeſtio populorum an Epiſcoporum turba præpediat. Igitur Epiſcopi memorati ſoli in prædictum locum tempuſque conveniant. ita tamen ut reliqui omnes utriuſque partis Epiſcopi ante diem qui prædeſtinatus examini eſt ratum ſe habituros quicquid a ſeptenis utriſque coepiſcopis ſuis fuerit actitatum epiſtolis ad meam dicationem currentibus utrinque deſignent; quibus epiſtolis tamen etiam teſtimonium omnes apud me propriæ ſubſcriptionis adjungant. Æquiſſimum namque eſt ut eorum univerſa collatio rata futura promittatur ab omnibus [1] qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus, vel Epiſcopus ultra numerum præſtitutum in illum tranquilliſſimum Concilii locum contra prohibitum moliatur accedere: quin potius etiam plebes ſuas pia quietis ac modeſtiæ commonitione conveniant, hoc per Eccleſias proprias antetractantes, quatenus a die diſputationis, ac loco omnis ſe multitudo contineat, ut religioſo patientiæ magiſterio delinitum Chriſtianæ paci populum parent. Non ſolum enim Epiſcopi, verum etiam rationabilis in hanc ſententiam populus conſentit diſputantibus ſupradictis, & ubi major occupatio mentium defixa conſiſtit, de veritate quærentibus, nihil turbidum, nihil tumultuoſum, nihil denique intempeſtivum debere prorſus obſtrepere. Nam ut quod omnium ſalutiproficiat fiat poſtea publicum, debet diſcutientibus veritatem præſtare ante ſecretum. A me vero ita per omnia promulganda ſententia eſt ut in publicam dimiſſa notitiam, toto ſplendidæ Carthaginis populo judice ponderetur. Ita quippe oculis non ſolum urbis hujuſce, verum etiam univerſæ provinciæ totus emenſæ diſputationis ordo pandetur ut tam proſecutiones diſputantium Epiſcoporum, quam pronunciationum mearum ſeries ſubſecuta digeſtis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in judice ſecuritas fidei eſt ut de ſe non timeat judicari. Ut igitur in eliciendæ veritatis examen non inſerpat aliquatenus calumnioſa ſuſpicio, lucemque perſpicuam, quam mentibus publicis probationum evidentium fides abſoluta purgabit, nullis penitus nebulis cauſatio cujuslibet partis obducat, id etiam contra ſuſpicionum fucos & commenta fallendi neceſſario proviſum noverint omnes, non ſolum oportere, verum expedire ſervari, ſcilicet ut interfatibus meis me primitus per omnia ſubſcribente, etiam omnes diſputantes Epiſcopi ſuis in ſcheda proſecutionibus univerſi abſque ulla prorſus excuſatione ſubſcribant. Exigit enim meritum fidei ut adverſus eum qui aſſertionibus ſuis perfidum forte ſubducere tentarit aſſenſum & inficiari quæ dixerit, etiam teſtimonii ſui conſiſtat auctoritas, ubi ſoli proficit victoria veritati. Hi autem qui excipiendi ſunguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præſtolantur oſtiis, etiam quaterni de ſingulis partibus eccleſiaſtici alternis debebunt adſtare Notarii; quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni Epiſcopi partium ſingularum delecti ſuorum judicio proponantur, ut eoſdem exceptores ac Notarios pervigili, ac ſollicita obſervatione cuſtodiant; quatenus cum eiſdem exceptoribus ac Notariis egreſſi per vices, ſubinde faciant perſpicua digeri deſcriptione, quæ dicta ſunt: ut nihilominus adhuc Epiſcopis ſupradictis in diſceptatione verſantibus, tranſeat in apices evidentes profligatæ pars aliqua quæſtionis, ut confeſtim ea cum a ſeptenis Epiſcopis ſubnexa ſubſcriptione celerem expectationi publicæ tribuant notionem. Poſt primum autem collationis diem deſcriptioni ſubſcriptionique geſtorum locum diei ſubſequentis efficiet proſtrallinata cognitio: ita ut ſi quid forte præcedenti collatione ſupererit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur ſpatium conferendi viciſſim diei unius intercapedo diſtinguet, quo poſſint in medio geſta ſubinde ſubſcribenda deſcribi, memoratorum præſtolante cuſtodia, qui hoc fine ſuum metiantur officium, non ut aliquid dicant, ſed ut dicta cuſtodiant. Donec autem emenſo exitu quæſtionum omnes expedita veritas enodet ambages, ſchedas ſubinde

[1] *Qui elig. ab omn.*) Auguſtinus in libro ad Donatiſtas poſt collationem cap. 25. *Qui leguntur pro omnibus, eliguntur ab omnibus*. Leo I. in epiſtola ad Epiſcopos provinciæ Vienneniſis: *Qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus eligatur*.

inde ſcriptas pariter atque ſubſcriptas tam mei ſigilli quam illorum octo cuſtodum ſignabit impreſſio. Maximianiſtis etiam edicti hujus innoteſcet auctoritas, quia ſibi ab illo Concilio intelligant temperandum quod inter catholicos Donatiſtaſque [1] diſtingui omnem, dijudicarique conflictum clementium Principum præceptio religioſa conſtituit, nec eis opitulari aliquatenus [2] poſſe quod ſibi Donatiſtarum nomine blandiuntur, cum [3] a Donatiſtis dicantur eſſe damnati. Si quis ex iſtis quæ adverſus omnes multifariæ ſuſpicionis inſidias proviſa ſollicite, conſtituta fideliter, ordinata diligenter, tenor hujus propoſitionis amplectitur, (modo) quolibet obſervare noluerit, non ſolum quid de cauſa ſua ſentiat confitetur, verum etiam quid moliatur oſtendit. Sufficit interim cognitori talis prærogativa juſtitiæ, hujus commonitionis circa univerſos Epiſcopos feciſſe populum ſibi plebis Carthaginenſis teſtem, quem mox eſt [4] habiturus judicem. Supereſt ut ante Concilii diem univerſum hujuſce ordinationis tenorem utriuſque partis Epiſcopi amputata penitus mora miſſis ad dicationem meam literis ſuis impleturos ſe eſſe promittant; hoc præcipue maturato, ut eædem quibus ad omnia hujuſce edicti ſe conſenſiſſe profitebuntur epiſtolæ, primatium tantummodo Epiſcoporum ſubſcriptione ſignentur. Sufficit enim illis epiſtolis univerſalem, ut ita dixerim, ſubſcriptionem Epiſcoporum omnium cohærere quibus totum diſputationis ordinem conſerentium ſeptenorum ratum ſe habituros eſſe promiſerint.

A

B

C

XI.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit. Hoc quoque edictum ſuſcipiet corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deeſſe geſtorum, univerſa quæ a partibus medio tempore vel ſcripta ſunt vel intimata judiciis percurrat officium.

XII.

Petilianus Epiſcopus dixit. Egiſti partes tuas, vir nobilis, ut & partibus te juſtum futurum eſſe promiſeris, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante cauſam ſunt, non de cauſa, id primum [5] tuam petimus poteſtatem, ut is qui me acciri edictis, qui me de meis ſedibus evocari, qui me laborem itineris pati inquietavit, petita ut voluit proponat, cur meam deſiderarit adeſſe præſentiam, ut noverim utrum vel quid debeam reſpondere. *Et alio manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

D

XIII.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit. Hæc ſuo loco & ordine rectius peragentur. Interim quod ſtatui percurrat officium. Notaria Donatiſtarum ad edictum cognitoris

XIV.

Romulus exceptor recitavit. Exemplum [6] notariæ Donatiſtarum. Poſt conſulatum viri clariſſimi Varanis VIII. Kalendas Junias, Flavio Marcellino viro clariſſimo & ſpectabili Tribuno & Notario. Januarianus, Primianus, & ceteri ſinceræ Chriſtianitatis Epiſcopi & catholicæ veritatis. Notum facimus ſinceritati tuæ nos edicto tuo conventos ex diverſis partibus Africæ convolantes, ingreſſos fuiſſe Carthaginem XV. die Kalendarum Juniarum; cujus noſtri adventus & omnes quos Carthago continet teſtes ſunt, & tua ſinceritas non ignorat. Tanta enim vis jurisjurandi tui edicto tuo expreſſa eſt, ut exceptis his quos adverſæ valetudines corporum in ſedibus retinent, aut [7] ægritudo in via comprehendit, nec graviſſimos ſenes annoſitas, nec prolixi itineris labor potuerit prohibere. Quod cum ſolum edictum ante cauſam ſufficeret, alterum quoque dignatus es edere; in quo cum multa nos movcant, tum præcipue magnam ſollicitudinem facit quia nos ipſos edicto tuo epiſtolis noſtris adſtipulari oportere cenſuiſti, cum hoc nec mos publicus habeat nec judicum conſuetudo. Qua de re ſinceritatem tuam plurimum exhortamur ut prioris edicti fide ſervata, cunctos nos ad te venire præcipias; ut quamprimum de numero noſtro conſtet, quos adverſarii paucos eſſe ſæpe mentiti ſunt; ut rite omnibus ordinatis quæ noſtris partibus competunt, diſceptatio ſubſequatur; ne aut edicta ſe tuæ ſinceritatis impugnent, aut nobis quicquam præjudicet; ut cum omnes venire præceperis, paucos nunc adeſſe velle videaris. Hoc enim decet & expedit, ut cunctis præſentibus, commune negotium pauci loquantur. Hujus notariæ parem apud nos retinui-

---

1 *Diſtingui conflictum*) Vir doctiſſimus Franciſcus Juretus in Miſcellaneis ad Symmachum pag. 277. contendit hoc loco legi debere *diſtingui omnem dijudicarique conflictum*. Rationem autem hujus emendationis hanc eſſe ait, quod antiqui dixerunt litem, cauſas, negotia, & jargia diſcingi, quia ſunt quibuſdam velluti nodis cincta & involuta. Unde & alios auctores notat dicere nodos ac dubia cauſa ſolvere, quod idem eſt cum diſcingere. Sane in indiculo tertiæ cognitionis cap. 149. diſerte in veteri exemplari ſcriptum eſt *diſcingi* pro eo quod editiones habent *diſtingui*. Vide infra in Concilio Chalcedonenſi.

2 *Poſſe*) Antea legebatur *poteſt*. Nos emendavimus.

3 *A Donatiſtis damnati*) in Concilio Bagajenſi habito anno 394. quod nos tom. 2. p. 858. edidimus integrum. Hactenus enim per fragmenta legebatur.

4 *Habiturus judicem*) Ea fuit modeſtia cognitoris ut populum Carthaginenſem voluerit habere judicem ſuarum interlocutionum ſuæque ſententiæ. Vide infra collat. 3. cap. 135. & 258.

5 *Tuam pet. poteſt.*) Ita diſerte ſcriptum eſt in veteri libro: neque video cur Pithœus editionem Maffoni, qui hæc ſcripſit *a tua petimus poteſtate*, ſequi maluerit quam veterem lectionem. Nam & ita loquebantur antiqui. Infra collat. 3. cap. 178. *Æquitatem tuam petimus*. Sanctus Auguſtinus epiſt. 138. ad clerum & populum Hipponenſem: *In primis peto caritatem veſtram*. Item epiſt. 230. ad Fortunatum Epiſcopum Cirtenſem: *Peto ſanctitatem tuam*. Felicianus Epiſcopus Rufenſis in Concilio Carthaginenſi ſub Reparato: *Peto ſanctitatem veſtram*. Liberatus cap. 12. *Eutyches petiit Dioſcorum Alexandrinum*. Et infra: *Epiſtolis ſuis Imperatorem Theodoſium petiit ut fieret* &c. Antiqua verſio Concilii Eoheſini primi, in actione de depoſitione Neſtorii; *Peto veſtram ſanctitatem*. Innumera ſunt exempla hujuſmodi. Quin & Tullius ipſe ita uſurpavit lib. 13. epiſtolar. familiar. epiſt. 73. ad Philippum Proconſulem ſcribens, ut certe quidam illic legunt: *Te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atque etiam peto ut ejus filius mihi condones*. Vide Cujacium lib. 5. obſervat. cap. 33.

6 *Notaria*) Infra in aliquot locis, & apud Auguſtinum frequenter legitur *notorta*, interdum *notaria*. Hæc vocabula facile confundunntur. Caſaubonus ad Trebellium Pollionem ait notariam in Digeſtis & Codice ac ſcriptoribus mediæ Latinitatis ſignificare epiſtolam qua aliquid Principi ac magiſtratui notum fit. Vide Juretum in Miſcellaneis ad Symmachum pag. 284. & ſeq. & Salmaſium ad Trebellium Pollionem pag. 339.

7 *Aut ægritudo*) Auguſtinus in Breviculo primæ diei cap. 4. *Ibi dixerunt ita ſe omnes venire, uſque ad graviſſimos ſenes; ut hi ſoli deeſſent quos adverſa valetudo corporis impediſſet.*

mianus. *Et alia manu.* Januarianus Epiſcopus ſubſcripſi. *Et alia manu.* Primianus Epiſcopus ſubſcripſi.

XV.

Marcellinus vir clariſſimus Tribunus & Notarius dixit. Alterius quoque partis recitetur epiſtola.

XVI.

Epiſtola Catholicorum edicto reſpondentium. Extat apud Auguſtin. in lib. de geſtis cum Emerito.

Romulus exceptor recitavit. Honorabili ac dilectiſſimo filio viro clariſſimo & ſpectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Sylvanus, & univerſi Epiſcopi catholici. Edicto ſpectabilitatis tuæ, quo noſtræ collationis tranquillitati quietique ſervandæ & veritati manifeſtandæ muniendæque conſultum eſt, in omnibus nos conſentire, ſicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus, hoc eſt, de loco & tempore ipſius collationis & de numero eorum quos præſentes eſſe oportebit. Conſentimus etiam ut ii quibus conferendi delegamus officium, ſubſcribant proſecutionibus ſuis; inque illo ſcripto quo eis hoc munus imponimus ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, ſubſcriptiones omnium noſtrum non ſolum habeas factas, verum etiam cum fiunt ipſe perſpicias; admonituri quoque Domino adjuvante populum Chriſtianum, ut a collationis loco quietis & tranquillitatis gratia ſuum abſtineat omnino conventum, & ea quæ aguntur non cum aguntur audire feſtinet, ſed conſcripta ut cognoſcat expectet, ſicut ea te prolaturum omnibus promiſiſti. Illo etiam, veritate confiſi, nos vinculo conditionis obſtringimus, ut ſi nobis ii cum quibus agimus demonſtrare potuerint, cum ſecundum Dei promiſſa populi Chriſtiani uſquequaque creſcendo jam magnam partem orbis implerent & in cetera dilatarentur implendam, ſubito Eccleſiam Chriſti neſcio quorum quos iſti accuſant peccatorum periſſe contagio, & in ſola remanſiſſe parte Donati, ſi hoc, ut dictum eſt, demonſtrare potuerint, nullos apud eos honores epiſcopalis muneris requiremus, ſed eorum ſequemur pro ſola æterna ſalute conſilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus oſtendere Eccleſiam Chriſti omnium, non ſolum Africanarum, verum etiam tranſmarinarum provinciarum multarumque gentium ſpatia feraciſſima populorum copia jam tenentem, & ſicut ſcriptum eſt, toto mundo fructificantem atque creſcentem, nullorum hominum ſibi commixtorum peccatis perire potuiſſe, ſi denique ipſorum quos tunc accuſare voluerunt potius quam convincere valuerunt, quæſtionem demonſtraverimus eſſe finitam, quamvis non in eis Eccleſiæ cauſa conſiſtat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumnioſos eſſe judicatos ab eo Imperatore, ad cujus examen criminationes ſuas ultro accuſando miſerunt, poſtremo ſi quicquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint vel humanis documentis vel divinis probaverimus aut eorum innocentiam falſis criminibus adpetitam, aut Chriſti Eccleſiam, cujus communioni coheremus, nullis eorum delictis eſſe deſtructam, ſic ejus nobiſcum tenent unitatem ut non ſolum viam ſalutis inveniant, ſed nec honorem epiſcopatus amittant. Neque enim in eis divinæ ſacramenta veritatis, ſed commenta humani deteſtamur erroris. Quibus ſublatis, fraternum pectus amplectimur Chriſtiana nobis caritate conjunctum, quod nunc dolemus diſſenſione diabolica ſeparatum. Poterit quippe unuſquiſque noſtrum, honoris ſibi ſocio copulato, viciſſim ſedere eminentius, ſicut peregrino Epiſcopo juxta conſidente collega. Hoc cum alternis baſilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenitur; quia ubi præceptio caritatis dilataverit corda, poſſeſſio pacis non ſit anguſta; ut uno eorum defuncto, deinceps jam ſingulis ſinguli priſtino more ſuccedant. Nec novum aliquid fiet. Nam hoc ab ipſius ſeparationis exordio, in eis qui damnato nefariæ diſciſſionis errore unitatis dulcedinem vel ſero ſapuerunt, catholica dilectio cuſtodivit. Aut ſi forte Chriſtiani populi ſingulis delectantur Epiſcopis, & duorum conſortium inuſitata rerum facie tolerare non poſſunt, utrique de medio ſecedamus, & Eccleſiis ſingulis damnata ſchiſmatis cauſa in unitate pacifica conſtitutis, ab his qui ſinguli in [1] Eccleſiis ſingulis invenientur, unitate facta, per loca neceſſaria ſinguli conſtituantur Epiſcopi. Quid enim dubitemus redemptori noſtro ſacrificium iſtius humilitatis offerre? An vero ille de cœlis in membra humana deſcendit ut membra ejus eſſemus, & nos, ne ipſa ejus membra crudeli diviſione lanientur, de cathedris deſcendere formidamus? Propter nos nihil ſufficientius quam Chriſtiani fideles & obedientes ſumus. Hoc ergo ſemper ſimus. Epiſcopi autem propter Chriſtianos populos ordinamur. Quod ergo Chriſtianis populis ad Chriſtianam pacem prodeſt, hoc de noſtro epiſcopatu faciamus. Si ſervi utiles ſumus, cur Domini æternis lucris pro noſtris temporalibus ſublimitatibus invidemus? Epiſcopalis dignitas fructuoſior nobis erit, ſi gregem Chriſti magis depoſita collegerit quam retenta diſperſerit. Nam qua fronte in futuro ſæculo promiſſum a Chriſto ſperabimus honorem, ſi Chriſtianam in hoc ſæculo noſter honor impedit unitatem? Hæc propterea præſtantiæ tuæ ſcribenda curavimus, & ut per te innoteſcant omnibus poſtulamus; ut in adjutorio Domini Dei noſtri, quo admonente iſta promittimus, & quo adjuvante nos implere poſſe confidimus, etiam ante collationem, ſi fieri poteſt, corda hominum vel infirma vel dura pia caritas aut ſanet aut edomet, ac ſic jam pacificis mentibus non reſiſtamus manifeſtiſſimæ veritati, & diſputationem noſtram vel præcedamus concordia vel ſequamur. Neque enim deſperare debemus, ſi recolunt *beatos eſſe pacificos, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur*, multo dignius & facilius eos velle ut pars Donati univerſo orbi Chriſtiano reconcilietur quam univerſus orbis Chriſtianus a parte Donati rebaptizetur; cum præſertim de Maximiani ſacrilego & damnato ſchiſmate venientes, quos etiam terrenarum poteſtatum juſſionibus infeſtando

Matth. 5

[1] *Eccleſiis ſingulis*) Auguſtinus in Breviculo primæ diei cap. 5. *Quod ſi plebes duæ in una Eccleſia Epiſcopos ferre non poſſent, utriſque de medio recedentibus, ſinguli conſtituerentur Epiſcopi, ab eis Epiſcopis ordinandi qui in ſuis plebibus ſinguli inventrentur.* Ceterum legi haud dubie merentur quæ de toto hoc negotio ſcribit idem Auguſtinus in libro de geſtis cum Emerito. Vide etiam ſermonem ſecundum Sancti Auguſtini ante collationem ſupra pagina 15.

do emendare curarunt, [1] tanta diligentia quæſierint ut nec baptiſmum ab eis datum reſcindere auderent, & quoſdam eorum damnatos ſine ulla honoris eorum diminutione ſuſciperent, quoſdam vero in illius diſciſſionis ſocietate impollutos fuiſſe cenſerent; quorum inter ſe concordiæ non invidemus, ſed eos certe oportet advertere quam pie tanto ſtudio ramum a ſe factum radix catholica inquirit, ſi ramus ipſe ſimiliter parvum fragmen inciſum ſic colligere laboravit. *Et alia manu*. Optamus te, fili, in Domino bene valere. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis huic epiſtolæ ſubſcripſi. *Item alia manu*. Silvanus ſenex Eccleſiæ Suminenſis ſubſcripſi. *Item recitavit*.

XVII.

Edictum Cognitoris, inſinuatus quid pars utraque ſenſerit.

Marcellinus vir clariſſimus & ſpectabilis Tribunus & Notarius. Quoniam juſtitia dictante vel fide ſemel me ſpopondiſſe commemini quicquid cum utriuſque partis Epiſcopis geſſero, in publicam tranſmiſſurum me eſſe notitiam, cauſa mihi repetendorum naſcitur edictorum. Nam cum ſuperioris forma programmatis ea digeſta contineat quibus ordinata cognitio inoffenſum ſequatur tramitem judicandi, neceſſarium eſſe cenſueram quid ſuper eodem pars utraque ſentiret, edicto ab univerſis Epiſcopis flagitare: qui dicationi meæ partim per notoriam, partim per epiſtolam reſcribentes, quid ſuper conditionibus nuper propoſitis ſentiant intimarunt: cujus vel epiſtolæ vel notoriæ quemadmodum ſe forma contineat, offerendum publicis obtutibus judicavi; ut quid vel præcedentis edicti textus exegerit, vel ſingularum partium reſponſione relatum ſit ubi totius populi conſiderarit agnitio, qualiter ſe habeat examinantis intentio perſpicue poſſit advertere. *Quo indito idem recitavit*.

XVIII.

Literæ Catholicorum, quibus Notoriæ Donatiſtarum reſponderunt.

Honorabili ac dilectiſſimo filio viro clariſſimo & ſpectabili Tribuno & Notario Marcellino, Aurelius, Silvanus, & univerſi Epiſcopi catholici. Multum nos ſollicitos reddidit notoria vel literæ fratrum noſtrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a pernicioſa diſſenſione converti, quod edicto nobilitatis tuæ, quo ipſius diſputationis noſtræ tranquillitati quietique proviſiſti, conſentire noluerunt; ne forte, etiamſi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum ſeu ſtrepitum collationem, quæ pacifica & pacata eſſe debet, impediant. Atque utinam ipſos non pertentet iſta cogitatio, & nos potius fallat iſta ſuſpicio. Et ideo ſi velint omnes eſſe præſentes, ut cum eis viſum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, ſimul inde egrediamur concordes atque pacati, & ſchiſmatica diviſione correcta, fraterno unitatis Chriſti vinculo obſtricti, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem ſolo diabolo & ſimilibus ejus, pariter in Eccleſiam ad gratiarum actionem laudeſque Deo reddendas ardentiſſima & luciditſima caritate pergamus. Quid enim magnum eſt, ſi oculus pacatus attendat & cogitatio Chriſtiana non deſerat conſiderare, & videre, remotis humanis criminationibus ſeu veris ſeu falſis, in eis literis Eccleſiam eſſe quærendam ubi Chriſtus redemptor ejus innotuit? Nam ſicut non audimus contra Chriſtum eos qui dicunt corpus ejus de ſepulchro furatum a diſcipulis, ſic non debemus audire contra ejus Eccleſiam eos qui dicunt non eam eſſe niſi in ſolis Afris & Afrorum pauciſſimis ſociis. Apoſtolus quippe dicit quoniam veraces Chriſtiani membra ſunt Chriſti. Sicut ergo non credimus furto cujuſquam periiſſe carnem Chriſti mortuam de ſepulchro, ſic credere non debemus peccato cujuſquam viva ejus membra periiſſe de mundo. Non eſt itaque difficile, quoniam caput eſt Chriſtus, & corpus Eccleſia, ſimul in evangelio commendatum videre & caput contra calumnias Judæorum & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur, *Oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis tertio die*: contra eos eſt qui dicunt mortuum de ſepulchro eſſe ſublatum. Quod autem ſequitur, *& prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hieruſalem*, contra eos eſt qui dicunt non eſſe Eccleſiam in orbe terrarum; ut uno brevi capitulo pauciſque verbis & inimicus capitis & inimicus corporis repellatur, & ſi fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere iſtas inimicitias fratres noſtros tanto magis dolemus quanto magis eos conſtat eaſdem ſcripturas nobiſcum tenere quibus hæc apertiſſima teſtimonia continentur. Judæi quippe, qui negant reſurrexiſſe Chriſtum, ſaltem non accipiunt evangelium. Iſti autem fratres noſtri utriuſque teſtamenti auctoritate devincti ſunt; & tamen criminari nos volunt de evangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortaſſe hujus collationis cura ſuſcepta diligentius perſcrutati ſunt ſcripturas ſanctas, & quia in eis innumerabilia teſtimonia repererunt quibus promiſſa eſt Eccleſia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, ſicut eam reddi & præſentari cœpiſſe in evangelio & epiſtolis apoſtolicis & in actibus apoſtolorum videmus, ubi & ipſa loca & civitates & provinciæ leguntur per quas crevit, incipiens ab Hieruſalem, ut inde ſe etiam in Africam non migrando ſed creſcendo diffunderet; non autem invenerunt aliquod teſtimonium divinorum eloquiorum ubi dictum eſt eam perituram de ceteris partibus mundi & in ſola Africa (in) Donati parte manſuram; & viderunt quam ſit abſurdum pro illa quæ fuerat peritura tot teſtimonia divina recitari, pro ea vero quæ, ſicut putant, fuerat Domino placitura, nullum ejus teſtimonium reperiri. Hæc forte cogitantes ad finiendas vanas & pernicioſas & ſaluti æternæ contrarias inimicitias, ad locum collationis noſtræ [2] omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, ſed ut vetus diſcordia finiatur. Nam & illud quo in nos ſolent graviter irritari, quod Reges terræ, quos tanto ante prædictum eſt Chriſto Domino ſervitu-

Luc. 24. Ibid.

---

1 *Tanta diligentia*) Antea legebatur, *tanta dilectione quæſierant*. Emendatum eſt ex libro Auguſtini de geſtis cum Emerito.

2 *Omnes ea. voluerunt*] In poſtrema epiſtolarum ſancti Auguſtini editione, in quam conjecta eſt hæc epiſtola, legitur *noluerunt*, haud dubie vitio typographi. Senſus enim repugnat huic lectioni, quam & verba quæ ſequuntur deſtruunt & ipſa Donatiſtarum notoria. Sane mendum eſſe typographi, ut dixi, hinc palam fit quod infra, quum iſta repetuntur, ediderc *voluerunt*. Atque ita legiſſe Auguſtinum patet ex breviculo primæ diei cap. 7. *multitudinem ſuam præſentem eſſe voluiſſent*.

vituros, leges contra hæreticos, & ſchiſmaticos pro catholica pace conſtituunt, credimus quod aliquando cogitaverint non eſſe culpandum, quia & antiqui Reges, non ſolum gentis Hebraicæ, ſed etiam alienigenæ, ne quiſquam contra Deum Iſrael, hoc eſt, verum Deum non tantum faceret, ſed vel diceret aliquid, omnes regni ſui populos præceptis minaciſſimis terruerunt, & majores iſtorum ipſam Cæciliani cauſam, unde nata eſt iſta diſſenſio, ad Conſtantinum Imperatorem per Anulinum Proconſulem accuſando miſerunt. Quod utique non ob aliud videntur feciſſe niſi ut Imperator Conſtantinus contra eos qui ſuperati eſſent, eis qui ſuperaſſent aliquid regali auctoritate decerneret; totamque ipſam cauſam potuerunt, & forte fecerunt ipſius collationis neceſſitate, archivis publicis perſcrutatis, invenire olim eſſe finitam poſt eccleſiaſtica judicia quibus abſolutus eſt Cæcilianus, illo etiam Imperatore judicante ad cujus examen rem totam & primo miſerunt & poſtea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam cauſam Felicis Aptungenſis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in Concilio ſuo dixerant, cognoſcente Æliano Proconſule ex præcepto ejuſdem Imperatoris invenire purgatam. Quamquam & hoc ſi attenderunt, &, quod facile fuerat, adverterunt, in ſcripturis ſanctis Eccleſiam Chriſti permixtis zizaniis & palea & piſcibus malis futuram eſſe promiſſam uſque ad tempus meſſis, ventilationis, & litoris, utique cogitare potuerunt, etiamſi malam cauſam Cæcilianus & coepiſcopi ejus habuiſſent, nihil eos præjudicare potuiſſe orbi Chriſtiano quem Deus paucis credentibus tanto ante promiſit, & nunc multis videntibus reddidit. Niſi forte plus contra Eccleſiam valuit homo peccans quam pro Eccleſia Deus jurans, & iniquitas quod [1] admiſit quam veritas quod promiſit. Hæc ſentire quam ſit ſtultum & impium jam fortaſſe viderunt. Cogitaverunt quoque damnatos a ſe Maximianiſtas Primiani damnatores per poteſtates terrenas etiam de baſilicis curaſſe pellendos, & ibi tertius exemplo ſuo recentiore didicerunt non eſſe peccatum ſi tale aliquid Eccleſia contra rebelles ſuos ab hujuſmodi poteſtatibus poſtulat, & quod aliquos ex damnatis poſtea receperunt, quos condemnarant, aliis etiam plurimis in eadem ſocietate ſchiſmatis conſtitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani ſacrilegi ſurculi communione impollutos manſiſſe dixerunt, & baptiſmum vel a damnatis vel a ſociis eorum quamvis foris in ſchiſmate datum reſcindere atque iterare non auſi ſunt, ſatis utique judicarunt ea, quæ contra nos dicebant exemplo ſuo eſſe damnata, & credendum eſt quod jam intelligant quam ſit indignum, quam intolerabile, ut cum ſedeant in cathedris epiſcopalibus cum iſtis & cum ipſo ſimul Primiano damnatores ejus & damnati in cauſa ejus, ut ſit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Chriſtianus, ne in pace vivat unitas Chriſti. Hæc omnia fortaſſe cogitantes, & Dei timore permoti, omnes collationis loco adeſſe voluerunt, non tumultus diſpoſitione, ſed pacis. Quod enim præterea ſe univerſos adeſſe dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos eſſe adverſarii ſui ſæpe mentiti ſunt, hoc ſi aliquando a noſtris dictum eſt, de his locis dici veriſſime potuit ubi noſtrorum coepiſcoporum, & clericorum atque laicorum longe major numerus eſt, & maxime in proconſulari provincia; quamquam, excepta Numidia conſulari, etiam in ceteris provinciis Africanis noſtrorum numero facillime ſuperentur, aut certe in comparatione omnium gentium per quas catholica communio dilatatur, eos eſſe pauciſſimos rectiſſime dicimus. Sed nunc ſi numerum ſuum innoteſcere voluiſſent, nonne ordinatius atque tranquillius innoteſceret per eorum ſubſcriptiones, quas, ut mandata ſuo te cernente ſubjungant, edicto admonuiſti. Quid ſibi ergo vult quod collationis loco omnes adeſſe deſiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi, aut quid illic facient tacituri? Nam etiamſi clamor non ſit, ſolus ſuſurrus ipſe multorum ſatis magnum ſtrepitum faciet, quo impediatur illa collatio. Quid eſt autem quod in notoria ſua ponendum putarunt, ideo ſe juſte flagitaſſe ut omnes adeſſent, quia omnes conventi ſunt ut venirent; quaſi poſſent eligi pauci qui adeſſe deberent niſi ab omnibus qui venirent, ut eorum electioni te præſente ſubſcriberent, ac ſic in paucis omnes eſſent cum ab omnibus pauci electi eſſent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax: quorum illud optamus, illud cavemus. Et ideo, ne forte quod abſit, hoc præparetur potius quod cavemus quam quod optamus, ſic conſentimus adeſſe omnes illos ut tamen a nobis tantus adſit numerus quantus tuæ ſpectabilitati ſufficere viſus eſt, ut tumultuoſum per turbas ſi quid emerſerit, nonniſi eis recte imputetur in quorum parte præſens fuerit ad rem quæ a paucis agenda eſt omnino ſuperflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod ſuppliciter a Domino deprecamur, cauſa unitatis faciendæ illa erit neceſſaria multitudo, cum voluerint omnes aderimus, & ad tantum bonum illo adjuvante qui hoc donat alacriter convolabimus, dicentes *Fratres noſtri eſtis*, non jam eis qui nos deteſtantur, ſed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Domini honorificetur, & appareat illis in jucunditate jam nobiſcum experientibus quam bonum ſit & jucundum fratres habitantes in unum. *Et alia manu*. Optamus te, fili, in Deo bene valere. *Item alia manu*. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis ſubſcripſi. *Item*. Sylvanus primæ ſedis provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.

Vide lib. 2. Miſcellaneor. noſtror. pag. 81. 472.

If. 66. 5. Græce.

XIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Evidenter apparuit edicto dicationis meæ numero præſtito, quem ex omnium voluntate ſuſciperent, curam negotii peragendam, quoniam id etiam ſacratiſſimam legem voluiſſe ejus recitatio patefecit. Et quia catholicos Epiſcopos ad edicti tenorem conſenſiſſe monſtratum eſt, utrum etiam Epiſcopi partis alterius de hac re ſatisfecerint, vel utrum nunc ſatisfacere velint, intimare dignentur.

XX.

[1] *Admiſit*.) In veteri exemplari legitur *ammiſit*. Pro quo Maſſonus & Pithœus ediderunt *amittit*; quam lectionem retinuerunt etiam noviſſimi editores epiſtolarum ſancti Auguſtini. Verum ea lectio nullum bonum ſenſum habet. Legendum itaque *admiſit*. Nihil vulgatius in antiquis libris quam ut in hujuſmodi verbis litera *m* ſubſtituatur litera *d*; ut *anmodum*, *anmirari*, *ammonere*, & ſic de ceteris.

A

XX.

Tergiverſatio Donatiſtarum.

Emeritus Epiſcopus dixit. Acta eſt, ut arbitror cauſa, & adhuc conflictantium non eſt ſtatuta perſona. Tibi enim, judicum veriſſime, nihil aliud incumbit quam tenere veritatem. Si omnium negotiorum advertamus inſtantiam, primo de tempore, de mandato, de perſona, de cauſa, tunc demum ad merita negotii veniendum eſt. Quod ſi prætermiſſis iſtis, ſecundum forenſes faſces jactantiamque illius controverſiæ quam tribunalia ſibi vindicant, ſemper legalis nobis ritus ac termo ſervandus eſt, judica, vir ſublimis, in negotio Chriſtiano, quia huic cauſæ judicat Deus, quia & noſtra merita & veri judicis ſententiam æqua ponderans libra, ne [1] invergat attendit. Edictis enim propoſitis prælationis tuæ, quantum ad judicis voluntatem pertinet, nihil temere, nihil incongrue, nihil advertus aliquem videmus eſſe prolatum, quantum ad noſtras reſponſiones; quoniam ante cauſam ſuperfluæ, & ante merita principalis negotii ſupervacua eſſe noſcuntur. Neque mihi noſtra propoſitio neque illorum reſponſio officere poteſt, cum ſalvis omnibus ante cauſam nunc limen ingreſſi judicii, quæ ſint merita negotii definire valeamus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

XXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conſtat de cauſa nihil penitus mutilatum, cum ea tantum quæ ante ſcripta vel geſta ſunt præceperim recitari. Unde quoniam certus a partibus numerus conſtitui debere præceptus eſt, utrum edicto paritum ſit, ſicut ſuperius interſatus ſum, venerabilitas veſtra intimare dignetur.

XXII.

Emeritus Epiſcopus dixit. Admoniti quidem integritatis tuæ edictis, omnia integra & inlibata cauſæ ſervabimus. Hanc cauſam, ſi tempus, ſi dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto ſpectabilitatis tuæ & ſacri tenore reſcripti intra quatuor menſes cauſam debere finiri. Si iſte eſt dies, veniamus ad cauſam. Non poſſumus etenim quicquamlde meritis diſceptare, niſi primo de die fuerit judicatum. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

XXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ex edicto ſecundo diem cognoſcere potuiſti, qui dies Kalendarum Juniarum videtur eſſe conſtitutus; quoniam hunc eſſe hodiernum etiam ſuggeſtio patefecit officii, & recitatio monſtravit edicti. Supereſt utrum de ordinando negotio a veſtris partibus eligendiſque perſonis ſatisfactum ſit intimetur: ſiquidem in confuſa multitudine certa non poſſit eſſe perſona, cum hoc conſtet etiam legibus definitum.

XXIV.

Emeritus Epiſcopus dixit. Diem negotii utrum terminus edictalis incluſerit, an forma imperialis præcepti, nobilitatis tuæ debet judicio definiri. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

XXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius. Ex edicto dies eſt conſtitutus ſecundum formam judicii principalis. Et quoniam non eſt in his diutius immorandum, ſupereſt ut in electione B ſatisfaciatis cœleſtibus conſtitutis.

XXVI.

Emeritus Epiſcopus dixit. Forma præcepti talis eſt, ut intra quatuor menſes cauſa dicatur. Si ſecundum hanc formam ſublimitatis tuæ edictum eſt conſtitutum, ſupereſt ut ſuggerente officio in medium cauſa mittatur. *Et alia manu*. Emeritus epiſc. recognovi.

XXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Officium ad quæſita reſpondeat. *Nampius ſcriba dixit*. Secundum diem edicti nobilitatis tuæ C quartus menſis concluſus eſt die 14. Kalendarum Juniarum.

XXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Cum partes Carthaginem utræque veniſſent, in hunc eas diem conſenſiſſe non dubium eſt; ſiquidem nulla ſuper hac parte videatur aut dilatio poſtulata, aut judicium flagitatum.

XXIX.

Petilianus Epiſcopus dixit. Nos ad hanc urbem 15. Kalendarum die Juniarum veniſſe & * notoria noſtra ſignavimus, & omnem, non dico Carthaginem, ſed Africam fecimus teſtem: qui ſi non adeſſemus, jam pars adverſa ſine dubio flagitaret in contumaces dicendam eſſe ſententiam tempuſque jam fuiſſe definitum quo nec poſt venientibus agere quicquam aut reſpondere licuiſſet. Si igitur, vir nobilis, mediam ſemper libram judicii tui ſuſpenſam ita tenes, ac regis ut nullam in partem vergat aliquid gratiam illam qua tibi conditionem atque præceptum imperiali auctoritate cognoſcis eſſe permiſſum, ut ferre poſſis in contumaces ſententiam, nunc te judiciali illo motu quæ pura ceſſura animadvertere oportebit, contra hanc E partem te ferre judicium quæ deſtitit, quæ non adfuit, quæ delectata eſt laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi inſultavit, ut diu chorus iſte ſanctiſſimus ſenatus cœleſtis ſpectaret judicii tui auctoritatem, excubaret pæne quotidie, ipſaque Dei, quæ ſacra ſunt, ſine ſollicitudine non geſſiſſet. Feras igitur quæſo judicium, promaſque ſententiam, non dico acriorem quam adverſum me ferre potueras, ſed quam tibi le-

* Vide ſupra cap. 12.

ges

[1] *Invergat*) Ita omnino vetus exemplar. Quod miror non fuiſſe animadverſum a Maſſono & Pithœo, qui ediderunt *immergat*. Invergere ſignificat in aliquam partem vergere ſeu inclinare, ut infra in cap. 29. dicitur. Vocabulum eſt eo ſenſu uſurpatum a Plauto, Virgilio, & Ovidio.

ges & imperiale præceptum intimant, quam A que præcipiunt. Non enim fas eſt ut qui contra nos poſſes ferre judicium, nunc contra adverſarios meos ſententiam valeas denegare. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

XXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sanctitatem, atque peritiam tuam latere non credo id imperiali præceptione fuiſſe conſtitutum, ut ea pars quæ trini edicti conventione adeſſe noluiſſet, ſententiam contumacis incurreret. Perpenſa enim clementiſſimus Imperator moderatione conſtituit, ut ſi longinquitate itineris quarto menſe partes ad conſtitutum locum venire minime potuiſſent, duum menſium induciæ præſtarentur. Quam quidem rem, ne alicujus partis querela videretur exiſtere, videor cuſtodiſſe. Unde de tempore, quoniam magis forenſis eſt quam epiſcopalis obiectio, quæ quidem nec in publico judicio ſecundum formam imperialis præcepti prævalere potuiſſet, cum partes utraque obſervaſſe ſat clareat, ſicut ſuperius interfatus ſum utrum electi ſint qui peragere poſſint ex omnium voluntate negotium intimare dignemini. B

XXXI.

Emeritus Epiſcopus dixit. Cauſæ præſcriptio C eſt judicis ſermo, ſervari forenſem uſum conſuetudinemque jurgandi inter Epiſcopos non oporterere, [1] nutare illam verſutiam legum juriſque controverſiam ubi de fidei ſtatu & de totius ſanctitatis diſceptatione tractatur. Quod quidem caſtis & bene credulis auribus accipimus, vir ſpectabilis; ſed ne forte in perniciem noſtram iſta replicentur, iuſque tranſeat ad adverſarios iterum contligendi, adferaturque nobis hoc juris præcepto ſervato, in hanc formam legis conſentire debes, hoc ipſum judiciaria auctoritate defige, epiſcopalis nos moris regula ſanctitati adeſſe debere, ut non præſtigiis juris, neque ligaminibus cujuſque facundiæ, ſed teſtamento novo ac veteri, quod inD ſtituit Deus, quod ſacravit Dominus Chriſtus, cauſa poſſit audiri. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

XXXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ne quid inordinate fieri videatur, quoniam hoc & ipſum veritatis regula continetur, & legum dictat auctoritas, prius eſt ut perſonarum numerus deſignetur: tunc demum ea quæ partibus competunt, per eos qui firmati fuerint rectius peragentur, ne hæc inter incertas perſonas videantur infirma.

XXXIII.

Emeritus Epiſcopus dixit. Cum omnes qui mandaturi ſunt adſtare videantur, magiſque perſona præſentium quam ſermo teneatur abſentium, quid eſt quod movere poteſt judicia, cum ſtatutis omnibus quæ primo ex lege deſcendunt, quæque initium cauſæ facere conſueverunt, tunc demum ad electionem defenſorum ſecundum edictum ſublimitatis tuæ arbitrium veniamus? *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

XXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Nunquam habere potuit certam multitudo perſonam; cum hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus ſoleat cuſtodiri, ut per ordinatas atque firmatas (perſonas) omnia peraganturr. Altera vorgiverſatio.

XXXV.

Emeritus Epiſcopus dixit. Teneo fidem tuam, vir ſublimis, nihil mihi de juris lege præſcribi ubi agitur de fide. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Interloquutio mea non jus ceſſare debere, ſed forenſem contentionem, apertiſſime definivit. Neque enim poſſunt aliqua quæ competunt partibus denegari. Sed ſi hoc utrarumque partium conſenſus habet, ut nihil de jure publico, ſed omnia eccleſiaſticis regulis, id eſt, novi & veteris teſtamenti teſtimoniis peragantur, pars utraque deſignet.

XXXVII.

Petilianus Epiſcopus dixit. Optimus moderator. *Et alia manu*. Petilianus (Epiſcopus) recognovi.

XXXVIII.

Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Quoniam ſecundum nobilitatis tuæ edictum [2] non omnes noſtri collegæ adſunt illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur, jube hoc idem mandatum ab officio ſuſcipi & recitari. *Et alia manu*. Recognovi

XXXIX.

Emeritus Epiſcopus dixit. Si jubes, competit cauſa per integritatem tuam. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

XL.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. E Aliud conſtat eſſe [3] quæſitum, ut utrum a jure publico recedi velitis & totum divinis legibus agitari, veſtris profeſſionibus demonſtretis.

XLI.

Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Carthagi-

E 2

1 *Nutare ill. verſutiam*) Franciſcus Juretus in Notis ad libellum ſecundum ſanct. Ambroſii contra relationem Symmachi pag. 330. cenſet legendum hoc eſſe *mutare*. Verum etiam in cap. 303. tertiæ cognitionis legitur *mutare*, quod confirmat lectionem hujus loci.

2 *Non omnes*) id eſt, illi tantum qui electi ſunt juxta edictum cognitoris.

3 *Quæſitum*) Antea legebatur: *qua ſit V. V. T.* Vetus exemplar habet *qua ſit u' u' ſ'*. Nemo autem non videt veram eſſe lectionem quam nos proferimus.

genenſis dixit. Inveniet hoc ipſum ſublimitas tua, cum hoc mandatum fuerit recitatum. *Et alia manu*. Recognovi.

XLII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Et hoc mandato evidentiſſime continetur ut omniſa juris publici controverſia, omnia divinis legibus peragantur.

XLIII.

Aurelius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit. Recitatio mandati ſenſus tuos poterit informare. *Et alia manu*. Recognovi.

XLIV.

Petilianus epiſcopus dixit. Legem Dei repudiat qui dubitat quid debeat profiteri. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

XLV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ego hæc partium volui reſponſione firmari. Ceterum certum eſt me, quoniam imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod jura conſtituta ſunt, omnino non poſſe.

XLVI.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit. Legem Dei non repudiamus cum hoc mandatum ingerimus legendum in quo poteſt omnis noſtra aſſertio perdoceri. Nec enim egredi poſſumus limitem illius mandati quod nobis [1] patres vel fratres noſtri [2] univerſalis Concilii Eccleſiæ catholicæ hic apud Carthaginem conſtituti mandarunt. *Et alia manu*. Recognovi.

XLVII.

Emeritus Epiſcopus dixit. Fidei cauſa eſt, quæ & ſine mandato ipſo jure agi poteſt. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deſeruit cœlum, ne intendat cauſam ſuam. Quid eſt quod de mandato vel de obligatione mandati, de ſubſcriptione [3] de modo, de formulis quæritur? Quid eſt quod in hac cauſa quaſi aut refragantis aut non mandati judicialis ſponſio arbitrium flagitat, cum ſinguli quique propriam cauſam & ſalutis tuæ negotium gerant, ſuperfluumque ſit ceterorum mandatum, cum in uno conſtet Eccleſiæ tota perſona? Advertat, vir nobilis, integritas tua quam in ifta A fede jam quodam lumine coruſcare cognoſcimus veritatem ita præſidere debere ut ſi forentis altercatro juriſque conflictus in medio mittitur, proponatur, ſin autem ſimplex illa veritas qua vita datur, qua renaſcitur ſæculum, qua liberatus eſt mundus, in hoc judicio ſpiritali altercatione conquiritur, quæſo, vir ſublimis, utrumque proponant, & de utroque unum eligant. Aut enim merita juris omittere non poſſunt perſcriptionemque cauſarum, aut ſi de illis ſacratiſſimis legibus, quibus communis reverentia eſt adhibenda, [4] patientia [5] ipſas magis amplectar & teneam, & quaſi cœleſtis aræ pontificatum adorem ſemper ac venerer, ut & tibi integro cognitori ſecun- B dum inſtitutum mentis tuæ moriſque ordinem certa ſit cauſa judicandi, nec fluctuet judicium tuum, de quo eſt Deus & populus judicaturus. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

* Locus obſcurus. Forte *patientiæ*. Hard.

XLVIII.

Fortunatianus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Catholica Eccleſia, quæ toto, [6] ſicut promiſſa eſt, terrarum orbe diffunditur, cum adverſæ parti ſemper de fide obtuliſſet & de actione quam nobis criminoſe objiciunt collationem, & ſcriptis publicis & teſtimoniis multorum & conventione magiſtratuum facilius edocebitur; ſed ut omni ex parte tuta ſit ipſius conlatio- C nis cauſa, confuſa non facit multitudo. Deligant igitur præſentes fratres noſtri, quia volunt, ex adverſo ſiſtentes aliquos ſui ordinis primarios viros, quibus totam actionis ſummam committant, atque adſtipulationem faciant præſentium geſtorum: ut ſi forte in aſſertione ejuſdem cauſæ defecerint, in eorum perſona qui hujuſmodi negotium ſuſceperint abſque cunctatione victos eos eſſe & recitatio demonſtret actorum. Et ideo, quia non opus eſt multifaria dilatione cauſam peragere, deligant perſonas ſecundum propoſiti edicti tenorem quæ collationis cauſam ſuſcipiant, ut omnibus ſemper probata veritas luce clarius demonſtretur. Nam mandatum nihil juris & cavillationis ſo- D renſis habere ejus lectione, ſi pars adverſa patiatur, facilius edocebitur. *Et alia manu*. Recognovi.

XLIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Proſecutionem tuam cum imperiali certum eſt concordare præcepto, quo conſtitutum eſt ut certus a ſingulis partibus numerus deligatur. Nam ſive juris ſive fidei cauſa tractatur, certæ debent adſtare perſonæ, ut quicquid actum fuerit, integrum totum obtineat.

L.

---

1 *Patres vel fratres*) Puto voces illas, *patres vel*, eſſe ſuperfluas, & mendum eſſe librarii: qui cum neſciret, quamnam ex his duabus vocibus poneret hoc loco, *patresne*, an *fratres*, utramque poſuit, lectori judicium integrum relinquens.

2 *Univerſ. Concilii*) Infra capite 55. iſtius primæ cognitionis: *Mandatum factum ab univerſo Concilio catholicorum Epiſcoporum*. Et infra *Placuit ergo nobis ex Dei & Domini voluntate in hanc Carthaginenſis civitatis convenire Eccleſiam*. Et in collat. 3. cap. 68. *Perſona noſtra, quibus univerſale Concilium mandavit*. Auguſtinus in libro de geſtis cum Emerito: *Quando autem ventum eſt hoc ut palam fieret, in Concilio univerſorum tam frequenti pene trecentorum Epiſcoporum &c.*

3 *De modo*) In veteri codice legitur *de nodo*. Verum & ſenſus ipſe & Auguſtinus in breviculo primæ diei cap. 3. probant legitimam eſſe emendationem noſtram.

4 *Patientia*) Vox corrupta. Pro qua legendum videtur *pendemus*, aut aliquid ſimile.

5 *Secut promiſſa eſt*) Antea legebatur: *Catholica Eccleſia quæ toto ſicut terrarum orbe promiſſa eſt diffunditur*. Emendatum eſt ex Auguſtino in breviculo primæ diei cap. 10. *Cauſa Eccleſiæ, quæ toto, ſicut promiſſa eſt, terrarum orbe diffunditur*. Mandatum Epiſcoporum catholicorum in hac ipſa prima collatione cap. 55. *Crimina falſiſſima Eccleſiæ catholicæ, quæ toto, ſicut de illa teſtantur divina eloquia, terrarum orbe diffunditur*. In collatione tertia cap. 14. *Si agnoſcenda eſt Eccleſia toto terrarum, ſicut promiſſa eſt, orbe diffuſa*. Ibidem cap. 17. *Cauſam Eccleſiæ peraganius, quæ, ſicut promiſſa eſt, toto terrarum orbe diffunditur*.

L.

Fortunatianus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Dignetur igitur ſpectabilitas tua mandatum ſuſceptum officio tradere & recitari (jubere,) ut ex eo tenore pars adverſa, quia dignatur, ab hoc inſtructa valeat objectis omnibus reſpondere, unde poſſit etiam claretcere nihil nos jure publico velle tergiverſari. *Et alia manu*. Recognovi.

LI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Profeſſionem quam expectabat ſanctitas veſtra evidenter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum, ſalvo eo ut utraque pars me agnoſcat imperialis præcepti formam cuſtodire debere. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Si jubet ſpectabilitas tua, recitetur.

LII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Univerſa quæ a partibus offeruntur, ut omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

LIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Sine præjudicio noſtro legat; ſalvo eo quia hæc cauſatio forenſis eſt, non legalis. Nam uti mandato, his formulis præſumere non eſt eccleſiaſticæ conſuetudinis, ſed forenſis ludi atque certaminis & illius exercitii quod magis argumentis quam fide aliqua ſæpe ſubſiſtit. Proinde nobilitatis tuæ ſpectabilitatiſque cenſura etiam atque etiam in hoc loco morari dignentur, ut edicant utrum lege divina cauſam agi velint & ipſam diſceptationem inter partes ventilari, an omnino legibus publicis uti velint: quoniam in utroque mihi plurima competunt; ut ſi a lege diſceſſerit, Epiſcopum ſe non eſſe demonſtret; ſi vero legem tenuerit, tunc ei, ut illi qui Chriſtianus eſſe deſiderat, debeam reſpondere. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si nullo poteſtatis ſæcularis judice reſidente inter epiſcopos tantum hæc contentio tractaretur, tunc demum eorum erat arbitrii, & forſitan juſti, ut nihil publico velint jure tractari. Me autem, cum legumlatores ii ſint qui me judicem delegerunt, a legibus certum eſt deviare non poſſe, quamvis profeſſionem partis e diverſo venientis aperriſſime ſuſceperit ſanctitas veſtra, in qua id expreſſiſſe cognoſcitur quod veſtra proſecutio poſtulavit. Unde mandatum per officium recitetur.

LV.

Petilianus epiſcopus dixit. Legat. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi. *Romulus exceptor recitavit*. Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi 3. Kal. Junias. Mandatum factum in Eccleſia. *Et cum recitaret, Adeodatus Epiſcopus dixit*. Sine præjudicio noſtro recitet

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sæpius interfatus ſum omnia integris reſponſionibus recitari. *Romulus exceptor recitavit*. Mandatum factum in Eccleſia Carthaginenſi ab univerſo Concilio Epiſcoporum catholicorum, præſidente Aurelio Epiſcopo Eccleſiæ Carthaginenſis, & Sylvano Primate Numidiæ. Quamvis cauſa Eccleſiæ catholicæ adverſus omnes falſas criminationes, quibus eam uſquequaque diffuſam ſchiſmatici & hæretici per ſuas quaſque regiones vel provincias vel diviſi atque ſeparati vaniloquis & ſacrilegis inſectantur erroribus, ſatis ſuperque divinis teſtimoniis defendatur, in Africa vero adverſus Donatiſtas etiam eccleſiaſtico atque imperiali judicio, ſicut oportebat vel neceſſe fuerat, terminata ſit, tamen quia idipſum hominibus qui iſta neſciunt, quo eas ad æternam ſalutem Chriſtiana caritate acquiramus, inſtantius manifeſtandum atque declarandum eſt, placuit nobis ex Dei Domini voluntate in hanc Carthaginenſis civitatis convenire Eccleſiam, & eligere idoneos fratres collegaſque noſtros ad adſerendam hujus cauſæ defenſionem, qui crimina falſiſſima Eccleſiæ catholicæ quæ toto, ſicut de illa divina teſtantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, a parte Donati objecta redarguant. Eccleſia quippe Chriſti ſanctis patribus noſtris Abrahæ, Iſaac & Jacob, & populis omnibus per imitationem fidei poſteris & filiis eorum ita divina & veridica voce promiſſa eſt ut nulla humana & maledica poſſit voce convinci. Ad Abraham namque ita loquutus eſt Deus. *Per me juravi, dicit Dominus, propter quod feciſti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantiſſimo propter me, niſi benedicens benedicam te, & implendo implebo ſemen tuum tanquam ſtellas cœli & tanquam arenam quæ ſecus oram maris eſt, & hæreditatem poſſidebit ſemen tuum civitates adverſariorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ quia obaudiſti vocem meam*. Gen. 22.

Ad Iſaac quoque iſta de hac re verba ſunt Domini. *Statuam juſjurandum meum quod juravi Abraham patri tuo, & ampliabo ſemen tuum tanquam ſtellas cœli, & dabo tibi & ſemini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ pro hoc quia obaudivit Abraham pater tuus meam vocem & ſervavit præcepta mea & juſtificationes meas & legitima mea*. Gen. 26.

Ad Jacob etiam loquens, hoc idem adteſtatione præclariſſima pollicetur. *Et erit ſemen tuum ſicut arena terræ, & multiplicabitur ſupra mare & in Africum & in Aquilonem & ad Orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ & in ſemine tuo*. Gen. 28.

Unde Propheta Eſaias his vocibus conſonans, iſtam Eccleſiam in ſpiritu ſancto futuram prævidens, ſic alloquitur. *Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filii deſertæ magis quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aularum tuarum fige palos. Noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma. Adhuc in dexteram & ſiniſtrum extenderis, & ſemen tuum gentes poſſidebit, & civitates deſertas inhabitabit. Ne timeas, quoniam prævalebis; neque verearis quod deteſtabilis fueris, confuſionem enim in æternum obliviſceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego Dominus qui facio te; Dominus nomen illi, & qui liberavit te Deus Iſrael, univerſæ terræ vocabitur*. Item alio loco: *Et pateſaciet Dominus brachium ſuum* Iſai. 54.

Mandatum Catholici Concilii quo delectus ad diſputandum epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ adverſus criminationes Donatiſtarum inſtructa eſt defenſio.

ſuum ſanctum in conſpectu univerſarum gentium, & videbunt omnes gentes uſque ad intima terræ ſalutem quæ a Deo eſt. Item dicit: *Poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentibus, ut ſit ſalus uſque in fines terræ.* Malachias etiam Propheta prævidens ſacrificium primi populi ceſſaturum, & toto orbe terrarum, id eſt, a ſolis ortu uſque ad occaſum, æternum ſacrificium glorificato in gentibus nomine Domini celebrandum, ita loquitur ad Judæos: *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu ſolis uſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium mundum, quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.* Hieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad Deum, damnatis ſimulacrorum ſuperſtitionibus, ſic prædicit. *Domine virtus mea & adjutorium meum & refugium meum in diem malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quam falſa poſſederunt patres noſtri idola, & non eſt in eis utilitas.* Quia vero non in unum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas eſſe prædictum eſt, ſed in locis ſuis eum adoraturas in quem damnatis ſimulacris fuerant credituræ, ſic Sophonias Propheta teſtatur. *Prævalebit Dominus adverſus eos, & diſperdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum unuſquiſque de loco ſuo omnes inſulæ gentium.* His itaque aliis multo pluribus teſtimoniis legis & Prophetarum adſerentibus Eccleſiam toto terrarum orbe diffundi, pſalmi etiam divini ita concinunt. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Item in alio pſalmo de Domino Chriſto in figura Salomonis: *Dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos finis terræ. Coram illo decident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient illi.* Item in alio pſalmo. *Deus deorum Dominus loquutus eſt, & vocavit terram a ſolis ortu uſque ad occaſum; ex Sion ſpecies decoris ejus.* Propterea ipſe quoque Dominus Jeſus, qui loquutus fuerat ante per ora Prophetarum, poſtea quam reſurrexit a mortuis, jam per os proprium ſic promiſit Eccleſiam. *Oportebat*, inquit, *impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis: quia ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hieruſalem*, tanquam illud teſtimonium pſalmi quod recentiſſimum poſuimus verbis aliis exponeret. Nam quod ibi poſitum eſt, *Vocavit terram a ſolis ortu uſque ad occaſum*, hoc Dominus ait *per omnes gentes*; & quod ibi poſitum eſt, *ex Sion ſpecies decoris ejus*, hoc Dominus ait *incipientibus ab Hieruſalem*. Quis enim neſciat Sion & Hieruſalem unicam eſſe civitatem, unde cœpit paſſio & reſurrectio Domini Jeſu Chriſti per orbem terrarum populis mundandis atque ſalvandis illuſtriſſimo præconio prædicari? Proinde & aſcenſurus in cœlum, providens unde fuiſſent carnales homines pro ſuis diviſionibus & ſeparationibus litigaturi, cum quæſiſſent diſcipuli audire ab eo aliquid de fine ſæculi. *Non eſt*, inquit, *veſtrum ſcire tempora quæ pater poſuit in ſua poteſtate; ſed accipietis virtutem ſpiritus ſancti, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in totam Judæam & Samariam, & uſque in totam terram.* Hanc auctoritatem magiſterii cœleſtis ſecuti Apoſtoli Eccleſiam commendant in toto mundo fructificantem atque creſcentem, & ne ſe in partes membra Chriſti per hominum nomina dividant, ita carnales, qui jam hoc facere cœperant, Apoſtolus alloquitur. *Obſecro vos, fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti ut id ipſum dicatis omnes & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia. Nunciatum enim eſt mihi, fratres, ab his qui ſunt Chloes quia contentiones ſunt in vobis, & unuſquiſque veſtrum dicit. Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Unde & iſtos, contra quorum errorem & pro quorum ſalute nomine Chriſti elegimus qui eorum criminationibus falſis vaniſque reſpondeant, in ſacramentis Chriſti fratres noſtros agnoſcimus, nec eorum deteſtamur perverſitatem, ſed ipſa Chriſti ſacramenta in eis adprobamus & reſcindere non audemus. Meminimus enim per Prophetam eſſe præceptum: *Audite qui pavetis verbum Domini. Dicite fratres noſtri eſtis, his qui vos oderunt, & qui vos deteſtantur, ut nomen Domini honorificetur & appareat illis in jucunditate.* Jam quod ſequitur ipſi ſibi ſalubriter dicant, vel a Propheta potius quam a nobis hoc audiant. Nos leviora dicimus, ut pacem potius cum correctis quam litem cum perverſis habeamus. Fratres noſtros eſſe dicimus, ut nomen Domini honorificetur. [1] Quia ipſi nos oderunt & deteſtantur, eſſe ſe fratres noſtros negant, quia nomen hominum ab eis magis quam Domini honorificatur. Ac per hoc fratres & coepiſcopi noſtri, quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac collatione quæ cum eis habenda eſt, Eccleſiam ſanctam adverſus eorum objecta defendant. Dicunt enim quod hæc Eccleſia, quam in lege & Prophetis & pſalmis accepimus prænunciatam, opera ſalvatoris expreſſam & ſanguine redemptam, Apoſtolorum laboribus diſſeminatam atque plantatam incipientibus ab Hieruſalem, ubi in centum viginti animas ſimul congregatas ſanctus ſpiritus venit eoſque in quos venit linguis omnibus gentium loqui faciens, evidentiſſimo ſigno docuit Eccleſiam per omnes gentes futuram & linguis omnium gentium loquuturam; hanc ergo Eccleſiam, quæ iſto modo ut prædictum & impletum eſt, ab Hieruſalem ſumpſit exordium, atque inde ſe in Judæam & Samariam aliaſque orbis terræ partes Apoſtolorum prædicatione diffudit, in quorum literis atque actibus civitates & provincias invenimus longe lateque diſtentas, in quas eam ſuis ſpecioſis pedibus invexerunt, unde & in Africam creſceret, hanc, ut diximus, Eccleſiam dicunt iſti, contra quorum errorem collegis noſtris collationem defenſionemque man-

Iſai. 42. Malach. 1. Hier. 16. Soph. 2. Gal. 2. Pſal. 71. Pſal. 49 Luc. 24. Act. 1. 1. Cor. 1. Iſai. 66. 5. ex Cirro

[1] *Quia ipſi nos*) Antea legebatur: *quia ideo nos oderunt.*

mandamus, Cæciliani Epiſcopi quondam Carthaginenſis Eccleſiæ & ſociorum ejus neſcio quibus peccatis periſſe pollutam, atque in parte Donati ejus reliquias remanſiſſe. Hanc vanam & ſacrilegam criminationem hi quibus mandamus ita redarguant & refellant ut primitus Eccleſiæ cauſam a cauſa quorumdam hominum diſtinguant atque diſcernant: quoniam Eccleſia permixtos malos habitura prædicta eſt quouſque meſſis tempore a tritico zizania ſegregentur, vel a frumentis palea ventilata diſcedat, vel oves ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram, qui nunc eiſdem paſcuis permixti ſunt, ſegregentur, vel mali piſces a bonis, qui nunc intra eadem retia ſimul trahuntur ad littus, in eodem littore, hoc eſt, in fine ſæculi, dirimantur. Homines autem quilibet in Eccleſia, ſi boni ſunt, triticum vel frumenta ejus ſunt, oves ejus ſunt, piſces boni ejus ſunt; ſin autem mali ſunt, zizania, palea, hœdi, piſces mali ejus ſunt. Non ergo propter eos tota meſſis, tota area, grex totus, piſcatio tota damnata eſt, ne cum ante tempus audemus quaſi de malis temere judicare & aliis aliorum objectare peccata, bonos propter malos ſacrilega ſeparatione deſeramus, cum potius malos propter bonos pia unitate tolerare debeamus. Urgendi ergo ſunt iſti harum evangelicarum ſimilitudinum & tam perſpicuæ veritatis inimici, ut doceant quod intendunt, ac prius oſtendant, ſi valuerint, quomodo Eccleſia, quam incipientem ab Hieruſalem in ſcripturis ſanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque creſcentem accepimus & tenemus, quorumlibet quos accuſant contagione perierit & in Donati parte remanſerit. Si enim hoc fieri potuiſſe monſtraverint, tunc utique ad cauſam Eccleſiæ pertinebit aliam fortaſſe ſuſcipere atque diſcutere quæſtionem, utrum Cæcilianus ejuſque collegæ vel tales fuerint quales ab iſtis fuiſſe dicuntur, (vel) ſic innoteſcere potuerint Chriſtianæ quæ jam tunc erat unitati uſquequaque diffuſæ ut eam uſque ad ultimas terras ipſius notionis contagione maculârent & perderent. Fatentur quippe etiam ipſi neminem peccatis alienis maculari poſſe quæ ignorat. Unde ſi demonſtrare voluerint tam latam per tantas terras communionem gentium Chriſtianarum peccatis Cæciliani & ſociorum ejus contaminari ac perire potuiſſe, non ſufficit ut oſtendant tales eos fuiſſe quales accuſando criminantur, niſi etiam oſtendant vera crimina eorum omnibus innotuiſſe quos ipſa contagione periiſſe contendunt. Si autem non potuerint demonſtrare catholicam Eccleſiam per omnes gentes in quibus eam eloquia divina commendant ullis alienis peccatis deſtrui potuiſſe, ſequeſtrata paululum cauſa Cæciliani & eorum quos cum illo accuſandos eſſe putaverunt, quæ [1] ad Eccleſiæ cauſam omnino non pertinet, quoniam etſi mala fuiſſet, eam contaminare non poſſet, quod nos dicimus ad eorum crimina repellenda ab eis quibus officium defenſionis hujus imponimus evidentiſſime & exemplis cumulatius oſtendatur, id eſt, Eccleſiam Chriſti nullorum malorum uſque in finem ſibimet permixtorum, non ſolum ignorantium, verum etiam cognitorum, quaſi corruptione peſtifera poſſe inquinari atque deleri, primum exemplis prophetieis, qui populum peccatorem & Deum multis execrabilibus abominationibus offendentem tam ſeveris vocibus arguebant & flagellis correptionis duros atque indomitos animos uſque ad inimicitias adverſum ſe horribiles excitabant, nec tamen ſe ab eo populo, in quo utique etiam boni inter malos erant, corporali diſcrimine dividebant, melius indicantes per patientiam ferre malos quam per calumniam relinquere bonos. Ipſe Dominus Jeſus Chriſtus exemplum ſingulare patientiæ, traditorem ſuum, utique peſſimum, non ſolum cognitum in diſcipuli numero pertulit, verum etiam præcognitum in diſcipulorum numerum aſſumpſit. Dixit etiam diſcipulis ſuis: *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes*; ut eo modo ſcirent munditiam ſuam aliena immunditia non poſſe ſordeſcere. Apoſtolorum temporibus teſtis eſt Apoſtolus Paulus inter falſos fratres gemens, & quoſdam per invidiam, quod utique vitium diabolicum eſt, Chriſtum annunciantes in epiſtola ſua notans, quemadmodum boni malos propter unitatem Chriſti pietate ſollicita conſervandam ſine ulla ſua perditione in ſacramentorum communione tolerabant, a quorum malitia longe abhorrebant. Poſt Apoſtolos etiam Epiſcopi boni quemadmodum propter unitatem Chriſti, non ſolum quoslibet laicos, verum etiam coepiſcopos toleraverunt malos, teſtes ſunt literæ martyris Cypriani, ubi gemit avaritiam quorumdam collegarum uſque ad crudelitatem fœnoris rapinaſque fundorum; nec tamen malorum contagione factus eſt talis, ſed bonorum dilectione pertulit tales, non tantum id exemplo admonens, verum etiam præcepto inſtruens. Nam in quadam epiſtola ſua dicit. *Et ſi videntur in eccleſia eſſe zizania, non tamen impediri debet aut fides aut caritas noſtra, ut quoniam eſſe zizania in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus*. Ipſorum etiam qui huic veritati adverſantur judicio probandum eſt quam ſit hoc verum; qui cum Maximianum damnaſſent merito ſacrilegi ſchiſmatis, ſociis ejus, qui cum illo ab iſtis foras exierant, ſeque ab eorum communione ſeparaverant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes eos illius [2] ſacrilegi ſurculi plantariis non eſſe pollutos. Quod quidem, cum omnes unius ſchiſmatis ſocietas connexos teneret, quemadmodum recte dici potuerit non invenimus. Sed tamen vel ſero hinc intelligere cogantur multo potius in unitate catholica malos bonis, tanquam paleam frumentis obeſſe non poſſe, ſi in conciſione ſchiſmatica, ubi palea ſola eſt, putatus eſt Maximianus ejuſdem conciſionis ſuæ ſocios tantum, quia ordinationi ejus præſentes non fuerunt, non potuiſſe maculare; & videant quam inconſiderate dicant Cæcilianum, qualiſcunque ille fuerit, & ejus quoſcunque collegas in tot longinquis gentibus unitatem Chriſtianam perdere potuiſſe, cum Maximianum arbitrentur nec Afros participes ſui ſchiſmatis perdidiſſe.

Joan. 13.

Cyprian. epiſt. 52.

Sic

---

1 *Ad Eccleſiæ cauſam non pert.*) Vide epiſtolam nomine Concilii Cirtenſis ab Auguſtino ſcriptam ad Donatiſtas poſt collationem.

2 *Sacrilegi ſurculi*) Reſpiciunt hoc loco catholici ad decretum Concilii Bagajenſis, in quo, poſt damnatum Maximianum, iſta de ſociis ejus dicuntur: *Hos autem quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, hoc eſt, qui a Maximiani capite manus verecundo ſidei pudore retraxerunt, ad matrem Eccleſiam redire permiſimus*. Vide ſupra ad annum 394.

Sic appārebit ad Eccleſiæ cauſam, cujus injungimus defenſionem, non pertinere Cæciliani cauſam, qualemlibet habeat quæſtionem. Quod autem accuſant baptiſmum noſtrum, vel potius baptiſmum Chriſti, quem habemus & miniſtramus, eumque in eis quos deceperint ingemiſcendo errore reſcindunt, ſic ferendum eſt quemadmodum ipſa Eccleſia cujus donum eſt. Non enim audebunt amplius baptiſmum accuſare quem damus, ſi ab eorum criminibus Eccleſia purgabitur quam tenemus. Sed ſi illud, ut adſolent, objiciendum putaverint, quod baptiſmum Chriſti etiam foris a noſtra communione traditum agnoſcimus potius quam improbamus, nec reſcindere audemus, reſpondeatur eis quantiſcunque rationibus & teſtimoniis reſponderi potuerit divina Eccleſiæ dona & apud fures vel uſurpatores vel etiam raptores inventa, agnoſcenda eſſe potius quam neganda. Nam ſicut Apoſtolus de quibuſdam dicit, *quia veritatem in iniquitate detinent*, ita omnes qui extra Eccleſiam Chriſti habent vel miniſtrant baptiſmum Chriſti, veritatem ſacramenti divini in iniquitate detinent erroris humani. Unde humana iniquitate correcta, non eſt veritas divina violanda. Qui autem putant negandum eſſe baptiſmum Chriſti quia eum & hæretici tradunt, poſſunt putare negandum eſſe etiam ipſum Chriſtum, quia eum & dæmones confitentur. Et ideo ad Eccleſiam venire debent qui extra ejus communionem baptiſmum ejus habent, non ut quod deerat adſit, ſed ut quod inerat proſit. Neque putandum eſt illos hinc clam diuturnum habituros eſſe conflictum, quandoquidem etiam de hac re ſuo judicio & exemplo poterunt admoneri. Baptiſmum quippe Chriſti extra ſuam communionem in Maximiani ſchiſmate datum, in eis quos inde cum illis quos damnaverant ſuſceperunt agnoſcere quam reſcindere maluerunt. Proinde & illud quod non recte intelligentes ſolent dicere, *Ne communices peccatis alienis*, (neque enim hoc corporum ſegregatione ſed morum diſſimilitudine faciendum eſt) in eis coguntur attendere quemadmodum intelligendum ſit quos cum Maximiano damnato ſacramenta communicantes impollutos fuiſſe dixerunt, & quod de baptiſmo ſolent accipere quod dictum eſt, *Qui baptizatur a mortuo*, & cetera hujuſmodi, in eis ipſis noſſe coguntur quomodo accipienda ſint, quando ab illis quos cum damnarent mortuos eſſe dixerunt, baptiſmum in ſchiſmate datum improbare atque iterare non auſi ſunt, & quod nobis objicere conſueverunt, quod ad eos corrigendos pro unitate Chriſti apud terrenas poteſtates aliquid agere cogimur, in ipſis identidem Maximianiſtis compellendi ſunt approbare, quos cum apud judices terrenos tanquam ſchiſmaticos ſuos vel hæreticos accuſarent, ut de baſilicis pellerent, etiam Bagaienſe Concilium, quo eos damnaverunt, aliquoties allegarunt. Quæ omnia ideo dicenda ſunt ut & ſuo judicio commoneantur diſſenſionem tandem deponere, & conſumpta vel abjecta falſarum & vanarum animoſitate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti individuam caritatem, ſine qua nullus hominum bonus eſſe poterit, quicquid boni aliud habere poterit. Quibus peractis, nec ipſam Cæciliani cauſam volumus deſerant, ſed eam non tanquam Eccleſiæ matris, ſed tanquam Epiſcopi fratris ſuſcipiant; ne ſicut iterum diſcutiatur finienda, ſed ut demonſtretur jam olim eſſe finita eccleſiaſticis & publicis documentis; quorum nonnulla ſufficient, ſi eis, cum a nobis proferuntur, fidem habere voluerint, (& ſi noluerint,) poterunt archivis etiam conteſtantibus declarari: quibus appareat & cauſam Cæciliani eos per Anolinum Proconſulem ad Imperatorem Conſtantinum accuſando miſiſſe, & eumdem Imperatorem poſt eccleſiaſtica judicia, quibus Cæcilianus fuerat abſolutus, cauſam totam partibus præſentibus cognoviſſe, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumnioſiſſimos judicaſſe. Felicis quoque Aptungenſis ordinatoris Cæciliani innocentiam Æliano Proconſule ex præcepto ejuſdem Imperatoris cognoſcente claruiſſe, quem malorum fontem in Concilio ſuo ipſi dixerunt. Quæcunque autem crimina quibuslibet collegis noſtris, non jam more conferentium vel diſputantium, ſed maledicentium & litigantium, objicienda putaverint, reſpondendum eſt eis nec eorum cauſas ad Eccleſiæ cauſam, quam nunc defendendam injungimus, pertinere; nec ipſas tamen eis diſcutiendas auferri, ſed pro temporis quod nunc inſtat neceſſitate differri, ut cum Eccleſiæ cauſam, quam nunc clementiſſimus Imperator cognoſcendam & demonſtrandam recenti præceptione curavit, fuerit terminata, quæcunque quibuſcunque noſtris objicienda arbitrantur, apud quos voluerint judices & noſtros & ſuos, cum jam catholicæ unitati fuerint ſociati, vel purgata monſtrentur, vel convicta puniantur. Hæc eo modo quo conſcripta ſunt, & ſi quid uberius & firmius eis Dominus dederit, exequenda mandamus fratribus & coepiſcopis noſtris [1] Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Poſſidio. Quod mandatum ſe ſuſcepiſſe teſtantur ſubſcriptionibus ſuis, ſicut nos mandaſſe teſtamur ſubſcriptionibus noſtris, ratum habituri quicquid adjuvante Domino in hac defenſione peregerint. His autem adjungimus, cum quibus, ubi opus fuerit, conſilium habeant, [2] Novatum, Florentium, Maurentium, Priſcum, Serenianum, Boniſacium, & Scillatium. Ad cuſtodiendam vero conſcriptionem geſtorum, [3] Deuterium, Leonem, Aſterium, & Reſtitutum. *Quo recitato.*

LVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam ex recitatione mandati, quod geſtis præſentibus adhærebit, claruit divina magis teſtimonia quam forenſia vincula eſſe prolata & edicti pariter mei tenorem fuiſſe ſervatum, ino numero ſcilicet deligendo, & imperialis conſtitutionis formam nihilominus cuſtoditam, ideoque, quoniam juſtitiæ ordo hoc poſtulat, etiam ſubſcriptiones omnium recitentur.

LVII.

---

1 *Aurelio*) Carthaginenſi Epiſcopo, Alypio Tagaſtenſi, Auguſtino Hipponenſium regiorum, Vincentio Culuſitano, Fortunato Siccenſi, Fortunatiano Conſtantinienſi ſive Cirtenſi, Poſſidio Calamenſi.

2 *Novatum*) Sitifenſem, Florentium Hipponenſium Diarrhytorum, Maurentium Tuburſicenſem, Priſcum Quidienſem, Serenianum Miditenſem, Boniſacium Cataquenſem, & Scillacium Scillitanum.

3 *Deuterium*) Cæſarienſem in Mauritania, Leonem Moptenſem, Aſterium Vicenſem, & Reſtitutum Tagorenſem.

LVII.

Romulus exceptor recitavit. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis Carthagini conſtitutus præſente viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Item alia manu*. [1] Silvanus primæ ſedis provinciæ Numidiæ præſente viro clariſſimo Marcellino Tribuno & Notario Carthagini conſtitutus mandato a nobis facto conſenſi & ſubſcripſi. *Item alia manu*. Valentinus Epiſcopus Eccleſiæ [2] Vajanenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Marcellino Tribuno & Notario mandavi & ſubſcripſi. *Et reliquæ ſubſcriptiones quorum nomina mandato continentur*.

LVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Has quoque ſubſcriptiones cum mandato geſta ſuſcipient. *Et adjecit*. Numerus etiam ſubſcribentium deſignetur. *Martialis exceptor dixit*. Ducenti ſexaginta ſex ſunt.

LIX.

Petilianus Epiſcopus dixit. Ubi ſunt qui mandaverunt? *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LX.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Opus eſt hoc, eligant de ſuis ſeptem, & eant ubi conſtituti ſunt in Eccleſia, & videant illos. *Et alia manu*. Recognovi.

LXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Subtilis argumenti res eſt ut judicem facerent teſtem. Potuerunt etenim etiam quoſcunque clericos minoris loci adponere nominibus ſuis & fingere illum honorem eſſe quem apud ſe ſummum exiſtimant, cum hinc potiſſimum dubitetur. Proinde veniant in judicium Notarii, a nobis ſingulis cognoſcantur. Veremur etenim argumenta ſæpe diutius requiſita, quæ in perniciem ſimplicitatis noſtræ quotidie machinantur. Hæc igitur prima res eſt, de qua per notariam noſtram ſublimitati tuæ intimare curavimus, neque ceſſavimus, ut de numero primo noſtro conſtaret, quem eſſe parvulum ſemper imperialibus auribus mentiuntur. Quicquid enim contra nos ſemper elicitur, quaſi contra pauciſſimos impetratur. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Falſi crimen nec objicere condecet ſacerdotem, nec committere potuiſſe credendum eſt. Illud autem eſt quod per veſtram venerabilitatem ſcire deſidero, utrum omnes Epiſcopos contra quos veſtra pergit intentio, quorum etiam ſubſcriptio recitata eſt, poſſitis agnoſcere.

LXIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Singuli quique ſedium noſtrarum adverſarios facile poſſumus agnoſcere. Sane non falſum objecimus; ſed diligentiæ maximæ eſt quod volumus & probare. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc magis de veſtra iudico ſanctitate, diligentiæ potius eſſe quam ullius objecti criminis quod in proſecutione dicendum eſſe credidit ſanctitas tua; ſed illud quæro, utrum in omnibus locis & civitatibus utriuſque partis bini eſſe poſſint Epiſcopi. Sic enim poſſunt ſe alterutrum plene cognoſcere.

LXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Sapientiſſimè ac præſcie omnia prævidiſti, vir nobilis. Nam in plebe mea, ideſt, in civitate Conſtantinenſi, adverſarium habeo Fortunatum. In medio autem diœceſis meæ nunc inſtitutum habeo, immo ipſi habent nomine [3] Delphinum. Pervidet jam hinc præſtantia tua duos in unius plebe fuiſſe [4] imaginarie conſtitutos, ut numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem ſit qui ſit illarum ſcilicet perſonarum. Et hoc argumenti eſt maximi: ut videantur

1 *Silvanus*) Epiſcopus Summenſis ſive Zummenſis, cujus nomen rurſum recitatur infra cap. 99.

2 *Vajanen.*) ſive Bajanenſis, ut hoc ſcriptum eſt in veteri libro. Infra cap. 99. 115. & 135. ſcribitur ſemper *Vajenſis*. Sed nos ubique repoſuimus, *Vajanenſis*, quia conſtat emendationem eſſe certam. Nam Felix Epiſcopus Bajanenſis interfuit Concilio Carthaginenſi ſub Grato, & Bejanus Bajanenſis damnatus fuit anno 394. in Concilio Bagajenſi. Animus erat hanc ſedem referre ad Mauritaniam Cæſarienſem, quia inter Epiſcopos illius provinciæ ejectos ab Hunerico Rege Vandalorum reperio Cæcilium Bellanenſem. Verum huic cogitationi obſtant ſubſcriptiones Concilii Cabarſuſſitani, ubi legitur nomen Pancratii Balianenſis. Cum enim ſynodus illa habita ſit uno anno ante Bagajenſem, in qua damnatus eſt Bejanus Bajanenſis Donatiſta, iſtud evincere videtur Eccleſiam Balianenſem fuiſſe diverſam a Bajanenſi. Duos quippe Epiſcopos Donatiſtas in una Eccleſia fuiſſe conſtitutos non eſt vero ſimile.

3 *Delphinum*) cujus mentio habetur etiam infra cap. 215. Aſſentior autem viro clariſſimo Joanni Garnerio, qui alt eum incerti nominis Eccleſiam rexiſſe, vicinam tamen Conſtantinæ. Quod ita intelligendum eſt ut explicat vir æque clariſſimus Henricus de Noris, nimirum cum ex parte Donati unicus eſſet Conſtantinienſis Epiſcopus Petilianus, apud catholicos Fortunatus & Delphinus Epiſcopi eamdem diœceſim diviſam moderarentur. Porro inſtitutum fuiſſe Delphinum Epiſcopum propter neceſſitates eccleſiaſticas docet ſanctus Auguſtinus epiſt. 158. ad Marcellinum. Utrum autem hic idem ſit cum Delphino qui inter Epiſcopos Numidas nominatur in epiſtola ſynodi Milevitanæ ad Innocentium Papam, aliis diſcutiendum relinquo. Negant Samuel Petitus lib. 111. variarum lect. cap. 2. pag. 24. & Henricus de Noris in libello adverſus Garnerium.

4 *Imaginarie conſtitutos*) id eſt, ſuppoſitos, cum Epiſcopi non eſſent, ut ait Auguſtinus in Breviculo primæ diei cap. 11. Infra in cap. 165. iſtius primæ cognitionis; *In diœceſibus multæ paſſim imagines erigunt, ut numeroſi eſſe videantur*. Veteres gloſſæ in codice 1013. bibliothecæ regiæ: *Imaginarius, ſubpoſita perſona*. Imaginarium porro Epiſcopum, id eſt, falſum, eum dixere veteres qui non recte ordinatus eſſet. Apud Athanaſium epiſt. 2. pag. 794. Colluthus vocatur non verus, ſed imaginarius Epiſcopus. Item Timothei Æluri, qui ſedem Alexandrinam invaſerat, ordinatio nefanda atque imaginaria vocatur in epiſtola Epiſcoporum provinciæ Ponti ad Leonem Imperatorem, quam Latine habemus ex verſione Epiphanii Scholaſtici.

nos hoc genere ſuperare, ſi duo contra unum ſint conſtituti vel tres. Nam etiam in plebe præſentis ſanctiſſimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id eſt, in civitate Milevitana, ita commiſſa res eſt ut [1] unum ibidem habeat adverſarium, [2] alterum in Tuccenſi civitate, quæ ad hujus ſcilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium eſſe videtur conſtitutus, tertius vero ſit in loco qui dicitur [3] Ceramuſſa. Ergo cum unus ſit civitatis Milevitanæ Epiſcopus a partibus noſtris, tres videntur ab his conſtituti fuiſſe, ut illorum numerus augeretur, aut fortaſſis excederet numerum veritatis. Requirendum eſt igitur quando auctus ſit illorum numerus, quam originem habuerit, utrum hoc novitas fecerit, an dederit antiquitas, utrum, ut ita dixerim, contra vetuſtatem canam vitium hoc fuerit novitatis. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Multiloquio Eccleſiæ cauſam agi non debere perſpicit mecum tuæ dignationis ſenſus, optime cognitorum. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.)

LXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. [4] Plus ſcripſiſti quam dixi. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXVIII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Verum vir graviſſimus Petilianus cum ante paululum Eccleſiæ cauſam divinis ſcripturis firmandam eſſe profeſſus fuerit, atque eam divinis teſtimoniis quæri debere conſtituerit, nunc eum per diverſa vagari in perſonis ordinatorum profecutione ejus oſtenditur. Atque ideo, ne illi ſimiles videamur, decreti tenorem accepit ſublimitas tua; & quid patrum ſtatuta voluerint, ejus lectione monſtratum eſt. Convenit præſentes, moratoriis omnibus actionibus repulſis atque proſtratis, eligere nunc ex parte ſua idoneos qui poſſint inſtitutæ cauſæ præſtare rationem, omniumque conſenſum his actis depromere, ut diluceſcente veritate, nulli poſſit eſſe ambiguum. Siquidem confirmatis perſonis, nulla pars audebit dicere ſententiam non poſſe (nec) debere conſiſtere, quando quidem eorum conſenſus actis fuerit depromptus. Et ideo aut ſubſcriptionibus quæ gerimus ſe doceant confirmare, aut conſenſum ſuum ſinguli patefaciant, ut actio Eccleſiæ poſſit ſuo ordine inchoari. *Et alia manu*. Recognovi.

LXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. De incompetenter ordinatis quos Petilianus vir [5] ſanctiſſimus comprehendit me certum eſt, qui ad aliam partem principali auctoritate judex videor conſtitutus, non poſſe cognoſcere. Supereſt ut ſi numerum Epiſcoporum qui ab officio intra hanc ſplendidam Carthaginem conſtitutus eſt verum eſſe credit venerabilitas tua, jam nunc intimare dignetur.

LXX.

Petilianus epiſcopus dixit. Non intellexit e diverſo conſiſtens quid fuerim proſecutus. Nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiæ meæ maxime fuit requirere ubi ſunt illi qui præſentibus mandaverunt; deinde conſtare non ab re eſt quod ſum in tuo judicio, vir nobilis, proſecutus. Quoniam igitur & jacturam fecerunt earum rerum quas forenſibus cancellis ac legibus uti potuerant, & recitaverunt mandatum quod non magis forenſe ſit, ſed legale, hinc agnoſco debere me illis lege divina competenter reſpondere. Sed ut prius de mandatorum numero conſtet, & de partibus meis quanti mandaverint vel quanti ſint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, ut ſuperfluum non ſit de numero utriuſque partis ferre debere judicium celſitudinem tuam. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

LXXI.

[6] *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Evitandæ quidem multitudinis cauſa ad hunc locum de quorum numero dubitatur minime conveniſſe dicuntur, præſertim cum ſufficerit eos præſentibus omne delegaſſe negotium. Sed ſi quid ſuper hac parte dubitationis affertur, judiciis intimetur.

LXXII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit. [7] Nos evitamus tumultum: idcirco non venerunt: ſed mandatum firmiſſimum eſt quod lectum eſt nobilitati tuæ. Si de numero dubitatur, eant provinciales ad Mauros, eant provinciales ad Numidas, eant provinciales ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad provinciæ proconſularis, qui præſentes ſunt ex numero ipſorum, & cognoſcant noſtros

---

1 *Unum adverſarium*) Severum, ut opinor, cui ſcribit S. Auguſtinus epiſt. 35. 241. ejuſque mentionem facit in epiſtolis 34. 120. & 129. vocans eum condiſcipulum ſuum.

2 *Alterum in Tuccenſi*) id eſt, Sabinum, qui infra cap. 130. vocatur Epiſcopus Tuccenſis. Quæ cauſa fuit ut hoc *Tuccenſi* reponeremus pro *Tuncenſi*, ut habent aliæ editiones, & vetus liber. Aſſentior enim lubens clariſſimo viro Henrico de Noris, qui hoc agi putat de eodem Sabino. Addit idem vir clariſſimus eum neutrius Tuccæ quarum mentio extat in ſynodo ſancti Cypriani Epiſcopum fuiſſe, ob eam videlicet rationem quod illæ urbes ſuos habebant Epiſcopos ante martyrium Cypriani, oppidum vero Sabini anno Chriſti 409. epiſcopali primum dignitate ornatum fuit.

3 *Ceramuſſa*) Vide infra cap. 133. extremo.

4 *Plus ſcripſiſti*) Hæc verba non reſpondent profecutioni Fortunatiani, ſed referuntur ad exceptorem.

5 *Sanctiſſimus*) In veteri codice ſcriptum eſt *ſceſſimus*, ut olim ſolebant. Quod miror animadverſum non fuiſſe a Maſſono & Pithœo. Et ille quidem edidit ſimpliciter *ſceſſimus*, in erratis vero admonuit legendum *ſagaciſſimus*. Pithœus vero edidit *ſceſſimus*, quia dubitavit quonam modo ſcribendum eſſet. Verum illa res nullam habet difficultatem. Nam catholici Donatiſtas Epiſcopos iisdem honorificentiæ nominibus proſequebantur quibus catholicos, ut apparet etiam ex epiſtolis ſancti Auguſtini.

6 *Marcellinus*) Hæc non extant in veteri exemplari. Recte tamen addita ſunt a Maſſono.

7 *Nos evitamus tumultum*) Auguſtinus in Breviculo primæ diei cap. 11. *Catholici autem ne ſui præſentarentur reſiſtebant, verentes ne illi tumultum aliquem præpararent per quem prorſus abrumperetur ipſa collatio, quam fieri Donatiſtæ nullo omnino videbantur*. Vide infra cap. 78. hujus primæ cognitionis.

ſtros qui huic mandato ſubſcripſerunt. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Non patiar rem ſuperfluam longa partium obluctatione differri. Unde veniant univerſi.

LXXIV.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quid opus eſt turbis? Et nos in civitate diù verſati ſumus & noſtri collegæ. Ii quoque in civitate, ut dicunt, non hodie ſed aliquantis diebus demorati ſunt. Legantur ſubſcriptiones; & de cujus nomine dubitant, ipſe veniat. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. In uno loco ſunt omnes, aut id non poteſt liquido deſignari.

LXXVI.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Neſcimus poſtea quam mandaverunt quid opus erat ut concluderentur. *Et alia manu*. Recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. De quorum nomine dubitatur, ipſi veniant. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXVII.

Emeritus epiſcopus dixit. Impugnat ſe actio, & ex una parte diverſa contentio. Unus proſequitur venire debere, alter neſcire ſe utrum poſſint adeſſe. Concordent inter ſe ſententiis ſuis, & arbitratu proprio atque ſecreto quid magis eligant dicant. Operimur enim pro meritis tuis quicquid iſti dixerint, quod magis putaverint eligendum. Non enim nos falſitatis crimen objecimus, ſe hoc ipſum factum volumus judiciis approbari. Melior eſt enim adſtipulatio quæ præſentibus actis inditur, & veritatis fides inſtrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res de qua quis negare poterit: *Non mandavi, non interfui, neſcio*. Non enim ex me iſta procedunt, ſed ex ipſis potius qui iſta confingunt. Habeant inter ſe conſilium ſuum, arbitrioque ſuo definiant univerſa; ut ſi volunt in præſenti mandare, ſicuti nos perſonas mandantium actis ſublimitatis tuæ nunc in præſenti inſinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falſitatem, donamus illis univerſa quæ potuerant de præceptione depromi, ut ſublimitatis tuæ judicio poſſit ex illorum & ex noſtris partibus apparere quod poſſit eſſe mandatum. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

LXXVIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Tumultus ne fieret cavendum fuit; & hoc ſalubriter prudenterque providiſti. Et quoniam metuendum eſt ne, cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribuatur, incertumque ſit hominibus a quorum parte potius extiterit, nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam niſi ut recitatis omnibus nominibus, de quo dubitant veniat. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Accepiſtis profeſſionem partis adverſæ. Quæ competunt peragantur.

LXXX.

Emeritus epiſcopus dixit. Patientia nobilitatis tuæ intimumque ſecretum, quod omnibus monſtras, cunctorum oculis patuit. Teneo judicii tui fidem, teneo teſtimonium. Pene jam peracto ſolis curriculo totus tranſactus eſt dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta ſacerdotum Dei multitudo conſiſtat. Quis enim præter eos quos judicii veritas adeſſe præcepit, vel mutiendo inter ſe vel balbo ſermone reſpondit? Tacito linguæ ſilentio expectant veridici cognitoris integram ſeveramque ſententiam: & adclinibus, [1] ut dixi, pene cervicibus in te ipſum toto ore pendentes, quid de Dei cauſa judices ſollicite rimantur. Nullus ſtrepitus, ſermo nullus, immo ad Deum continua oratio & ad cœlum privata vox. Unde hic tumultus publicos de privatis ſcurrilibuſque ſermonibus, quibus aut facile ſtrepere, aut ex ipſo uſu rixa quotidiana metus judiciorum non timens poſſit exurgere? Ad hoc Dei ſacerdotes tot antiſtites animæ ſuæ cauſam & fidei ſuæ rationem audire cupientes tumultum ſuperfluo & quadam rixa turbantes, ad judicii veritatem nolentes deſcendere, quærunt immiſſam actionem turpiſſime perturbare. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

LXXXI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ad multa fratris mei videat nobilitas tua quam pauca reſpondeam. Quod ſi nobis voluerint reſpondere, cauſa tota cito forſitan peragetur. Metuendum eſt ne ideo non fiat tumultus ab hac turba, quæ præſens eſt, quia non hic eſt alia multitudo in quam poſſit referri cauſatio. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXXII.

Petilianus epiſcopus dixit. Confiteris illos cum tumultu eſſe venturos. Nam hic tumultus nec fuit nec erit a partibus noſtris. *Et alia manu*. [2] Emeritus Epiſcopus recognovi.

Sic in ſecunda Cognitione Emeritus & Petilianus conjuncti ſunt. *Hard.*

LXXXIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Non confiteor cum tumultu eſſe venturos; ſed timeo ne ideo adhuc quieſcat multitudo præſens, quia non eſt in quem referat ſi quid forte turbulenter extiterit, dum utraque præſens

1 *Ut dixi*.) Nihil ejuſmodi legitur in ſuperioribus geſtis. Itaque locus ex quo hæc verba repetuntur, nunc non extat, omiſſus nimirum a Marcello Memoriali.

2 *Emeritus Epiſcop.*) Aut reponendum eſt hoc loco nomen Petiliani, aut ante pro Petiliano ſcribendus eſt Emeritus.

ſuerit multitudo. Petimus ut quod dictum eſt A fiat. De quocumque dubitatur, præſentetur. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXXIV.

Adeodatus Epiſcopus dixit. Si in paucos tumultus fieri non poteſt, in plurimos fieri quemadmodum poteſt? *Et alia manu*. Recognovi. *Aurelius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Judica. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Poteſt quidem ſacerdotalis multitudo, divinam B conſiderans utrobique ſententiam, etiam in quavis populoſitate præſtare ſilentium. Sed illud certum eſt, & ambigi nullatenus poteſt, paucitatem magis ſilentio poſſe præbere conſenſum. Unde ne ſuperfluis immoremur, ſi de ſubſcriptionibus aliqua eſt dubitatio, eos quos nec præſentes eſſe nec ſubſcribere potuiſſe credit ſanctitas veſtra, iaciam ad judicium mox venire; ut tandem aliquando confirmatis ſecundum imperiale præceptum ex utraque parte perſonis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI.

Emeritus epiſcopus dixit. Ex una parte di- C verſæ ſententiæ concordare debent. Aut enim hic eſſe ſuos dicunt, & adeſſe debebunt; aut ſi abſentes eſſe profitentur, videat nobilitas tua quid de abſentibus debeat judicare. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus recognovi.

LXXXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quod præſentes præſentibus mandaverint proſecutione ſanctitatis veſtræ tenetur expreſſum, eo quod omnes qui ſubſcripſerunt a vobis & a veſtris omnibus facile poſſint agnoſci. Unde cum ſubſcriptiones per ordinem fuerint recitatæ, de quo dubitatur, poterit mox venire. D

LXXXVIII.

Adeodatus Epiſcopus dixit. Affero compendium diverſæ parti, ne tumultus poſſe fieri utriſque partibus præſentibus putent. In uno loco coepiſcopi noſtri conſiſtant, ad alterum item locum ſuos faciant venire. Et cum recitata fuerint quæcumque loca, bini mittantur; quo poſſit omnis cauſatio, omnis tumultus amputari. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recognovi.

LXXXIX.

Alypius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Nova res nunc a diverſa parte flagitatur. Nam nos obedientes edictalibus præceptis, tot venimus quot edicto fuerant definiti. Sed quia & hoc non eſt negandum ſollicitudini præſentium, quamquam de numero quærere non ſit noſtræ præſentis actionis, tamen qui modo præſentes fratres noſtri reperiri potuerunt, jube ut ingrediantur; ſi qui forte abſentes fuerint, craſtino eorum præſentiæ tuis etiam obtutibus monſtrabuntur, dum tamen ne ulla cauſæ dilatio naſcatur, ſicut nos certi numero adſumus electi (ab) univerſali catholico Concilio, etiam ipſi ad aſſerendum confirmati jam ſuſcipiant omnem ſarcinam cauſæ, ut nulla dilatio quæſtioni poſſit opponi. *Et alia manu*. Recognovi.

XC.

Adeodatus Epiſcopus dixit. Præcipe nobis mandatum eorumdem oſtendi ubi ſubſcripſerunt, quod nunc lectum eſt ab officio. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recognovi.

XCI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Mandatum quod nunc ab officio recitatum eſt, in quo ſubſcriptiones omnium continentur, poſtulantibus oſtendatur.

XCII.

Petilianus Epiſcopus dixit. Magnam nobis ſollicitudinem facit iſta varietas. Aut hodie repræſentent numerum eorum quos ſibi dicunt mandaſſe quod agant, aut ipſi cauſam in craſtinum diſtulerunt. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

XCIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Non eſt dilata cauſa. Hodie agenda eſt. *Et alia manu*. Recognovi. *Auguſtinus epiſcopus dixit*. (Mandatum) actis offeratur, ab officio offeratur.

CXIV.

Adeodatus epiſcopus dixit. Hoc expectavimus, hoc deſideravimus, ut eadem geſta quibus ſubſcripſerunt in præſentiarum ſint donec mandatores veniant. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recognovi.

XCV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc neceſſe eſt ut fiat ita, ut ſi ſollicitudinis aliquid geritis, a vobis obſignata ſerventur.

XCVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Illorum præſentia nobis neceſſaria eſt, non mandatum. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

XCVII.

E *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Jam poſtulavimus fratres & conſacerdotes noſtros intromitti debere qui præſentes inveniri potuerunt. Præcipiat nobilitas tua ſuperfluum nodum amputari quæſtionis, ut intromiſſi ſaltem vel obtutibus eorum fidem debitam ferant. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*: Hi venerabiles ſacerdotes qui præſentes eſſe dicuntur venire dignentur. *Et ingreſſis Epiſcopis catholicis*:

XCVIII.

A

XCVIII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. In omni [1] petitioni veſtræ ſatisfactum eſſe cognoſco. *Et adjecit.* Præſentes ſunt Epiſcopi quos ingredi voluiſtis, qui ſecundum imperialis præcepti formam & ediſti tenorem certum numerum ad peragendam cauſam elegiſſe noſcuntur. Unde, ne qua ulterius poſſit eſſe dubitatio vel ſorte confuſio, ſingulis ſubſcriptiones propria [2] relegantur; ut agnitis iiſdem, exire dignentur.

XICX.

Martialis excepter ex mandato recitavit. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis Carthagini conſtitutus præſente v.c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Hoc modo omnes reliqui ſubſcripſerunt: Item recitavit.* Silvanus epiſcopus [3] Summenſis Eccleſiæ catholicæ. *Idem dixit:* Præſto ſum. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Silvanus, qui [4] non ſuſcepit conlationem, exeat. *Quo egreſſo, idem recitavit.* [5] Valentinus epiſcopus eccleſiæ Vajanenſis. *Idem dixit:* Præſto ſum.

C.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Reddiderunt nos ſollicitos, diligentiam nobis primitus ipſi incuſſerunt, quomodo [6] nominantur * noſtri, ſic etiam de ipſorum numero dubitamus. *Et alia manu.* Recognovi.

* Forte, non agnoſcuntur noſtri. Hard.

CI.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Ita fiet. Conſentit tamen pars diverſa ut ſimul agniti exeant.

CII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Sed primo mandare habent & ipſi, ut appareat quia hic ſunt. *Et alia manu.* Recognovi.

CIII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Ergo placet ſanctitati veſtræ ut poſt impletum mandatum exeant etiam partis veſtræ venerabiles viri epiſcopi, & inter paucos cauſa peragatur; & ad quod quæſitum eſt reſpondere dignemini.

CIV.

Primianus epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis dixit. Cum & nos apud acta mandaverimus præſentes, eximus, damus locum actoribus. Hic tamen in proximo erimus. *Et alia manu.* Primianus epiſcopus recognovi.

CV.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Ergo veſtræ quoque ſubſcriptiones judiciis intimentur, ut illorum quoque profeſſiones præſentium requiruntur.

B

CVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Apud acta volunt mandare. *Et alia manu.* Petilianus recognovi.

CVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Apud quem acta ſanctitas veſtra ſe aſſerit mandaturam?

CVIII.

Emeritus epiſcopus dixit. In judicio [7] præſtantiæ tuæ voluntas eſt noſtra, ſi jubes, ut geſtis municipalibus hoc judicio nobilitatis tuæ finiatur. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.

C

CIX.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Illud nunc eſt quod a veſtra ſanctitate ad amputandas omnes ambages neceſſario poſtulatur, ut apertiſſime deſignetis utrum vobis epiſtola mandati cum ſubſcriptionibus recitata ſufficiat, an etiam ipſos quæritis apud acta mandare?

CX.

Petilianus epiſcopus dixit. Non ut profiteantur volumus, ſed ut recognoſcantur a nobis qui mandaſſe dicuntur. *Et alia manu:* ut ſupra.

D

CXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit Ergo ſubſcribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII.

Honoratus excepter recitavit. Numidius epiſcopus, Eccleſiæ catholicæ Maxulitanæ. *Idem dixit.*

---

1 *Petit. veſtra*) Id eſt, Donatiſtarum, ut patet ex indiculo capitulorum.

2 *Relegantur*) In veteri exemplari; & in editionibus Maſſoni & Pithœi legitur *ſolegantur*. Nos non dubitavimus quin reſcribendum eſſet *relegantur*. Seligere enim nunquam ſignificat relegere.

3 *Silvan. ſummen.*) ſive Zummenſis, cujus adverſarius Felix nominatur infra cap. 114. & 198.

4 *Non ſuſcepit conlat.*) Id eſt, non eſt ex eorum numero qui electi ſunt ad peragendam cauſam, ad ſuſcipiendam conlationem, ad conſtigendum cum Donatiſtis.

5 *Valentinus Vajan.*) ut ſupra cap. 57. pag. 174. Primas fuit Numidiæ anno 410. quo Concilio Carthaginenſi interfuit. Non ait autem ille ſe non habere adverſarium. Et tamen auſpiam legitur Epiſcopus Donatiſta Vajanenſis. Quare dubium mihi non eſt quin infra cap. 133. ubi nominatur *Valentinianus Epiſcopus Vajenſis*, legendum ſit *Valentinus Epiſcopus Vajanenſis*, & poſtea cap. 186. itidem legendum *Quintaſius Epiſcopus Vajanenſis*. De Valentino iſto agi in epiſt. 261. (quæ illis eſt 209.) S. Auguſtini, conſentit vir eruditiſſimi qui nuper epiſtolas ejuſdem ſancti patris nobis dederunt meliores. De eodem agi puto in epiſt. 68. quæ illis eſt 88.

6 *Nominantur*) Sic prorſus habet vetus exemplar; eoque modo ediderant Maſſonus & Pithœus, non animadvertentes hunc locum eſſe mendoſum. Et tamen certum mihi videtur nullum hinc bonum ſenſum elici poſſe niſi pro *nominantur* legatur *dubitantur*. Confirmatur hæc noſtra conjectura ex his quæ dicuntur ſupra.

7 *Præſtantiæ*) Antea legebatur *prudentiæ*. In codice veteri, qui mendoſiſſimus eſt, notæ illæ p'. t'. ſæpe explicantur per vocem prudentia, alibi poteſtatis, præſentia, pronunciationis. Nos ubique veram lectionem reſtituimus. Legitimam eſſe emendationem ſatis conſtat, eamque confirmant varii loci ſancti Auguſtini.

dixit, Præſto ſum. *Felix epiſcopus (loci ſupra-ſcripti) dixit*. Agnoſco illum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Conſtat utrumque eſſe præſentem.

CXIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Illorum etiam [1] duorum qui jam exierunt compares prodeant. [2] Ipſi hoc exegerunt. Videantur ergo qui præſentes ſunt, & qui abſentes. Hoc volumus conſtet. (*Et alia manu*. Recognovi. *Et accedente.... epiſcopo*.)

CXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Cujus civitatis eſt vir venerabilis epiſcopus? *Adeodatus epiſcopus dixit*. Felix epiſcopus Zummenſis noſtræ communionis, qui contra Silvanum agit, male habet.

CXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Probabilis excuſatio eſt. *Et adjecit*. Alius [3] recitetur. *Et recitavit*. Marinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Taborenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. [4] *Victor epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit*. Agnoſco illum.

CXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrorumque præſentiam geſta retinebunt. *Item recitavit*. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ civitatis [5] Magomazienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum: *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. [6] Alius ejuſdem civitatis epiſcopus veniat a parte diverſa. *Saluſtius epiſcopus partis Donati ſuprafcriptæ civitatis dixit*. Agnoſco illum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Etiam hos conſtat eſſe præſentes. *Item recita-*

A *vit*. Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ [7] Libertinenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Januarius epiſcopus loci ſuprafcripti dixit*. Agnoſco illum, diœceſis mea eſt. *Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Neminem illic habet. *Januarius epiſcopus partis Donati dixit*. Diœceſis mea eſt. *Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Cum neminem illic habeat, neque eccleſiam, neque aliquem communicantem, fruſtra mentitur quod ſit ejus diœceſis *Januarius epiſcopus dixit*. [8] Communicarunt tibi ante vim tuam?

CXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. In una plebe Ja-B nuarii collegæ noſtri præſentis, in una diœceſi, quatuor ſunt conſtituti contra ipſum, ut numerus ſcilicet augeretur.

CXVIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quæratur quot annorum epiſcopus ſit.

CXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Quatuor eſtis contra unum.

CXX.

C

Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit. Hæc ad præſentem omnino non pertinent actionem. Quæ cæpta ſunt perlegantur. *Item recitavit* [9] Optatus epiſcopus plebis Veſceritanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Fortunatus epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus plebis [10] Tunuſudenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Victorianus epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. [11] Evangelus epiſcopus eccleſiæ [12] Aſſuritanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Petilianus epiſcopus dixit*. [13] Noſter ibi defunctus

---

1 *Duor. qui exierunt*) id eſt, Silvani Epiſcopi Summenſis & Valentini Vajanenſis, ut patet ex cap. 99.

2 *Ipſi hoc exeger.*) Hanc pericopen, quæ in cap. 115. loco non ſuo poſita erat, nos huc remigrare fecimus. Turbabat enim ordinem rerum, ut patet etiam ex his verbis Marcellini: *Probabile excuſatio eſt*.

3 *Alius recitetur.*) Deeſt hoc loco nomen illius Epiſcopi Donatiſtæ qui erat adverſarius Valentini Epiſcopi Vajanenſis. Hunc tamen ego ſuſpicor eum eſſe qui infra cap. 186. vocatur Quintaſius Epiſcopus Vajenſis. Nam Valentinus, qui capite 99. vocatur Epiſcopus Vajanenſis, in cap. 135. dicitur Vajenſis. Quod indicat unum idemque nomen eſſe.

4 *Victor E. c. ſupr.*) In veteri libro legitur: *Victor Epiſcopus d. civitatis ſſ. diuis*. Pro quo Maſſonus male repoſuit: *Victor Epiſcopus dixit civitatis Severianum dixit*. Victor ille erat Donatiſta, adverſarius Marini Epiſcopi Taborenſis in provincia proconſulari. Conſtantinus Epiſcopus Taborenſis ſubſcribit epiſtolæ quam Epiſcopi provinciæ proconſularis ſcripſerunt ad Paulum Patriarcham CP.

5 *Magomazien.*) ſive Macomadienſis in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini, & ex notitia Epiſcoporum Africæ.

6 *Alius ejuſd.*) Ita vetus exemplar. Et tamen Maſſonus & Pithœus ediderunt *Aurelius*, omnino male. Quippe adverſarius Aurelii Epiſcopi Magomazienſis non vocabatur Aurelius, ſed Saluſtius, ut ſtatim dicitur.

7 *Libertin.*) In provincia proconſulari. Januarius Epiſcopus Libertinenſis ſubſcripſit epiſtolæ Epiſcoporum illius Provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

8 *Communicarunt tibi*) Legendum fortaſſis, *mihi*. Quamquam & alia lectio tolerari poteſt, ſi ad modum interrogantis proferatur. Et ideo nos ſignum interrogantis appoſuimus.

9 *Optatus*) Ad hunc puto ſcriptam epiſtolam 190. S. Auguſtini.

10 *Tunuſud.*) In veteri exemplari legitur *Tunudenſis*. Verum ex nomine Victoriani, qui fuit Januarii adverſarius in ea plebe, facile fuit agnoſcere hoc deeſſe unam ſyllabam, & Tunuſudenſem dici debuiſſe qui Tunudenſis dicitur. Nam infra cap. 202. nominatur *Victorianus Epiſcopus Tunuſudenſis*. Plinius porro lib. 5. cap. 4. inter oppida Romanorum in Africa numerat Thunuſidenſe, quod Ptolemæus lib. 4. cap. 3. vocat Thunuſdam. Apud Victorem Vitenſem lib. 1. mentio eſt *Thunazuda*, ut habent vulgatæ editiones, ſeu, ut vetuſtiſſimus codex bibliothecæ Colbertinæ, *Tunuſuda*, vel, ut alius item vetuſtiſſimus ejuſdem bibliothecæ codex; *Tinuſuda*. Ubi legendum eſſe *Tunuſuda* nemo non videt. Et tamen viri clariſſimi Lucas Holſtenius & Joannes Garnerius cenſent nondum hoc eſſe in collatione & omnino legendum *Timidenſis* pro *Tunudenſis*; quia, ut ait iſte, in provincia proconſulari nulla fuit Tunuda civitas, ſed Timida, quæ regia aliquando dicitur.

11 *Evangelus*) Interfuit Concilio habito apud Carthaginem anno 397. & anno 401. in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 33. & 77.

12 *Aſſuritanæ*) In provincia proconſulari, ut patet ex notitia Epiſcoporum Africæ.

13 *Noſter ibi defunctus*) id eſt, Epiſcopus ex parte Donati qui tenebat Eccleſiam Aſſuritanam, ibi defunctus eſt. Putabam intelligi hoc loco poſſe Rogatum, quem Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 56. ſcribit a Donatiſtis ſubrogatum fuiſſe in locum damnati Prætextati Aſſuritani. Verum ne ita ſentiam facit idem Auguſtinus, qui in libro de geſtis cum Emerito (quem aliquanto poſt collationem ſcriptum eſſe ipſe docet lib. 2. retractat. cap. 51.) ait eumdem Rogatum ſuperſtitem fuiſſe tempore horum geſtorum cum Emerito, ac catholicum tum

ſtus eſt, ipſe dicat. *Item recitavit*. Latonius episcopus eccleſiæ plebis Tenitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Securus episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Aptus episcopus plebis [1] Tigienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. Nec habui nec habemus episcopum Donatiſtam. *Primianus episcopus Carthaginenſis dixit*. Non illic habemus. *Item recitavit*. Aſſellicus episcopus eccleſiæ [2] Tuſuritanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Aptus episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Innocentius episcopus eccleſiæ [3] Germanienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Honoratus episcopus [4] Matharenſis eccleſiæ. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed non contra me habeo episcopum. *Item recitavit*. Hilarus episcopus eccleſiæ [5] Boſetanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed non habeo mecum episcopum.

CXXI.

Petilianus episcopus dixit. Noſter fuit. *Alypius episcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Et nos hoc cupimus ut [6] illum imitemini. *Item recitavit*. Secundus episcopus eccleſiæ [7] Ruſpitenſis. *Item dixit*. Præſto ſum, ſed non habeo contra me episcopum. *Item recitavit*. Donatus episcopus [8] Amburenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Servatus episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Creſconius episcopus eccleſiæ [9] Tubinienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Protaſius episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Reſtitutus episcopus plebis [10] Novaſinnenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Felix episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Creſconius episcopus eccleſiæ [11] Caicalitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. Habui contra me episcopum, exivit de corpore. *Item recitavit*. Lucianus episcopus eccleſiæ [12] Guirenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. *Item recitavit*. Tutus episcopus plebis [13] Melzitanæ [a]. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. *Item recitavit*. Donatianus episcopus eccleſiæ [14] Teleptenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Bellicius episcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Potentius episcopus plebis [15] Bladienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Adeodatus episcopus dixit*. [16] Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non poteſt. *Alypius episcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Utrum hic ſit Carthagini? *Item recitavit*. Maximianus episcopus plebis [17] Turenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed [18] non contra me habeo episcopum. *Adeodatus episcopus dixit*. [19] Noſter fuit. *Item recitavit*. Datianus episcopus plebis [20] Legenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed alium [21] contra me non habeo. *Item recitavit*. Urbicus episcopus plebis [22] Tebeſtinæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Perſeverantius episcopus (civitatis ſuprascriptæ) dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Aſpidius episcopus plebis Tacaraten-

[a] In Byzacena. *Mard.*

ſuiſſe, & circumcelliones Donatiſtarum linguam ei nanumque præcidiſſe, haud dubie quia, ipſis defertis, tranſierat ad catholicam. Prætextatum mortuum eſſe paulo ante quam Auguſtinus ſcriberet libros ſuos contra epiſtolam Parmeniani patet ex libro tertio extremo.

1 *Tigienſi*) ſive Tizienſis in Byzacena, quod docet notitia Africæ. Plinius lib. 5. cap. 4. inter oppida Africæ numerat Tigenſe.

2 *Tuſuritana*) in provincia Arzugitana, ut patet ex his quæ infra dicuntur cap. 207. extremo. Thuſuros tamen haud procul Utica locat tabula Peutingeriana.

3 *Germanienſi*) in Numidia, ut docet eadem notitia.

4 *Matharen.*) in Numidia, uti ſcriptum eſt in eadem notitia.

5 *Boſetana*) Neſcio an Eccleſiam iſtam accenſere debeam Numidiæ, cum videam Creſcentem Buſſadenſem nominari inter Epiſcopos illius provinciæ in notitia Africæ toties commemorata.

6 *Illum imitemini*) id eſt, Hilarium Epiſcopum Boſetanum, qui cum eſſet primum in parte Donati, eam reliquit ut ſe catholicis adjungeret.

7 *Ruſpitenſi*) ſive Ruſpenſis in Byzacena.

8 *Amburenſis*) ſive Amporenſis in Numidia. Notum eſt enim literas *p* & *b* literas *o* & *u* frequenter invicem permutari. Infra cap. 198. Servatus iſtius Epiſcopi adverſarius dicitur Amphorenſis in veteri exemplari: ſicut Taprura apud Ptolemæum vocatur Taphrura, & Taphra apud Plinium. Sic infra cap. 133. nominatur Epiſcopus Lampuenſis, qui in notitia quæ extat apud Victorem Vitenſem & in Concilio Carthaginenſi Bonifacii vocatur Lemſuenſis, ut illic adnotamus. Fruſtra autem Holſtenius ſuſpicatur in his geſtis emendandum eſſe *Abirenſi* pro *Amburenſi*.

9 *Tubinienſi*) in Numidia, ut docet eadem notitia.

10 *Novaſinnen.*) in eadem provincia. Claudius Epiſcopus Nobaſinenſis nominatur inter Epiſcopos Numidas qui ſævitiam Hunerici Vandalorum Regis experti ſunt.

11 *Caicalit.*) in eadem rurſum provincia. Victor Culcalitanus nominatur inter eoſdem Epiſcopos Numidas de quibus mox dicebamus.

12 *Guirenſi*) ſive Girenſis in eadem Numidia. Martialis Girenſis fuit ſocius malorum quæ Iidem Epiſcopi Numidæ pertulerunt.

13 *Melzit.*) Melzitani ſeu, ut alii codices habent, Melditani oppidi in Africa meminit Plinius lib. 5. cap. 4. ſed illius ſitum non indicat. Carolus a S. Paulo illud locat in provincia proconſulari. Sane apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3. Meldita locatur inter civitates mediterraneas provinciæ proconſularis, haud procul a Thabraca civitate & Bragada fluvio.

14 *Teleptem.*) in Byzacena, ut ſatis notum eſt.

15 *Bladienſi*) Puto legendum hoc eſſe *Badienſi*, & adverſarium iſtius Potentii fuiſſe Pancratium Epiſcopum Badienſem, qui nominatur infra cap. 180. inter Epiſcopos Donatiſtas. Dativus a Badis interfuit Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano. Rufinianus Epiſcopus Vadenſis recenſetur inter Epiſcopos Numidas qui exagitati ſunt ab Hunerico Rege Vandalorum. Bades civitas epiſcopalis recenſetur inter Numidicas in notitia Bodlejana edita a viro clariſſimo Guilielmo Beveregio.

16 *Quem ibi nos hab.*) Pancratius, ut paulo ante dixi. Erat autem Carthagini, ut patet ex c. 180.

17 *Turenſi*) In notitia Bodlejana Tures urbs epiſcopalis Africæ recenſetur inter civitates Mauritaniæ minoris ſive Sitifenſis.

18 *Non contra me*) Et tamen infra cap. 197. recitatur nomen Paſchaſii Epiſcopi Turenſis ex parte Donati. Niſi ſi duas fuiſſe Turenſes Eccleſias in Africa.

19 *Noſter fuit*) id eſt, Maximianus Epiſcopus Turenſis, qui nunc eſt catholicus; fuit olim Donatiſta.

20 *Legenſi*) in Numidia, ut patet ex ſæpe laudata notitia Epiſcoporum Africæ.

21 *Contra me non ha.*) Et tamen infra cap. 187. nominatur Creſconius Epiſcopus Legenſis, qui & ipſe profitetur ſe nec habuiſſe adverſarium nec habere. Unde ſuſpicari cogor duplicem in Africa fuiſſe urbem quæ Lega dicerentur. Sane in notitia illa Africæ nominantur Januarius Epiſcopus Legenſis & Victorinus Legienſis, uterque Numida.

22 *Tebeſtinæ*) in Numidia, ut patet ex eadem notitia.

ratenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. [1] *Verißimus* A *epiſcopus* (*civitatis ſuprædictæ*) *dixit*. Agnoſco illum. [2] Quatuor ſunt in plebe mea. Datianus, Aſpidius, Fortunatus, & Octavianus. *Item recitavit*. Terentius epiſcopus [3] Seleucienſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Meſcienus epiſcopus* (*civitatis ſuprascriptæ*) *dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Servus Dei epiſcopus plebis [4] Tuburſicuburenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Donatus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Dialogus epiſcopus [5] Zamenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Montanus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Urbicoſus epiſcopus plebis [6] Egulgulitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed catholica eſt omnis ex vetuſtate. B *Item recitavit*. Silvanus epiſcopus plebis Perdicenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Rogatus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum: *Item recitavit*. Navigius epiſcopus [7] Dydritanus. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Honoratus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Romanus epiſcopus plebis Leptiminenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Victorinus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*, Agnoſco illum. *Item recitavit*. Rufinus epiſcopus plebis [8] Druſilianenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Reſtitutus epiſcopus civitatis ſuprascriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. [9] Donatus epiſcopus Tiſilitanus. *Idem dixit*. Præſto ſum, ſed non habeo contra me [10] alium epiſ- C copum. *Petilianus epiſcopus Donatiſta dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Gallus epiſcopus [11] Ticenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Petilianus epiſcopus dixit*. [12] Non venit, [13] literas miſit. *Item recitavit*. Donatianus epiſcopus [14] Montenus. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Petilianus epiſcopus dixit*. [15] *Ægrotat*. *Item recitavit*. [16] Victorianus epiſcopus plebis [17] Muſtitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum, habeo Felicianum Muſtitanum & Donatum [18] Turenſem contra me.

CCXXII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. De nomine Feliciani, [19] utrum in communione ſit Primiani. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Quis tibi hoc mandavit, aut ex cujus perſona hoc exigis? An vis tibi imponere perſonam eorum qui foris ſunt? *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

CCXXIV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Dictum ſit, ad poſtulata reſpondeat. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Hoc jam internæ actionis eſt. *Et alia manu*: ut ſupra.

CCXXVI.

---

1 *Verißimus Epiſcopus*) Tacaratenſis ex parte Donati.

2 *Quatuor ſunt*) id eſt, Aſpidius Tacaratenſis, Datianus Legenſis, Octavianus Roſſanenſis, & Fortunatus Caſinæ Calamenſis, ni fallor. Alios enim Fortunatos catholicos qui collationi interfuerunt, cathedras ſuas habuiſſe omnes puto extra Numidiam.

3 *Seleucien.*) In Numidia, ut docet eadem notitia.

4 *Tuburſicubur.*) Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 43. *Epiſcopus catholicus a Thuburſicubure Servus nomine*. Reparatus Epiſcopus Tuburſicuburenſis ſubſcripſit ſynodo Carthaginenſi Bonifacii.

5 *Zamenſis*) in Numidia, ut patet ex Ptolemæo lib. 3. cap. 3. qui Azama vocat. Hanc urbem, in qua regia fuit Regum Numidarum, a Romanis dirutam ſcribit Strabo. Zamam regiam vocat tabula Peutingeriana.

6 *Egulgul.*) Ortelius ſuſpicatur hoc legi debere *Igilgitana*. Quod ego verum puto. Domitianus Epiſcopus Igilgitanus nominatur inter Epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis qui ſub Hunerico Rege Vandalorum ſuſtinuerunt perſecutionem. Igilgili coloniæ mentio eſt in itinerario Antonini, & in tabula Peutingeriana. Vide etiam Plinium lib. 5. c. 3. & Amm. Marcellinum lib. 29.

7 *Dydriten.*) Aut valde fallor, aut reſcribendum eſt *Thuſdritanus*. Nullibi enim reperio locum iſtius nominis in Africa. At Thuſdri ſive Thuſdritani oppidi, quod *Διόδωρος* dicitur a Ptolemæo, multa mentio eſt apud veteres. Locatur in itinerario Antonini inter oppida provinciæ Byzacenæ. Thuſdrum commemorat præfatio Concilii Telepteniſis. Quod etiam evincit illud fuiſſe in Byzacena. Porro Honoratus Epiſcopus, qui iſthic dicitur adverſarius Navigii Epiſcopi Dydritani, recte infra cap. 206. vocatur Thuſdritanus.

8 *Druſilianen.*) in provincia proconſulari; ut colligitur ex tabula itineraria Peutingeri, ubi Druſilianæ locatur haud procul a Tucca, quam in proconſulari fuiſſe docet epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum.

9 *Donatus Tiſil.*) Vir clariſſimus Joannes Garnerius Tibilitanum vocat, eo argumento quod uſpiam reperiatur civitas iſtius nominis, notiſſima autem ſit civitas Tibilitana. Verum Donatus Tiſilitanus hoc ait ſe non habere contra ſe aliunde Epiſcopum. Et tamen infra cap. 197. nominatur Simplicius Epiſcopus Tibilitanus Donatiſta. Unde colligi certe poteſt Tiſilitanam & Tibilitanam eccleſias fuiſſe diverſas. Sane in Concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio legimus nomen Florentini Epiſcopi Tiſilienſis.

10 *Habeo co. m. alium*) Ita vetus codex. Maſſonus & Pithœus pro *alium* poſuerunt *etiam*, nullo ſenſu.

11 *Ticenſis*) in provincia Byzacena, ut opinor. Nam in epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Conſtantinum nominatur Candidus Epiſcopus *patriæ Dicenſis*. Nota autem eſt permutatio literarum. An vero Ticenſis Epiſcopus fuerit ille quem Ticibus in eadem provincia præfuiſſe docet notitia Africæ, ut placuit quibuſdam, nondum mihi bene compertum eſt. Ticena urbis in Africa meminit Ptolemæus.

12 *Non venit*) Intellige Epiſcopum Ticenſem Donatiſtam.

13 *Literas miſit*) ut ſe excuſaret.

14 *Montenus*) ſive Montenſis in Numidia, ut opinor. Valentinianus Epiſcopus Montenſis nominatur inter Epiſcopos Numidas, qui perſecutioni Vandalorum Regis Humerici fuerant expoſiti.

15 *Ægrotat*) Epiſcopus videlicet Donatiſta qui erat adverſarius iſtius Donatiani.

16 *Victorianus Muſtit.*) Auguſtinus in breviculo primæ diei cap. 12. *Sane cum ventum eſſet ad nomen Victoriani Muſtitani catholici Epiſcopi, & in medium procedens reſpondiſſet ſe habere contrarios duos Felicianum in civitate Muſtitana, & Donatum in loco Turrenſi, exegerunt catholici ut aſſis conſtaret Felicianum in communione eſſe Primiani*. Vide reliqua.

17 *Muſtitanus*) in Numidia, ut patet ex notitia Africæ.

18 *Turenſem*) Duo igitur iſtius nominis loci fuere in Africa; quorum unus fuit in regione Muſtitana, alter habuit proprium diœceſim. Nam paulo ante nominatur Maximianus Epiſcopus Turenſis catholicus, qui profitetur ſe non habere adverſarium.

19 *Utr. in com. S. Prim.*) Non fruſtra hoc quæritur. Nam Felicianus fuerat olim Maximianiſta, ac propterea damnatus in Concilio Bagaienſi, & ad communionem Donatiſtarum poſtea rediit, ut docet Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 83. lib. 1. contra Donatiſtas cap. 1. lib. 2. c. 12. lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani cap. 4. & lib. 3. cap. 6. lib. 3. contra Creſcenium cap. 56. 60. & lib. 4. cap. 4. & ſeqq.

CCXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. [1] Nunc cœptus ordo teneatur. De his, ſi viſum fuerit rationabile, poſtea requiretur. *Item recitavit.* Victorianus Epiſcopus plebis (Muſtitanæ) pro Paſchaſio Epiſcopo plebis Anguienſium. *Idem Paſchaſius dixit.* Præſto ſum, unitatem habeo. *Item recitavit.* Ferox Epiſcopus plebis [2] Macrianenſis majoris. *Idem dixit.* Præſto ſum, [3] unitatem habeo. *Pomponius* [4] *epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Aſmunius Epiſcopus Tigualenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. In diœceſe mea duo ſunt, [5] Gajanus & Privatus. *Gajanus epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Animadvertit etiam nobilitas tua in noſtrorum diœceſi eos ordinaſſe Epiſcopos. *Et alia manu.* Recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ab utriſque partibus conſtat objecta (ut) ſi hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc cauſam ſuperfluo veniſſe noſcemur. *Item recitavit.* Felix epiſcopus plebis Segermitenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Reſtitutus epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* [6] Secundus epiſcopus plebis [7] Magarmelitanæ. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Felix epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* A Vincentianus epiſcopus plebis [8] Feraditanæ majoris. *Idem dixit.* Præſto ſum, unitatem habeo. *Item recitavit.* [9] Placentinus epiſcopus plebis Madaurenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Donatus epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Ruſticianus epiſcopus plebis [10] Tabracenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Clarentius epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Octavianus epiſcopus plebis [11] Reſſianenſis. *Idem dixit:* Præſto ſum, [12] unitatem habeo. *Item recitavit.* [13] Benenatus epiſcopus plebis [14] Simittenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum, nec habeo alium, nec hæreticos. *Petilianus epiſcopus dixit.* [15] Exivit de corpore. *Item recitavit.* Timianus epiſcopus plebis [16] Utmenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Petilianus epiſcopus dixit.* Habet Felicem, ſed abſens eſt. *Item recitavit.* [17] Philolocius epiſcopus plebis [18] Adrumetinæ. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Victorinus epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Adeodatus epiſcopus plebis [19] Belalitenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum; non habeo nec epiſcopum nec hæreticos; unitatem habeo. *Item recitavit.* Felix epiſcopus plebis [20] Viſicenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum, epiſcopum contra me non habeo. *Victor epiſcopus civitatis Taborenſis dixit.* [21] Proxime receſſit. [22] Ego ibi intervenio. *Item recitavit.* Victor epiſcopus plebis Jufitenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum, unitatem habemus. *Item recitavit.* Fuſcinullus Epiſcopus plebis [23] Elienſis.

De Interv toribus c copis v Cod. E Afric ca *Hard.*

1 *Nunc cœptus ordo*) Hinc collegit Auguſtinus in loco paulo ante laudato cognitorem ſecundum Donatiſtas interlocutum fuiſſe.

2 *Macrianen.*) in Numidia, ut patet ex notitia Africæ. Ferrandus cap. 11. & 23. citat Concilium Macrianenſe.

3 *Unitatem habeo*) Hæc verba certo non ſunt hujus loci, & repetita per errorem librarii videntur ex reſponſione Paſchaſii Epiſcopi Anguienſis: quod colligitur ex proſecutione Pomponii.

4 *Pomponius*) Macrianenſis Epiſcopus partis Donati qui Concilio Cabarſuſſitano interfuit anno 393.

5 *Gajanus*) Iſte interfuit Concilio Cabarſuſſitano, in cujus actis vocatur Epiſcopus Tigualenſis.

6 *Secundus*) Is eſt, opinor, qui ſubſcripſit libello emendationis Leporii Presbyteri, ubi ſe vocat Epiſcopum Aquenſem, ſive Megarmitanum.

7 *Magarmelit.*) in Numidia; ut patet ex notitia Africæ, ubi male ſcriptum eſt *Vagarmelitanus*.

8 *Feraditt. major.*) Infra cap. 133. nominatur Felicianus Epiſcopus Feraditani minoris. Aurelius Feradimajenſis, id eſt, Feraditani majoris, numeratur inter Epiſcopos Byzacenos qui ſenſerunt exitiale Hunerici Vandalorum Regis odium adverſus fidem catholicam.

9 *Placentinus Madaur.*) in Numidia. Placentinus ergo, qui nominatur in capite 100. codicis canonum Eccleſiæ Africanæ, fuit Epiſcopus Madaurenſis. Prudentius Epiſcopus Madaurenſis ſocius fuit magnorum Epiſcoporum qui propter veram fidem pulſi ſunt a ſedibus ſuis edicto Hunerici Regis Vandalorum. Notum eſt autem Madauram fuiſſe patriam Apulejî philoſophi. Errare porro eos qui Madauram cum Quiza confundunt hinc colligitur, quod infra cap. 142. iſtius primæ cognitionis Priſcus Epiſcopus Quidienſis catholicus nominatur. Quidiam autem & Quizam idem eſſe nemo ambigere poteſt. Itaque paulo poſt quam ſcriptum eſt *Quidienſis*, in interlocutione Epiſcopi Donatiſtæ legitur *Quizitenſis*.

10 *Tabracen.*) in provincia proconſulari, ut patet ex Ptolemæo. De Tabracenis qui Apiarium accuſarunt mentio eſt in epiſtola Concilii Africani ad Cæleſtinum Papam. Tabraceni monaſterii apud Victorem Vitenſem lib. 1. de perſecutione Vandalica.

11 *Reſſianen.*) in Numidia, ut dictum eſt ſupra cap. 121.

12 *Unitatem habeo*) Quomodo id fieri poteſt, ſi vera eſt querela Veriſſimi Epiſcopi Tacaratenſis Donatiſtæ, qui ait Octavianum inſtitutum eſſe Epiſcopum in plebe ſua?

13 *Benenatus Simitt.*) Lubenter iſtorum Epiſcoporum nomina perſequor, præſertim quoties occaſio incidit illuſtrandi aut explicandi codicis Eccleſiæ Africanæ. In Concilio autem habito apud Carthaginem anno cccxx. *legationem ſuſceperunt contra Donatiſtas Florentius, Poſſidius, Præſidius, & Benenatus Epiſcopi*. De ceteris alibi dicetur. De Benenato nunc nobis agendum eſt, ſi prius monuero neſcire me unde orta ſit varia lectio in margine hujus Concilii appoſita in nova Conciliorum editione, ubi ſcriptum eſt *Venantius*. Nam in omnibus antiquis exemplaribus quibus uſus ſum, uſus autem ſum plurimis iiſque vetuſtiſſimis, diſerte ſcriptum eſt *Benenatus*. Duo iſtius nominis Epiſcopi catholici interfuere huic collationi; quorum unus fuit Epiſcopus Simittenſis, alter Hoſpitenſis. De horum ſane alterutro explicandum potu hunc locum Concilii Carthaginenſis.

14 *Simitten.*) in provincia proconſulari, ut patet ex Ptolemæo & itinerario Antonini. Epiſtola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. ſubſcribit Benenatus Epiſcopus Semitenſis. In notitia Africæ ſcriptum *Simminenſis* & *Semminenſis* pro *Simitenſis*, ut opinor: in Concilio vero Carthaginenſi anni DXXV. *Simmenſis*.

15 *Exivit de corpore*) id eſt, Epiſcopus Simittenſis ex parte Donati.

16 *Utmenſis*) Male antea *Utinenſis*. Nam Iſaac erat Epiſcopus Utinenſis catholicus, & adverſarium habebat Felicianum, ut legitur infra cap. 133. Utmam porro fuiſſe ſitam in provincia proconſulari dicere videtur notitia Africæ, ut quidem in ſuo codice legit Ortelius, cum illic Utimienſis Epiſcopus dicatur qui Utimmirenſis vocatur in editionibus Sirmondi & Chiffletii.

17 *Philolocius*) ſive Philologius, ut legitur in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 90. Docet igitur hic locus quam cathedram tenuerit hic Philologius.

18 *Adrumet.*) in Byzacena, ut patet ex itinerario Antonini.

19 *Belalit.*) ſorte in Numidia. Nam in notitia Epiſcoporum illius provinciæ recenſetur Servus Beleſaſenſis.

20 *Viſicenſis*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola ſynodica Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. cui ſubſcribit Valentinianus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Viſicenſis.

21 *Proxime receſſit*) id eſt Epiſcopus Viſicenſis partis Donati, paulo ante mortuus.

22 *Ego ibi intervenio*) id eſt, curo plebem Viſicenſem. Infra cap. 176, extremo: *Presbyterum habemus qui intervenit*. Notum eſt interventorum nomen in Eccleſia Africana.

23 *Elienſis*) in Byzacena, ut docet notitia Africæ.

sis. *Idem dixit*. Præsto sum, non contra me A habeo episcopum. *Item recitavit*. Honorius episcopus plebis [1] Cellensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Castus episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Maximianus episcopus [2] Aquensium regiorum. *Idem dixit*. Præsto sum, in patria mea non habeo alium episcopum. *Item recitavit*. Antonius episcopus plebis Carpitanæ. *Idem dixit*. Præsto sum. *Veratianus episcopus dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Fortunatianus episcopus plebis [3] Neapolitanæ. *Idem dixit*. Præsto sum. *Ampelius episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. [4] Pannonius episcopus plebis Puppitanæ. *Idem dixit*. Præsto sum. *Victorianus episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Januarianus episcopus plebis [5] Tubulbacensis. *Item dixit*. Præsto sum, unitas est catholica, non contra me habeo episcopum in civitate mea. *Item recitavit*. Gratianus episcopus plebis [6] Metensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fortunatianus episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Victor episcopus plebis [7] Bahannensis. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit*. Quodvultdeus episcopus plebis [8] Centurienſis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Cresconius episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Fortunatus episcopus plebis [9] Capsensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Ceier episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius episcopus plebis [10] Temonianensis. *Idem dixit*. Præsto sum: ibi in eodem loco ubi ago non contra me habeo episcopum. (*Item recitavit*.) Montanus episcopus ecclesiæ catholicæ [11] Auguritanæ. *Idem dixit*. Præsto sum, unitatem habeo. *Item recitavit*. Jocundus episcopus plebis [12] Sufetulensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Titianus episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Victor episcopus plebis Bartanensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Honorius episcopus partis Donati civitatis suprascriptæ dixit*. In mala quæ fecit mihi modo illum dixit. *Item recitavit*. Victor episcopus Cullitanus. *Idem dixit*. Præsto sum. *Fidentius episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Palatinus episcopus [13] Bosetensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Felix episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Quodvultdeus episcopus [14] Girbitanus. *Idem dixit*. Præsto sum. *Evasius episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Silvanus episcopus [15] Carianensis. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Æmilianus episcopus [16] Aggeritanus. *Idem dixit*. Præsto sum. *Candorius episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Privatus episcopus plebis [17] Usilensis. *Idem dixit*. Præsto sum; non contra me habeo episcopum. ([18] *Petilianus episcopus dixit*.)

Pres-

---

1 *Cellensis*.) Duæ fuere Ecclesiæ illius nominis in Africa, una in proconsulari, alia in Mauritania Sitifensi. De utra intelligi debeat hic locus, incertum est.

2 *Aquen. Regior.*) In Byzacena ut docet eadem notitia Africæ; quod etiam liquet ex itinerario Antonini. Interfuit Concilio Carthaginensi anni 410.

3 *Neapolit.*) in provincia proconsulari, ut patet ex eadem notitia & ex præfatione Concilii Carthaginensis anni 419. cui interfuit hic noster Fortunatianus cum aliis legatis provinciæ proconsularis. De eodem mentio in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 127.

4 *Pannonius*.) in epistola Concilii Carthaginensis ad Innocentium Papam nominatur Panthonius Episcopus. Ex quo collegit Garnerius legendum hoc in collatione esse *Panthonius* pro *Pannonius*. Verum recte advertit Henricus de Noris contra hinc emendandam epistolam, præsertim cum vetus codex Florentinus *Pannonius* habeat, non *Panthonius*. Nuperi epistolarum S. Augustini editores nomen Pannonii reposituerunt in ea epistola, simul admonentes ita constanter scriptum esse in antiquis exemplaribus. Sane Pannonii nomen hoc loco nos legimus in plurimis antiquis exemplaribus tum bibliothecæ Colbertinæ, tum aliarum hujus urbis.

5 *Tubulbacen.*) in Byzacena, ut docet eadem notitia.

6 *Metensis*) Ita prorsus codex vetus. Et tamen Massonus, quem & Pithœus quoque secutus est, scripsit *Metenensis*. Metena nulla fuit in Africa. Meram fuisse testatur notitia Africæ, in qua inter Episcopos provinciæ Numidiæ recensetur Felicianus Metensis.

7 *Bahannen.*) forte in Byzacena. Nam in epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imper. nominatur Januarius Episcopus Banensis. Et in notitia Episcoporum provinciæ Byzacenæ recensetur Donatus Bonensis.

8 *Centurien.*) In Numidia, ut patet ex eadem notitia.

9 *Capsensis*) in Byzacena, ut docet eadem notitia. Illic fuisse thesauros Regis Jugurthæ scribit Strabo lib. 17.

10 *Temonianensis*) in provincia Byzacena, cujus Episcopus Cresconius nominatur inter Episcopos quos Hunericus Rex Vandalorum exagitavit. In epistola item Episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in actis Concilii Lateranensis sub Papa Martino, subscriptus reperitur Victorinus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Temunianensis. Hinc ergo colligitur Cresconium Episcopum provinciæ Byzacenæ, qui nominatur in c. 127. codicis can. ecclesiæ Africanæ, eumdem esse qui heic in collatione vocatur episcopus Temonianensis.

11 *Catholica Augurit.*) In codice MS. legitur *Cathaugurit*. Ex quo Massonus & Pithœus effecerunt monstrum illud lectionis quod in eorum editionibus extat, in quibus legitur *Cathaugurtfonsit*. Auguritanus Ecclesia fuit in Numidia, ut patet ex notitia toties laudata, ubi nominatur Leporius Episcopus Auguritanus.

12 *Sufetulen.*) in provincia Byzacena, qui Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. interfuit. De eodem mentio extat in cap. 127. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ. Præsidius illius sedis Episcopus in exilium missus est ab Hunerico Rege Vandalorum.

13 *Bofetensis*) in proconsulari, ut arbitror. Quippe in epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. subscriptus reperitur Crescitурus Episcopus Ecclesiæ Busitanæ seu Bositanæ, ut habet vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis.

14 *Girbitanus*) Ita nos libere emendavimus, cum in codice veteri legatur *Giuit.* & in editionibus Massoni & Pithœi *Givitensis*. Quippe infra cap. 198. ubi Evasius Quodvultdei adversarius nominatur, vocatur episcopus Girbitanus. Porro in notitia Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, Faustinus Girbitanus recensetur inter episcopos Tripolitanos. Et in Concilio Cabarsussitano subscripsisse reperitur Proculus episcopus Girbitanus. In Concilio quoque Carthaginensi Bonifacii subscribit *Vincentius Episcopus plebis Gerbitanæ Legatus provinciæ Tripolitanæ*. Denique in Concilio Carthaginensi sancti Cypriani adfuit Munnulus a Girba.

15 *Carianensis*) Holstenius conjicit heic legendum esse *Cartanensis*; quia civitatem Cartennensem noverat, Carianensem non noverat. Et tamen legere potuit in notitia Africæ Quintianum episcopum a Casulis Carianensibus nominari inter episcopos Byzacenos qui ab Hunerico Rege Vandalorum sunt exagitati.

16 *Aggeritanus*) in Byzacena, ut docet eadem notitia.

17 *Usilensis*) in eadem provincia. Victorinus Usulensis recensetur inter episcopos Byzacenos qui illam Hunerici persecutionem sustinuerunt. Laurentius Usilabensis subscripsit epistolæ episcoporum ejusdem provinciæ ad Constantinum Augustum.

18 *Petilianus*) Hanc partem nos addidimus, quia necessaria est. Constat quippe interlocutionem esse cujusdam episcopi Donatistæ, qui testatur Donatistas Presbyterum habere in Usilensi plebe.

Presbyterum illic habet. *Item recitavit*. Majus episcopus plebis [1] Amudarsensis. *Idem dixit*. Præsto sum, in patria mea catholica est. *Item recitavit*. Victor episcopus plebis [2] Vvazensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Secundinus episcopus plebis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Cresconius episcopus plebis [3] Tituli. *Idem dixit*. Præsto sum. *Victor episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Milicus episcopus plebis [4] Tagamutensis. *Idem dixit*. Præsto sum, omnis catholici sunt. *Item recitavit*. Speratus episcopus plebis [5] Ammederensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Crescentianus episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Aurelius episcopus plebis [6] Numnulitanæ. *Idem dixit*. Præsto sum, non habeo contra me episcopum. *Habetdeus Diaconus episcopi Primiani Carthaginensis dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Venustus episcopus plebis Turudensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Adeodatus episcopus dixit*. Non ibi habemus. *Item recitavit*. Honoratus episcopus [7] Abiddensis. *Idem dixit*. Præsto sum. Episcopum contra me non habeo ibi. *Item recitavit*. Gududus Episcopus [8] Ancusensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Donatus episcopus ejusdem loci dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Sabratius episcopus plebis [9] Turretamallumensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Jurata episcopus civitatis suprascriptæ dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Fortunatus episcopus Ecclesiæ [10] Undesitanæ. *Idem dixit*. Præsto sum. *Cresconius episcopus (loci suprascripti) dixit*. Agnosco illum. *Item recitavit*. Severus episcopus plebis Utimari. *Idem dixit*. Præsto sum, unitas est illic. *Item recitavit*. Paschasius episcopus plebis [11] Tijucensis. *Idem dixit*. Præsto sum, sed unitas est illic. *Item recitavit*. Valerius episcopus plebis [12] Utinisensis. *Idem dixit*. Præsto sum, episcopum non habeo. *Habetdeus Diaconus dixit*. Fuit illic, exivit de corpore. *Item recitavit*. Urbanus episcopus plebis [13] Theodalensis. *Idem dixit*. Præsto sum, catholica unitas est. *Item recitavit*. Victor episcopus plebis [14] Migirpensis. *Idem dixit*. Præsto sum. *Gloriosus episcopus loci suprascripti dixit*. Agnosco illum.

CXXVII.

Fortunatianus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Cum Episcoporum sit petita conlatio, miramur nescio qua impudentia præsentem [15] Diaconum Episcopi personam velle suscipere & conlationem quam Deo favente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Unde cohibeat se a tali actione, quia non decet rebus seriis non necessaria commiscere. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.

1 *Plebis Amudars*. Maffonus sic edidit: *Plenius Avvidarsensis*. Pithœus: *Plenius Amudursensis*. Uterque male. Amudarsa fuit civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Episcopus Liberatus inter eos numeratur quos Hunerici Vandalorum regis crudelitas exagitavit. Amudarsæ mentio est in Itinerario Antonini, ubi locatur in Byzacena. Ptolemæus & antiquæ editiones Itinerarii vocant Amurdasam. Sic etiam in vetusto Itinerarii exemplari bibliothecæ Colbertinæ.

2 *Vvazensi*) in provincia proconsulari, ut opinor. Ptolemæus enim lib. 4. cap. 3. inter Thabraca civitatem & Bagradam fluvium memorat Vazuam civitatem, quæ videtur propterea sita fuisse in limite proconsularis versus Numidiam.

3 *Tituli*) in provincia proconsulari, ut docet notitia Africæ. Quanquam in eadem notitia mentio est sedis episcopalis Castelli Tituliani.

4 *Tagamuten.*) forte in Mauritania Cæsariensi. Quippe in notitia Africæ David Tadamatensis Episcopus nominatur inter Episcopos Cæsarienses.

5 *Ammeder.*) Ita vetus exemplar. Maffonus edidit *Annudensis*, Pithœus *Ammaderensis*. Verum retinendam hæc esse lectionem veteris exemplaris patet etiam ex cap. 207. istius primæ cognitionis, ubi Crescentianus episcopus Ammederensis Donatista rursum nominatur. Ammudaram vocat Ptolemæus, qui eam locat post Siccam Veneriam, Assuram, Naraggaram, & Madurum sive Madauram, hoc est, in limite provinciæ proconsularis & Numidiæ. Verum itinerarium Antonini Ammederam locat inter urbes Numidiæ.

6 *Numnulis.*) in proconsulari; ut patet ex epistola episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. ubi scriptum est *Nummilitanus*. Maffonus hoc edidit *Munavilitensis*, Pithœus *Namnulis*. Nos secuti sumus auctoritatem veteris exemplaris.

7 *Abbidensis*) in proconsulari, ut opinor. Videtur enim esse Avitta Ptolemæi, qui eam urbem locat prope Theudalim. In tabula itineraria Peutingeri Avitta locatur haud procul a Silibba, in medio fere Tuburbi majoris & Tuburbi minoris. Ex quo etiam colligitur eam fuisse in provincia proconsulari. Tertullianus Episcopus Abitensis interfuit Concilio Cabarsussitano anno 393.

8 *Ancusen.*) in Byzacena. Nam in notitia episcoporum illius provinciæ apud Victorem Vitensem nominatur Victorinus Ancusensis. Hoc porro diserte in veteri libro scriptum est *Antusensis*, ut editum est a Pithœo. Verum infra cap. 207. extremo, ubi rursum nominatur Donatus istius Gududi adversarius, legitur *Ancusensis*. Ob eam itaque causam hoc quoque transtulimus eam lectionem.

9 *Turretamal.*) in provincia Byzacena, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Constantinum Imperatorem. Vide rursum infra cap. 207. Duæ enim fuere Tamallumæ in Africa, una in provincia Byzacena, altera in Mauritania Sitifensi. In Byzacena Episcopus fuit Habetdeus, in Sitifensi Rufinus, ambo persecutionem passi sub Hunerico Rege Vandalorum. Eremus ergo Tamallumensis in quam relegatus est sanctus Eugenius Episcopus Carthaginensis, cum fuerit vicina provinciæ Tripolitanæ, in Byzacena erat.

10 *Undesit.*) Ita sane vetus codex. Suspicor tamen hunc locum esse mendosum & pro *Undesit.* legendum esse *Vadesitana*. Nam infra cap. 202. ubi rursum recitatur nomen Cresconii, qui fuit istius Fortunati adversarius, vocatur episcopus Bajesitanus. Badesitana porro Ecclesia fuit una ex Numidicis, ut patet ex notitia Africæ.

11 *Tijucensis.*) Ita vetus exemplar. In notitia Episcoporum Byzacenorum lego Honoratum Tiziensem. Augustinus in libro ad Donatistas post collationem cap. 22. Tyzicam locare videtur in provincia proconsulari. An vero Tijuca & Tyzica una fuerit civitas, an vero diversa, aliis discutiendum relinquo. Nam Tijucam alibi non reperi.

12 *Utinisen.*) forte *Tiniensis*, omissa prior litera. Dalmatius Episcopus Tinniensis in provincia proconsulari missus est Corsicam in exilium ab Hunerico Rege Vandalorum. In Concilio Carthaginensi sancti Cypriani nominatur *Venantius a Tiniba*, pro quo quidam codices habent *Timisa*.

13 *Theodalen.*) In provincia proconsulari, ut colligitur ex Ptolemæo & ex notitia Africæ, in qua inter Episcopos provinciæ proconsularis ejectos ab Hunerico Rege Vandalorum memoratur *Victor Eudalensis* vitiose, cum scribi debuerit *Theudalensis*. Ejusdem loci meminit etiam Plinius. Equitii Episcopi Theudalensis, qui merito latrocinorum suorum ejectus est, mentio habetur in codice canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 65. 78. & 93. in ejus fortasse locum substitutus est hic Urbanus. Habetdei Episcopi Theudalensis meminit Victor Vitensis lib. 1.

14 *Migirpen.*) in provincia proconsulari, ut pluribus dicetur infra ad caput 199. ubi agitur de Glorioso istius Victoris adversario.

15 *Diaconum*) Habetdeum, Primiani Carthaginensis Diaconum, cujus extant plurima interlocutiones in his gestis.

Superflua proſequitur ſanctitas tua, cum conſtet præſentem ad id fuiſse delectum ut cognoſceret ſingulos, non ut ſtudium diſputationis arriperet. *Item recitavit*. Lucianus Epiſcopus plebis [1] Tunejenſis. (*Idem dixit*.) Præſto ſum, unitas eſt illic. *Item recitavit*. Donatus Epiſcopus plebis [2] Sajenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, unitas eſt illic. *Item recitavit*. Rufinianus Epiſcopus plebis [3] Muzuenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, omnis catholica eſt. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus plebis [4] Triſipenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Felicianus Epiſcopus* (*loci ſupraſcripti*) *dixit*. Agnoſco illum, *Item recitavit*. Adeodatus Epiſcopus plebis [5] Bencennenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum; catholica eſt ab origine. *Item recitavit*. Fauſtinus Epiſcopus plebis [6] Sillitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Poſſidonius epiſcopus loci ſupraſcripti dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Felix Epiſcopus plebis [7] Aptugnitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum, catholica eſt omnis. *Item recitavit*. Geta Epiſcopus plebis [8] Jubaltianenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, non habeo contra (me) alium. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus plebis [9] Cenculianenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, non eſt illic Epiſcopus alius, catholica eſt. *Item recitavit*. Julianus Epiſcopus plebis [10] Taſaltenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, unitas eſt; catholica eſt omnis illic. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Annus eſt ex quo [11] mortuus eſt. *Item recitavit*. Creſentianus Epiſcopus plebis [12] Areneuſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, unitas eſt apud me. *Item recitavit*. Licentius Epiſcopus plebis [13] Zattarenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, catholica eſt ibi. *Idem recitavit*. Malcus Epiſcopus plebis Maſculitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Vitalis Epiſcopus loci ſupraſcripti dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Marianus Epiſcopus [14] plebis Rufinianenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, unitatem catholicæ habet. *Item recitavit*. Tertiolus Epiſcopus plebis [15] Cillitanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Donatus Epiſcopus loci ſupraſcripti dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Sopater Epiſcopus plebis [16] Tambajenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Fauſtinus Epiſcopus* (*loci ſupraſcripti*) *dixit*, Agnoſco illum. *Item recitavit*. Paulus Epiſcopus plebis [17] Uzittarenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, non habeo ex illa parte. *Habetdeus Diaconus dixit*. Exivit de corpore. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus plebis [18] Aptucenſis. [19] *Dominicus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Hic eſt, commotus eſt corporis infirmitate. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus Eccleſiæ [20] Uticenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Geaulus Epiſcopus civitatis Juprafcriptæ dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. [21] Qui ſupra pro Ceri-

---

1 *Tunejenſis*) Arbitror heic agi de Tune oppido commemorato ab antiquis, quod hodie quoque nomen retinet, & Tunetani regni caput eſt: vulgo *Tunis*. Tunicenſe vocatur a Plinio lib. 5. cap. 4. Fuit autem in provincia proconſulari.

2 *Sajenſis*) ſorte *Suenſis*. Suenſis enim Epiſcopi in provincia proconſulari mentio eſt in epiſtola ſynodica Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P.

3 *Muzuenſis*.) Ita omnino ſcribendum cenſeo, vetus exemplar ſecutus, non vero *Muzuenſis*, ut legitur in præfatione Concilii Carthaginenſis anni 419. cui interfuit hic noſter Rufinianus cum aliis legatis provinciæ proconſularis. Sane Græcus interpres videtur legiſſe *Muzuenſis*. Vertit enim μυζουανησ. Muzua fuit civitas provinciæ proconſularis. Muzuca Byzacenæ, ut docet notitia Africæ.

4 *Triſipen.*) in epiſtola ſynodica Epiſcoporum provinciæ proconſularis de qua paulo antea dicebamus legitur ſubſcripſiſſe *Felix Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Triſipellis*, ſive *Triſippelis*, ut in antiquiſſimo codice Mſ. Eccleſiæ Bellovacenſis. Fortaſſis ergo pro *Triſipellis* legendum eſt *Triſipenſis*. Notum eſt enim quantam nominum Latinorum lanienam fecerint veteres librarii.

5 *Bencenn.*) ſorte *Benentenſis*, ut legit Ortelius in fragmento notitiæ Epiſcoporum Africæ; pro quo Sirmondus & Chiffletius ediderunt *Beneventenſis*. Guloſus Epiſcopus Benentenſis in provincia proconſulari nullus Corficam in exilium ab Hunerico Rege Vandalorum.

6 *Sillitanæ*) in Numidia ut patet ex notitia Africæ. Civitas fuit notiſſima propter nomen Felicis Epiſcopi, non quidem iſtius, qui collationi interfuit, ſed alterius qui Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem ordinavit. Fuit autem in provincia proconſulari.

7 *Aptugnit.*) ſive Aptungenſis, & frequenter Autumnitanæ, ut alibi dictum eſt a nobis. Civitas fuit nonnenſi anni 403. interfuit, Epiſcopum Jubaltianenſem fuiſſe. Euſebius Epiſcopus Jubaltianenſis vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. Hinc emendanda eſt epiſtola Epiſcoporum provinciæ Byzacenæ ad Conſtantinum Imperatorem, quæ extat in Concilio Lateranenſi Martini Papæ, ubi ſic legitur: *Reſtitutus Dei miſericordia Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Jubedidienſis*, vel, *Jubalidienſis*, ut habet vetuſtiſſimum exemplar Mſ. Eccleſiæ Bellovacenſis. Legendum itaque *Jubaltianenſis*.

8 *Geta Jubaltian.*) in provincia Byzacena. Unde intelligimus Getam Epiſcopum, qui Concilio Carthagi-

9 *Cenculian.*) ſive Cunculianenſis in Numidia cujus ſedes vacabat tempore perſecutionis quam Hunericus Vandalorum Rex commovit adverſus Eccleſiam catholicam.

10 *Taſaltenſ.*) ſive Tasbaltenſis aut Tafualtenſis. Sic enim promiſcue ſcribitur. Civitas fuit provincia Byzacenæ, ut patet ex notitia Africæ.

11 *Mortuus eſt*) nimirum Epiſcopus Taſaltenſis Donatiſta.

12 *Areneuſis.*) Neſcio ubi nam locorum ſita fuerit hæc plebs. Non eſt enim Arenſis, cum hic Creſcentianus dicat unitatem apud ſe eſſe; & cap. 202. Donatus Epiſcopus Arenſis Donatiſta profiteatur ſe non habere traditores in plebe ſua, id eſt, adverſarium, & cap. 207. Secundus Epiſcopus item Arenſis, & quidem Donatiſta, teſtetur itidem ſe in plebe ſua non habere adverſarium.

13 *Zattarenſi*) in Numidia, ut patet ex Victore Vitenſi, & ex notitia Epiſcoporum Africæ edita a Sirmondo. Utrobique enim Januarius Epiſcopus Zattarenſis nominatur inter Epiſcopos Numidas.

14 *Plebis Rufinian.*) In veteri exemplari ſcriptum eſt; *Marianus Epiſcopus pl. Rufinianus*. Cum autem Pithœus non animadverteret mendum heic eſſe, putaretque vocem *Rufinianus* ad hominem quempiam referri debere; cenſuit nonnulla heic deeſſe, & puncta aliquot addidit ante illam vocem. Fruſtra. Rufiniana erat civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Epiſcopus Donatus nominatur in veteri notitia Epiſcoporum quos Hunericus Vandalorum Rex affixit.

15 *Cillitana*) in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

16 *Tambajen.*) Antea legebatur *Tambalenſis* emendatum a nobis eſt duabus de cauſis, tum quia infra c. 198. ubi nominatur Fauſtinus hujus Soſipatris adverſarius, Tambajenſis Epiſcopus vocatur, tum quia ita ſcribendum eſſe docet notitia Africæ, ubi inter Epiſcopos Byzacenos recenſetur Servus Dei Tambeitanus. Tambajenſis civitatis mentionem facit Victor Vitenſis l. 5. de perſec. Vand. In Concilio Carth. S. Cypriani adfuit Secundinus a Tambeis: & in Cabarſuſſitano legitur ſubſcriptio Genelii Ep. a Tambeis.

17 *Uzittaren.*) in provincia proconſ. ut patet ex notitia Africæ, in qua Gajus Ep. Uzitenſis in proconſulari.

18 *Aptucen.*) Cave Aptucam confundas cum Aptunga quod alii quandoque fecerunt. Aptunga fuit in proconſulari, ut paulo ante diximus. Aptuca neſcio ubinam ſita fuerit.

19 *Dominicus*) Epiſcopus Bullenſium regionum, infra cap. 133.

20 *Uticenſis*) in proconſulari, ut ſatis notum eſt.

21 *Qui ſupra pro Cericio.*) Antea legebatur: *item recitavit qui ſupra. Procericio Epiſcopus plebis Uculenſis*. Sed

Cericio Epiſcopo plebis [1] Uculenſis. *Quo accedente, idem dixit.* Præſto ſum, omnis catholica eſt. *Item recitavit.* Baſilius Epiſcopus plebis Altiburitanæ. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Auguſtalis Epiſcopus (loci ſuprafcripti) dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Victor Epiſcopus plebis [2] Vinenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus, [3] exivit de corpore ante annos quinque. *Item recitavit.* Fructuoſus Epiſcopus plebis [4] Abziritenſis. *Vincentius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Hic eſt Carthagini, [5] ſenſit ſibi. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Diœceſis eſt [6] Feliciani Utinenſis. Presbyterum ibi habet. *Item recitavit.* Publianus Epiſcopus plebis Bazarididacenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum, unitas eſt. *Item recitavit.* Caſſianus Epiſcopus plebis [7] Bamaccorenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Donatus Epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit.* Agnoſco illum, [8] Presbyter meus fuit. *Item recitavit.* Creſconius Epiſcopus plebis [9] Zaraitenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Rogatus Epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Felix Epiſcopus [10] Villaregenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum, non habeo contra me Epiſcopum. Modo exivit de corpore. *Victor Epiſcopus (loci ſuprafcripti) dixit.* Conſtat me modo fuiſſe ordinatum. *Item recitavit.* Primulus Epiſcopus plebis Tamagriſtenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Saturninus Epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Adeodatus Epiſcopus plebis Satafenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Urbanus Epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Fauſtinianus Epiſcopus plebis [11] Tamogadenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Gaudentius Epiſcopus loci ſuprafcripti dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Avitus Epiſcopus plebis [12] Lamaſuenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Januarius Epiſcopus civitatis ſuprafcriptæ dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Sextilius Epiſcopus plebis [13] Aſſabenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Marcianus Epiſcopus (loci ſuprafcripti) dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Marcianus Epiſcopus [14] Idicrenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Martialis Epiſcopus dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Criſpulus Epiſcopus Eccleſiæ [15] Volitanæ. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Quodvultdeus Epiſcopus dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Germanus Epiſcopus [16] Gypſarienſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Fidentius Epiſcopus dixit.* Agnoſco illum. (*Item recitavit.*) Rogatus Epiſcopus [17] Gaguaritanus. *Idem dixit.* Præſto ſum, unitatem habet. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Noſter fuit, a nobis illo tranſiit. *Item recitavit.* Quadratus Epiſcopus plebis [18] Gegitanæ. *Idem dixit.* Præſto ſum, [19] nunquam ibi fuit Epiſcopus. *Item recitavit.* Gregorius Epiſcopus [20] Tamallenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Lucius Epiſcopus dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.* Lucius Epiſcopus civitatis [21] Tagaratenſis. *Idem dixit.* Præſto ſum. *Quintus Epiſcopus dixit.* Agnoſco illum. *Item recitavit.*

---

legendum profecto eſt uti nos edidimus, *Qui ſupra*, id eſt, Victor Epiſcopus Eccleſiæ Uticenſis, vel Dominicus Bullenſium regiorum.

1 *Uculen.*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P.

2 *Vinenſis*) in proconſulari, ut patet ex eadem epiſtola ſynodica. Fauſtinus Epiſcopus Binenſis interfuit Concilio Cabarſuſſitano, & Creſconius item Binenſis Concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio.

3 *Exivit de corpore*) id eſt, Epiſcopus Vinenſis Donatiſta, quem ſuſpicor fuiſſe Fauſtinum illum Binenſem cujus nomen reperitur inter Epiſcopos Concilii Cabarſuſſitani.

4 *Abziris.*) in proconſulari ut patet ex Plinio lib. 5. cap. 4. & ex epiſtola ſynodica toties laudata. Iſtius ſedis Epiſcopus Victor interfuit Concilio Carthaginenſi anni 397. ubi male vocatur Epiſcopus Abderitanus, cum in optimo & vetuſtiſſimo codice Mſ. bibliothecæ Colbertinæ ſcriptum ſit *Abziriditanus*. Utilla autem ſunt iſta ad emendandam notitiam Africæ, ubi inter Epiſcopos provinciæ proconſularis ſecundo loco nominatur *Felix Abaritanus*, qui apud Victorem Vitenſem lib. 2. *Abderitanus* dicitur, & *Aubiritanus* in optimo & antiquiſſimo codice Mſ. ejuſdem bibliothecæ Colbertinæ. Legendum itaque *Abziritanus*.

5 *Senſit ſibi.*) Locus corruptus, ſed quo tamen certum eſt ſignificari Fructuoſum male ſe habuiſſe.

6 *Feliciani Utin.*) Antea editum fuerat *Felicianatenſis*. Ex quo Holſtenius collegit Eccleſiam Felicianatenſem fuiſſe vicinam Eccleſiæ Abziritanæ. Sic nobis obtruduntur nomina Eccleſiarum quæ nunquam fuere. Quoad iſtam, certum eſt nullam fuiſſe. Nam in veteri libro diſerte ſcriptum eſt *Feliciani Utinenſis*. Feliciani porro Utinenſis Epiſcopi partis Donati mentio eſt infra cap. 133. & 187.

7 *Bamaccor.*) In veteri libro legitur *Bamaccorenſis*, & apud Plinium lib. 5. cap. 4. *Vamacurei*. Sed infra cap. 187. ſcriptum eſt *Bamaccorenſis*. Quam lectionem eſſe veram conſtat ex his quæ illic dicuntur.

8 *Presb. meus fuit.*) Itaque Caſſianus Bamaccorenſis fuerat olim in parte Donati.

9 *Zaraiten.*) ſive Zaradtenſis in Numidia, ut patet ex notitia Africæ & ex Concilio Carthaginenſi an. 525.

10 *Villareg.*) in Numidia, ut patet ex eadem notitia, ubi male ſcriptum eſt *Villadegenſis*. Creſconii Villaregenſis Epiſcopi, qui plebe ſua derelicta Tubienſem invaſit Eccleſiam, mentionem eſt in c. 48. codicis Eccleſiæ Africanæ. S. Auguſt. lib. 2. contra Creſconium c. 10. meminit Candidi Epiſcopi Villaregienſis.

11 *Tamagad.*) in eadem provincia, ut ſcribitur in notitia. Vide lib. 2. Miſcel. noſtrorum pag. 480.

12 *Lamaſuen.*) in Numidia, ut habet eadem notitia.

13 *Aſſaben.*) ſive Aſſafenſis, uti ſcriptum eſt in notitia, in Mauritania Sitifenſi. *Aſſura municipium* eſt in tabula Peutingeri.

14 *Idicrenſi*) in Numidia, ut docet notitia. Idem etiam ſcribit Optatus lib. 2.

15 *Volitan.*) in provincia proconſulari, ut patet ex eadem notitia. Paulinus in vita S. Ambroſii cap. ult. meminit Murani Epiſcopi Bolitani. Volos Mauritaniæ Tingitanæ populos commemorat Ptolem. lib. 4. cap. 13. Vide cap. 208.

16 *Gypſar.*) in Mauritania Cæſar. ut colligi poteſt ex Ptolem. lib. 4. cap. 14. At in tabula Peuting. locus *Ad Gypſaria* locatur inter Puteam, Pitidam & Sabratam oppida provinc. Byzac.

17 *Gaguarit.*) ſive Ganvaritanus in provincia Byzac. ut docet notitia.

18 *Gegitan.*) In notitia Epiſc. Mauritaniæ Sitif. recenſetur Conſtantius Gegitanus. Verum Victor Vitenſis lib. 2. inter Epiſcopos quos ex priore Geiſerici perſecutione ſupereſſe putabat tempore perſecutionis illius quam Hunericus commovit, nominat Vincentium Gigitanum, illum ipſum, ſi ita conjicere liceat, qui Ziggenſis vocatur in notitia Epiſcoporum provinciæ proconſularis, ubi notatur miſſum eum fuiſſe in exilium.

19 *Nun. Epiſc. fuit*) nimirum ex parte Donati. Significat igitur plebem Gegitanam ſemper fuiſſe catholicam, nec unquam paſſum fuiſſe diviſionem.

20 *Tamallen.*) Non diffiteor quin & vetus exemplar & omnes editiones habeant *Tamamallenſis*. Verum quia nulla fuit Tamamalla in Africa, quod multis auctoritatibus oſtendi poteſt, error natus eſt ex repetitione ſuperflua ſyllabæ *ma*. Nam infra cap. 207. ubi rurſum recitatur nomen Lucii, qui fuit iſtius Gregorii adverſarius, diſerte ſcriptum eſt *Tamallenſi*. Apud Victorem Vitenſem, & in notitia ſcribitur Tamallumenſis. Duæ fuere Tamalluma, una in Byzacena, altera in Mauritania Sitifenſi, ut ſupra diximus. Iſta, ubi Gregorius fuit Epiſcopus, erat in Mauritania Sitifenſi. Etenim non dubito quin altera, quæ erat in Byzacena, fuerit eadem cum Turretamallumenſi.

21 *Tagarat.*) in proconſulari, ut docet notitia.

recitavit. [1] Felicianus Epiſcopus plebis Cufrutenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, Epiſcopum alium non habeo.

CXXIX.

Primianus Epiſcopus dixit. Ille qui fuit, damnatus eſt a nobis & ab illis; cum ſcirent illum reum, & ipſi confirmaverunt: adhuc alter non eſt ordinatus. *Et alia manu*. Primianus Epiſcopus recognovi. *Item recitavit*. Bonifacius Epiſcopus [2] Cenenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Vindemius Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Item recitavit*. Adeodatus Epiſcopus plebis [3] Bazaritanæ. *Idem dixit*. Præſto ſum. Eſt quidem in corpore conſtitutus [4] Calipotius; ſed cum videret univerſum populum ad Eccleſiam catholicam fuiſſe converſum, diſceſſit. *Item recitavit*. Niventius Epiſcopus Tunugabenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum, non ibi habeo contra me Epiſcopum.

CXXX.

Primianus Epiſcopus dixit. Damnatus eſt in cauſa adulterii; tamen illic fuit uſque ad annum præſentem. *Item recitavit*. Sabinus Epiſcopus [5] Tuccenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. [6] *Adeodatus Epiſcopus dixit*. In diœceſi mea eſt ordinatus, ex presbyterio meo eſt. *Sabinus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Cum ſæpe a civibus meis [7] peteret ut eos in [8] communionem Eccleſiæ catholicæ ſuſcepiſſem, rogaverunt eam ut eis Epiſcopus daretur. Petierunt me & ordinatus ſum. *Adeodatus Epiſcopus dixit*. [9] Quem habuit deceſſorem? Edicat in cujus locum ſucceſſit.

CXXXI.

Marcellinus V. C. Tribunus, & Notarius dixit. Conſtat non ibi fuiſſe catholicam? *Adeodatus Epiſcopus dixit*. Non. *Item recitavit*. Marianus Epiſcopus [10] Utzipparitanorum. *Idem dixit*. Præſto ſum, nunquam ibi habui alium. *Item recitavit*. Victorius Epiſcopus plebis [11] Larenſis. *Idem dixit*. Præſto ſum. *Honoratus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum.

CXXXII.

Hilarius exceptor dixit. Quoniam codices implevimus, & alii nobis ſubrogandi ſunt exceptores, jubeat nobilitas tua e corpore noſtro alios ſubrogari, nobis [12] cuſtodibus datis. *Vitalius Notarius eccleſiæ catholicæ dixit*. Hoc & ego ſuggero quod & exceptor nobilitati tuæ. *Marcellinus V. C. Tribunus, & Notarius dixit*. Dentur nunc Notariis qui codices ſe impleſſe confirmant, & exceptoribus ab utraque parte cuſtodes. *Aurelius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit*. Jam nos delegiſſe cuſtodes mandato ipſo narravimus. Ex ipſis etiam duos offerimus cuſtodes. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Eorum nomina qui nunc offeruntur edicito. *Alipius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. [13] Deuterium & [14] Reſtitutum. *Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit*. Congruum eſt ut ſicuti & alii ſubrogati ſunt exceptores, ſic dentur & ab alia parte cuſtodes. *Primianus Epiſcopus Carthaginenſis dixit*. Damus cuſtodes, Victorem [15] Hipponienſem & Marinianum Oeenſem collegas noſtros.

CXXXIII.

Marcellinus V. C. Tribunus, & Notarius dixit. Quoniam ex utraque parte Epiſcopi cuſtodes videntur adpoſiti, ſingulorum, ſicut cœperat, officium nomina ſubſcriptioneſque recitare debebit, & ad ſuſceptas tabulas ad majorem diligentiam alterutrum [16] ſignet ſollicitudo cuſtodum, ut eiſdem præſentibus reſeratæ, deſcribi poſſint, atque ea quæ geſta ſunt ſchedarum ſerie contineri. *Cumque ab utriſque partibus tabulæ ſuſciperentur, atque ſignarentur, recitatum eſt*. Innocentius Epiſcopus [17] Lamiggigenſis coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Præſto ſum. *Junianus Epiſcopus dixit*. Nec ego illum

---

1 *Felicianus Cufrut.*) in provincia Byzacenæ, qui anno 403. interfuit Concilio Carthaginenſi. Heliodorus Epiſcopus Cufrutenſis nominatur inter Epiſcopos Byzacenos quorum conſtantia pro fide catholica excitavit iram Hunerici regis Vandalorum.

2 *Cenenſis*) ſive *a Cenis*, ut infra cap. 197.

3 *Bazaritanæ*) ſive Vararitanæ in Byzacena, ut patet ex notitia Africæ.

4 *Calipotius*) ſeu Calipodius Epiſcopus Vazaritanus patris Donati, cujus mentio infra cap. 188.

5 *Tuccenſis*) in Numidia, cum Eccleſia Tuccenſis olim fuerit in diœceſi Milevitana.

6 *Adeodatus Epiſc.*) Milevitanus, ex parte Donati.

7 *Peteret*) Ita vetus exemplar omnino recte. Editiones habent *peteret*, nullo ſenſu.

8 *Communn. ſuſcepiſſ.*) Sabinus Presbyter conſtitutus erat in plebe Tuccenſi ab Adeodato Epiſcopo Milevitano. Plebem capit tædium ſectæ Donatiſtarum. Tuccenſes ergo rogarunt Sabinum ut eos reſtitueret communioni eccleſiæ catholicæ. Quia vero id fieri non poterat niſi cum auctoritate Epiſcopi, & proprius Tuccenſium Epiſcopus erat Donatiſta, poſtularunt ab Eccleſia catholica, id eſt, ut ego interpretor, a Primate, & Concilio Epiſcoporum Numidiæ, uti proprium habere mererentur Epiſcopum. Ac licet iſtud eſſet contra publicam diſciplinam, tamen factum eſt ſtudio conſervandæ unitatis. Concilium ergo dedit quem petebant Tuccenſes, mirum Sabinum; qui poſtea eos in communionem Eccleſiæ catholicæ ſuſcepit. Vide ſup. cap. 65.

9 *Quem habuit deceſſor*.) Hinc etiam patet Sabinum fuiſſe primum Epiſcopum Tuccenſem.

10 *Utzipparit.*) In provincia proconſulari, idem ipſe qui Concilio Carthaginenſi anni 419. poſtea interfuit. In notitia Epiſcoporum provinciæ proconſularis recenſetur Augentius Utzipparitanus.

11 *Larenſis*) in Mauritania Cæſarienſi, ut docet itinerarium Antonini.

12 *Cuſtodibus datis*) cuſtodibus chartarum, qui erant ex corpore Epiſcoporum. Unde paulo poſt nominantur duo ex parte catholicorum, & rurſum duo ex parte Donatiſtarum.

13 *Deuterium*) Epiſcopum Cæſarienſem in Mauritania, ut patet ex Auguſtino lib. 2. retract. cap. 51

14 *Reſtitutum*) Epiſcopum Tagorenſem in Numidia.

15 *Hippon.*) diarrhytorum. Nam Macrobius, adverſarius S. Auguſtini, erat Epiſcopus Hipponenſium regiorum.

16 *Signet*) Id eſt, ſigillum apponat; ſicut infra collat. 3. cap. 220. in relatione Anullini legitur *libellus in aluta ſignatur, item alius ſine ſigillo cohærens eidem aluta*. Sed quod expreſſius eſt, infra collat. 2. cap. 53. cum a cognitore mandatum fuiſſet Epiſcopis chartarum cuſtodibus ut ſigna ſua recognoſcerent, Leo Epiſcopus Moptenſis catholicus, & Marinianus Oeenſis Donatiſta pari modo dicunt: *Agnoſco ſigillum meum*.

17 *Lamiggigen.*) in Numidia, ut patet ex notitia Africæ.

lum novi, nec ipſe me. *Et recitavit*. Rufinianus Epiſcopus [1] Bonuſtenſis coram viro clariſſimo Tribuno & notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Nunquam illic fuerunt Donatiſtæ. *Primianus Epiſcopus Carthaginenſis dixit*. Ipſe fuit noſter, ſed populos habemus quibus [2] ordinare. *Rufnianus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Bonuſtenſis dixit*. Nunquam habuit. *Et recitavit*. Laodicius Epiſcopus plebis [3] Clypienſis coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E parte adverſa eſt Geminius. *Et recitavit*. Donatus Epiſcopus plebis Buritanæ coram viro clariſſimo Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quare cum recitaveſſet, idem dixit*. Non illic habent Donatiſtæ neminem. *Et recitavit*. Candorius Epiſcopus plebis [4] Mullitanæ coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Marcellinus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Iſaac Epiſcopus plebis Utinenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Felicianus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. [5] Qui ſupra pro Victore epiſcopo [6] Tuburbitanorum minorum coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi eum ſupraſcripta mandaſſe præſentem Carthagine. *Maximinus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Felix Epiſcopus [7] Tubienſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Idem dixit*. Catholica eſt ſola. *Et recitavit*. Felix Epiſcopus [8] Abbiritanorum majorum coram V. C. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica eſt ſola. *Et recitavit*. Augendus Epiſcopus plebis [9] Villæmagnenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica eſt tantum. *Primianus epiſcopus Carthaginenſis dixit*: Ipſe eſt qui iamdudum ad illam partem tranſiit. *Et recitavit*. Lucidus Epiſcopus plebis [10] Marcellianenſis & Bazitenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica eſt. * & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carth. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo eſt Reſtitutus. [11] *Reſtitutus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Aufidius Epiſcopus plebis [12] Tignicenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo habeo Julianum. *Julianus Epiſcopus dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Fortunatus Epiſcopus plebis Abenſenſis coram V. C. Marcellino Tribuno & Notario ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit*. Unitatem habeo. *Optatus Epiſcopus dixit*. Non habemus Epiſcopum, Presbyterum habemus. *Et recitavit*. Tritolius Epiſcopus plebis [13] Aborenſis coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Nomen ſi illic auditum fuerit Donatiſtarum, lapidatur. *Et recitavit*. Qui ſupra pro Paulino [14] Zurenſi præſente literas neſciente coram V. C. Marcellino Tribuno & Notario ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, & accedente Epiſcopo Paulino catholico, idem dixit*. Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus Primiani Epiſcopi dixit*. Presbyter eſt illic noſter. Diœceſis eſt noſtra. *Et recitavit*. Lucrus Epiſcopus plebis Nigrenſium majorum coram V. C. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Charthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Unitas eſt. *Habetdeus Diaconus dixit*. Presbyterum habet. *Et recitavit*. Fidentius epiſcopus plebis [15] Ceſalenſis coram v. c. Tribuno & Notario

* Deſunt hæc nonnulla.

---

1 *Bonuſten.*) in provincia proconſulari, ut liquet ex eadem notitia.

2 *Quibus ordinare*) Apparet ſenſum non eſſe integrum. Itaque Primianus in medio profecutionis ſuæ interruptus eſt a Rufniano.

3 *Clypenſi*) in proconſulari, quod docet eadem notitia, itemque epiſtola Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Meminit iſtius loci & Plinius lib. 5. cap. 4. *Oppida Carpi, Miſua, & liberum Clupea in promontorio Mercurii*. Solinus in Polyhiſtore. *Clypeam civitatem extruunt, & aſpidem nominant*. Ubi vide Salmaſium.

4 *Mullit.*) In provincia proconſulari. *Notitia*. Segetius Epiſcopus plebis Mullitanæ interfuit Concilio Carthaginenſi Bonifacii.

5 *Qui ſup. pro Vict.*) In veteri codice legitur: *qui pro Victore*. Ex quo Maſſonus, quem & Pithœus quoque ſecutus eſt, effecit *Quintus*. Fruſtra. Nam hæ notæ ſignificant *Qui ſupra*; ut obſervatum etiam eſt a Sertorio Urſato, & patet ex pag. 193. Itaque infra pag 198. 202. 207. pro *Quintus*, quod habebant aliæ editiones, nos ubique repoſuimus *Qui ſupra*. Quid enim tam abſurdum quam ut ubicumque contingit aliquem pro alio ſubſcribere, ſtatim occurrat Quintus tanquam ſubſcriptor conduſtitius?

6 *Turbubit. min.*) in provincia proconſulari, ut patet ex itinerario Antonini. Quod etiam colligi poteſt ex tabula Peutingeriana, & ex Auguſtino, in libro ad Donatiſtas poſt collationem cap. 22.

7 *Tubien.*) in Mauritania Sitifenſi. Quippe Honoratus & Urbanus Epiſcopi legati illius provinciæ in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 48. conqueruntur de Creſconio Villaregenſi, qui plebe ſua derelicta invaſerat Eccleſiam Tubienſem, & commonitus ab Epiſcopis provinciæ relinquere eamdem quam invaſerat plebem, contempſerat. Quamquam in Græco eſt ωυβιανης, non ſolum in libris editis, ſed etiam in manu exaratis. Verum Tubucenſis cathedra erat in provincia proconſulari. Itaque codex Græcus Eccleſiæ Africanæ corrigendus eſt in hoc loco.

8 *Abbirit. major.*) in provincia proconſulari, ut docet epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum. Nam tametſi illic ſimpliciter dicatur Abbiritanus Epiſcopus, arbitror de Abbirita majore intelligi debere. De Abbirita minori dicetur infra cap. 215.

9 *Villamag.*) in proconſulari, ut docet eadem epiſtola ſynodica.

10 *Marcellian.*) In Concilio S. Cypriani legitur nomen Juliani a Marcelliana.

11 *Reſtitutus.*) Quinque iſtius nominis Epiſcopi Donatiſtæ fuere in hac collatione Carthaginenſi, quorum unus fuit Epiſcopus Drufilianenſis, alter Segermitenſis, tertius Flumenpiſcenſis, quartus Membreſſitanus, quintus Laritenſis. Drufilianenſis habuit adverſarium Rufinum Epiſcopum catholicum, Membreſſitanus Gennadium, Segermitenſis Felicem. De utro reliquorum intelligi debeat locus iſte, plane incertum eſt.

12 *Tignicen.*) in Numidia, ut docet tabula Peutingeriana. Illic enim Tignica locatur prope Teglatam, quam certum eſt fuiſſe civitatem Numidiarum.

13 *Aboren.*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

14 *Zurenſ.*) Victor Vitenſis lib. 2. *Filia fuit quondam Zuritanæ civitatis Epiſcopi*. Videtur autem Zura fuiſſe haud procul Carthagine, cum Diaconus Primiani dicat eam eſſe diœceſim Primiani.

15 *Ceſalen.*) in proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

tanio Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem habeo. [1] *Valentinianus Diaconus Primiani epiſcopi dixit.* Modo exivit de corpore. [2] Fidentius dicebatur. *Et recitavit*, Creſconius epiſcopus plebis Ruſucenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, (idem) dixit.* Unitatem habeo. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* [3] Ambibius epiſcopus plebis [4] Piſitenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Felicem e diverſo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Felix dicitur. Literas miſit excuſationis, ſenectutis cauſa. *Et recitavit.* Rogatianus [5] epiſcopus plebis Tigimmenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Victorianus. *Et accedente Victoriano epiſcopo, (idem) dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Stephanus epiſcopus plebis [6] Sinnuaritenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas eſt illic, Eccleſia eſt illic. *Habetdeus Diaconus dixit,* [7] Diœceſis ea eſt Cypriani [8] a Siccenni. Cyprianus dicitur epiſcopus qui illic intendit [9] ad Sinuar. *Et recitavit.* Serotinus Epiſcopus plebis Turuzitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Nunquam habuit, nec habet. *Habetdeus Diaconus dixit.* Presbyter eſt illic Cattus. *Serotinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Illic eſt, ſed ſuperfluo. *Et recitavit.* Majorinus Epiſcopus plebis [10] Zemtenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt, nec habuit, nec habet. *Et recitavit.* Thomas epiſcopus plebis [11] Cubdenſis coram v. c. Tribuno & notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E contra neminem habemus. *Et recitavit.* Reſtitutus epiſcopus plebis [12] Muzucenſis coram v. c. Triburo & notario Marcellino ſupraſcripta, mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E contra Idaxius nobis eſt. *Et accedente Idaxio epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Antonius Epiſcopus plebis [13] Mutugennenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Splendonius eſt. *Et accedente Splendonio epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Privatianus Epiſcopus plebis [14] Vegeſelitanæ coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt mihi Donatus Cillitanus. *Et accedente Donato Cillitano epiſcopo, idem dixit.* Diaconos illic habeo, vicina plebs agit, diœceſis mea eſt. *Privatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Ubi conveniunt? *Donatus epiſcopus dixit.* Et loca & memorias martyrum tamen prohibuiſti. Candidum non habui Presbyterum inde? *Privatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Et ubi agebatur? *Et recitavit.* Æmilianus epiſcopus Eccleſiæ Bennenſenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo neminem e diverſo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Maximianus dictus eſt, hodie de corpore exiit. *Æmilianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Triennium habeo ex illo quo ordinatus

---

1 *Valentin. Diac.*) In veteri libro legitur : *Valentinianus dix. Primiani Ep. dixit.* Deinde, ante non multum temporis, quidam obelo tranſfixit *Primiani Ep. dixit*, quia non intelligebat vocem *dix*, quæ ſequitur poſt vocem *Valentinianus*, eſſe corruptam, & ei ſubſtituendam eſſe vocem *Diaconus*, quod ſæpe accidit in his geſtis. Hinc factum ut in aliis editionibus omiſſa ſit dignitas iſtius Valentiniani, quem ſane ex iiſdem geſtis conſtat Primiani Epiſcopi Carthaginenſis Diaconum fuiſſe.

2 *Fidentius*) Itaque ambo Epiſcopi Celalenſes eodem nomine vocabantur.

3 *Ambibius*) vel Ambivius, cujus nomen reperitur in epiſtola Concilii Africani ad Papam Innocentium & in iſtius reſponſoria.

4 *Piſiten.*) ſive Piſidenſis in confinio provinciarum Byzacenæ & Tripolitanæ, ut opinor. Nam Piſida in tabula Peutingeriana locatur inter Putcam & Sabratam, quarum prior eſt in Byzacena, alia in Tripolitana. Piſitanæ civitatis epiſque Epiſcopi meminit Evodius Uzalenſis in lib. 2. de miracc. S. Stephani cap. 13.

5 *Epiſc. pl. Tigim.*) Vetus exemplar, & editiones habent, *Epiſcopus Tigimma plebis Tigimmenſis*, ubi nemo non videt *Tigimma* hoc ſuperflue poſitum eſſe ab imperito librario. Itaque nos eam ſuſtulimus.

6 *Sinnuarit.*) ſive Sinuarenſis in provincia proconſulari, ut docet notitia Africæ.

7 *Diœceſis ea eſt*) In veteri libro & in editionibus legitur, *Diœceſis mea eſt*, nullo ſenſu. Nos emendavimus.

8 *A Siccenni*) Editiones habent *Aſiccenni* unico vocabulo, cum dividendum ſit. Ex hoc autem loco colligitur Eccleſiam illam Siccennenſem fuiſſe poſitam in media plebe Sinuarenſi, adeoque in provincia proconſulari. Maximini Epiſcopi Syniceſis & Lucilli Epiſcopi Caſtelli Sycinenſis, quod Hipponienſi coloniæ vicinum erat, meminit Auguſtinus lib. 22. de Civ. Dei cap. 8.

9 *Ad Sinuar*) In veteri codice legitur *ad ſinnar*, pro quo Maſſonus ſcripſit *adſinuar*, Pithœus *Aſinar*. Nos retinuimus lectionem Maſſoni, cum conſtet hoc agi de controverſia quæ erat inter duos Epiſcopos Sinuaritenſes. Quamquam fatendum eſt in notitia Epiſcoporum Mauritaniæ Cæſarienſis nominari Philonem Aſſinuaritanum & Gajum Adſinuadenſem.

10 *Zemtenſis*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ jam ſæpe laudata. Et tamen vir clariſſimus Joannes Garnerius emendandum eſſe putat hunc locum & pro *Zemtenſis* legendum eſſe *Zamenſis*. At iſtud verum eſſe non poteſt. Nam qui tum Zamam tenebat, dialogus vocabatur, ut patet ex cap. 121 iſtius primæ cognitionis.

11 *Cubdenſis*) in provincia proconſulari, ut docet eadem epiſtola.

12 *Muzucen.*) Idem vir clariſſimus hoc reponit *Muzulenſis*, quia Auguſtinus alicubi meminit epiſcopi Muzulenſis, & quia in notitia Africæ Felix epiſcopus Muzulenſis nominatur inter epiſcopos provinciæ proconſularis. Verum in ea notitia ſcriptum non eſt *Muzulenſis*, ſed *Muzuenſis*. Sane in Concilio Carthaginenſi S. Cypriani legitur nomen Januarii a Muzula, uti habet vetuſtiſſimus codex Mſ. bibliothecæ Colbertinæ, pro quo Fuccnſis, qui nunc extat in eadem bibliotheca, *Mazulenſis* habet, non vero *Mozulenſis*, ut putavit Rigaltius. Idem traditi in Corbejenſi legi *Muzucha*, & Holſtenius e quodam vetuſtiſſimo codice Mſ. contendit legendum eſſe *Muzuca*. Quoquo modo ſe res habeat, certum eſt Felicem illum in notitia epiſcopum Muzuenſem dici, non vero Muzulenſem. Neque hinc colligi poteſt Muzucenſem epiſcopum convertendum eſſe in Muzulenſem, cum in eadem notitia nominetur Innocentius Muzucenſis inter epiſcopos provinciæ Byzacenæ. Duplex enim in Africa civitas fuit, una Muzua dicta in provincia proconſulari, altera Muzuca in Byzacena. Poſterioris epiſcopum fuiſſe hunc Reſtitutum oſtendit hic locus, prioris Rutilianum cap. 128. iſtius primæ cognitionis.

13 *Mutugenn.*) Mutugennæ, quæ erat villa in diœceſi Hipponenſi, meminit S. Auguſtinus epiſt. 173. & 203. ex quibus colligitur quendam Donatum Diaconum a Donatiſtis rebaptizatum, tum Diaconum illic ac paulo poſt Presbyterum conſtitutum.

14 *Vegeſelit.*) in Numidia, ut patet ex notitia Africæ & ex Concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio. Ceterum

dinatus ſum, nullum illic ſcio. *Valentinianus Diaconus dixit*. Mittatur & videant illum. *Et recitavit*. Litorius Epiſcopus plebis [1] Suavenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine *Quo recitato, idem dixit*. Unitas eſt illic, omnis catholica eſt. *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Benenatus epiſcopus plebis Hoſpitenſis coram Viro Clariſs. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. In loco meo alius non eſt epiſcopus. *Lucullus epiſcopus dixit*. Perſecutio ſemper me fugavit. *Et recitavit*. Leontius epiſcopus plebis [2] Muſertitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato*, (*idem dixit*. Habeo neminem e diverſo.) *Habetdeus Diaconus partis Donati dixit* Creſconius nunc ordinatus eſt contra. *Et recitavit*. [3] Silvanus epiſcopus plebis Macrianenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Non habet neminem. Catholica eſt. *Et recitavit*. Eunomius epiſcopus plebis [4] Marazanenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo eſt mihi Habetdeus. *Habetdeus epiſcopus dixit*. Præceſſor meus ad Marazanenſem locum ordinatus eſt. Is poſtquam [5] cathedram ſedit, expulſus eſt. *Eunomius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Nunquam ſedit. *Habetdeus epiſcopus dixit*. Ego etiam non admiſſus, in tertio milliario in civitate conquievi. *Eunomius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Nunquam fuerunt Donatiſtæ, nec ſunt, nec aliquando ſederunt cathedram. *Habetdeus epiſcopus dixit*. Modo oppreſſi ſunt. *Et recitavit*. Barbarus epiſcopus plebis [6] Hierpinianenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino (ſupraſcripta mandavi &) ſubſcripſi Carthagine. (*Quo recitato*,) *idem dixit*. Non habeo neminem contrarium. *Valentinianus Diaconus dixit*. Mœcopius dicebatur epiſcopus, exivit de corpore. *Et recitavit*. Secundianus epiſcopus plebis [7] Hermianenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Contra mihi eſt Maximianus epiſcopus *Et accedente Maximiano epiſcopo, idem dixit*. Agnoſco illum. *Et recitavit*. Poſtumianus epiſcopus plebis [8] Tagorenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit*. Catholicæ eſt unitatis. *Et recitavit*. Barbarianus epiſcopus plebis [9] Creperulenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. Catholica eſt tantum. *Valentinianus Diaconus dixit*. Non habemus. *Et recitavit*. Felix epiſcopus [10] Caniopitanorum coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, Valentinianus Diaconus dixit*. Presbyterum habemus nomine Reſtitutum. *Et recitavit*. Victor epiſcopus plebis Tibaritanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit*. E diverſo (mihi) eſt Victorianus epiſcopus. *Et accedente Victoriano epiſcopo, idem dixit*. Agnoſco eum. *Et recitavit*. Gennadius epiſcopus plebis [11] Membreſſitanæ coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi

hic locus habet duas inſignes difficultates. Nam primo alius infra cap. 135. reperitur Epiſcopus catholicus Vegeſolitanus nomine Reginus, cujus adverſarius fuit Gavinus. Deinde adverſarius Privatiani non dicitur Epiſcopus Vegeſelitanus, ſed Cillitanus. Supra vero cap. 128. pag. 204. Epiſcopus catholicus Cillitanus vocatur Tertiolus, & hujus adverſarius Donatus, qui heic iterum dicitur adverſarius Privatiani Epiſcopi Vegeſelitani. Qui quidem Donatus infra cap. 187. dicitur Epiſcopus Cillitanus. Itaque neceſſarium eſt exiſtimare duplicem fuiſſe Vegeſelam, unam in Numidia, cujus Epiſcopus fuerit Tertiolus, aliam in Byzacena vicinam Cillitanæ, cujus Epiſcopus fuerit iſte Privatianus. Certe in itinerario Antonini Vegeſela manifeſte conſtituitur inter Amudarſam, Autentum, Suſetulam, & Meneges ſive Meneſes oppida provinciæ Byzacenæ.

1 *Suavenſis*.) in Numidia, ut docet notitia.

2 *Muſertit.*) Infra cap. 206. Creſconius iſtius Leontii adverſarius dicitur Epiſcopus Muſtitanus in veteri codice. Sed iſtud verum eſſe non poteſt. Muſtitanus enim tum Epiſcopus fuit Victorianus, qui adverſarium habuit Felicianum, ut adnotatum eſt ſupra cap. 122. extremo. De quo ne quis dubitare poſſit, conſulendus eſt Auguſtinus illic laudatus. Fortaſſis iſthic legendum eſt *Mutectiana* pro *Muſertitana*. Quintaſius Epiſcopus Mutectanus nominatur inter Epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis quos Hunericus Rex Vandalorum perſecutus eſt.

3 *Silvan. Macrian.*) in Mauritania Sitifenſi, idem ipſe, ut par eſt exiſtimare, qui Concilio Carthagineſi anno 403. interfuit. Reſtitutum Epiſcopum Macrianenſem involvit turbo procellæ barbaricæ ſub Hunerico Rege Vandalorum.

4 *Marazan.*) in provincia Byzacena, ut docet notitia.

5 *Cathedram ſedit*.) Et paulo poſt: *ſederunt cathedram*. Ita ſane habet vetus exemplar, ex quo hæc geſta edita ſunt. Sed in editionibus legitur: *in cathedram ſedit*. Et tamen legere poterant apud Optatum lib. 1. *cujus in cathedram ſedes, cujus in hereditariam cathedram ſede, qui cathedram ſederit alterâ*. Et apud Auguſtinum lib. 2. contra lit. Petil. cap. 51. *Cathedram Moyſi ſedent*. Eodem errore Binius & poſt eum nuperi Conciliorum editores, cum legerent in epiſtola Gaufredi Clarevallenſis de geſtis in Concilio Remenſi Eugenii III. adverſus Gilbertum Porretanum: *Eodem igitur anno quo præditus Pontifex Eugenius Romanæ Eccleſiæ cathedram ſedens*, putantes erratum eſſe librarii, ita ſcripſerunt in margine *ſ. ſcandens*.

6 *Hierpinian.*) ſive Irpinianenſis in Byzacena, ut patet ex eadem notitia.

7 *Hermian.*) in Byzacena, ut traditur in notitia. Hanc ſedem illuſtrem fecit Pacundus Epiſcopus.

8 *Tagoren.*) Infra c. 143. nominatur Reſtitutus Epiſcopus Tagorenſis, & ipſe catholicus. Itaque oportet duas in Africa fuiſſe Tagoras, ut recte hinc collegit vir doctiſſimus Henricus de Noris l. 2. hiſt. Pel. c. 8. pag. 218. Sed quod unam earum ait fuiſſe ſitam in provincia proconſulari, eamdem dictam Tagaram in notitia Epiſcoporum Africæ, non eſt extra controverſiam. Siquidem in hac noſtra collatione, in qua duo Epiſcopi Tagorenſes, ambo catholici, recenſentur, reperitur in c. 128. nomen Lucii Epiſcopi Tagaratenſis catholici, & cap. 207. nomen Quinti ejus adverſarii. Tagorarum porro unam fuiſſe in Numidia aſſentior eidem viro docto. In ep. enim 217. S. Auguſt. nominatur Xantippus Epiſcopus Tagoſenſis ſive Tagorenſis, qui de primatu Numidiæ certabat cum Victorino. Porro ut hoc quoque obiter dicam, ferri non poteſt conjectura Chriſtophori Juſtelli, qui ad can. 86. collectionis Africanæ referens fragmentum iſtius epiſtolæ S. Auguſtini, pronunciat heic pro *Tagenenſi*, ut ipſe legebat, reponendum eſſe *Conſtantienſi*, putans haud dubie primatum Numidiæ perpetuum fuiſſe in Eccleſia Conſtantinienſi ſive Cirtenſi. Qua de re vide Samuelem Petitum l. 3. var. lect. pag. 13. & 54.

9 *Creperulen.*) ſive Crepedulenſis in provincia Byzacena, ut patet ex notitia & ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Conſtantinum Imperatorem, ubi pro *Secrepedulenſi* legendum eſt *ſanctæ eccleſiæ Crepedulenſis*.

10 *Caniopitan.*) ideſt, Canapii, ut opinor, in provincia proconſulari. Nam Redemptus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ municipii Canapii (ſive *Canapu*, ut habet vetuſtiſſimus codex Eccleſiæ Bellovacenſis) ſubſcribit epiſtolæ Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P.

11 *Membreſſit.*) in provincia proconſulari, ut patet ex notitia Africæ & ex epiſtola Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P. Membreſſitani Epiſcopi mentio eſt in Concilio Cabarſuſſitano, & in Carthaginenſi anni 525.

davi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* [1] E diverſo mihi eſt (Reſtitutus. *Et accedente Reſtituto epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.*) Reſtitutus epiſcopus plebis [2] Simingitenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato,* (*idem dixit.* Catholica eſt omnis.) *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Octavius epiſcopus plebis [3] Utimmenſis coram viro clariſſimo Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E contrario mihi eſt Bonifacius. *Et accedente Bonifacio epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* [4] Victorinus epiſcopus plebis Tabudenſis coram viro clariſſimo Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Argutus. *Et accedente Arguto epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Maximinus epiſcopus plebis Enerenſis coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt, unitatem habeo. *Quodvultdeus epiſcopus dixit.* Habet epiſcopum, ſed male habet. *Et recitavit.* Reginus epiſcopus plebis [5] Tigillavenſis coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato,* (*idem dixit.* E diverſo mihi eſt [6] Donatus.) [7] *Flavianus epiſcopus dixit.* De itinere revertit Donatus cauſa ægritudinis. *Et recitavit.* Qui ſupra pro Creſconio epiſcopo [8] Centenarienſi præſente viro clariſſimo Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine, eo quod infirmitatis cauſa præpediatur, mandante ipſo ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato,* (*idem dixit.* E diverſo eſt....) *Quodvultdeus epiſcopus dixit.* Etiam ipſe male habet. *Et recitavit.* Felix epiſcopus plebis [9] Iziranenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit.* [10] E diverſo eſt mihi Saturus. *Et accedente Saturo epiſcopo, idem dixit.* Presbyter meus erat. *Et recitavit.* Felicianus epiſcopus plebis [11] Feraditanæ minoris præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Romanus epiſcopus plebis [12] Meglapolitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo non habeo. *Felix epiſcopus dixit.* Presbyterum habemus Maximianum, præſto eſt. *Et recitavit.* Reſtitutus epiſcopus plebis Cincaritenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Campanus epiſcopus. *Et accedente Campano epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Nados epiſcopus plebis [13] Sabratenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* [14] E diverſo habui, modo non habeo. *Et recitavit.* Cultaſius epiſcopus plebis [15] Mataritanæ coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habuimus Ruſticianum, modo exivit de corpore. *Et recitavit.* Octavianus epiſcopus plebis [16] Uci maioris coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit.* Unitatem habeo. [17] *Salvianus epiſcopus dixit.* Senis Victoriani diœceſis eſt. Presbyterum habet Januarium. *Et recitavit.* Salargius epiſcopus plebis

---

1 *E diverſo. Reſtitutus.*) Epiſcopus Membreſſitanus a Primiano Epiſcopo Carthaginenſi ordinatus in locum Salvii dejecti ſententia Concilii Bagaienſis anno 304 ut docet Auguſtinus lib. 4. contra Creſconium cap. 48. Salvii dejectionem habes ſupra in ſententia Concilii Bagaienſis.

2 *Simingit.*) In Concilio Carthaginenſi anni 525. ſubſcribit Creſconius Epiſcopus plebis Simingitanæ. Sed illic adnotatum non eſt in qua Africæ parte ſita fuerit hæc plebs.

3 *Utimmen.*) in proconſulari, ut patet ex notitia Epiſcoporum Africæ, ubi nominatur Reparatus Utimmenſis. Sed Ortelius legit *Utimlenſi* in veteribus membranis Ludovici Halleri ab Hallerſtein.

4 *Victorinus Tabuden.*) in Numidia, ut docet Notitia. Adeum fortaſſe ſcripta eſt epiſt. 217. ſancti Auguſtini. Primatem enim ſe Numidiæ ferebat adverſus Xantippum. Porro iſtic ſcriptum erat *Tabudenſis*. Nos emendavimus, tum quia paulo poſt idem ſubſcribens pro Gorgonio Epiſcopo Liberalienſi ſe Epiſcopum Tabudenſem vocat, tum quia infra cap. 202. quum recitantur nomina Epiſcoporum Donatiſtarum, legitur *Argutus Epiſcopus Tabudenſis*.

5 *Tigillav.*) in Numidia, ut docet notitia Africæ.

6 *Donatus*) Epiſcopus Tigillabenſis ex parte Donati.

7 *Flavianus epiſc.*) Pauzerenſis, infra cap. 187.

8 *Centenar.*) in Numidia, ut docet eadem notitia.

9 *Iziranen.*) Puto mendum hoc eſſe & pro *Iziranenſi* legendum eſſe *Hizirdadenſi*, ut habet notitia, aut notitiam hinc emendandam eſſe. Porro hæc plebs fuit in Numidia, ſecundum notitiam.

10 *E diverſo*) Puto hoc nonnulla deeſſe, nimirum nomen Donatiſtæ qui fuit adverſarius Felicis Epiſcopi Iziranenſis & nomen Epiſcopi Bizacenſis catholici, cujus adverſarius erat Saturus. Nam Saturus, qui hoc dicitur adverſarius Felicis Epiſcopi Iziranenſis, infra c. 198 vocatur Epiſcopus Bizacenſis.

11 *Ferad. min.*) Duo fere oppida Feraditana in Africa, majus & minus. Majus fuit in provincia Byzacena, ut patet ex notitia. An minus in eadem provincia fuerit, incompertum mihi eſt.

12 *Meglapolit.*) Vir clariſſ. Joannes Garnerius emendavit *Megalopolit.* & neſcire ſe ait in qua parte provinciæ proconſularis ſita fuerit Megalopolis. At vetus codex diſerte ſcriptum habet *Meglapolit.* Præterea in notitia Epiſcoporum Africæ recenſetur Coronius Meglapolitanus. Denique in epiſtola Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP. reperitur nomen Reparati Epiſcopi ſanctæ Eccleſiæ Meglapolitanæ.

13 *Sabratenſi*) in provincia Tripolitana, ut docet notitia. Utar autem hac occaſione ut emendem quemdam locum e libro primo Victoris Vitenſis: ubi commemorans Epiſcopos relegatos a Geiſerico Rege, inter hos ponit *Tripolitanos duos, Viceſſabratenum & Creſconium Oenſem*, ubi quidam codices habent *Victi*. Sane in uno optimo codice Mſ. bibliothecæ Colbertinæ ſcriptum eſt diſerte *Victi Sabratenum*, duobus vocabulis disjunctis. Legendum quippe *Victi Sabratenum*, *ut Victi* ſit nomen Epiſcopi, *Sabratenum* vero nomen ſedis. Sic *Creſcet* & *Creſcit* interdum ſcribebant Afri pro *Crejcent*, ut patet ex notitia Africæ & ex epiſtola Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham C. P.

14 *E diverſo habui*) nimirum Donatum Sabratenſem, qui interfuit Concilio Cabarſuſſitano, & damnatus eſt in Bagaienſi.

15 *Matarit.*) in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

16 *Uci majoris.*) Antea legebatur *Ucimajus* unico vocabulo. Nos diſtinximus. Plin. l. 5. cap. 4. inter oppida Africæ nominat *Uciam duo, majus & minus*.

17 *Salvianus epiſc.*) Leptitanus ex parte Donati.

bis [1] Lampuenſis coram v.c.Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Valentinianus Diaconus Primiani epiſcopi dixit.* Senis Cartheri eſt plebs: ſed abſens eſt, pedibus laborat: propterea venire non potuit. *Et recitavit.* Victorinus epiſcopus plebis Tabudenſis pro Gorgonio conſacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberalienſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino, mandante ipſo ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem Gorgonius dixit.* Baſilicam mihi depoſuerunt hæretici, ſolus ſum. *Protaſius epiſcopus dixit.* Habemus illic Victorem epiſcopum. *Et recitavit.* Fortunatus epiſcopus loci [2] Caſenſis Calanenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Solus ſum. *Veriſſimus (epiſcopus) dixit.* Presbyter eſt ibi Victorinus. *Et recitavit.* Theaſius epiſcopus plebis [3] Membloſitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Sola unitas eſt illic eccleſiæ catholicæ. *Salvianus epiſcopus dixit.* Tempore perſecutionis ſuccubuit illic epiſcopus qui illic fuit. *Et recitavit.* Probantius epiſcopus plebis [4] Troſimianenſis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Solus ſum. *Valentinianus Diaconus dixit.* Presbyterum habet. *Et recitavit.* Dulcitius epiſcopus plebis [5] Tacapitanæ præſente v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* (Habeo alium contra me.) *Valentinianus Diaconus dixit.* Felix dicitur. Hic eſt, ſed male habet. *Item recitavit.* Catulinus epiſcopus plebis Gittenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas eſt. *Valentinianus Diaconus epiſcopi Primiani dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Villaticus epiſcopus plebis Sinnipſenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitas eſt. *Et recitavit.* Hilarianus epiſcopus plebis [6] Hiltenſis coram v. c. Tribuno, & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato,* (*idem dixit.* E diverſo habeo neminem.) *Et accedente Victore epiſcopo, idem dixit.* Modo ſum illic ordinatus, [7] non me novit. *Hilarianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Non habet. *Et recitavit.* Januarius epiſcopus eccleſiæ [8] Giſipenſis majoris coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Severianus Epiſcopus [9] Ceramunenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt omnis. *Habetdens Diaconus epiſcopi Primiani dixit.* Habemus ſenem Adeodatum. *Severianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Oſtendat illum. *Adeodatus epiſcopus dixit.* In plebe mea eſt Milevitana Ceramuſſa.

CXXXIV.

Severianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Omnis ab origine catholica eſt ibi, nunquam ibi fuerunt Donatiſtæ. *Adeodatus epiſcopus dixit.* In plebe mea eſt. Per violentiam inde excluſit omnes (Clericos) & Presbyteros. *Severianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Mentitur, teſte Deo *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Illud ſanctitas tua ſimpliciter dignetur edicere, utrum in ea plebe epiſcopus nunc ſit. *Adeodatus epiſcopus dixit.* In plebe mea eſt, circum circa meum eſt totum. Etiam mei terrore ſuccubuerunt omnes qui in eodem loco conſtituti erant. *Severianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Mentitur. *Et recitavit.*

1 *Lampuenſi*) ſive Lamſuenſis in Numidia, cujus Epiſcopus Maximus ejectus eſt ab Hunerico Rege Vandalorum. Pontius Epiſcopus plebis Lamſuenſis interfuit Concilio Carthaginenſi Bonifacii. Vide autem an Lamſoctenſe oppidum, cujus in l. 29. meminit Amm. Marcellinus, idem eſſe poſſit cum Lamſuenſi.

2 *Caſ. Calan.*) in Numidia, ut patet ex notitia.

3 *Membloſi.*) in provincia proconſulari, ut docet eadem notitia. Porro de Theaſio vide quæ infra dicuntur in collat. 3. cap. 141.

4 *Troſimian.*) ſive Troſinianenſis in provincia Bytacena, ut intelligitur ex eadem notitia.

5 *Tacapit.*) in provincia Tripolitana, ut docet notitia. Hinc ergo diſcimus cujus ſedis Epiſcopus fuerit Dulcitius Epiſcopus Tripolitanus qui nominatur in actis Concilii quod anno 403. habitum eſt apud Carthaginem. *De Tripolitanis vero fratribus noſtris hoc potuit condiſcere, quod Dulcitium fratrem noſtrum deſtinaverint legatum.*

6 *Hilten.*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P. Sic nonnulli putant emendandum eſſe Concilium S. Cypriani eo loco ubi legitur *Cæcilius a Bilta.* Verum & Hilta fuit in Africa, & Bilta ſive Vilta, ut apparet ex hac collatione & ex epiſtola mox laudata. Itaque neceſſaria non eſt emendatio. Neque magis probo conjecturam Holſtenii, qui in epiſt. 262. S. Auguſtini reponi vult *Hiltenſi* pro *Hilarenſi*. Nihil enim obſtat quin ſicut duo loca fuerunt in Africa quorum unum vocabatur Hilta, aliud Bilta, ſic duo fuerint, quorum unum Hilta vocaretur, aliud Hilara.

7 *Non me novit*) Sic infra cap. 143. Urbanus Epiſcopus Vicenſis Donatiſta ait ſe non noſſe Afterium Epiſcopum Vicenſem catholicum.

8 *Giſip. maj.*) in provincia proconſulari, ut patet ex notitia & ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham C. P.

9 *Ceramunenſi*) in indiculo capitulorum, *De Epiſcopo & Eccleſia Ceramuſſenſe.* Supra cap. 65. & haec paulo poſt ſcriptum eſt *Ceramuſſa* in reſponſione Adeodati, qui tergiverſatur, neque clare reſpondet an ipſe eſſet Epiſcopus Ceramuſſenſis, quod tum quærebatur, ſed tantum Ceramuſſam eſſe in plebe ſua Milevitana. Iterum Cernamuſa, quæ infra c. 179 commemoratur, diverſa fuit a Ceramuna ſeu Ceramuſſa. Argumento illud eſt, præter ea quæ illic dicentur, quod hic Severianus Epiſcopus Ceramunenſis catholicus affirmat ſe non habere adverſarium, & non convincitur mendacii. Et in c. illo 179. Sarmentius Epiſcopus Cernamuſenſis Donatiſta poſtulat ut geſtis inferatur ſe non habere adverſarium in plebibus ſuis. Quod dicere non potuiſſet ſi quis in ea diœceſi fuiſſet Epiſcopus catholicus. Ceramuna ergo, ut ego quidem arbitror, erat in Mauritania Sitifenſi. Nam in cod. canonum Eccleſiæ Africanæ c. 127. reperio Severianum Epiſcopum Mauritaniæ Sitifenſis, cujus ſedes illic non nominatur, per ea omnino tempora floruiſſe. Certe contentio illa inter Severianum & Adeodatum oſtendit Ceramunam ſive Ceramuſſam fuiſſe ſitam in confinio diœceſis Milevitanæ, id eſt, in limite Numidiæ & Mauritaniæ Sitifenſis, quæ inter Numidiam & Mauritaniam Cæſarienſem, in qua Ternamuſa, interjacet. Porro, ut in itinerario Antonini ſcriptum eſt, *flumen Malva dirimit Mauritaniat duas.* In nomenclatura Epiſcoporum Mauritaniæ Sitifenſis quos Hunericus Rex Vandalorum exagitavit, recenſetur *Montanus Cadamuſenſis.* Quod fortaſſis ita emendandum eſt ut legatur *Ceramuſenſis.*

CXXXV.

Dominicus Epiſcopus plebis [1] Bullenſium regiorum præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Felix, ſed [2] unus eſt qui illi communicat. *Et accedente Felice epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* [3] Valentinus epiſcopus Vajanenſis pro conſacerdote meo Regino Eccleſiæ [4] Vegeſelitanæ, qui hic apud Carthaginem infirmitatis cauſa detinetur, præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi. *Quo recitato, Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* [5] Male habet. *Habetdeus Diaconus dixit.* [6] Gavinus præſto eſt. *Et recitavit.* Reparatus epiſcopus plebis [7] Sufaſaritanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habet, fuit ibi *Habetdeus diaconus dixit.* Modo receſſit. *Et recitavit.* Proculus epiſcopus plebis locis [8] Serrenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem habeo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Publicius epiſcopus [9] Gratianopolitanæ plebis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Deuterius eſt ſolus ſine plebe. *Deuterius epiſcopus dixit.* Quia & domos dejeciſti, & perſecutionem mihi feciſti. *Et recitavit.* Maximianus epiſcopus plebis [10] Zugabbaritanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo habeo Germanum. *Et accedente Germano epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Pompejanus Epiſcopus [11] Sucardenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Hic eſt, ſed ægrotat. *Et recitavit.* Fortunatus epiſcopus plebis [12] Ruſuccurritanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit.* E diverſo mihi eſt Optatus. *Et accedente Optato epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor Epiſcopus plebis [13] Bartimiſienſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Reſtitutianus epiſcopus plebis [14] Sulullitanæ coram viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Omnis catholica eſt, omnes catholicos habemus. *Valentinianus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Helpidius epiſcopus plebis [15] Aquenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Reparatus epiſcopus. *Et accedente Reparato epiſcopo, idem dixit.* Ipſe eſt, agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor epiſcopus plebis [16] Malianenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo mihi eſt Neſtorius. *Et accedente Neſtorio epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Ego Reſtitutus epiſcopus petitum me a Victore Epiſcopo [17] Mammillenſi coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi cum ſupraſcripta mihi mandaſſe. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Serenianus. *Et accedente Sereniano epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Victor epiſcopus plebis [18] Tabaicarienſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Marcianus. *Et accedente Marciano epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum, *Et recitavit.* Victor epiſcopus plebis [19] Timicitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Optatum e diverſo. *Et accedente Optu-*

1 *Bullen. reg.*) Duplex fuit Bulla civitas in Africa, utraque in provincia proconſulari; quarum una dicta eſt ſimpliciter Bulla, alia Bulla regia. Utriuſque mentio extat in notitia Epiſcoporum Africæ. Regiæ vero mentio eſt etiam in itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana. Concilio Carthaginenſi ſub Genethio interfuit Epigonius Epiſcopus Bullenſium regiorum.

2 *Unus illi comm.*) id eſt, ferme ſolus eſt Donatiſta in plebe mea, cum nullus illi communicet præter unum tantum. Sic paulo poſt Deuterius Epiſcopus Gratianopolitanus Donatiſta dicitur eſſe ſolus ſine plebe.

3 *Valentinus Vajan.*) Antea legebatur *Valentinianus Vaienſis*, certo errore. Nos emendavimus. Vide quæ dicta ſunt ſupra cap. 99.

4 *Vegeſelit.*) Vide quæ ſupra dicta ſunt cap. 133.

5 *Male habet*) Puto hic legi debere, *Non habet*, id eſt, adverſarium. Nam ſtatim Habetdeus Diaconus Primiani objicit Gavinum Epiſcopum Vegeſelitanum Donatiſtam præſto eſſe.

6 *Gavinus*) Antea ſcriptum erat *Gavinius*, etiam in veteri codice. Nos emendavimus, tum quia infra c. 187. quum ejus nomen recitatur, Gavinus dicitur, tum quia S. Auguſtinus lib. 1 contra Gaudent. cap. 12. & 33. memimit cujuſdam Gabini Epiſcopi Donatiſtæ qui ad catholicam veritatem tranſierat, id eſt, ut puto, iſtius noſtri.

7 *Sufaſarit.*) in Mauritania Cæſarienſi; ut patet etiam ex itinerario Antonini, ubi Sufaſar recenſetur inter oppida illius provinciæ. In notitia Epiſcoporum ejuſdem provinciæ nominatur Victor Sufaritanus, itemque Romanus Sufaritanus; quorum unus fortaſſis erat catholicus, alter Donatiſta converſus. Sane utrobique videtur legendum *Sufuſaritanus*.

8 *Serren.*) ſive Sertenſis in Mauritania Cæſarienſi, ut habet notitia.

9 *Gratianopol.*) In Mauritania Cæſarienſi, ut docet eadem notitia.

10 *Zugabbar.*) Antea legebatur *Suboabburitenſis*. Nos emendavimus ex capite 182. ubi rurſum nominatur ejus adverſarius Germanus.

11 *Sucarden.*) in eadem Mauritania, ut docet notitia.

12 *Ruſſuccurrit.*) in eadem Mauritania, ut tradit notitia.

13 *Bartimit.*) in eadem Mauritania; ut patet ex notitia, ubi ſcriptum eſt *Vardimiſſenſis*.

14 *Sulullit.*) in Mauritania, ut opinor. Quippe omnes Epiſcopi iſti conſequenter ſunt ex ea provincia.

15 *Aquenſi:*) in eadem provincia, ut patet ex notitia. Victor Vitenſis lib. 1. commemorat Creſcentem metropolitanum Aquitaniæ civitatis, id eſt, ut ego quidem arbitror, Aquenſis in Mauritania. Nam quod vir clariſſimus Chriſtianus Lupus in diſſertatione de appellationibus Eccleſiæ Africanæ cap. 2. hæc emendat *Mauritaniæ cimenſis*, merum commentum eſt, cum nulla in Africa civitas fuerit iſtius nominis. Variæ ſunt inflexiones vocabulorum quæ deſcendant ab Aquis, & idem omnes ſignificant. Itaque & Aquenſes olim dicebant & Aquitanos, ut patet etiam ex Plinio lib. 4. cap. 19.

16 *Malianen.*) in eadem Mauritania, ut colligitur ex itinerario Antonini.

17 *Mamillen.*) in eadem provincia, ut traditur in notitia Africæ.

18 *Tabaicar.*) ſive Tabadcarenſis in eadem provincia, ut videre eſt in eadem notitia.

19 *Timicit.*) in eadem Mauritania Cæſarienſi, ut ſcribitur in notitia.

Optato, idem dixit. Ipſe eſt. *Et recitavit.* Bonifacius epiſcopus, plebis [1] Vallitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Non habeo. *Valentinianus Diaconus dixit.* Defunctus eſt ante annos ſeptem. Reſtitutus dictus eſt. *Et recitavit.* Qui ſupra pro Limeniano epiſcopo plebis [2] Taprurenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſubſcripſi eum præſentem Carthagine mandaſſe. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Contra non habemus. *Et recitavit.* Proculus Epiſcopus plebis [3] Giutſitenſis ſalariæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habet Presbyterum Lillybium. *Et recitavit*: Auxilius Epiſcopus plebis [4] Nurconenſis coram v.c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Unitatem poſſidemus, quod omnes ſciunt Cæſarienſes. Hic eſt [5] Severinus, dicat. *Severinus epiſcopus dixit.* Nunquam habuit. *Et recitavit.* Menſurius Epiſcopus plebis [6] Medeſeſſitanæ coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato (idem dixit.* Neminem habeo contra me.) *Valentinianus Diaconus dixit.* Modo exivit de corpore. *Et recitavit.* [7] Honorius Epiſcopus pro Januario fratre & coepiſcopo meo plebis [8] Caſarum Medianenſium Carthagini conſtitutus præſente v.c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi, & pro eo ſubſcripſi. *Quo recitato, & accedente Januario epiſcopo catholico, idem dixit.* E diverſo eſt mihi Æmilianus. *Et recitavit.* Adeodatus epiſcopus plebis [9] Simidiecenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Ego Reſtitutus Epiſcopus pro Solemnio collega meo plebis [10] Tigiſitanæ præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato idem dixit.* E diverſo eſt Paſchaſius. *Et accedente Paſchaſio, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Lampadius xpiſcopus plebis [11] Tiſeditenſis coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* Et diverſo (eſt mihi Donatus. *Et accedente Donato, idem dixit.*) Agnoſco illum. *Et recitavit.* Cyprianus epiſcopus plebis [12] Tuburbitanorum majorum præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Rufinus. *Et accedente Rufino, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Donatianus epiſcopus plebis [13] Zellenſis præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo habeo Natalicum. *Et accedente Natalico epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco illum. (*Et recitavit.*)

CXXXVI.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ [14] Tagaſtenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* Utinam quemadmodum Tagaſtis antiqua unitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus.

CXXXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Mala eſt unitas innocentiæ & criminis. Non poſſunt utraque juxta miſceri. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi. *Et recitavit.*

CXXXVIII.

1 *Vallit.*) Apud Optatum lib. 2. mentio eſt Bonifacii Ballitani, qui fuit Donatiſtarum Epiſcopus Romæ poſt Victorem Garbienſem. Vallim, unde puto deductum Vocabulum, in provincia proconſulari locant Itinerarium Antonini & tabula Peutingeriana. Reſtitutus Epiſcopus Vallitanus interfuit Concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio. Vallitam porro, unde dictus Epiſcopus Vallitanus, vir doctiſs. eum Volita confundit, eumdem putans eſſe Epiſcopum Vallitanum & Volitanum. Verum huic ſententiæ repugnant hæc geſta. Nam iſthic nominatur Bonifacius Epiſcopus Vallitanus catholicus, qui non habebat adverſarium in plebe ſua. At ſupra c. 128. recenſetur Criſpulus Epiſcopus Eccleſiæ Volitenſis catholicus, & ejus adverſarius Quodvultdeus Donatiſta.

2 *Taprur.*) In codice MS. & in vulgaris editionibus legitur *Traprurenſis*. Idem locus *Taparura* vocatur in tabula Peutingeriana, *Taphrura* apud Ptolemæum, & *Taphra* a Plinio. Verumtamen, ut ego quidem arbitror, illius nomen eſt *Tapruræ*. Vide infra cap. 187 ubi agitur de Marco Epiſcopo Midicenſi.

3 *Giutſ. ſalaria*) Hæc eſt ſcriptura veteris libri, quam Maſſonus mutavit in *Gitenſitenſis ſalaria*, & Pithœus non emendavit. Recte autem hanc urbem a Giſipa diſtinxit Henricus de Noris.

4 *Nurconen.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut patet ex his quæ ſtatim dicuntur. Patet etiam ex notitia epiſcoporum illius provinciæ, inter quos recenſetur Maddanius Murconenſis.

5 *Severinus*) Epiſcopus Caſtellanus in eadem Mauritania, qui rurſum nominatur infra cap. 180.

6 *Medeſeſſit.*) ſive Meneſeſſitanus in provincia Byzacena, ut patet ex notitia Epiſcoporum Africæ. Menepheſeos in Byzacio ſitæ meminit Procopius lib. 2. de bello Vandal. cap. 23.

7 *Honorius Epiſc.*) Cellenſis ſupra cap. 125.

8 *Caſar. Median.*) in Numidia, ut patet ex notitia.

9 *Simidiec.*) in provincia proconſulari, ut liquet ex Concilio Carthaginenſi anni cccexix. in quo Adeodatus Epiſcopus Simidicenſis nominatur inter legatos provinciæ proconſularis.

10 *Tigiſit.*) in Numidia. Procopius lib. 2. de bello Vandal. cap. 10. *Caſtellum quoque ſtruxerunt in urbe Numidia ubi eſt urbs jam antea Tigiſis.* Notus eſt Secundus Epiſcopus Tigiſitanus tempore perſecutionis Diocletiani; *qui tunc agebat in Numidia primatum*, ut in epiſtola 162. ait Auguſtinus. Porro cum duo oppida Tigiſitana fuerint in Africa, unum in Numidia, aliud in Mauritania Cæſarienſi, hinc cogor exiſtimare Solemnium iſtum fuiſſe Epiſcopum Numidam, quod Reſtitutus Epiſcopus, qui alius eſſe non poteſt quam Novaſinnenſis, pro eo ſubſcribit.

11 *Tiſedit.*) Vir doctiſſ. Joannes Garnerius contendit legendum heic eſſe *Tididitanus*, quod notitia Epiſcoporum Numidarum meminerit Abundii Tididitani. Contra vir item doctiſſimus Henricus de Noris ſuſpicatur corrigendum fortean ex collatione locum notitiæ, quia rurſum infra cap. 198. memoratur Donatus Epiſcopus Tiſeditenſis Donatiſta. Sane cum videam hæc duo vocabula compoſita eſſe ex literis quæ ſæpe commutantur inter ſcribendum, facile aſſentior iiſdem viris doctiſſimis exiſtimantibus Tididitanam & Tiſeditenſem unam eamdemque Eccleſiam fuiſſe.

12 *Tuburb. maj.*) in provincia proconſulari, ut antea diximus.

13 *Zellen.*) Hinc conſici poſſe puto Zellam differre a Tela. Nam Natalicus Donatiſta, adverſarius iſtius Donatiani, nominatur rurſum infra c. 163. inter Epiſcopos Donatiſtas. At cap. 207. apparet Felix Epiſcopus Telenſis Donatiſta. Quod evincit, ut dicebam, Telam & Zellam differre. Fatendum eſt Concilio Cabarſuſſitano ſub ſcripſiſſe Natalicum Epiſcopum Telenſem.

14 *Tagaſt.*) in Numidia, ut docet notitia. Notum eſt autem eam fuiſſe patriam ſancti Auguſtini, quam ipſe in epiſtola 223. vocat patriam ſuam carnalem.

CXXXVIII.

Auguſtinus Epiſcopus eccleſiæ [1] Hipponienſium regiorum Carthagini conſtitutus præſente viro clariſſimo Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato, & accedente Macrobio epiſcopo idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* [2] Vincentius epiſcopus eccleſiæ Culuſitanæ Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. *Habetdeus Diaconus dixit.* Habuit, ſed modo communicavit [3] ipſis. *Et recitavit.* Fortunatus epiſcopus eccleſiæ [4] Conſtantinienſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo habeo Petilianum.

CXXXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Ipſe eſt eccleſiæ perſecutor in eadem civitate ubi ego epiſcopus ſum. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit.* Et paulo ante jaculatus es injuriam, & non recepiſti. *Fortunatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* In eadem civitate ab hæreticis omnia altaria confracta ſunt. *Petilianus epiſcopus dixit.* Perſecutorem te eſſe acta conti-C neant. Loco ſuo audies quæ mereris. *Et recitavit,* [5] Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ [6] Siccenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato idem dixit.* Unitatem eccleſiæ Siccenſis novi, [7] epiſcopum quidem tantum nomine audivi. *Et recitavit.* [8] Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ [9] Calamenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum A ſuſcepi & ſubſcripſi. *Petilianus epiſcopus dixit.* [10] Criſpinus proximo tempore exivit de corpore. *Et recitavit.* [11] Florentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ [12] Hipponenſium Zaritorum Carthagine conſtitutus coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo eſt Victor. *Habetdeus Diaconus dixit.* Cuſtos datus eſt codicum. Vide ſupra cap. 131.

CXL.

Petilianus epiſcopus dixit. Jamdudum inter defenſores quibus mandatum eſt adverti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. Nunc quo-B que ipſos mandatores eſſe recitari percipio. Quæ eſt iſta diverſitas? Nemo unquam ſibi mandavit.

CXLI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrum eorum qui cauſam peragendam ſuſceperunt par atque ſimilis ſit ſubſcriptio recitetur. *Et recitavit.* Fortunatus epiſcopus eccleſiæ Conſtantinenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Fortunatianus eccleſiæ Siccenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino hoc mandatum ſuſcepi & ſubſcripſi. *Quo recitato.*

CXLII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Pervidet ſanctitas veſtra ſubſcriptionibus ſuis eos de ſuſcepto mandato fuiſſe profeſſos. Unde cetera per ordinem relegantur. *Et recitavit.* Sereni anus epiſcopus [13] Miditenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcelli-

---

1 *Hippon. reg.*) in Numidia; ut ſatis notum eſt, & patet ex pluribus Auguſtini locis, & ex vita ejus a Poſſidio ſcripta.

2 *Vincent. Culuſit.*) magni tum nominis Epiſcopus, qui in collatione iſta fuit unus ex ſeptem Epiſcopis catholicis electis ad agendam cauſam contra Donatiſtas. Ejus mentionem facit Paulinus in vita S. Ambroſii c. ult. ubi male vocatur Goloſſitanus Epiſcopus. Idem interfuit Concilio Carthaginenſi anni CCCCXIX. inter Epiſcopos provinciæ proconſularis. Nominatur etiam in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 127.

3 *Ipſis*) id eſt, catholicis, ideoque a nobis receſſit.

4 *Conſtantin.*) five Cirtenſis in Numidia, ut ſatis notum eſt.

5 *Fortunatianus Sicc.*) Ad eum extat commonitorium de viſione Dei inter epiſtolas Auguſtini. Illi porro in cathedra Siccenſi circa annum CCCCXII. ſucceſſiſſe Urbanum putant viri doctiſſimi qui ejuſdem Auguſtini lucubrationes melioris editionis honore donant.

6 *Siccenſis*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Siccenſis Epiſcopus dictus a Sicca Veneria, cujus mentio extat in Itinerario Antonini, in tabula Peutingeriana, & apud Procopium lib. 2. de bello Vandal. cap. 24. ubi ait illam tridui itinere diſtare a Carthagine.

7 *Epiſcopum audivi*) Is infra cap. 108. vocatur Paulus. Mirum eſt autem non contra ſteriſſe quum hæc relegerentur.

8 *Poſſidius*) Notiſſimum eſt iſtius viri nomen, eo præcipue quod vitam ſancti Auguſtini ſcripſerit.

9 *Calamen.*) in Numidia, ut omnibus notum eſt, & conſtat etiam ex Auguſtino.

10 *Criſpinus*) Epiſcopus Calamenſis in Numidia, ut docet etiam epiſtola 162. Auguſtini ad eum ſcripta, in qua legitur: *Ambo in Numidia fumus.* Erat autem Calama poſita inter Cirtam & Hipponem, ſed tamen Hipponi vicinior, ut Auguſtinus ait in libro ſecundo contra literas Petiliani cap. 99. ad eumdem extat epiſtola 173. ejuſdem Auguſtini, in qua eum objurgat quod odoginta Mappalienſes vi rebaptizaſſet. De quo etiam agit in libro ſecundo contra literas Petiliani cap. 83. & 99. Obiit ergo Criſpinus, *multo tempore dudum*, ut in vita Auguſtini cap. 12. ait Poſſidius, id eſt, Epiſcopus multorum annorum, anno CCCCXI. inſtante collatione, ut apparet ex hoc loco. Ex quo conſequitur libros Auguſt. adverſus literas Petiliani ſcriptos eſſe ante collationem, cum illic loquatur de Criſpino vivente. De eodem Criſpino agit etiam lib. 3. contra Creſconium cap. 46. & ſeqq.

11 *Florentius*) Hunc ego puto diverſum non eſſe ab eo qui cum aliis collegis ſuis legationem ſuſcepit adverſus Donatiſtas in Concilio Carthaginenſi habito anno CCCCX.

12 *Hippon. Zarit.*) In vetere libro legitur *Hipp. Zarſor.* Ex quo Maſſonus effecit *Hyppenſis Zaritorenſis*, quam leſtionem retinuiſſe mitor Petrum Pithœum. Facilis enim & obvia erat emendatio, quæ & mihi ſtatim occurrit, & ante me etiam Chriſtophoro Juſtello ad canonem 79. collectionis Africanæ. Vide quæ de hoc argumento dicta a nobis ſunt in notis ad librum Lactantii de mortibus perſecutorum. Ea lectio orta eſt ex conſuetudine veterum, qui ſæpe pro *dta* ſcribebant, ut jam dictum a nobis eſt. Nam & apud Luciferum Calaritanum in libro de non parcendo in Deum delinquentibus ſcriptum ſæpe eſt *odias* pro *Oſeæ*. Vide gloſſarium Dufreſnii in verbo *Zabulus*, & Suritæ emendationes in Itinerarium Antonini pag. 196. De Hippone Diarrhyto, & unde ita dictus ſit, vide Salmaſium ad Solinum pag. 321.

13 *Miditen.*) In Provincia Byzacena, ut docet Notitia in qua inter Epiſcopos Byzacenos recenſetur Eubodius, ſive Euvodius Epiſcopus Miditanus. Miditenſis Epiſcopatus fuit in Numidia, ut adnotatur infra.

cellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* Catholica eſt. [1] *Peregrinus Sufetanus epiſcopus dixit.* Presbyterum illic habeo Victorem. Diœceſis mea eſt. [2] *Victor epiſcopus dixit.* Adſum. Scriptum ſit ſi ipſe Florentius bene me agnoſcit, qui me perſecutus eſt innocentem, quem apprehendit, & in cuſtodiam officii dedit necandum, ubi triennium temporis feci.

CXLIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Iſta ſuo ordine, cum putaveris, peragentur. *Et recitavit.* Novatus epiſcopus eccleſiæ [3] Sitiſenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo habeo Marcianum. *Et accedente Marciano epiſcopo, idem dixit.* Agnoſco perſecutorem meum. *Et recitavit.* Maurentius epiſcopus eccleſiæ [4] Tuburſicenſis Carthagini conſtitutus præſente v.c.Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Januarianum habeo. *Et accedente Januariano, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* [5] Bonifacius epiſcopus eccleſiæ [6] Cataquenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi Carthagine. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Speratus eſt mihi. *Et accedente Sperato, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Squillacius epiſcopus eccleſiæ [7] Scillitanæ Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* E diverſo Donatum habeo. *Et accedente Donato, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* [8] Priſcus epiſcopus eccleſiæ Quidienſis Carthagine conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit* Non habeo Donatiſtas. Qui illic fuit cum paucis parentibus ſuis, cum ipſis converſus eſt. *Honoratus epiſcopus dixit.* Epiſcopus noſter [9] Quizicenſis ſuccubuit in perſecutione. Presbyteri noſtri ſunt illic. *Et recitavit.* Deuterius epiſcopus [10] Cæſarienſis Carthagine conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi (& ſubſcripſi.) *Quo recitato, Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Cuſtos eſt tabularum. *Valentinianus Diaconus Epiſcopi Primiani dixit.* [11]. Emeritus eſt illic. *Et accedente Emerito, idem dixit.* Agnoſco eum. *Et recitavit.* Reſtitutus epiſcopus [12] Tagorenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. Tribuno & & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi (& ſubſcripſi.) *Quo recitato, Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Etiam ipſe cuſtos eſt tabularum. *Valentinianus Diaconus epiſcopi Primiani dixit.* Non habemus. *Et recitavit.* Leo epiſcopus municipii [13] Moptenſis Carthagine conſtitutus præſente v. c. Tribuno & Notario Marcellino ſupraſcripta mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato, idem dixit.* Habeo Felicem. *Et accedente Felice, idem dixit.* Agnoſco illum. *Et recitavit.* Aſterius epiſcopus plebis [14] Vicenſis Carthagine conſtitutus coram v. c. Tribuno & Notario Marcellino (ſupraſcripta) mandavi & ſubſcripſi. *Quo recitato idem dixit.* In ipſo ſolo mecum alius epiſcopus non eſt: *Et accedente* [15] *Urbano epiſcopo, idem dixit.* Deus videt quia non illum novi.

Vide ſupra cap. 132.

CXLIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. [16] Jamdudum me obtuliſſe ſanctitati veſtræ ſat certum eſt ut competenti reverentia ſedentes omnia tractaretis, ſiquidem mihi oneroſum eſt non neſcio tot venerabilibus viris ſtantibus reſidere. Unde vel nunc, multitudine ſequeſtrata, [17] ſedere dignemini.

CXLV.

Petilianus epiſcopus dixit. Agimus gratias honorificentiæ tuæ, vir nobilis, quod talis ac tanta

---

1 *Peregrinus Sufet.*) Iſte non erat catholicus, ſed Donatiſta. Vide infra cap. 187.

2 *Victor. Epiſc.*) Hipponenſium Diarrhytorum, Donatiſta. Nominatus fuerat paulo ante, & non comparuerat. Nunc ſe adeſſe teſtatur.

3 *Sitifen.*) in Mauritania Sitifenſi, qui Concilio Carthaginenſi interfuit anno CCCCXIX.

4 *Tuburſic.*) in Numidia ut patet ex notitia. Hinc ergo intelligimus cujus ſedis Epiſcopus fuerit Maurentius Epiſcopus laudatus in Codice canonum eccleſiæ Africanæ cap. 100.

5 *Bonifacius*) Ejus mentionem facit S. Auguſtinus epiſt. 124. & 129. ex quibus conſtat eum ſucceſſiſſe Paulo.

6 *Cataquen.*) in Numidia, ut opinor. Nam in notitia Epiſcoporum illius provinciæ recenſetur *Paſcentius Cethaquenſis ſive Cathaquenſis*. In vetuſtiore exemplari ex quo hæc notitia primo deſcripta eſt, haud dubie ſcriptum erat *Cethaquenſis*. Poſtea is qui contulit, aut ſtudioſus quidam, admonuit in margine legendum eſſe *Ca* in prima ſyllaba. Deinde imperitus librarius locum integrum exſcripſit abſque judicio, & textum fecit quæ erat emendatio.

7 *Scillit.*) in Numidia, ut docet eadem notitia.

8 *Priſcus Quid.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut docet notitia. Hic poſtea, cum Primas ſuæ provinciæ evaſiſſet, primatum amiſit ob culpam ſuam, & tamen in epiſcopatu remanere permiſſus eſt. Vide Auguſtin. epiſt. 261.

9 *Quizicen.*) Ita nos emendavimus, cum antea legeretur *qui Zicenſium*. At Honoratus Donatiſta adverſarium Priſci Epiſcopi Quidienſis catholici ſuccubuiſſe in perſecutione. Quizicenſem ergo dixi pro Quidienſi, ſueto Afris loquendi ſcribendique modo.

10 *Cæſarien.*) in Mauritan. Eum Metropolitanum Cæſarienſem vocat Auguſtinus in initio libri de geſtis cum Emerito.

11 *Emeritus eſt illic*) id eſt, apud Cæſaream Mauritaniæ, adverſarius Deuterii. Celebre eſt viri nomen.

12 *Tagorenſis*) in Numidia, ut docet notitia.

13 *Moptenſis*) in Mauritania Sitifenſi, ut patet ex Concilio Carthaginenſi anni CCCCXIX. cui interfuit hic Leo. Quidam codices, etiam vetuſtiſſimi, habent *Moſtenſis*. Infra cap. 180. nominatur Felix Epiſcopus Moptenſis, iſtius Leonis adverſarius.

14 *Vicenſis*) ſorte Vici pacenſis in Numidia, cujus mentio extat in notitia Africæ. Concilio Carthaginenſi ſancti Cypriani interfuiſſe legitur *Januarius a Vico Cæſaris*, in Concilio vero Cabarſuſſitano anno CCCXCII, *Paſchaſius a Vico Auguſti*. Utrum una eademque horum trium Epiſcoporum ſedes fuerit, alii inveſtigabunt. In itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana Vicus Auguſti locatur inter loca provinciæ Byzacenæ.

15 *Urbano Epiſcopo*) Vicenſi, qui nominatur infra cap. 206. inter Donatiſtas. Quare quod paulo ante dicit Aſterius in ipſo ſolo Vicenſi alium ſecum Epiſcopum non eſſe, iſtud ita intelligendum eſt ut dicamus ignorum illi fuiſſe Urbanum, ſicut ſupra pag. 204. adnotavimus de Victore Epiſcopo Hiltenſi Donatiſta. Quod confirmatur ex verbis Urbani, qui ſic ait: *Deus videt quia non illum novi.*

16 *Jamdudum*) Hinc & ex capite tertio ſecundæ cognitionis conſtat hanc quoque partem geſtorum a Marcello Memoriali omiſſam fuiſſe, in qua continebatur interlocutio Marcellini Epiſcopos invitantis ut ſederent.

17 *Sedere dignemini*) Vide S. Auguſtinum in breviculo primæ diei cap. 13.

ta eſt tua [1] pietas, ut benemeritis viris antiquiſſimiſque ſacerdotibus & tot perſecutionum palmis florentibus hanc benignitatem præſtare digneris, ut graviſſima ſenectus, quæ ornata eſt annis & meritis ſuis, ſedendo ſeſe reficiat, ne ſtando diutius laborare videatur, ne hic quoque labor oneret modicas vires ſenectutis. Sed quoniam vires Dominus ſubminiſtrat, ipſamque reverendam ſenectutem facit eſſe fortiorem, non erubeſcimus, non veremur, non evitamus, te reſidente, vir nobilis, libenter adſiſtere. Siquidem hoc nec Dominus noſter Chriſtus vitaverit, cum ante præſidem ſtetiſſe dignatus eſt, quanto magis nos non recuſamus, cum tu honorificus, tu juſtus, tu reverens, tu benignus, hanc offeras gratiam, quæ tibi a Domino remuneratore digniſſimis præmiis frequentiſſime referatur? Id autem nobis expedit, id neceſſe eſt, ut cum cauſa peroratur, cum prius incipitur, ut etiam perſonæ conſtent, ſtare ſingulos deceat quibus ſubire contingit diſceptationis examen. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

CXLVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam oblata recuſat ſanctitas veſtra, pars illa tractanda eſt, ut quia, ſicut voluit veſtra religio, univerſorum qui ſubſcripſerunt demonſtrata præſentia eſt, ſecundum formam cœleſtis oraculi, ſponſionis quoque veſtræ memores, deligatis idoneos veſtræ ſcilicet aſſertionis actores, quibus diſputantibus, atque multitudinis, ſicut ante placuit, confuſione ſecluſa, plene poſſint univerſa cognoſci.

CXLVII.

Emeritus epiſcopus dixit. Res [2] in vado eſt, mandantium perſona præſens eſt, mandatum quoque ferimus; ſed ut actorum fides etiam cum noſtra ſubſcriptione adſtipuletur, & profeſſio recitabitur, & quæ in placito ſubſcripta ſunt, actis hærebunt. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

CXLVIII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Suſceptum mandatum ab officio recitetur. *Et cum tradidiſſent*, [3] *Ruſtinianus ſcriba recitavit*. Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Kalendarum Juniarum Carthagini Januarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, [4] Primiano, Petiliano, Emerito, Protaſio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiſcopis noſtris præſentes præſentibus ſalutem. Mandamus vobis Eccleſiæ Dei cauſam, defenſoreſque vos facimus adverſus traditores perſecutoreſque noſtros, qui nos in judicio viri clariſſimi ſpectabilis Tribuni & Notarii Marcellini per ſupplicationem ſuam propoſito edicto inquietare voluerunt, ut eorum intentionibus reſpondeatis. Quicquid egeritis pro ſtatu ſanctæ Eccleſiæ ratum nos habituros noſtra ſubſcriptione profitemur. *Et alia manu*. Optamus vos in Domino bene valere & noſtri memores eſſe. *Quo recitato*

CXLIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Subſcriptiones hujus quoque mandati relegantur. *Ruſtinianus ſcriba recitavit*. [5] Januarianus epiſcopus Caſenſium Nigrenſium huic mandato noſtro ſubſcripſi. *Item alia manu*. Primianus epiſcopus Carthaginenſis huic mandato ſubſcripſi. *Item alia manu*. [6] Felix urbis Romæ epiſcopus huic mandato ſubſcripſi. *Item alia manu*. Donatus epiſcopus Botrianenſis huic mandato ſubſcripſi. *Item alia manu*. Florianus epiſcopus [7] Putizienſis ſubſcripſi. *Item alia manu*. Candorius epiſcopus Aggeritanus ſubſcripſi. *Item alia manu*. Antonianus epiſcopus [8] Lamſortenſis ſubſcripſi. *Quo recitato*

CL.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Noverimus etiam ipſorum præſentiam. (*Et alia manu*.) Recognovi.

CLI.

---

1 *Tanta eſt tua pietas*) Antea legebatur *tua præſentia*. In archetypo, ex quo vetus exemplar quo nunc utimur deſcriptum eſt, vox illa per unicam literam ꝑ ſcripta erat, quemadmodum *præſtantia* ſæpe in hoc libro ſimpliciter deſignatur per eamdem literam. Et cum vocabulum pietatis hic non occurreret librario, quæ prima vox illi in mentem venit, eam poſuit.

2 *Res in vado eſt*) In veteri libro legitur: *Res invanda eſt*. Quem locum cum Maſſonus & Pithœus viderent & indigere emendatione, repoſuerunt: *Res juranda eſt*. Verum hæc emendatio nullatenus congruit cum verbis ſequentibus. Vera lectio ea eſt quam nos aſſerimus. Verba ſunt Terentii in Andria act. 5. ſc. 2. *Omnis res eſt jam in vado*.

3 *Ruſtinian. ſcriba*) In veteri libro & in editionibus legitur *ſubſcriba*. Verum mendum hic eſſe certo probant hæc geſta, in quibus hic Ruſtinianus ſemper vocatur ſcriba Curatoris celſæ Carthaginis, hoc loco dumtaxat exceptо. Itaque nos emendavimus.

4 *Primiano*) Epiſcopo Carthaginenſi, Petiliano Conſtantinienſi, Emerito Cæſarienſi in Mauritania, Protaſio Tubinienſi, Montano Zanenſi, Gaudentio Thamugadenſi, Adeodato Milevitano. Porro Emeritum Cæſarienſem fuiſſe unum ex his ſeptem docet etiam ſanctus Auguſtinus in libro ſecundo retract. cap. 51. *Orta eſt nobis neceſſitas pergendi in Mauritaniam Cæſarienſem. Ibi apud ipſam Cæſariam Emeritum Donatiſtarum Epiſcopum vidimus, unum ſcilicet eorum ſeptem, quos pro ſua cauſa defenſione delegerant*. Vide etiam eodem libro 2. cap. 59. ubi Gaudentium quoque Thamugadenſem numerat inter illos ſeptem.

5 *Januarianus Caſ. Nigr.*) Primas hic fuit epiſcoporum Numidarum partis Donati, ut docet indiculus Poſſidii in codice Colbertino. Quod etiam indicabat lemma epiſtolæ 68. S. Auguſtini in antiquis editionibus. Fuere porro qui cenſerent ſanctum Gregorium lib. 1. epiſt. 75. vetuiſſe ne Donatiſtis liceret habere Primates, cum tamen ex verbis ejus nihil aliud poſſit colligi quam ut hi qui ex parte Donati tranſibant ad Eccleſiam catholicam, in eaque poſtea ad epiſcopatum perveniebant, ad primatus dignitatem provehi non poſſent, etiam cum ordo clericorum eos ad locum eumdem deferret.

6 *Felix ur. Ro. Epiſc.*) Felicem quendam, inquit Balduinus, qui ſe urbis Romæ epiſcopum eſſe jactabat, in hac collatione cum Donatiſtis fuiſſe acta ſignificant, ubi & Romana neſcio quæ nobilitas ſimul adeſſe dicitur. Itaque recte ſuſpicatur aliquem Donatiſtam pſeudo-epiſcopum, qui Romæ ſuis Donatiſtis Montenſibus (ut ibi appellabantur) præfuerat, urbe capta, Gothos fugientem, cum ſuis in Africam trajeciſſe & ſeſe collationi Carthaginenſi, in quam forte incidit, cupide & ambitioſe immiſcuiſſe.

7 *Putizien.*) ſive Putienſis in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

8 *Lamſort.*) in Numidia, ut docet eadem notitia. Florentius Epiſcopus plebis Lamſortenſis interfuit Concilio Carthaginenſi anni DXXV.

CLI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Tam mandatum quam ſubſcriptiones eidem cohærentes geſtis præſentibus inſerentur. Ad plenioremautem fidem pars utraque deſiguet utrum nihil de mutuis mandatis vocetur in dubium.

CLII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. Secundum ſubſcriptiones mandati ſinguli acceſſerunt noſtrorum, & profeſſi ſunt mandaſſe ſe nobis. Etiam ipſi hoc faciant; ut ſubſcriptionibus recitatis, ſinguli profiteantur mandaviſſe ſe huicque mandato ſubſcripſiſſe. *Et alia manu.* Recognovi.

CLIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ideo tranſire juſſi ſunt ſinguli ut de præſentia, non de profeſſione, conſtaret. Subſcriptiones enim tantum poſſe ſufficere nulli vocatur in dubium. Unde nunc illud quæritur, utrum utrarumque partium mandata utriſque partibus placere videantur.

CLIV.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. Sed volumus, ut ſuis ſubſcriptionibus reſpondeant per incolumitatem tuam, cognoſcant mandaviſſe ſe, quia non interfuit ſublimitas tua cum iſti ſubſcriberent. Quod clanculo fecerunt, publice profiteantur. *Et alia manu.* Recognovi.

CLV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Juſta poſcuntur, licet ſubſcriptiones certum ſit poſſe ſufficere.

CLVI.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. Ipſi nos ſollicitiores reddiderunt.

CLVII.

Rufinianus ſcriba recitavit. Januarianus epiſcopus Caſenſium (Nigrenſium.) *Et cum recitaſſet, Januarianus (Epiſcopus dixit.)* Ego & mandavi & ſubſcripſi. Scriptum ſit itaque me non habere adverſarium aliquem de parte ipſorum in plebe mea. *Rufinianus ſcriba recitavit.* Primianus epiſcopus Carthaginenſis. *Et cum recitaſſet, Primianus epiſcopus Carthaginis dixit.* Mandaveram, ſed ego hoc mandatum ſuſcepi. *Rufinianus ſcriba recitavit.* Felix epiſcopus urbis Romæ. *Et cum recitaſſet, Felix epiſcopus urbis Romæ dixit.* Et mandavi & ſubſcripſi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Ubi eſt Felix? *Et alia manu.* Recognovi.

CLVIII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Eſto quia urbis Romæ epiſcopum ſe dicit. Quare præjudicatur [1] abſenti? *Et alia manu.* Recognovi.

CLIX.

Petilianus epiſcopus dixit. [2] Quæ ratio huc eum detulerit nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic eſſe Romanam nec ipſi neſcitis. Idem igitur turbo eademque neceſſitas eum huc detulit. Ut non diſſentire videretur a nobis, & ipſe mandavit. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

CLX.

Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. Potuimus & nos tranſmarinos conducere, quorum nomina adderemus mandato *Et alia manu.* Recognovi.

CLXI.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Licet & ſanctitas veſtra plenius recognoſcat & imperiali ſit auctoritate definitum inter Africanarum provinciarum epiſcopos me tantum debere cognoſcere, tamen hoc quoque [3] ſine præjudicio epiſcopi urbis Romæ, licet ex ſuperfluo, libenter indulgeo.

CLXII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. [4] Abundat nos abſenti præjudicatile. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXIII.

Petilianus Epiſcopus dixit. In omnibus hoc ſequantur & teneant, ſe pro abſentibus & tranſmarinis nihil eſſe loquuturos. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit.* Abundat nos [5] Innocentium dixiſſe urbis Romæ eſſe epiſcopum. *Et alia manu.* Recognovi. *Rufinianus ſcriba recitavit.* Donatus epiſcopus Botrianenſis. *Idem dixit.* Et mandavi & ſubſcripſi. Scriptum ſit me non habere contrarium. *Rufinianus ſcriba recitavit.* Florianus epiſcopus Putizienſis. *Et cum recitaſſet, Primianus epiſcopus Carthaginis dixit.* Hic apud Carthaginem infirmatus eſt: timens exitum ſuum perrexit, jam ſubſcripſerat. *Et recitavit.* Candorius epiſcopus Aggeritanus. *Et cum recitaſſet, Idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. [6] Habeo contrarium. *Et recitavit.* Antonius Epiſcopus Lamſortenſis. *Idem dixit:* Mandavi & ſubſcripſi. Non illic habeo adverſarium. *Et recitavit.*

1 *Abſenti*) id eſt, vero Epiſcopo Romano, qui tum erat Innocentius.
2 *Quæ ratio*) nimirum clades Romanæ urbis, quam Alaricus Gothorum Rex ceperat IX. Kal. Septembris anni ſuperioris, ut probat Baronius.
3 *Si. pr. Ep. v. R.*) id eſt, Innocentii.
4 *Abundat*) id eſt, ſuperfluum eſt. Neque enim præjudicare poſſumus abſenti.
5 *Innocent. dixiſſe*) Ex hoc loco patet nonnulla deeſſe in ſuperioribus profecutionibus Epiſcoporum catholicorum. Hactenus enim Innocentii nomen auditum non fuerat.
6 *Habeo contrar.*) Æmilianum, cujus nomen recitatum eſt ſupra pag. 101.

Datianus episcopus Tamicensis. *Idem dixit*. Mandavi & subscripsi, adversarium ibi non habeo. *Et recitavit*. Victorianus episcopus Abissensis. *Et cum recitasset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium habeo in diœcesi mea. *Et recitavit*. [1] Natalicus episcopus Zellensis. *Et cum recitasset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Maximinus episcopus ecclesiæ Catholicæ dixit*. Diœcesis est [2] Mizonii episcopi, presbyteros habet & abundantem populum quam ipse. *Et recitavit*. Fortis episcopus Cediensis. *Et cum recitasset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi, adversarium non habeo.

CLXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam longum est ire per singulos, hi decem qui se mandasse professi sunt, actis edicant utrum coram ipsis omnium sit facta subscriptio, & præbeant in ea quæ sunt gesta consensum.

CLXV.

Petilianus episcopus dixit. Magno quidem compendio utitur magnificentia tua, vir nobilis, ut decem patres collegæque nostri, qui jam se mandasse subscripsisseque professi sunt, etiam ceteros patres subscripsisse testentur. Equidem hoc ad eam rem vel maxime proficit, ne tempus hujusce diei ulterius producatur. Sed tamen hoc expedit causæ, ut singuli quique se & mandasse & subscripsisse profiteantur, propterea ut etiam illud non taceant, se æmulos non habere. Lucrum enim videtur his cedere qui multos se adversum nostros habere per hanc provinciam ostenderunt, si in provincia [3] Numidia non ostendimus eos penitus non habere, aut habere certe, sed raris locis. Omnis enim intentio nostra, vir nobilis, sicut meminisse dignaris, de numero sæpissime causata est, atque in eodem vehementissime hæret. Et quamquam nobis multitudinem pax nutriat & conservet, illis multitudinem bella conquirant, dum absentibus nobis, aut in locis aut in civitatibus nostris aut in diœcesibus passim multas [4] imagines erigunt, ut numerosi esse videantur, tametsi par sit utriusque [5] adversitatis numerus, major meus debet videri, qui & me absente perstitit, & cum ipse sit cardinalis atque authenticus, nec æmulatione multiplici superatur. *Et alia manu*. Petilianus episcopus recognovi.

CLXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Desiderio vestro satisfacere volui in omnibus inquirendis. Ceterum constat nullam mihi de numero cognitionem fuisse mandatam.

CLXVII.

Petilianus episcopus dixit. Nobis hoc salvum sit quod non debuimus reticere.

CLXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit Potuimus quidem numerosiores catholicæ ecclesiæ toto orbe diffusæ, quantum ad causam pertinet, in Africa demonstrare, si in hoc totum actionis pondus consisteret. Verum quia nescio quibus moratoriis actionibus vir gravissimus utitur Petilianus, amputatis superfluis, ad causæ jam initium veniatur, significantes insinuantesque nobilitati tuæ vanum in nos præjudicium sua prosecutione voluisse depromere. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.)

CLXIX.

Petilianus episcopus dixit. Injuriam facis vane, reponetur tibi; & quamquam reponere non liceat, tecum habeto. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXX.

Fortunatianus Episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Quo diceret, excusationis tendiculas prætendens, ante diem cognitionis se quasi cœlorum senatum partis Donati episcopos observasse diuturno labore fuisse confectos, cum a nostra parte omnino semper audientia flagitata sit; sed idcirco diem tempusque observavimus, ut & in hoc obedientia catholicæ ecclesiæ monstretur. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.)

CLXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Secundum edicti tenorem utræque partes, his tantum in judicio remanentibus quibus constitit cognitionem ab omnibus fuisse mandatam, juxta professiones suas causam tractare debebunt.

CLXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Ut causa cognosci possit, decernat sublimitas tua superfluam & circumstantem nobis exire multitudinem. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc fieri necesse est. Illud autem prius est ut decem ab utraque parte fateantur se in subscribentium consentisse personas; & licet ad vestram

---

1 *Natal. Zell.*) Antea legebatur *Natalicus Tzellensis*. Emendatum est ex cap. 135. ubi Donatianus episcopus Zellensis ait se e diverso habere Natalicum.

2 *Mizonii*) Difficile est pronunciare cujus loci Episcopus fuerit hic Mizonius. Vir clarissi Henricus de Noris in addendis ad historiam Pelagianam hunc locum ita intelligendum putat, ut in diœcesi Zellensi duo fuerint episcopi catholici, Donatianus nimirum & Mizonius. At si istud verum est, cur Maximinus inter adversarios Natalici non numerat etiam Donatianum, Donatianum inquam quem supra cap. 135. ipse Natalicus agnoverit? Ego potius crediderim hunc locum esse mutilum, & deesse hic nomen alicujus Episcopi Donatistæ cujus adversarius erat Mizonius.

3 *In Numidia*) Hoc ipsum agnoscit alicubi Augustinus adversus Donatistas disputans.

4 *Imag. erigunt.*) id est, personatos episcopos faciunt ut multi esse videantur, uti supra dictum est.

5 *Adversitatis*) id est, adversæ partis. Vide Plinium lib. 11. cap. 25.

ſtram petitionem eorum fuerit præſentia procurata, tamen, ne quid vobis denegatum eſſe videatur, univerſorum ſubſcriptiones ex ordine relegantur.

CLXXIV.

Alypius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Reſpondeant utrum omnium ſubſcriptiones quæ mandato continentur hic apud Carthaginem ſint conſcriptæ. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXV.

Emeritus Epiſcopus dixit. Quantum ex proſecutione cognovi, opus erat ut e noſtris partibus profeſſio promeretur. Patientia judiciorum tuorum, quæ manum dat omnibus, libenter annuit ut & ii qui ſubſcripſerunt profeſſionem ſuam præſenti adſtipulatione inſerant geſtis. Petimus præſtantiam tuam ut cum ſubſcriptio cœperit recitari, eoſdem digneris audire. *Et alia manu.* Emeritus recognovi.

CLXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit. Subſcriptiones omnium, ſicut juſſeram, recitentur. *Ruſinianus ſcriba recitavit* Optatus epiſcopus Ruſuccuritanus. *Et cum recitaſſet, Optatus epiſcopus dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Et recitavit.* [1] Pomponius epiſcopus Macrianenſis. *Et cum recitaſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. (*Et recitavit.*) [2] Donatianus epiſcopus Bagajenſis. *Et cum recitaſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Et recitavit.* [3] Privatus epiſcopus Auzagenſis. *Et cum recitaſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium in plebe mea non habeo. *Ampelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Perfectam unitatem ex converſione ſua cognoſces, rectiſſimam fidem mecum frater meus [4] Primulus loquitur epiſcopus. Epiſcopus enim tunc fuit partis Donati. Nunc converſus demonſtrat cum plebe integram fidem ex ſua converſione. Unitas illic perfecta eſt, non ſolum in ipſa civitate, verum etiam in omnibus diœceſibus.

CLXXVII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit. Rogamus recitari nomina quæ jamdudum de ſubſcriptione recitavit, Donatianum dico Bagajenſem & Privatum Vagenſem. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Denuo hæc nomina, de quibus dubitatio naſcitur, recitentur. *Et recitavit.* Donatianus epiſcopus Bagajenſis, Privatus epiſcopus Vagenſis. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Abſit fallacia. *Rogatus epiſcopus dixit.* Januarianus dicitur, non Privatus.

CLXXVIII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit Vultum tamen ipſum eſſe cognoſcis.

CLXXIX.

Rogatus epiſcopus dixit. Januarianum ſcio, Privatum neſcio. [5] *Primianus epiſcopus Carthaginenſis dixit.* Jamdudum de duobus fuit cauſa. Idcirco & illi non ſunt mentiti, nec noſtri. Nam eſt Auzagga ubi fuit Januarius, qui nunc defunctus eſt; alia Auzagga, ubi eſt Privatus, qui nunc vivit. *Et alia manu.* Primianus epiſcopus recognovi.

CLXXX.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Satis epiſcopali veritate rem de qua error fue-

1 *Pompon. Macrian.*) Interfuit Concilio Cabarſuſſitano.

2 *Donatianus Bagaj.*) Hic non dicit ſe non habere adverſarium. Habuit autem Maximianum, quem hoc tempore vixiſſe tradit Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 43. Et fortaſſe is unus eſt eorum Epiſcoporum catholicorum quorum nomina exciderunt in his geſtis.

3 *Privatus Auzag.*) In veteri libro & in ſuperioribus editionibus ſcriptum eſt *Azugenſis*. Nos emendavimus propter ea quæ in capite 179. de duplici Auzagga dicuntur a Primiano. Certum eſt autem natam dubitationem ex pronunciatione iſtius nominis, & Ampelium Epiſcopum Vageuſem putaſſe nominatum eſſe aliquem qui Vagenſis quoque Epiſcopus diceretur, quod cum ipſe falſum eſſe ſciret, quippe cui conſtaret Epiſcopum partis Donati nullum tum fuiſſe in diœceſi Vagenſi, interlocutus eſt unitatem illic perfectam eſſe, non ſolum in ipſa civitate Vagenſi, verum etiam in omnibus diœceſibus, id eſt, in omnibus parochiis epiſcopatus Vagenſis. Atque huic ejus interlocutioni nullus Donatiſtarum oblocutus eſt. Inquirenti autem mihi unde oriri potuerit hic error, venit in mentem ſic olim ſcriptum nomen prioris iſtarum duarum civitatum ut poſtrema pars illius eo modo inter pronunciandum efferretur quo Vaga, ita ut *Auſvagga* ſcriberetur, & *v* ſecunda ſyllaba obtineret locum conſonæ. Nam antiquiores Concilii Carthaginenſis ſub Cypriano habiti editiones habent *Auſuagiga* vel *Auſuagga* & *Auſuaggia*. Quo etiam modo legitur in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Immo Græci quoque hanc ſcripturam conſervarunt. Nam apud Zonaram legitur *ἀπο Δουναγε*. Rigaltius ad Cyprianum monuit in codice Fuxenſi legi *Abymmus ab Auſuagoad*. Ubi certe deceptus eſt ab illis qui variantes lectiones ex codice illo ad eum miſerunt. Nam in eo, qui nunc extat in eadem bibliotheca Colbertina, diſerte ſcriptum eſt: *Abymtenſ a Vaſaga*. Falſa autem ſunt, ut hoc obiter dicam, omnes fere variæ lectiones quas Rigaltius affert ex veteri illo codice. Itaque Ruſiniano ſcriba recitante nomina Epiſcoporum Donatiſtarum, cum ventum eſſet ad Privatum Auzvaggenſem, deceptus eſt Ampellius ſimilitudine nominum. Ex quo colligi poteſt neceſſarium non eſſe ut Auzagga dicta fuerint etiam Vagæ, contra quam placuit viro doctiſſimo. Diſtinguenda enim omnino hæc nomina. Duo iſthic nominantur Epiſcopi Auzvaggenſes, Januarianus tum defunctus, & Privatus, cujus occaſione orta eſt controverſia, Vagenſes itidem Epiſcopi tum duo fuere, ambo viventes, Ampelius, & Primulus, qui antea fuerat Epiſcopus Vagenſis ex parte Donatiſtarum. Quare omnino puto in capite ſequenti, ubicumque legitur nomen Epiſcopi Vagenſis, delendum illud eſſe, & reponendum *Auzvaggenſis*. Nihil tamen mutare voluimus in locis illis.

4 *Primulus Epiſcopus*) Valde notandus eſt hic locus. Primulus erat Epiſcopus Vagenſis partis Donati, adverſarius Ampelii catholici. Converſus eſt ad rectam fidem; retinuitque epiſcopalem dignitatem cum conſenſu Ampelii, ut pax integra eſſet. Et tamen iſtud erat contra canones & conſtantiſſimum Eccleſiæ uſum, quæ duos epiſcopos cathedram unam tenere non patiebatur. Auguſtinus in epiſtola 50. ad Bonifacium Comitem. *Hoc non fieret, quoniam revera, quod fatendum eſt, fieri non deberet: niſi pacis ipſius compenſatione ſanaretur.* Et infra: *Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis, quamvis poſt erroris ſui pœnitentiam, honor clericatus vel epiſcopatus auferatur, ſit quidem aliquid tamquam in cortice arboris matri contra integritatem ſeveritatis; veruntamen quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ad Dei miſericordiam precibus fuſis coaleſcente inſitorum pace ramorum, caritas cooperit multitudinem peccatorum.* Vide duos ejuſdem ſermones habitos ante collationem.

5 *Primianus Epiſc.*) Hæc turbata & confuſa ſunt in veteri exemplari & in omnibus editionibus, rejecta nimirum poſt interlocutionem Sarmentii epiſcopi, cum jam ſedatam eſſe oportuerit totam illam controverſiam. Nos ea reduximus ad locum ſuum, tametſi & vetus exemplar, ut dixi, & editiones repugnent. Nihilo minus puto eruditos lectores mihi facile condonaturos hanc audaciam.

rat natus judiciis intimare dignatus es. Unde A nunc cetera perlegantur. *Et recitavit.* Donatus episcopus plebis Celerinensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Ego mandavi & subscripsi, adversarium omnino nec habui nec habeo in plebe mea. *Et recitavit.* Victor episcopus Hipponiensium Diarrhytorum. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Sarmentius episcopus [1] Ternamusensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. Teneant gesta quia in plebibus meis adversarium non habeo. *Et recitavit.* [2] Perseverantius Episcopus [3] Tevestinus. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Pancratius episcopus [4] Badiensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & B subscripsi. *Et recitavit.* Maximianus [5] Serteitanus episcopus. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [6] Severinus episcopus Castellanus. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Colonicus episcopus [7] Timistensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi, & traditores apud me non habeo. *Et recitavit.* Felix episcopus Moptensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* [8] Secundinus episcopus Jucundianensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi, adversarios in Ecclesia non habeo. *Et recitavit.* Donatus episcopus Vageatensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et man- C davi & subscripsi.

CLXXXI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Scriptum sit istos omnes in villis vel in fundis esse episcopos ordinatos, non in aliquibus civitatibus. (*Et alia manu.*) Recognovi.

CLXXXII.

Petilianus episcopus dixit. Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos. Immo crebros ubi habes, sane & sine populis habes. *Et alia manu.* Petilianus episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Scripta sint quæ ab utrisque partibus insinuata videntur esse judiciis. *Et recitavit.* Rogatianus episcopus [9] Idassensis. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi: non habeo adversarium. *Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit.* Habeo Presbyterum [10] in ecclesia Florentinum. Episcopi fuerunt tres catholici, jam decesserunt: non potuimus adhuc ordinare. Presbyterum illic habemus Florentinum. *Et recitavit.* Germanus episcopus [11] Zugabbaritanus. *Et cum recitasset, idem dixit.* Et mandavi & subscripsi. *Et recitavit.* Rogatianus episcopus Villamagnensis. *Et cum recitasset, idem dixit:* mandavi & subscripsi: [12] adversarium non habeo. *Et recitavit.* Presbyter Manilius [13] Bazienus pro episcopo meo. *Et cum recitasset.*

CLXXXIII.

---

1 *Ternamusensis.*) Vetus exemplar habet *Cernamusensis.* Sed nos ita corrigendum esse putavimus, tum quia Ternamusa recenseretur in itinerario Antonini inter oppida & loca Mauritaniæ Cæsariensis, tum quia in notitia episcoporum Africæ quas Hunericus Rex Vandalorum exegitavit, inter episcopos illius provinciæ nominatur *Donatus Ternamusensis.* Sic enim ibi scriptum est, non solum in editionibus Sirmondi & Chifletii, sed etiam in thesauro geographico Abrahami Ortelii. Verum notitia emendanda est ex itinerario & ex collatione ista invicem comparatis, legendumque omnino *Donatus Ternamusensis.* Qui error ortus est ex affinitate quam inter litteras *n* & *r* inesse suspicor apud Afros in pronunciatione quando sequebantur post literam *n*. Nam supra cap. 133. quum recitaretur nomen Episcopi Ceramunentis, & contentio excitata fuisset an diœcesis ejus esset catholica, Adeodatus Episcopus Milevitanus dixit Ceramussam esse in plebe sua, nec quisquam interlocutus est Ceramunam & Ceramussam differre. Præterea in itinerario Antonini, prout editum est a Surita, inter loca Mauritaniæ Cæsariensis legitur *Rusguniæ civitas* & *Rusgunia* apud Plinium lib. 5. cap. 2. in antiquis editionibus Parmensi, Venetis, Tarvisina, quarum postrema prodiit anno quadringentesimo octuagesimo tertio supra millesimum. Secundum quam regulam scriptum est in notitia Episcoporum Mauritaniæ Cæsariensis *Benifacius Rusgunensis*, & *Numerianus Rusgunensis* in Concilio Carthaginensi anni CCCCXIX. pro quo aliqui codices, ut etiam in margine Conciliorum adnotatum est, habent *Rungonensis.* Vetus vero illud exemplar collegit Parisiensis Societatis Jesu & tres etiam Colbertini optimi habent *Rusgunensis*, unius literulæ divortio. Sed hæc scriptura emendatur ex aliis tribus antiquis codicibus bibliothecæ Colbertinæ, in quorum duobus legitur *Rusguniensis.* At Plinianæ editiones posteriores, Venetæ, Basileenses, Parisienses, habent *Ruscenia:* quibus consentiunt duo vetustissimi & optimi codices Pliniani MSS. bibliothecæ Colbertinæ. Et tamen vetustissimum itinerarii Antonini exemplar, quod extat in eadem bibliotheca, & omnes veteres habent *Rungonia.* Quod evincit, ut ego quidem arbitror, aliquam olim apud Afros affinitatem fuisse inter literas illas quas diximus. Quod illi minime mirum aut abhorrens videbitur qui apud Plinium in prologo libri quinti legerit populorum oppidorumque Africæ nomina esse vel maxime ineffabilia præterquam ipsorum linguis. Ex quo colligi debet facile evenire potuisse ut quum Ternamusa pronunciaretur, sic efferretur ac si Ternamusa expressa fuisset, & e converso. At non solum in Africa, sed etiam sin Latio valuisse eum morem commutandi literam *n* cum litera *s*, non solum quum sequebatur post literam *u*, sed etiam in aliis occasionibus, pluribus exemplis docuit olim Passeratius in libro de literarum inter se cognatione ac permutatione. Videndum autem an hinc emendari possit tabula Peutingeriana, in qua scriptum est *Tamasnuna*, fortassis pro *Ternamuna*. Certe illic dicitur esse municipium & castellum, & in itinerario castra. Porro Surita veram lectionem itinerarii, quam & Colbertinum exemplar & omnes priores editiones præferunt, mutavit in *Tana-amusa*, quia ita legebat in veteri codice Scorialensi Regis Hispaniarum Philippi.

2 *Perseverantius.*) Interfuit Concilio Cabarsussitano.

3 *Tevestin.*) in Numidia, ut patet ex notitia & ex pluribus aliis locis.

4 *Badiensis*) vel Vadensis in eadem provincia, ut docet notitia. Vide supra pag. 93.

5 *Serteit.*) in Mauritania Sitifensi, ut docet eadem notitia. Nam illic Ortelius legit *Serteitanus.*

6 *Severin. Castel.*) Sancti Augustini, ut ego quidem arbitror, consanguineus. Hic enim in epist. 170. scripta ad Severinum Donatistam, ita ait: *Cogitavi enim non sine causa hoc exortum esse in animo tuo ut recoleres consanguinitatem nostram.* Utrum autem fuerit Episcopus in Numidia, aut in Mauritania Cæsariensi, certo definire non possum.

7 *Timisten.*) Quid si legamus *Thinissensis?* Sane in martyrologio Romano notatur ad diem VIII. Idus Novembris martyrium sancti Felicis apud civitatem Africæ Thinissam, quam Baronius recte notat fuisse in provincia Numidiæ.

8 *Secundinus Jucund.*) Concilio Cabarsussitano subscripsisse reperitur Secundus episcopus Jocundianensis, qui fortasse idem est cum hoc nostro.

9 *Idassen.*) in Numidia, ut docet notitia Episcoporum Africæ.

10 *In Ecclesia Florentin.*) Antea legebatur: *in Ecclesia. Florentiana Episcopi fuerunt tres &c.* Emendationem nostram probant sequentia. *Presbyterum illic habemus Florentinum.*

11 *Zugabbar.*) in Mauritania Cæsariensi, ut docet notitia. Amm. Marcellinus lib. 29. commemorat municipium Sugabarritanum, Transcellensi monti adcline.

12 *Adversarium non habeo.*) Supra cap. 133. Augendus Episcopus plebis Villemagnensis similem professionem emittit. Quomodo autem id vere dici potuerit, non satis intelligo.

13 *Bazienus*) forte *Bazitensis*, ut sit nomen loci cujus Presbyter erat Manilius. Supra cap. 133. nominatur Lucidus Episcopus Marcellianensis & Bazitensis catholicus.

CLXXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Pro quo epiſcopo? *Petilianus epiſcopus dixit.* Lumine captus eſt. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dicit.* Reſpondeatur utrum præſens ſit pro quo ſubſcriptum eſt. *Et alia manu.* Recognovi. *Primianus epiſcopus dixit.* Loquamur veritatem. Oculis captus eſt, venire non potuit, Presbyterum ſuum direxit. *Et alia manu.* Primianus epiſcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Sed nomen ipſius debuit ſubſcriptione teneri.

CLXXXIV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Teſtatum ſit (eos) etiam abſentum nomina velle inſerere, ut etiam nobis liceat omnes catholicos Epiſcopos qui per infirmitatem vel per aliquam [1] occaſionem adeſſe non potuerunt, geſtis inſerere. *Et alia manu.* Recognovi. *Et recitavit.* Donatus epiſcopus [2] Apiſſanenſis. *Et cum recitaſſet idem dixit.* Et mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo.

CLXXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Quoniam proſecutio partis adverſæ conteſtata monſtravit aliquos ſe abſentes habere, nos quoque non tacemus aliquantos noſtros multis neceſſitatibus aut adverſis valetudinibus præpeditos non veniſſe, aliquantas etiam cathedras nunc eſſe viduatas, quibus adhuc epiſcopi ordinati non eſſe monſtrantur. Etiam hoc acta contineant. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

CLXXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quantum ad confirmationem mandati pertinet, ſufficit in utraque parte eorum numerus ſacerdotum qui eidem mandato ſubſcripſiſſe monſtrantur. Unde reliqua perlegantur, ſuperfluis abſentum cauſationibus ſequeſtratis. *Et recitavit.* Quintaſius Epiſcopus [3] Vajanenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi.

CLXXXVII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Obliteretur ergo ſubſcriptio abſentum. *Et alia manu.* Recognovi. *Et recitavit.* Januarius epiſcopus [4] Lamasbenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Felix Epiſcopus Novaſinnenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Martialis epiſcopus Idicrenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Gedulus epiſcopus Uticenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dicit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Urbanus epiſcopus [5] Sataſenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [6] Donatus epiſcopus Cillitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Liberalis epiſcopus loci Naſaitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi; nec habui adverſarium, nec habeo, nec habebo, permittente Deo. *Item recitavit.* Maximianus epiſcopus Hermianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [7] Fortunatus epiſcopus [8] Veſceritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Peregrinus epiſcopus [9] Sufetanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatus epiſcopus Merſerebitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Gavinus epiſcopus Vegeſelitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit:* Veratianus epiſcopus [10] Carpitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi, qui ſum ſucceſſor Fauſtiniani, qui in unitate veritatis fuerat ordinatus a Donato, poſtmodum vero temporibus [11] Macarii illic [12] emerſerunt traditores. *Item recitavit.* Gajanus epiſcopus [13] Tigualenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Rogatus epiſcopus [14] Perdicenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Victorinus epiſcopus plebis [15] Leptiminenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi.

Fau-

---

1 *Occaſionem*) Antea legebatur *occupationem*. Nos emendavimus. Veteres librarii in his duabus vocibus nonnunquam errabant, uti pluribus dictum eſt in Notis ad Capitularia pag. 1045. In capite ſequenti neceſſitates dicuntur quæ hic occaſiones nuncupantur.

2 *Apiſſan.*) Legendum forte eſt, *a Piſſanis*. Pezana inter civitates Byzacenas numerantur in veteri notitia quam Beveregius edidit.

3 *Vajanen.*) Antea legebatur *Vajenſi*. Nos emendavimus. Vide ſupra cap. 99.

4 *Lamaſben.*) ſive Lamaſuenſis, ut ſupra cap. 128. Quo etiam modo ſcribitur in veteri notitia Epiſcoporum Numidarum. Sed in Concilio Carthaginenſi S. Cypriani legitur *Lamatha*, & *Lamathæ* in tabula Peutingeriana.

5 *Sataſen.*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet notitia. Quamquam eadem Sataſenſem quoque cathedram memorat in Mauritania Cæſarienſi.

6 *Donatus Cill.*) Vide quæ ſupra dicta ſunt de eo cap. 133. ubi de Privatiano Epiſcopo Vegeſelitano.

7 *Fortunatus*) Ita prorſus ſcriptum eſt in veteri libro. Et tamen Maſſonus & Pithœus edidere *Fortunatianus*. Vetus lectio, quam nos revocavimus, confirmatur ex cap. 120. ubi nominantur Optatus Epiſcopus plebis Veſceritanæ & ejus adverſarius Fortunatus.

8 *Veſcerit.*) in Numidia, ut apparet ex notitia epiſcoporum illius provinciæ, in qua primo loco recenſetur Felix Berceritanus. Falli enim puto Ortelium & Carolum a S. Paulo, qui Veſceritanam civitatem ponunt in Mauritania Cæſarienſi, exiſtimantes eam eſſe quæ Βικκάρις nominatur o Ptolemæo, qui eam collocat in Mauritania.

9 *Sufet.*) in Provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

10 *Carpit.*) in provincia proconſulari, ut patet ex eadem notitia & ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. tum etiam ex Conciliis Carthagine celebratis anno CCCCXIX. & DXXV.

11 *Macarii*) ſive Macarianæ perſecutionis, de qua tantopere actum eſt a Donatiſtis adverſus catholicos. Vide Baronium ad an. 348.

12 *Emerſ. tradit.*) id eſt, catholici, qui a tempore Donati non habuerant epiſcopum Carpitanum, habere cœperunt tempore Macarii.

13 *Tigualen.*) in provincia Byzacena, ut opinor. In notitia Epiſcoporum Africæ legitur *Tisualenſis*, levi diſcrimine. Iſte Gajanus interfuit Concilio Cabarſuſſitano.

14 *Perdic.*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet notitia.

15 *Leptimin.*) id eſt, Leptis minoris. Duæ fuere Leptes in Africa; magna, quæ erat in provincia Tripolitana; minor quæ erat in Byzacena, ut patet ex notitia & ex Concilio quod anno DXXV. habitum eſt apud Carthaginem. Iſtius Epiſcopus Demetrius interfuit Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano, ubi pro *Demetrius Ale-*

Item recitavit. Martinianus epiſcopus loci Tibuzabetenſis. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Quintianus epiſcopus a lacu dulce. *Valentinianus Diaconus epiſcopi Primiani dixit*. Male habet. *Item recitavit*. Pelagius epiſcopus [2] Vanarionenſis. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Victorianus epiſcopus [3] Tibaritanus. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Primulianus epiſcopus [4] Mandaſumitanus. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Conſenſi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fortunatianus epiſcopus Metenſis. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felicianus epiſcopus [4] Utinenſis. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Florentinus epiſcopus a [5] Tubuſubtu. *Cumque acceſſiſset, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcus epiſcopus Midicenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Unde es? Quæ eſt autem civitas tua? *Marcus epiſcopus dixit*. [6] Secus Tapruram [7] Midica. Novit me Limenianus a Taprura. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus Creſimenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Victorianus epiſcopus [8] Puppitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Dativus epiſcopus Novapetrenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, & adverſarium non habeo, quia illic eſt domnus [9] Marculus, cujus ſanguinem Deus exiget in die judicii. *Item recitavit*. Maximinus epiſcopus [10] dixit. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [11] Creſconius epiſcopus Legenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium ibi nec habui nec habeo. *Item recitavit*. Valentinianus epiſcopus [12] Juncenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [13] Gaudentius epiſcopus [14] Zertenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Eſt ibi Presbyter catholicorum. *Gaudentius epiſcopus dixit*. Non habeo adverſarium in plebe mea. *Item recitavit*. Bonifacius epiſcopus [15] Urugitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus [16] Bamaccorenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: & nullum habeo adverſarium in plebe niſi ſolum [17] Abſalonem. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Hic eſt epiſcopus præſens Caſſianus. *Item recitavit*. Reſtitutus epiſcopus Druſilianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Flavianus epiſcopus Pauzerenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Clarentius epiſcopus Tabaracenſis.

---

ptiminus legendum eſt *a Lepti minore*. Iſthic porro male antea editum fuerat *Epſtminenſis*. Nam iſte Victorinus ſupra pag. 95. nominatus eſt cum Romano epiſcopo Leptiminenſi catholico. Alius ergo ab illo videtur Victorinus Leptimanenſis, qui Concilio Cabarſuſſitano interfuit.

1 *Vanarion.*) forte *Panarienſis* in Mauritania Cæſarienſi, ut docet notitia.

2 *Tibarit.*) in Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano adfuit Vincentius a Tibari.

3 *Mandaſum.*) in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

4 *Utin.*) in proconſulari, ut patet ex Ptolemæo. In Concilio Bonifacii legitur: *Felicifſimus Epiſcopus plebis Sedolenſis, qui & Utinenſis*.

5 *Tubuſubtu*) in Mauritania Sitifenſi, ut colligi poteſt ex notitia, ubi inter Epiſcopos illius provinciæ recenſetur Maximus Thuguſubditanus. Sed Ptolemæus Tubuſuptum locare videtur in Numidia. Verum iſtud ita conciliari poteſt ut dicamus Tubuſuptum fuiſſe in limite Numidico. In tabula Itineraria Peutingeri *Subutlata*, quod idem eſſe puto, ſed literarum tranſpoſitione corruptum, locatur haud procul Lepti magna. Amm. Marcellinus lib. 29. ſcribit Tubuſuptum fuiſſe contiguum monti Ferrato.

6 *Secus Tapruram*) Totum hunc locum ſic expreſſit Papirius Maſſonus. *Marcus epiſcopus dixit, ſecuſta prura amidicca. Novit Molimelimenia Muſata prura*. Pithœus vero ſic. *Marcus Epiſcopus dixit, Secuſta Prura Amidicca. Novit Melimelimenia Nuſata Prura*. Sic etiam poſteriores editores. Certam porro eſſe emendationem noſtram nemo non videt. Recitato nomine Marci Epiſcopi Midicenſis, cum neque nomen hominis neque civitatem ejus noſſet Alypius Epiſcopus Tagaſtenſis, illum interrogavit quis eſſet, & quæ ejus civitas. Ad poſteriorem itaque interrogationem reſpondit eam ſitam eſſe ſecus Tapruram, ſe vero notum eſſe Limeniano epiſcopo Taprurenſi, cujus mentio extat ſupra cap. 135.

7 *Midica*) Dubium eſt utrum ſcribi debeat *Amidicca*, an *Midica*. Heic in veteri libro ſcriptum eſt *Amidicca*, ſupra *Midicenſis*. Puto tamen ſinceram lectionem eam eſſe quam nos retinuimus. Porro cum civitas illa fuerit vicina Tapruræ, hæc vero fuerit in provincia Byzacena & in limite Numidico, ut colligitur ex Ptolemæo & ex tabula Peutingeriana, apparet Midicam in illo tractu fuiſſe.

8 *Puppit.*) in provincia proconſulari, ut patet ex notitia Africæ & ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum. Pupput mentio eſt in itinerario Antonini & in tabula Peutingeriana.

9 *Marculus*) martyr Donatiſtarum, qui ſe de petra præcipitavit; ut docet Auguſtinus tractatu XI. in evangelium Joannis.

10 *Maximin. E. dixit*) Locus corruptus. Pro voce *dixit* reponendum eſt nomen civitatis in qua ille fuit Epiſcopus.

11 *Creſconius Legenſis*) Hinc collegit vir clariſſimus Henricus de Noris Eccleſiam Legenſem non habuiſſe epiſcopum catholicum, quia Creſconius iſte ait ſe illic adverſarium nec habuiſſe nec habere. Et tamen ſupra cap. 121. Datianus Epiſcopus Legenſis catholicus nominatur; qui & ipſe, quod valde notatu dignum eſt, ait ſe alium contra ſe non habere adverſum ſe conſtituturum in plebe ſua Epiſcopum partis Donati.

12 *Juncenſis*) Ita omnino vetus exemplar. At omnes editiones, etiam Pithœana, habent *Inucenſis*, prorſus male. Poſteriores Conciliorum editiones recte admonuerunt in margine legendum forte eſſe *Juncenſis*.

13 *Gaudentius Zert.*) Infra cap. 176 nominatur Saluſtius Epiſcopus Zertenſis. Quare aut duo ſimul Epiſcopi Donatiſtæ tum fuerunt in una Eccleſia, quod parum probabile videtur, aut alterutrum iſtorum locorum neceſſe eſt eſſe mendoſum, vel Donatiſtas fuiſſe mendaces.

14 *Zertan.*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum.

15 *Urugit.*) ſive Urcitanus, ut opinor, in provincia proconſulari. Vide notitiam Epiſcoporum illius provinciæ.

16 *Bamaccorenſis*) in Numidia. Emendanda ergo eſt notitia Epiſcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitenſem, in qua nominatur Dumuitialis Epiſcopus Damatcorenſis. Porro utilis erit hæc quoque diſputatio ut medica manus apponatur capiti 53. Concilii habiti a ſancto Cypriano, quod graviſſimo niendo laborat. Nam omnes editiones habent: *Felix ab Amaccura, Amacchora, aut Accura*. Omnium peſſima eſt hæc ultima. Reliquæ ſunt bonæ, modo poſtrema litera vocis antecedentis iſti reſtituatur hoc modo: *Felix a Bamaccura* vel *Bamaccora*. Nam & in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ ſcriptum eſt: *Felix abamaccora*. Quo etiam modo habet Codex Fuxenſis a Rigaltio citatus, qui nunc extat in eadem bibliotheca Colbertina. Condonandus eſt autem Zonaræ, homini Latinæ linguæ imperito, ſuus error, qui hoc loco edidit φήλιξ ἀνὸ Μαξιμας. Apud Plinium lib. 5. cap. 4. ſcriptum eſt *Vamacurei*.

17 *Abſalonem*) In veteri exemplari & in editionibus vulgatis legitur *Abeſſalonem*. Nam hoc modo plerique

ſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [1] Recargentius epiſcopus Lammiggigenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Aurelius epiſcopus Macomadienſis dixit*. Illic eſt Creſcentianus Presbyter. *Item recitavit*. Paſchaſius Epiſcopus [2] Tuggenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Caſtus epiſcopus Cellenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Aptus Epiſcopus, Tuzuritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus [3] Rotarienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo: *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Epiſcopum illic habuimus. Occidiſtis illum, & invaſiſtis.

CLXXXVIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Dicit Epiſcopum occiſum. Accuſet, doceat, intendat. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus recognovi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Et [4] rebaptizaverunt illum hominem nonagenarium epiſcopum. *Victor epiſcopus* [5] *Azurenſis eccleſiæ catholicæ dixit*. [6] Dicit ſe non habere. Ego eccleſiam illic habeo, quod te non fugit. *Item recitavit*. Calipodius epiſcopus [7] Vazaritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Benenatus epiſcopus Caſenſium Baſtalenſium. (*Cumque acceſſiſſet, idem dixit.*) Mandavi & ſubſcripſi, & non habeo adverſarium. *Item recitavit*. Honoratus epiſcopus [8] Adqueſirenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix epiſcopus [9] Maxulitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus epiſcopus [10] Sitifenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Januarius epiſcopus Numidienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, & traditores non habeo. *Fortunatianus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Siccenſis dixit*. [11] Unde es? *Januarius epiſcopus dixit*. Numidia eſt. Mauritania eſt Cæſarienſis. *Reparatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ* [12] *Sufaſaritanæ dixit*. Diœceſis mea eſt. Illic Presbyterum habeo, illic tecum vigilavit. *Item recitavit*. Campanus epiſcopus [13] Cincaritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius epiſcopus Cæſarienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, æmulum non habeo.

CLXXXIX.

Novatus epiſcopus Sitifenſis eccleſiæ catholicæ dixit. Habet contra ſe catholicum Presbyterum, clericos abundantes & populos ex cœtu Donatiſtarum. Hic eſt Presbyter & Diaconus, hic in hac civitate Carthaginenſi, quem prædavit, quem torſit, quem ſuſpendit. Eccleſiam autem catholicam prædavit, pecuniam ſuſtulit, frumenta deportavit, carpenta duxit, [14] ut norit iſte, quia eſt illic Eccleſia catholica. Hoc ſum proſecutus. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Hæc omnia documentis agenda ſunt. Faciat periculum qui mendacium in judicio promit. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus recognovi. *Novatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Jube Presbyterum loci intromitti.

CXC.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad præſentem cognitionem iſta non pertinent.

Quæ

---

veteres ſcribebant nomen Abſalonis, ut videre eſt in antiquis codicibus manuſcriptis; exempli gratia, apud ſanctum Ambroſium epiſt. 12. *Parricida Abſalon in valle ſibi Regis ſtatuit*: Pro quo in vetuſtiſſimo codice Eccleſiæ Bellovacenſis ſcriptum vidi *Aveſſalon*. Poſſent & alia exempla proferri, ſi res tanti eſſet. Abeſſalonem pro Abſalone in quatuor locis repoſuerunt nuperi editores operum S. Auguſtini in enarratione in pſalmum 3. & 7. ſecuti auctoritatem veterum exemplarium. Verum Hebræi, a quibus hoc nomen accepimus, *Abſalom* ſcribunt. Mirum eſt autem quod hic ait Donatus Epiſcopus Bamnaccorenſis catholicus, & agnitus tum fuerit ab ipſomet Donato. Quare cum iſtud Donatus diceret, recte Aurelius Macomadienſis Epiſcopus repoſuit hic eſſe præſentem Caſſianum Epiſcopum Bamaccorenſem.

1 *Recargentius*.) Ex reſponſione iſtius Epiſcopi, qui ait ſe non habere adverſarium, collegit vir eruditiſſimus Henricus de Noris Eccleſiam Lamiggigenſem fuiſſe prorſus in poteſtate Donatiſtarum, id eſt, Epiſcopum catholicum illic non fuiſſe. Et tamen ſupra cap. 133. nominatur Innocentius Lamiggigenſis Epiſcopus catholicus, quem ſtatim excipit Junianus ejus adverſarius. Fortean in iſto loco legendum eſt *Lamiggizenſi* pro *Lamiggigenſi*. Nam in notitia Epiſcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitenſem, inter Epiſcopos Numidas recenſentur Maximus Lamiggizenſis & Cardelus Lamiggigenſis, unius literulæ divortio.

2 *Tuggenſi*.) in provincia proconſulari, ut opinor. Nam Victor Epiſcopus municipii Togiæ, ſic enim diſtinguendum, ſubſcribit epiſtolæ Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP. quæ extat in Concilio Lateranenſi Martini Papæ.

3 *Rotarien*.) in Numidia, ut nonnulli putant. Certe apud Optatum lib. 1. Felix a Rotario conjungitur cum Victore Garbienſi & Nabore Centurionenſi Epiſcopis Numidis, ut patet ex notitia.

4 *Rebaptiz. ill*.) Simplicium Epiſcopum Tibilitanum, ut dicetur infra cap. 197. extremo.

5 *Azuren*.) Infra collat. 2. cap. 215. vocatur Ajurenſis. Apparet autem illum fuiſſe vicinum Epiſcopi Rotarienſis. Quare ſi Rotaria fuit in Numidia, conjici poteſt Azuram fuiſſe ſitam in eadem provincia.

6 *Dicit ſe non habere*.) Hæc referenda ſunt ad Victorem Epiſcopum Rotarienſem, qui dixerat ſe non habere adverſarium.

7 *Vazarit*.) in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

8 *Adqueſir*.) in Mauritania Cæſarienſi, ut docet eadem notitia.

9 *Maxulit*.) in provincia proconſulari; ut patet ex itinerario Antonini & ex notitia, in qua Carcadius Epiſcopus Maxulitanus recenſetur inter Epiſcopos illius provinciæ. Numidius Epiſcopus Maxulitanus interfuit Concilio Carthaginenſi anni DXXV.

10 *Sitifen*.) in Mauritania Sitifenſi; ut res ipſa loquitur, & patet etiam ex notitia.

11 *Unde es?*) Cum Fortunatianus Epiſcopus Siccenſis audiſſet nomen Januarii Epiſcopi Numidienſis, ac putaret eum eſſe Epiſcopum provinciæ Numidiæ, interrogavit eum cujuſnam civitatis cathedram teneret. Ille reſpondit eam vocari Numidiam, ſitam porro eſſe in Mauritania Cæſarienſi. Sane in notitia Epiſcoporum Africæ apud Victorem Vitenſem inter Epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis nominatur Victor Numidenſis.

12 *Safaſarit*.) Sic nos emendavimus, cum antea legeretur *Siſaitenſi*. Certa autem eſt emendatio. Vide ſupra cap. 135.

13 *Cincarit*.) Vir clariſſimus Henricus de Noris ſuſpicatur Cincaritam non eſſe diverſam a Cicirita, cujus mentio eſt in epiſtola Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP.

14 *Ut norit. iſt*.) Ita vetus exemplar. Pro quo Maſſonus & Pithœus ediderunt, *ut Noritenſis iſte*, nullo ſenſu. Legendum videtur, *ut norunt iſti*, aut aliquid ſimile.

Quæ mihi mandata eſt reliquorum ſubſcriptio relegatur. [1] *Salvianus epiſcopus dixit*. Nobis præſcriptum eſt dudum quo dicerent. De epiſcopis agitur, non de Presbyteris.

* Forte, *Nobis perſcriptum eſt, quod dicerent* &c. Hard.

CXCI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. A noſtris partibus propterea reſpondetur, quia ibi catholica denegatur. Unde impudentiæ veſtræ ſatisfactum fuiſſe præſentia geſta loquentur. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Agimus tibi gratias quod ſemper facias injuriam. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus recognovi.

CXCIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Iſta in tempus aliud reſerventur. Nunc quod delegatum eſt ſacro judicio peragatur. *Item recitavit*. Feliciſſimus epiſcopus [2] Obbenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Ruſinus Presbyter pro epiſcopo meo Juliano [3] Midienſi ſubſcripſi.

CXCIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Reſpondeatur utrum pro præſente ſubſcripſerit. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCV.

Adeodatus epiſcopus dixit. Julianus ægritudine præpeditur; ſed ne videretur aliquo pacto defuiſſe, Presbyterum miſit, per quem ſuam abſentiam excuſaret, & ipſe pro illo ſubſcripſit. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Probabilis & rationabilis excuſatio eſt.

CXCVII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Etiam hoc teſtatum eſſe volumus, quia pro abſente ſubſcripſit. *Et alia manu*. Recognovi. *Item recitavit*. Optatus epiſcopus Timicitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victorianus [4] Tigimmenſis epiſcopus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Honorius epiſcopus Vartanenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Martinus epiſcopus [5] Siccenſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Vindemius epiſcopus [6] a Cenis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus Tanudajenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [7] Poſſidius epiſcopus Sillitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Reparatus epiſcopus Aquenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [8] Honoratus epiſcopus Larenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Proficentius epiſcopus Macomazienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Licet non habeam adverſarium, mandavi & ſubſcripſi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. [9] Ex qua Macomadia? *Proficentius epiſcopus dixit*. Ruſticiana. *Item recitavit*. Paſchaſius epiſcopus Duſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Antonianus epiſcopus [10] Druenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Januarius epiſcopus [11] Aquæ Albenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſcens epiſcopus [12] Icoſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Paſchaſius epiſcopus [13] Turenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor epiſcopus Orienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus epiſcopus Tabazagenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius epiſcopus Siguitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. [14] *Item recitavit*: ſicut adver-

---

1 *Salvianus epiſc.*) Leptitanus, Donatiſta, qui nominatur infra cap. 207.

2 *Obbenſis*) in Mauritania Cæſarienſi, ut patet ex notitia. In Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano legitur nomen Pauli ab Obba. Sic enim ibi legendum.

3 *Midien.*) ſive Midilenſi in Numidia, ut dictum eſt ſupra pag. 125. Neſcio autem quomodo quæ illic dicta ſunt de Midila, translata illuc ſint. Referenda autem ſunt ad iſtum locum.

4 *Tigimm.*) in provincia proconſulari, ut docet epiſtola Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum.

5 *Siccenſit.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut patet ex notitia.

6 *A Cenis*) Maſſonus & Pithœus ediderunt *Acenis* unico vocabulo. Sed diſtinguendum eſſe probatur ex cap. 229. ubi nominatur Bonifacius Epiſcopus Cenenſis, cujus adverſarius fuit iſte Vindemius.

7 *P. d. Sillit.*) Antea legebatur *Poſſidius epiſcopus Sillitenſis*. Emendatum eſt ex cap. 128. ubi hic idem epiſcopus vocatur Poſſidius epiſcopus Sillitanus. In veteri notitia Africæ Maximus Sillitanus nominatur inter epiſcopos Numidas.

8 *Honoratus Lar.*) in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini. Quare is eſt fortaſſis Honoratus epiſcopus partis Donati ad quem ſcripta eſt epiſtola 161. S. Auguſtini, ex qua patet eum Eccleſiæ Hipponenſis vicinum fuiſſe, *propter ipſum vicinitatem*.

9 *Ex qua Macomadia*) Hic intelligimus duas fuiſſe Macomadias, unam quæ ſimpliciter Macomadia dicebatur, aliam dictam Ruſticianam. Prior, uti ego arbitror, fuit in Numidia. Nam in notitia paulo ante laudata Pardalius Macomadienſis recenſetur inter epiſcopos Numidas. Altera, quæ minor itaque, ut puto, dicebatur, erat in Byzacena. Nam in tabula Peutingeri Macomades minores locantur poſt Ruſpen, Uſillam, & Tapruram urbes provinciæ Byzacenæ.

10 *Druenſis*) forte *Durenſis* in eadem Byzacena, ut patet ex notitia.

11 *Aquæ Alb.*) In eadem provincia. Notitia.

12 *Icoſit.*) in Mauritania Cæſarienſi, ex itinerario Antonini. Hujus ſedis epiſcopus Laurentius interfuit Concilio Carthaginenſi anni CCCCXXX.

13 *Turen.*) in Numidia, ni fallor. Nam Menſius epiſcopus Turenſis nominatur inter epiſcopos Numidas in notitia Africæ.

14 *Item recitavit*) Puto hæc eſſe ſuperflua, & verba quæ ſequuntur cohærere debere cum ſuperioribus Creſconii Siguitenſis.

verſarium non habeo, ſic nunquam habeam. *Item recitavit*. Dativus epiſcopus Viſenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi, ſubſcripſi. *Item recitavit*. Quodvultdeus epiſcopus [1] Nebbitanus. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Conſtantius epiſcopus [2] Ruſubiccarienſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Auguſtalis epiſcopus [3] Altiburitanus. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturninus epiſcopus [4] Tamagriſtenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Simplicius epiſcopus [5] Tibilitanus. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Ipſe eſt epiſcopus [6] qui rebaptizatus eſt, & [7] factus eſt audiens.

CXCVIII.

Advocatus epiſcopus dixit. Hoc cognitioni ſervandum eſt. Agnovit veritatem. *Item recitavit*. Verianus Epiſcopus a [8] Turre alba. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Veriſſimus epiſcopus [9] Tacaratenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Servatus epiſcopus [10] Amporenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Martialis epiſcopus Vatarbenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus [11] Tamaſcanienſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Quadratianus epiſcopus plebis [12] Sicilibbenſis. *Cumque acceſsiſſet, Idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturnus epiſcopus [13] Sitenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Junior epiſcopus [14] Ruſiccadienſis. *Cumque acceſsiſſet, Idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Miggin epiſcopus Ediſtianenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fidentius Epiſcopus [15] Dianenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Geminus epiſcopus Clypienſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcianus epiſcopus [16] Aſſabenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Rogatianus epiſcopus [17] a Vico Ateri. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus [18] Bucconienſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Donatus epiſcopus [19] Tegulatenſis. *Cumque acceſsiſſet, Idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit* Donatus epiſcopus [20] Ziccenſis. *Cumque acceſsiſſet, idem dixit*.

1 *Nebbit.*) forte *Nepitanus* in Byzacena, ut patet ex notitia.

2 *Ruſubiccar.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut colligitur ex eadem notitia. Attentior autem doctiſſimo viro Henrico Valeſio, qui in libro 29. Ammiani Marcellini legi vult *Ruſubbicarenſe caſtellum* pro *Sudicarenſe*.

3 *Altibur.*) in proconſulari, ut docet notitia Africæ & epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum.

4 *Tamagriſt.*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet eadem notitia.

5 *Tibilit.*) in Numidia; ut docet eadem notitia, & Optatus lib. 1. qui inter epiſcopos Numidas nominat Marinum ab Aquis Tibilitanis, quas haud procul Circa fuiſſe colligi poteſt ex tabula Peutingeriana. Vide Auguſtin. lib. 22. de civitate Dei cap. 8.

6 *Qui rebaptizatus*) ætatis ſuæ anno nonageſimo, ut dictum eſt ſupra cap. 188.

7 *Factus eſt audiens*) id eſt, poſitus eſt inter catechumenos.

8 *Turre alb.*) in Mauritania Sitifenſi, ut colligitur ex notitia.

9 *Tacarat.*) in Numidia, ut eadem notitia tradit. Itaque Tacara diverſa fuit a Tagara, quæ ſita erat in proconſulari.

10 *Amporenſis*) ſive Amburenſis. Nota enim eſt permutatio literarum. In veteri exemplari perperam ſcriptum eſt *Amphorenſis*. Creſconius Amphorenſis epiſcopus in Numidia nominatur in veteri notitia apud Victorem Vitenſem. Vide ſupra cap. 121.

11 *Tamaſcanien.*) in Mauritania Sitifenſi. Honoratus epiſcopus Tamaſcanienſis vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. In tabula Peutingeriana municipium Tamaſtani ponitur haud longe a Taumanuna ſive Tarnamuna.

12 *Sicilibb.*) in provincia proconſulari, ut docet præfatio Concilii Carthaginenſis anno CCCCXIX. cui interfuit Prætextatus epiſcopus Sicilibbenſis, iſtius Quadratiani ſucceſſor. Porro varie ſcribitur nomen hujus civitatis. Heic & in vulgata editione Concilii habiti ſub ſancto Cypriano vocatur *Sicilibba*, in codice Fuxenſi *Sicibba*, omiſſa haud dubie una ſyllaba, in Colbertino veruſtiſſimo & in itinerario Antonini *Sicilibra*.

13 *Sitenſis*) forte *Silenſis* in Numidia, ut patet ex notitia.

14 *Ruſiccad.*) in eadem Numidia, ut docet notitia. Porro in epiſtola CLXIV. S. Auguſtini videtur legendum, *de Ruſicadenſi Epiſcopo veſtro*.

15 *Dianenſis*) in Numidia, ut patet ex Itinerario Antonini. Sed dubium eſt utrum Diana illic ſimpliciter dicta eadem ſit cum Diana Veteranorum, quæ ibi paulo poſt recenſetur, an vero diverſa. Quippe Dianam utrobique exhibent vetus exemplar bibliothecæ Colbertinæ & vetuſtiores editiones. At ea quæ a Surita emendata eſt, habet *Diana veteranorum*; qui coactus eſt fateri eam lectionem nullibi extare præterquam in exemplari Scorialenſi Regis Hiſpaniarum Philippi II. Apud Optatum lib. 2. nominatur Felix epiſcopus Diabenſis, pro quo haud dubie ſcribendum *Dianenſis*.

16 *Aſſabenſis*) in Mauritania Sitifenſi, ut opinor. Nam Vitalis epiſcopus Aſſatenſis nominatur inter eos qui tempore Hunerici Vandalorum Regis ſuccubuerunt procellæ barbaricæ. Nota eſt autem affinitas quæ eſt inter literas *f* & *v*, & rurſum inter literas *b* & *u*. Scribebant itaque Aſſaba, Aſſava, Aſſafa. Eodem modo ſcribebant *Taifaltenſis* pro *Tabaltenſis*, & *Lamfuenſis* pro *Lampuenſis*. Hinc corrige itinerarium Antonini, ubi Surita edidit *Ad Sava*. Melius codex Colbertinus & prima editio, *A Sava*, cui conſentiunt aliæ veteres editiones & antiqui codices a Surita laudati. Legendum ergo illic *Aſava*, ſive *Aſſava*. Surita ad eam emendationem deſcendit, quamvis adverſantes ſibi haberet omnes veteres codices & editiones, qui *eaos* fluminis oſtii meminit Ptolemæus in Cæſarienſi. At heic Aſſava eſt in Sitifenſi.

17 *A Vico Ateri*) in Byzacena. Pacatus epiſcopus Vico-Aterienſis nominatur inter eos quos Hunericus Vandalorum Rex egit in exilium. In epiſtola epiſcoporum provinciæ Byzacenæ ad Conſtantinum Imperatorem, quæ extat in Concilio Lateranenſi Martini Papæ, nominatur Ebaſius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Vico Aterienſe. Vico-Aterienſis epiſcopi mentio extat in epiſtola quam Petrus Abbas ſcripſit ad Bonifacium epiſcopum Carthaginenſem his verbis: *Docemur monaſterium de Præciſu, quod in medio plebium Leptiminenſis Eccleſiæ ponitur, prætermiſſo eodem epiſcopo vicino, Vico Aterienſis eccleſiæ epiſcopi conſolationem habere, qui longanquo poſitus eſt*.

18 *Bucconienſis*) in Numidia. Vitalianum epiſcopum Bocconienſem involvit eadem tempeſtas procellæ barbaricæ de qua paulo ante dictum eſt.

19 *Tegulatenſis*) in Numidia, cujus epiſcopus Donatianus particeps fuit pœnarum quas Hunericus Vandalorum Rex impoſuit epiſcopis catholicis.

20 *Ziccenſis*) Fallitur Holſtenius dum ſcribit per Ziccenſem epiſcopum illhic intelligi Siccenſem. Nam paulo poſt Paulus epiſcopus Siccenſis nominatur. Ziccenſis igitur epiſcopus is fuit qui Zigganſis vocatur in notitia epiſcoporum provinciæ proconſularis quos Hunericus afflixit.

Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix epiſcopus [1] Magarmelitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Marcellinus epiſcopus Mullitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Benenatus epiſcopus [2] Caſis Silvanæ. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Rufinus epiſcopus [3] Labdenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor epiſcopus [4] Dionyſianenſis. *Primianus epiſcopus Carthaginis dixit*. Ægrotat. *Item recitavit*. Benenatus epiſcopus [5] Mefarſeltenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, & adverſarium non habeo. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Habes. Perſecutio tua plurimos cives evertit. Lucianus ibi fuit epiſcopus. Adhuc ordinari habet. *Item recitavit*. Gloriosus epiſcopus [6] Migirpenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Junianus epiſcopus Lamigigenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Paulus epiſcopus [7] Siccenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felicianus epiſcopus [8] Aquænovenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Æmilianus epiſcopus Verronenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Secundinus epiſcopus Vvazienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Bellicus epiſcopus Teleptenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Lucius epiſcopus [9] Zabenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Bebianus epiſcopus Duſenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Bonifacius epiſcopus Utimmenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [9] Reſtitutus epiſcopus Membreſſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius epiſcopus Aquenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, & traditorem in plebe mea non habeo. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Habemus ibi Præsbyterum. Nam & epiſcopus ibi fuit, modo defunctus eſt, & in loco ejus necdum eſt ordinatus. *Item recitavit*. Victor epiſcopus [10] Curubitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturnus epiſcopus Bizacienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Florentinus epiſcopus Furnitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Æmilianus epiſcopus Caſenſium Medianenſium. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor epiſcopus [11] Gatianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Lucullus epiſcopus [12] ab Hotpitis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. Duós adverſum me habeo, & ordinaverunt modo unum. *Item recitavit*. Romanus epiſcopus [13] Letuſtanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Reſtitutus epiſcopus [14] Segermitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*, Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius epiſcopus ab [15] Horrea Aninicenſi. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Fauſtinus epiſcopus Tambajenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Primulianus epiſcopus Lucimagnenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Maximianus epiſcopus [16] Bennetenſis. *Primianus epiſcopus Carthaginis dixit*. [17] Hodie exivit de corpore. *Item recitavit*.

---

1 *Magarmel.*) In Numidia, ut patet ex eadem notitia.

2 *Caſis Silvanæ*) in provincia proconſulari. In notitia Africæ quæ exstat apud Victorem Vitenſem legitur *Ianuarius Caſis Silvanæ*. Ibidem *Victor epiſcopus plebis Lapdenſis*. Fallitur ergo Carolus a S. Paulo, qui locum iſtum ponit in Mauritania.

3 *Labdenſis.*) in provincia Byzacena, ut patet ex eadem notitia. In Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano nominatur Pomponius a Dionyſiana.

4 *Dionyſianenſis.*) in provincia Byzacena, ut patet ex eadem notitia. In Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano nominatur Pomponius a Dionyſiana.

5 *Mefarſelt.*) in Byzacena, ut fallor. Quippe Mefarſilia ſeu potius Mefarſilita in tabula Peutingeriana locatur inter Tyrnas Maſch & Gemellas oppida provinciæ Byzacenæ. Nam in itinerario Antonini Gemellæ nominantur inter Teleptem & Capſen oppida Byzacena.

6 *Migirpen.*) in provincia proconſulari, ut docet eadem notitia. Felix a Migirpa interfuit eidem Concilio S. Cypriani. In Concilio Carthaginæ habito anno 397. Cæſario & Attico Conſſ. legitur nomen Titi Migirpenſis. At in Græco per tranſpoſitionem literarum ſcriptum eſt *μιγγιρπανου*. Quod fraudi fuit Gentiano Herveto, qui *Mirippetano* vertit apud Balſamonem. Recte itaque cenſuit Ortelius hoc agi de Epiſcopo Migirpenſi.

7 *Siccenſis.*) in provincia proconſulari, ut patet ex Ptolemæo & ex itinerario Antonini, ubi vocatur Sicca Veneria. Candidus epiſcopus Siccenſis ſubſcripſit epiſtolæ Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP.

8 *Aquænovenſis.*) in Numidia, ut colligitur ex notitia epiſcoporum Africæ toties laudata.

9 *Zabenſis.*) in Numidia aut in Sitifenſi. Duplex enim fuit Zaba. Vide notitiam.

9 *Reſtitutus Membreſſitanus.*) Quum in Concilio Bagaienſi habito anno 394. damnatus fuiſſet Salvius epiſcopus Membreſſitanus cum nonnullis aliis collegis ſuis, ex tamen integer honor reſervatus eſt ſi intra diem octavum Kalendarum Januarii redire vellent. Itaque ſecundum regulas nemini licebat cathedram alicujus ex illis duodecim damnatis occupare ante diem illum. Et tamen reſtitutus in locum Salvii ordinatus eſt *antequam ipſe diei dilati tranſiret*, ut ait Auguſtinus epiſt. 235. Ordinatus ergo fuit anno 394.

10 *Curubitanus*, in provincia proconſulari, ut patet ex notitia, ex Concilio Carthaginenſi ſub Bonifacio, & ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP.

11 *Gatianenſis*, in provincia Byzacena, ut patet ex Victore Vitenſi in fine lib. 3. & ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ ad Conſtantinum imperatorem. Atque hinc emendanda haudquaquam dubie eſt notitia Epiſcoporum Byzacenorum, in qua nominatur Secundinus epiſcopus *Gariſianenſis*, cum legendum ſit *Gattianenſis*.

12 *Ab hotpitis*) ſive Hotpitanus in Numidia, ut docet eadem notitia Africæ.

13 *Letuſtanus*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet eadem notitia.

14 *Segermit.*) in Byzacena, ut patet ex eadem notitia. In Concilio Carthaginenſi S. Cypriani legitur nomen Nicomedis Epiſcopi a Segermis.

15 *Horrea Anic.*) In Mauritania Sitifenſi, ut opinor. Quippe Horream Cœliam conſtat fuiſſe in Byzacena. At in notitia Epiſcoporum Sitifenſium recenſetur Victor Horrenſis. Verum in epiſtola Epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP. nominatur Donatus Epiſcopus *Orreenſis*, ut legitur in vetuſtiſſimo codice Mſ. Eccleſiæ Bellovacenſis, per quem editiones repræſentatæ, *Horrenſis*. In Concilio Carthaginenſi Bonifacii nominatur Avus epiſcopus plebis Horrenſis.

16 *Bennet.*) in provincia Tyrenica, ut docet eadem notitia. Bennetam territorio Juncenſi vicinam fuiſſe teſtatur Perreciadas in vita S. Fulgentii cap. 14. prout legitur in antiquiſſimo & optimo codice Mſ. bibliothecæ Colbertinæ. Nam editiones habent *Vrennſ.*

17 *Hodie exivit*) Vide ſupra *Aſpaſius*, ubi eadem dicuntur.

recitavit. Donatus episcopus Tiſeditanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Urbanus episcopus Talensis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Innocentius episcopus Guzabetenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Item recitavit*. Felix episcopus [1] Zummenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Leontius episcopus [2] Ruſticianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, adverſarium non habeo. *Terentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Ille rebaptizabat poſt partem Donati. Rebaptizatus eſt poſtea, & ſic eſt ordinatus.

CXCIX.

Adeodatus epiſcopus dixit. Serva partibus quæ competunt. *Item recitavit*. Evaſius epiſcopus Gurbitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi.

CC.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Siccenſis dixit. Felix Zummenſis quomodo abſens ſubſcribere potuit doceatur. *Et alia manu*. Recognovi.

CCI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Videtis quid a partibus veſtris flagitetur. Quæritur enim quis nomine illius qui impræſentiarum videtur minime conſtitutus ſubſcripſerit mandato. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Expecta, hoc quæritur. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus recognovi. *Optatus epiſcopus dixit*. Felix Lambienſis infirmatur. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Cujus loci Felix epiſcopus ſubſcripſerit, officium aperte demonſtret. *Et recitavit*. Felix Zummenſis. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Subſcriptionis falſitatem deprehenſam fuiſſe teſtatum ſit. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Hic error eſt, non falſitas. *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Magnus error. Neſcivit unde eſſet. *Et alia manu*. Recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quis ſub ejus nomine ſubſcripſerit, ſaltim hoc Notarius eorum edicat: [4] ut ſupra. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Sufficit non nos prætermiſiſſe illi, aut ſupra. *Petilianus epiſcopus dixit*. Felix quidam Lambienſis, collega noſter, hic ægrotat; ſed & alii deeſt, id eſt, [5] Flavianus & [6] Donatus ibidem non mediocri ægritudine retinentur. Credo quod alicui mandaverit pro ſe ſubſcribi: ſe Felix, & in nomine ſedis, vel loci factus eſt error, quem aut ſimpliciter accipiant, aut facimus hujus nominis jacturam. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Marcellinus vir clariſſ. Tribunus, & Notarius dixit*. Accepiſſis profecutionem quam vobis æſtimo poſſe ſufficere. Unde patimini ut reliqua perlegantur. *Et recitavit*. Januarius epiſcopus de [7] Tuburſico Numidiarum. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Securus epiſcopus [8] Tenitanæ urbis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Hic ſum & mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. [9] Donatus epiſcopus Arenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi, & traditores in plebe mea non habeo. *Item recitavit*. Marianus epiſcopus [10] ab Oea. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Montanus epiſcopus a Cemeriniano. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: adverſarium non habeo. [11] *Fortunatus epiſcopus eccleſiæ* [12] *catholicæ Coſtantinienſis dixit*. Habemus illic eccleſiam & Presbyterum Terentium. *Item recitavit*. Donatianus epiſcopus [13] Carcabianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Juſtus Epiſcopus [14] Nicibenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix epiſcopus Tagarajenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus [15] Equizetenſis. *Cumque acceſſiſſet*,

1 *Zummenſis*) In veteri libro & in editionibus ſcriptum eſt *Tugammenſis*. Nos emendavimus propter ea quæ ſequuntur. Quod etiam probatur ex his quæ Adeodatus epiſcopus Milevitanus ait ſupra cap. 114.

2 *Ruſtician.*) In Numidia, ut docet notitia.

3 *Error eſt*) Vide infra cap. 213. hujus primæ cognitionis.

4 *Ut ſupra*) id eſt. *Et alia manu. Recognovi.*

5 *Flavianus*) Epiſcopus Pauzerenſis, ſup. cap. 187.

6 *Donatus*) Sucardenſis, infra cap. 210.

7 *Tuburſico Num.*) quod vicinum erat Tagaſtæ, ut patet ex epiſtola 263. S. Auguſtini. Januarius autem iſte ſucceſſerat Fortunio, quem valde ſenem eo tempore fuiſſe teſtatur Auguſtinus in eadem epiſtola.

8 *Tenit.*) in provincia Byzacena, ut docet notitia Africæ. Thenarum colonia haud procul ab Uſula, quæ eſt civitas Byzacenæ, meminit itinerarium Antonini. In epiſtola epiſcoporum provinciæ Byzacenæ ad Conſtantinum Imp. ſubſcribit Felix epiſcopus civitatis Thenenſis. Sic enim habet vetus codex Eccleſiæ Bellovacenſis, cum in editionibus ſcriptum ſit: *Thenenſis*. Sed hoc diſcrimen non eſt magni momenti.

9 *Donatus Aren.*) Mirum eſt quod ait iſte, non habere ſe traditores in plebe ſua, quo nomine, pars Donati intelligebat catholicos. Nam infra cap. 207. nominatur Secundus epiſcopus Arenſis, & ipſe Donatiſta, qui item profitetur ſe non habere adverſarium in plebe ſua. Porro inter epiſcopos Concilii Cabarſuſſitani ſubſcribit Annibonius Rabuntenſis pro Augendiarenſi epiſcopo. Pro quo legendum eſſe *Augendo Arenſi* illic monuimus.

10 *Ab Oea*) Maſſonus edidit *Aboea*, Pithœus *a Bera*. Neuter bene. Oea fuit civitas provinciæ Tripolitanæ, cujus epiſcopus Natalis interfuit Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano. Creſconius epiſcopus Oeenſis recenſetur inter eos quos Huneric Vandalorum Regis perſecutio afflixit. Meminit & Plinius lib. 5. c. 4. civitatis Oeenſis in Africa, quam docet ſitam fuiſſe inter duas Syrtes. Item Solinus, ubi vide Salmaſium. Meminit etiam Oeæ colonię itinerarium Antonini. Vide Henricum Valeſium ad lib. 23. Amm. Marcellini.

11 *Fortunatus*) In veteri libro & in editionibus legitur *Fortunatianus*, certo errore. Fortunati enim epiſcopi Conſtantinienſis, ſtilus nimirum, mentio eſt ſup. cap. 132. *Et* cap. 141.

12 *Cath. Conſtant.*) Ita nos emendavimus, & emendatio noſtra certa eſt. In veteri exemplari legitur: *Catholici Conſtantinus habemus*. Sed ſub litera *ſ* additum eſt monſtrum quod indicat eam eſſe tollendam. Imperitia fuit veteris grammatici qui ita correxit. Legendum *Conſtantinienſis* pro *Conſtantinus*. Et ſic conſtat ſententia. Quare merito rejicienda eſt lectio Maſſoni & Pithœi, qui ediderunt: *Catholicæ Cæſaream illius Provinciæ.*

13 *Carcabian.*) in provincia Byzacena, ut docet notitia. Famoſum eſt nomen Victoris epiſcopi Carcabianenſis, qui damnatus eſt in Concilio Cabarſuſſitano.

14 *Niciben.*) forte Nobenſis in Numidia, ut patet ex notitia.

15 *Equizet.*) In Mauritania Sitifenſi, ut docet eadem notitia. *Equiſbe* legitur in tabula Peutingeriana.

idem dixit. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Januarius Epiſcopus [1] Horreæ Cæliențis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus [2] Pudentianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi: traditores vero in plebe mea & omni diœceſi mea non habeo. *Aurelius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Epiſcopum ibi habebamus Memmianum reverentiſſimum virum. Poſtea alterum Memmianum illic ordinavimus. Defuncti ſunt. Ordinamus alium. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Cui? *Aurelius epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Remotis vobis ordinamus. Ipſi depoſuerunt baſilicas, ipſi tulerunt ornamenta Eccleſiæ. Ille qui loquitur quatuor baſilicas depoſuit uno loco. *Item recitavit*. Januarius epiſcopus [3] Aptucenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Victor epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Labertinenſis dixit*. Unitas eſt illic, publicam non latet conſcientiam. *Item recitavit*. Fidentius epiſcopus [4] Cullitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturninus Epiſcopus Garabianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Vitalis epiſcopus [5] Maſculitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Iſte Vitalis Diaconus fuit catholicus in civitate Sitifenſi. Rebaptizatus, factus eſt Presbyter. Projectus eſt cauſa adulterii, & factus eſt poſtea epiſcopus. *Petilianus epiſcopus dixit*. Accuſatoris loco ſtare voluiſti. *Et alia manu*. Recognovi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit*. Non accuſatoris loco, ſed purgationis. *Item recitavit*. Rufinianus epiſcopus [6] Tuburbitanus. *Cumque acceſſiſſet*, (*idem dixit*.) Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius Epiſcopus [7] Bajeſitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saturninus Epiſcopus [8] Victorianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Lucianus Epiſcopus Burugiatenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Maximus Epiſcopus [9] Abitinenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victor Epiſcopus [10] Gibbenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Victorianus epiſcopus Tunuſudenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Creſconius (Epiſcopus) Auſugrabenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item* (*recitavit*.) Fortunatianus Epiſcopus a [11] Senemſalis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Saluſtius epiſcopus Zertenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Hilarus epiſcopus Sullitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit* Mandavi & ſubſcripſi. (*Item recitavit*. Victor epiſcopus Taborenſis.) *Et cum recitaſſet, Victor Epiſcopus* [12] *Taborenſis dixit*. Suſceperam quidem mandatum: ſed quia beatiſſimus pater & [13] princeps noſter [14] Primianus nunc ſuſcepit, me neceſſe eſt mandare his actis. *Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit*. Voluntatem tuam geſta retinebunt. *Item recitavit*. Argutus epiſcopus Tabudenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit*. Felix epiſcopus Manazenenſium regiorum. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi

---

1 *Horrea Cæl.*) Maſſonus iſta prætermiſit in ſua editione. Pithœus repoſuit: ſed aut non bene legit, aut hoc erratum eſt a typographis. Sic enim editum ab illo eſt: *Januarius epiſcopus Harrean. Celienſis*. Iſtius Januarii ſucceſſor Hilarianus interfuit Concilio Carthaginenſi anni 419. inter legatos provinciæ Byzacenæ. Duæ fuere Horreæ in Africa, Aninicenſis videlicet & Cælienſis. Prioris, quæ fuiſſe videtur in Mauritania Sitifenſi, Epiſcopus fuit Victor, qui nominatur inter epiſcopos quos Hunericus Rex Vandalorum perſecutus eſt. Horrea Cælia erat in provincia Byzacena, & Epiſcopum non habebat tempore illius perſecutionis. Horreæ in Sitifenſi memorat itinerarium Antonini, alterius vero inter civitates Byzacenæ. Tenax Epiſcopus ab Horreis Cæliis interfuit Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano.

2 *Pudentian.*) in Numidia, ut opinor. Quippe in notitia Epiſcoporum illius provinciæ nominatur Peregrinus Punentianenſis.

3 *Aptucenſis*) Vir doctiſſimus Holſtenius putavit Aptucam & Aptungam non eſſe diverſas civitates. Et tamen diverſas eas eſſe admonere illum potuerant hæc ipſa geſta collationis Carthaginenſis, in quibus cap. 128. nominatur Felix Epiſcopus Aptugnitanus, & paulo poſt Januarius Epiſcopus plebis Aptucenſis. Sed alia hic ſe nobis offert difficultas. In eodem cap. 128. Januarii Aptucenſis Epiſcopi nomen recitatur inter Epiſcopos catholicos, & Dominicus epiſcopus catholicus Bullenſium regiorum teſtatur ideo eum nunc non adeſſe quia corporis infirmitate commotus erat. Deinde Victor Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Libertinenſis ait in cap. 201. (quod eſt hoc noſtrum) unitatem eſſe in Eccleſia Aptucenſi, remque eſſe omnibus notam. Et tamen hic Januarius Epiſcopus Aptucenſis recitatur inter Donatiſtas, & cum acceſſiſſet, mandaſſe ſe profitetur & ſubſcripſiſſe. Cum autem Victor Libertinenſis adverſus eius profeſſionem exclamet unitatem illic eſſe, valde puto ſuppoſitum fuiſſe Januarium illum & re vera Epiſcopum Aptucenſem non fuiſſe: ſicut infra cap. 204. cum in medium prodiiſſet Donatus Epiſcopus Medianenſium Zabuniorum partis Donati, Novatus Epiſcopus catholicus Sitifenſis audaſter renunciavit fallum id eſſe, unitatem eſſe in Eccleſia Medianenſi, nullum illic eſſe Donatiſtam, Epiſcopum autem Donatiſtarum in eodem loco non eſſe.

4 *Cullit.*) in Numidia, ut patet ex itinerario Antonini.

5 *Maſculit.*) In Numidia, ut colligitur ex eadem notitia & ex Concilio Carthaginenſi anni 525.

6 *Tuburbit.*) id eſt, Tuburbitanorum majorum, ut patet ex cap. 135. extremo.

7 *Baleſit.*) ſive Vadeſitanus, ut opinor. In Numidia. Vide notitiam Africæ.

8 *Victorian.*) in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia.

9 *Abitin.*) in provincia proconſulari, ut colligitur ex epiſtola Epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Vide Auguſtin. lib. 3. contra Parmen. extr. & lib. 4. contra Creſcon. cap. 49.

10 *Gibben.*) ſive Gilbenſis in Numidia, ut patet ex notitia.

11 *A Senemſalis*) Maſſonus & Pithœus edidêrant *Aſenemſalenſis*. In ſynodo Bonifacii Epiſcopi Carthaginenſis legitur ſubſcripſiſſe *Patronianus Epiſcopus plebis Senemſalenſis*. In Concilio vero Lateranenſi ſub Martino, ubi recitatur epiſtola epiſcoporum provinciæ proconſularis ad Paulum Patriarcham CP. nominatur *Julianus Epiſcopus Eccleſiæ duarum Senepſalitanarum*, ſeu potius Senemſalitanarum. Itaque verum hujus loci nomen fuit Senemſal. Quia vero duplex iſtius nominis civitas fuit, utraque eumdem habens epiſcopum, ideo interdum epiſcopi illius ſedis ſe vocabant epiſcopos duarum Senemſalitanarum, interdum ſimpliciter Senemſalitanos. Itaque omnino ſentio cum viris doctiſſimis hinc emendandam eſſe notitiam Africæ quæ extat apud Victorem Vitenſem, ubi inter epiſcopos provinciæ proconſularis recenſetur *Maaucius Duaſſedemſal*, pro quo legendum *duar Senemſal*, vel potius, *duarum Senemſalium*.

12 *Tabor. dixit*) Antea peſſime ſcriptum & editum fuit *Tabborenſis dixerit*. Nos emendavimus.

13 *Princeps*) Concilium Carthaginenſe III. cap. 26. *Ut prima ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum*.

14 *Primianus juſſe.*) Primo quidem mandavit, ut legitur ſupra cap. 104. poſtea ſuſcepit. Supra cap. 157. *mandaveram, ſed ego hoc mandatum ſuſcepi*.

davi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [1] Macrobius A epiſcopus Hipponienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Maximinus Epiſcopus [2] Uzabirenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſconius Epiſcopus [3] Silemſilenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi, traditores non habeo in plebe mea. *Aurelius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit.* Presbyterum habemus qui intervenit.

CCII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Intervenit dixiſti. Si ubique veſtros ſpargere velitis, jam videmini habere nobiſcum partem in his locis [4] ubi Chriſtiani ſunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Item recitavit.* Gaudentius Epiſcopus Nigizubitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſconius Epiſcopus [5] Sinitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Turraſius Epiſcopus [6] Fiſſanenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Speratus Epiſcopus Cataquenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Fortunatianus Epiſcopus Venſanenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Januarius Epiſcopus [7] Centurionenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Comparator Epiſcopus [8] Mactaritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſconius Epiſcopus Banzarenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi, traditorem non habeo in plebe mea. *Item recitavit.* Victor Epiſcopus Hiltenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Victor Epiſcopus Tituli- B tanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Felix Epiſcopus [9] Voſetanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi.

CCIII.

[10] *Palatinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Diaconus fuit, & rebaptizatus eſt. *Adeodatus epiſcopus dixit.* Serva partibus quæ competunt. *Et alia manu.* Adeodatus Epiſcopus recognovi. *Item recitavit.* Rogatus Epiſcopus Zaraitenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Creſconius Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Diaconus catholicus erat, & rebaptizatus eſt. *Adeodatus Epiſcopus dixit.* Serva partibus quæ competunt. *Item recitavit.* Maximinus Epiſcopus [11] Tuburbitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatus Epiſcopus [12] a Medianis Zabuniorum. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi.

CCIV.

Victor Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. [13] Probet ſe acceſſiſſe ad unam domum quam dicit. *Novatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Sitifi dixit.* C [14] Scriptum ſit Medianas Zabuniorum habere Presbyterum. Ipſe hodie tenet plebem & baſilicam. Unitatem habet, nullus illic eſt Donatiſtarum. Supra corpus Epiſcopi catholici Presbyterum ordinavi, & Deo volente ordinabitur illic Epiſcopus. [15] Epiſcopus autem Donatiſtarum in eodem loco non eſt. *Adeodatus epiſcopus dixit.* Contra hæc ſerva quæ competunt. *Et alia manu.* Adeodatus Epiſcopus recognovi. *Marcellinus V.C. Tribunus, & Notarius dixit.* Quæ partibus competunt, ſalva erunt. *Item recitavit.* Felix Epiſcopus [16] Uzalenſis. *Cum-*

---

1 *Macrobius Hippon.*) adverſarius S. Auguſt. qui ad eum ſcribit epiſtol. 155. & 165. ejuſque meminit in epiſtola 158. ad Marcellinum.

2 *Uzabirenſis*) forte *Unizibirenſis*. Cyprianus epiſcopus Unizibirenſis recenſetur inter epiſcopos provinciæ Byzacenæ qui crudelitatem experti ſunt Hunerici Vandalorum Regis. In epiſtola vero epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Conſtantinum Imp. quæ extat in Concilio Lateranenſi Martini Papæ, ſubſcribit Donatus epiſcopus Uniziverenſis. Quare certum eſt Unizibiram eam urbem eſſe quam Ptolomæus Οὐνιζιβίρραν vocat, & ſub Adrumeto civitate provinciæ Byzacenæ ponit. An vero Ulizibirra Ptolomæi ſit oppidum Uluſubritanum Plinii, non liquet.

3 *Silemſilenſis*) id eſt, Selemſelitanus, ut ego quidem arbitror, cujus ſedis epiſcopus Felix an. 397. interfuit Concilio quod habitum eſt in urbe Carthaginenſi apud Genetlium epiſcopum. Ita enim illic conſtanter legitur in omnibus editionibus. Quare oportet valde mendoſum fuiſſe codicem quo uſus eſt vir doctiſſimus Petrus Franciſcus Chiffletius, qui ubique in hoc Concilio edidit *Felix Sefemlitanus*. Non moror autem depravatam lectionem quæ extat in antiquis libris & editionibus Gratiani 16. quæſt. 1. cap. *Felix*; ubi correctores Romani recte reposuerunt *Selemſelitanus*.

4 *Ubi Chriſtiani ſunt*) id eſt, Donatiſtæ, tanquam hi ſoli eſſent Chriſtiani qui baptiſmum Donati tenebant. Vide infra collat. 3. cap. 93. 99. Auguſtinus epiſt. 166. ad Donatiſtas. *Veſtri epiſcopi conventi a nobis, nunquam nobiſcum pacifice conferre voluerunt, quaſi fugientes cum peccatoribus loqui.* Ajebant ſubito Eccleſiam Chriſti quorumdam peccatorum periiſſe contagio & in ſola remanſiſſe parte Donati, ut legitur in collatione prima c. 16.

5 *Sinitens.*) in Numidia, ut docet notitia. In indiculo Poſſidii refertur ſermo a S. Auguſtino habitus Sinitl contra Donatiſtas. Ceterum iſte Creſconius Epiſcopus Donatiſta adverſarium habuit, ut opinor, Maximinum, cujus mentionem facit S. Auguſtinus epiſt. 166. & lib. 22. de civit. Dei cap. 8. Hic ergo, ut ego quidem arbitror, fuit unus ex Epiſcopis catholicis quorum nomina exciderunt in his geſtis.

6 *Fiſſanen.*) Donatus epiſcopus Piſcianenſis interfuit Concilio Cabarſuſſitano an. 393.

7 *Centurion.*) in Numidia, ut docet notitia.

8 *Mactaris.*) in Byzacena, ut patet ex eadem notitia.

9 *Voſetan.*) ſive Boſetenſis, ut ſupra cap. 125.

10 *Palatinus Epiſc*) Boſetenſis catholicus.

11 *Tuburbit.*) id eſt, Tuburbitanorum minorum, ut patet ex c. 133. ubi iſte Maximinus nominatur.

12 *A Median. Zab.*) In notitia epiſcoporum provinciæ Byzacenæ recenſetur *Autactus Mediamenſis*, & in notitia epiſcoporum Mauritaniæ Cæſarienſis *Valentinus Caſtelli Mediani*. In utra harum provinciarum ſita fuerint Medianæ Zabuniorum non liquet. Amm. Marcellinus lib. 29. commemorat munimentum nomine Medianum.

13 *Probet ſe*) id eſt; Adeo falſum eſt hunc Donatum regere plebem Zabuniorum ut nominare non poſſit ullam domum ad quam acceſſerit. Plebs enim Zabuniorum, quæ per Presbyterum regitur, unitatem habet, & nullus hic eſt Donatiſtarum.

14 *Scrip. ſ. Med.*) In veteri libro legitur: *Scriptum ſit Memedianas*. Pro quo Maſſonus edidit *me Nec dianas*, Pithœus *me Mediana*. Sed hæc emendatio falſa eſt. Novatus enim epiſcopus non dicit ſe eſſe Presbyterum Medianarum, ſed Presbyterum illic eſſe catholicum. Error ortus ex modo agendi veterum librariorum, qui frequenter ſyllabas geminabant.

15 *Epiſcopus Donat. n. eſt*) Vide quæ ſupra dicta ſunt de Januario falſo epiſcopo Aptucenſi.

16 *Uzalenſis*) in provincia proconſulari, ut docet notitia. Hic autem Felix epiſcopus Uzalenſis Donatiſta

Cumque acceſſiſſet, idem dixit. Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Servandus Epiſcopus a Caſis Faventinis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi: traditorem non habeo. *Item recitavit.* Felix Epiſcopus [1] Putienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi.

CCV.

Petilianus Epiſcopus dixit. De mandato conſtet non de cauſa, quæ poſtea eſt ventilanda. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

CCVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Iſta frequentius interloquutus ſum, ſuperſtue in his creditis immorandum. *Item recitavit.* Meſſianus Epiſcopus Seleucianenſis. *Cumque acceſſit, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Liberantius Epiſcopus Tiſanianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit:* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſconius Epiſcopus Advocatenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatus Epiſcopus Scilitanus. *Cumque acceſſiſſet, Idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Urbanus Epiſcopus Vicentis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Victorinus epiſcopus Adrumetinus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Maximus Epiſcopus Caniſanenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Ampelius epiſcopus Neapolitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Maximus epiſcopus [2] Macrenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Idaxius epiſcopus Muzucenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Reſtitutus epiſcopus [3] Flumenpiſcenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit* Tertullus epiſcopus [4] Cilibienſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. (*Item recitavit.*) Januarius epiſcopus [5] Narenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [6] Honoratus Epiſcopus [7] Thuſdritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſcentilianus epiſcopus [8] Lambiritenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi, & profiteor me traditores non habere. *Aurelius epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Maconadienſis dixit.* Superſtue profiteris. Epiſcopus ibi fuit, proxime defunctus eſt. Ordinandus illic erit alius. *Item recitavit.* Habetdeus epiſcopus [9] Auruſulianenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Bureaton epiſcopus [10] Gemellenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi: traditorem non habeo, nec unquam habui. *Item recitavit.* Januarius epiſcopus Betagbaritanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatianus epiſcopus Lamzellenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi: traditorem autem nec habeo, nec habui, nec habiturus ſum. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Maconadienſis dixit.* Rufus epiſcopus ibi fuit noſter. Lamzelli in baſilica noſtra poſitus eſt [11] Gildo. Scriptum ſit, dum expectatur electio. Cetcrum in nomine Chriſti ordinabitur illic epiſcopus. *Item recitavit.* Celer epiſcopus Capſenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Creſconius epiſcopus [12] Mulertitanus. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit.* Mandavi (& ſubſcripſi. *Item recitavit*

---

non profitetur ſe non habere adverſarium in plebe ſua. Itaque arbitror Evodium epiſcopum catholicum illius ſedis, virum eo tempeſtate inſignem, ac propterea a Donatiſtis vocatum præuerſorem ac navigatorem & furiæ catholicorum legatum, unum fuiſſe ex epiſcopis quorum nomina exciderunt in recitatione mandati. Certe Theaſius epiſcopus Membloſitanus, perpetuus fere ſocius Evodii, nominatur ſupra cap. 133. inter epiſcopos qui collationi interfuerunt.

1 *Felix ep. Putienſis*) Supra cap. 133. mentio eſt Felicis epiſcopi Piſtenſis Donatiſtæ, qui erat adverſarius Ambibii epiſcopi catholici. Et quamvis ſciam Servandum Putientem in Byzacena provincia epiſcopum nominari in veteri notitia epiſcoporum Africæ quos Hunerici Vandalorum Regis crudelitas affixit, valde tamen ſuſpicor hunc Felicem, qui hoc dicitur Putienſis, eum fuiſſe qui adverſus Ambibium ſtetit.

2 *Macren.*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet notitia.

3 *Flumenpiſc.*) in Mauritania Sitifenſi. Victor epiſcopus Flumenpiſcenſis exagitatus eſt cum aliis epiſcopis catholicis ab Hunerico Rege Vandalorum. Quare vera eſt doctiſ. cujuſdam viri conjectura, qui ex hoc loco conjecit apud Optatum lib. 2. legi debere *Januarius Flumenpiſcenſis* pro eo quod editum eſt *Flumen Piſcenſe*.

4 *Cilibienſi*) in provincia proconſulari, ut patet ex epiſtola epiſcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Vir doctiſſimus Lucas Holſtenius hoc loco legendum putat *Sicilibrenſi*. Verum errare eum hinc patet quod jam antea cap. 198. nominatus eſt Quadratianus epiſcopus Sicilibbenſis, & ipſe Donatiſta.

5 *Naren.*) in provincia Byzacena, ut docet notitia.

6 *Honoratus*) Quatuor iſtius nominis epiſcopi Donatiſtæ interfuerunt huic collationi. Arbitror autem ad aliquem eorum ſcriptam eſſe epiſtolam 161. ſancti Auguſtini, ad eum nimirum qui Thuſdritanus epiſcopus fuit. Nam aliorum ſedes erant in Mauritania Cæſarienſi; inter quam & Numidiam, ubi Auguſtinus, interjacet Mauritania Sitifenſis. At Auguſtinus in fine ejuſdem epiſtolæ teſtatur illum cui inſcripta eſt epiſtola vicinum ſuum fuiſſe. Fuit ergo apud Thuſdrum in provincia Byzacena.

7 *Thuſdrit.*) Vide quæ occaſione Navigii epiſcopi Dydritani dicta ſunt ſupra cap. 121.

8 *Lambirit.*) in Numidia, ut patet ex notitia & ex tabula itineraria Peutingeri.

9 *Auruſul.*) In Concilio Caſarſuſſitano legitur adfuiſſe Secundianus epiſcopus Auruſilianenſis, qui haud dubie iſtius Habetdei deceſſor fuit.

10 *Gemell.*) in Numidia. Qui colligitur ex eadem tabula & ex itinerario Antonini.

11 *Gildo*) qui Africam tenuit, ut verbis utantur Hieronymi, & a fratre Maſcezele victus fugatuſque eſt & ſtrangulatus an. 398. ut probat Baronius. Is ergo ſepultus eſt in Eccleſia catholica Lamzellenſi. Sed ut id credi facile poſſit obſtat auctoritas Marcellini Comitis, qui Gildonem teſtatur fuiſſe paganum. At ego cum videam facile poſſe obſtat auctoritas Marcellini Comitis, qui Gildonem teſtatur fuiſſe paganum. At ego cum videam uxorem ſororemque ejus ac filium fuiſſe Chriſtianas, quod in epiſtolis ad Aſcruchium & ad Salvinam ſcriptis teſtatur Hieronymus, & ex Oroſio colligatur Maſcezelem quoque fuiſſe hominem religionis noſtræ, valde dubius ſum an fidem integram adhibere debeam Marcellino iſta ferenti poſt centum & triginta ſex annos a morte Gildonis, præſertim cum nullus alius in his geſtis intelligi poſſe videatur Gildo quam is qui tenuerat Africam quatuordecim annis ante tempora iſtius collationis. Quod ſi ita eſt, oportet Lamzellum fuiſſe in Numidia, cum ex Oroſio lib. 7. cap. 36. conſtet Gildonem periiſſe prope Ardaloncn. fluvium inter Thebaſtem & Theveſtem & Antmederam Numidiæ oppida. Sic enim hic legendum, non *Alete, Derona*, quod habent vetuſtiſſimi codices MSS. bibliothecæ Colbertinæ.

12 *Muſertit.*) In veteri exemplari & in vulgatis editionibus legitur *Muſtit.* certo errore. Nam ſupra c. 128. nominantur duo epiſcopi Muſtitani, Victorianus nimirum catholicus, & Felicianus Donatiſta. At cap. 133. no-

tavit. Donatus epiſcopus Tuburſicenſis. *Cumque acceſſiſſet, idem dixit*. Mandavi & ſubſcripſit. *Item recitavit*. Quodvultdeus epiſcopus Ceſſitanus.

CCVII.

Petilianus epiſcopus dixit. In itinere defecit. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Qui in itinere dicitur defeciſſe, quemadmodum invenitur ſubſcripſiſſe doceatur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Non de ipſo dictum eſt, calumnioſe agis, de altero ſuggeſtum eſt. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. De quo? *Petilianus epiſcopus dixit*. Qui deceſſit in via. *Et alia manu ut ſupra*. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Recitentur nomina, ut eadem agnoſcat. *Et alia manu*. Recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Si in via defecit, quomodo ſubſcripſit? *Et alia manu*. Recognovi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit*. Clericus pro mortuo ſubſcripſit? *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Eligat, ſibi ut oſtendam quomodo mentiatur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defeciſſe ſubſcripſerit. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Recitetur, utrum clericus ex nomine ſuo ſubſcripſerit, an ex nomine defuncti. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Recitetur cujus nomine ſubſcripſerit qui in itinere dicitur defeciſſe. *Et recitavit*. Quodvultdeus epiſcopus Ceſſitanus æger ſubſcripſi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Advertit nobilitas tua nullius clerici nomen pro defuncti nomine ſubſcripſiſſe, ſed tanquam vivi, mortui nobis, qui in via juxta eorum profeſſionem dicitur defeciſſe, ſubſcriptionem obtuliſſe. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Quid ſi & iſte moriatur qui æger ſubſcripſit? Quaſi hodie non unus defecit. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit*. Sed in itinere defeciſſe dixiſti. *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Sufficiunt iſta deprehenſa. Cetera ſubſequantur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Nihil deprehendiſti, argumentaris contra veritatem. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Tu dixiſti. *Et alia manu*. Recognovi.

CCVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si verum eſt, ut aſſeritis, quod in itinere defecit, conſtat ſubſcriptionem ejus falſiſſime recitatam: ſin vero ipſe ſubſcripſit, non potuit in itinere deperire. *Petilianus epiſcopus dixit*. Non eſt humanum mori? Non etiam morientes teſtamentis ſuis ſubſcribunt? *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Humanitatis eſt mori, ſed inhumanitatis eſt fallere. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Non eſt hoc fallere, quia potuit revertens in itinere mori. Mandatum adhuc modo accipio. Dico quod moveat. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Mandatorum dies prolatus a partibus recitetur, ut appareat de nomine defuncti quæ pars in mendacium profilierit. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Mandati diem pandat officium. *Rufinianus ſcriba dixit*. Recitabo, ſicut præcepit ſublimitas tua, diem mandati. *Et recitavit*. Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Kalendas Junias Carthagine. *Et cum recitaret, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Cetera perlegantur. *Rufinianus ſcriba recitavit*. Januarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, Primiano, Petiliano, Emerito, Protaſio, Montano, Gaudentio, Adeodato, coepiſcopis noſtris præſentes præſentibus ſalutem. *Et cum recitaret, Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Jamdudum ipſe ſubſcripſit. Modo dixit, Clericus ſubſcripſit, modo Epiſcopus. *Et cum diceret*. (*Et alia manu*. Recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Advertitis præſentes præſentibus peragendi negotii dediſſe mandatum. Quomodo igitur hic, qui præſens in hac urbe ſe inter ceteros ſine dubio mandaſſe profeſſus eſt, & in itinere dicitur defeciſſe, & in hac urbe ſubſcripſiſſe mandato? *Adeodatus epiſcopus dixit*. Octo dies emenſi ſunt, ut mandatum confectum eſt. Is qui mandavit, de cujus nomine nunc agitur, cum ægrotare cœpiſſet, ad propria remeans, in itinere defecit. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus recognovi. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Dicat quo in loco defecit. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Non novi locum. *Et alia manu ut ſupra*. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Quoniam probabilis eſt veſtræ ſanctitatis profecutio, qua eum hic fuiſſe & ægrum ad propria remeantem defeciſſe teſtaris, ſaltim hoc docere te convenit ut utrum in hac urbe fuerit ſub Dei teſtificatione deſignes. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Si præcipit ſublimitas tua, Petiliani viri graviſſimi profecutio recitetur, ut ex lectione cognoſcant univerſi quam non vere nunc dicatur eum repedantem de Carthagine in itinere defeciſſe, quia aliter eum ejus profecutio demonſtravit. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit*. Legatur profecutio poſtulata. *Cumque ex codice legeretur, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum niſi ut ſub teſtificatione divina utrum hic præſens fuerit de quo agitur ſimplici profeſſione pandatur. *Emeritus*

---

minatur Leontius epiſcopus catholicus plebis Muſertitanæ, & ſtatim additur Creſconium in eadem plebe ordinatum eſſe ex parte Donati. Quod aperte evincit legitimam eſſe hanc emendationem noſtram.

1 *Ceſſit.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut patet ex notitia.

2 *In itin. defecit.*) Hanc hiſtoriam explicat Auguſtinus in breviculo primæ diei cap. 14.

3 *Hodie non unus defecit*) nimirum Maximianus Bennenſis, uti dictum eſt ſupra cap. 133. & capite centeſimo nonageſimo octavo.

ritus episcopus dixit. Quid si se alius pro eodem apposuit? *Et alia manu*: Emeritus episcopus recognovi.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. De hoc Dei erit etiam sine sacramenti interpositione circa fallentes omni ex parte judicium. Unde reliqua subscribentium nomina relegantur. *Et recitavit*. Quodvultdeus episcopus [1] Volitanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus episcopus [2] a Turre Rotunda. (*Cumque accessisset, idem dixit*.) Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victorius episcopus [3] Selendetensis. *Crescentianus episcopus dixit*. Hic est, ægrotat. *Item recitavit*. Crescentianus episcopus Ammederensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix episcopus [4] Bullensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*: Cresconius episcopus a [5] Cibadiana. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Jurata episcopus [6] a Turre Tamallumensi. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Liberalis episcopus [7] Milidiensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus episcopus [8] Auzagerensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Victor Episcopus Villaregensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Donatus episcopus Buzensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Lucius Episcopus Tamallensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Quintus episcopus [9] Tagaratensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. [10] Datianus episcopus Teleptensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Avegasius episcopus [11] Tuccaborensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Honoratus episcopus. [12] Jommitensis. *Cumque accessisset, idem dixit*, Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Vitalis episcopus [13] Ucrensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Plutianus episcopus [14] Masclianensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Faustinus episcopus [15] Naraggaritanus. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*: Felicianus episcopus [16] Viltensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix episcopus [17] Boncarensis. *Cumque accessisset, idem dixit*, Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Felix episcopus [18] Telensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. [19] Secundus episcopus Arensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi: adversarium in plebe mea non habeo. *Item recitavit*. Julianus episcopus Tignicensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. [20] Splendonius epscopus [21] Mutugenensis. *Cumque accessisset, idem dixit*. Mandavi & subscripsi. *Item recitavit*. Serenianus episcopus Mam-

---

1 *Volitanus*) Retractanda heic necessaria sunt quæ supra diximus de hac Ecclesia, quia illic ea male confundi videtur cum Volis Mauritaniæ Tingitanæ populis, & illa Mauritania dicitur esse eadem quæ & proconsularis; quod quomodo mihi excidere potuerit, assequi non possum. Volitana ergo sive Bolitana Ecclesia, ut illic dictum est, sita erat in provincia proconsulari.

2 *Turre Rot.*) Ptolemæus lib. 4 cap. 2. Rhobondam locat inter oppida Numidiæ. Vide autem an Rhobonda convenire possit cum Turre Rotunda.

3 *Selendet.*) Inter Episcopos, qui Concilio Carthaginensi interfuerunt an. 525. nominatur Felicissimus Episcopus plebis Sedelensis.

4 *Bullen.*) sive Bullensium regiorum, ut patet ex cap. 135.

5 *Cibadiana*) in Concilio Carthaginensi S. Cypriani nominatur Donatus a Cibalianæ.

6 *A Turre Tamallum.*) Massonus ediderat *Aturrela Mallemen.* Pithœus, *a Turre Tamallumen.* Verum supra cap. 126. legitur unica dictione *Turretamallumensis*. Quare hinc emendanda etiam est epistola episcoporum provinciæ Byzacenæ ad Constantinum Imperatorem, ubi nominatur Pentasius Episcopus sanctæ Ecclesiæ *Turrium Tamallu...* Pro quo vetustissimus codex Ecclesiæ Bellovacensis habet *Triumtamal.*

7 *Milidiensis*) Quid si legamus *Mididiensis*? Mididi enim fuit civitas provinciæ Byzacenæ, cujus Episcopus Eubodius vixit tempore Hunerici Regis Vandalorum. Ejusdem civitatis meminit & Ferrandus Diaconus in vita S. Fulgentii cap. 12. ubi male editum est *Ididi*. Vetus codex Colbertinus recte habet *Mididi*. Quæ lectio confirmatur auctoritate veterum exemplarium a Chifletio laudatorum, quæ *Indidi* habent.

8 *Auzager.*) in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

9 *Tagarat.*) in pro consulari, ut docet notitia Africæ.

10 *Datianus Teleps.*) Aut fatendum est miram, quod negari non potest, fuisse Donatistarum impudentiam, qui falsorum Episcoporum nomina proferre auderent; aut necesse est affirmare locum hunc esse mendosum. Nam supra cap. 121. nominati sunt Donatianus Episcopus Teleptensis catholicus & Bellicius ejus adversarius, & Bellicius rursum cap. 198.

11 *Tuccabor.*) in provincia proconsulari, ut patet ex epistola Episcoporum illius provinciæ ad Paulum Patriarcham CP. Fortunatus a Tuccabori interfuit Concilio Carthaginensi S. Cypriani.

12 *Jommit.*) in Mauritania Cæsariensi. Sed in itinerario Antonini legitur *Jomnium municipium*, etiam in vetustissimo exemplari bibliothecæ Colbertinæ, quo etiam modo vocatur a Ptolomæo. Quare valde suspicor legendum ibi hic esse *Jomnitensis*.

13 *Ucrensis*) forte *Verensis*; ut in notitia Episcoporum Africæ, ubi inter proconsulares recensetur *Exittiosus Verensis*. Nisi notitia emendanda est ex his gestis.

14 *Masclianen.*) in provincia Byzacena, ut docet eadem notitia. Masclianarum in provincia Byzacena mentio extat in itinerario Antonini. Julianus a Masclianis interfuit Concilio Carthaginensi sub Cypriano.

15 *Naragarit.*) in provincia proconsulari, ut patet ex notitia Episcoporum Africæ quæ extat apud Victorem Vitensem, ubi nominatur *Maximinus Maraggaritanus* sive Naraggaritanus. Eadem emendatio adhibenda est Concilio Carthaginensi sub Bonifacio, cui subscribit *Victorinus Episcopus plebis Nagargaritanæ*. In epistola Episcoporum provinciæ proconsularis ad Paulum Patriarcham CP. reperitur nomen Benenati Episcopi sanctæ Ecclesiæ Naraggaritanæ. Naraggaram porro post Tagastem commemorat itinerarium Antonini.

16 *Viltensis*) in provincia proconsulari, ut colligitur ex citata paulo ante epistola, cui subscribit Theodorus Biltensis.

17 *Boncar.*) sive Voncariensis in Mauritania Cæsariensi, ut patet ex notitia.

18 *Telen.*) in provincia proconsulari ut patet ex epistola paulo ante laudata. Natalicus Episcopus Telensis interfuit Concilio Cabarsussitano.

19 *Secund. E. Aren.*) Duos oportet istius sedis Episcopos fuisse, aut duas fuisse Aras in Africa. Nam supra cap. 201. Donatus Episcopus Arensis commemoratur, qui profitetur se non habere traditores in plebe sua; quod isthic quoque de plebe sua profitetur Secundus.

20 *Splendonius*) Vide an is esse possit Diaconus catholica damnatus, & a Donatistis rebaptizatus ac Presbyter factus, cujus meminit August. lib. 3. contra literas Petiliani cap. 38. Certe tempora congruunt.

21 *Mutugen.*) Antea legebatur *Mutigennensis*. Verum quia supra cap. 133. & apud August. epist. 203. & 204. legitur *Mutugennensis*, nos ita emendavimus.

Mammillenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Salvianus epiſcopus [1] Leptitanus. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Reparatus epiſcopus [2] Vindenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Leontius epiſcopus [3] Præſidienſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Titianus epiſcopus Sufeſulenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Neſtorius epiſcopus Malianenſis, *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatus epiſcopus Ancuſenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [4] Flavoſus epiſcopus Ciſſitanus. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Maximinus epiſcopus [5] Turreblandenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Miggin epiſcopus [6] Vagalitanus. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Donatianus epiſcopus Capſenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Marcianus epiſcopus [7] Cebarſuſſenſis *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Licet adverſarium non habeam, tamen mandavi, & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Reſtitutus epiſcopus Laritenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* Victorianus epiſcopus [8] Aquenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Mandavi & ſubſcripſi. *Aſellicus epiſcopus eccleſiæ catholicæ municipii Tuſuritani dixit.* Sub teſtificatione omnipotentis Dei, & Jeſu Chriſti ſalvatoris noſtri dico me ſic eſſe de [9] Arzugibus profectos die tertio Kalendarum Majarum. A Presbyter fuit, non epiſcopus. In via ordinatus eſt. Sed hac factione qua valet eſt illic epiſcopus, in adulterio detectus. Adhuc pendet cognitio. *Marcellinus v. clariſs. Tribunus & Notarius dixit.* Epiſcopum ſufficit ordinatum; ac parte tranſita, reliqua percurrat officium. *Et recitavit.* Fauſtinus epiſcopus [10] Rationenſis. *Cumque acceſsiſset, idem dixit.* Adverſarium non habeo: Mandavi & ſubſcripſi. *Item recitavit.* [11] Marcianus epiſcopus. *Eminentius epiſcopus in itinere remanſit.* Felix Novaſinnenſis ſubſcripſi pro eo. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Quomodo præſentes præſentibus mandaverunt? *Felix Novaſinnenſis epiſcopus dixit.* Ipſe me rogavit in itinere, & ego pro ipſo B ſubſcripſi.

CCIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Licet hoc lectum atque dictum ſit quod præſentes præſentibus mandaverunt, tamen, ne mora ſuperflua conteratur, reliqua percurrat officium. *Et recitavit.* Martialis epiſcopus Idicrenſis pro Felice [12] Garbenſi & Juſto Formenſi, qui in itinere cauſa infirmitatis detenti ſunt, pro eis ſubſcripſi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Etiam hoc ſuperiori conſtat eſſe conſimile. *Et adjecit.* Aliud recitetur. [13] *Martianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Felix epiC ſcopus Garbenſis de domo ſua non exivit. *Et recitavit.* (Gaudentius epiſcopus [14] Tigiſitanus.) *Creſconius epiſcopus* [15] *Siguitanus dixit.* Gaudentius collega noſter Epiſcopus loci Tigiſitani infirmitatis cauſa in itinere remanſit; pro eo ſubſcripſi.

L. CCX.

1 *Lepit.*) Duæ, ut patet ex itinerario Antonini, fuere Leptes in Africa, una magna, altera minor. De Lepte magna iſthic agi hinc conjici poſſe videtur quod Leptis minoris ſive Leptiminenſis Epiſcopus Donatiſta Victorinus ſupra nominatus eſt cap. 121, & c. 187. Porro Leptis magna diſtabat M. P. XVIII. ab Adrumeto. A minore autem uſque ad majorem numerantur M. P. DI.

2 *Vinden.*) ſive Bidenſis, ut opinor, in Mauritania Cæſarienſi. Vide notitiam Africæ.

3 *Præſid.*) in provincia Byzacena, ut eadem notitia docet.

4 *Flavoſus Ciſſi.*) Ordinatus fortaſſis in via fuerat ab Epiſcopis Donatiſtis, quia Quodvultdeus in itinere defecerat. Verum hæc res non minimam habet difficultatis. Nam horum duorum Epiſcoporum nomina uno die recitata ſunt ex ſubſcriptionibus; & tamen Donatiſtæ, quum ajunt Quodvultdeum defeciſſe in itinere, nullam ſucceſſoris ejus mentionem faciunt. Et catholici qui controverſiam moverant de nomine Quodvultdei, nunc ſilent ad pronunciationem nominis Flavoſi; qui tamen interrogare poterant Donatiſtas quomodo iſte potuerit ſubſcribere, ut Epiſcopus Ciſſitanus, vivente adhuc Quodvultdeo.

5 *Turrebland.*) in provincia Byzacena. In notitia Epiſcoporum Africæ quos Hunericus Vandalorum Rex afflixit, quæ extat apud Victorem Vitenſem, nominatur Paulus Turreblandinus. Item in epiſtola Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Conſtantinum Imperatorem, quæ deſcripta eſt in actione ſecunda Concilii Lateranenſis Martini Papæ, legitur Datianus Epiſcopus Eccleſiæ Turreblandis.

6 *Vagalit.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut patet ex notitia Africæ.

7 *Cebarſuſſ.*) Sic etiam ſcriptum eſt in Chronico Victoris Tunnenſis ſub finem & apud Auguſtinum lib. 4. contra Creſconium cap. 6. At in enarratione pſalmi 36. *Cabarſuſſi* habent omnia antiqua exemplaria, non vero *Cavernas Suſs*, ut male in editis. Quare eleganter errant qui hoc Concilium Cavernenſe comminiſcuntur, & Cavernas Suſis Carthagini propinquas fuiſſe ſcribunt.

8 *Aquenſis*) in provincia Arzugitana, ut patet ex proſecutione Aſellici.

9 *Arzugibus*) Provincia Arzugitana meminit Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis in epiſtola de damnatione Pelagii & Cæleſtii. Exiſtimat autem Ortelius provinciam illam eam eſſe quæ vulgo Tripolitana dicitur. Verum in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 40. & 52. Tripolitani & Arzugitani ſic commemorantur, ut diverſarum provinciarum fuiſſe videantur. Itaque dicendum videtur Arzugitanos fuiſſe quidem in provincia Tripolitana, ſed tamen aliquam tum diviſionem interceſſiſſe qua eos quodam modo diſtraxerat. Same in epiſtola ſynodica Concilii Byzaceni quæ extat in tom. 2. Conciliorum pag. 1412. mentio eſt utriuſque Tripolis, non quidem in editionibus, ſed in optimo & vetuſtiſſimo codice Mſ. bibliothecæ Colbertinæ, hoc modo; *Mauritaniæ ac utriuſque Tripolis.* Vide Sirmondum ad Sidonium.

10 *Nation.*) in provincia Byzacena, ut patet ex notitia.

11 *Marcianus Ep.*) Deeſt, ut videtur, nomen loci, cujus ille Epiſcopus fuit. Ceterum cum iſta non bene hactenus edita fuiſſent, inventus eſt qui ea nomine ſequentis Epiſcopi faceret cathedram Marciani, quem propterea dixit Epiſcopum fuiſſe Eminentianenſem. Same in notitia Epiſcoporum Mauritaniæ Cæſarienſis nominatur Victor Eminentianenſis. Vide autem an hinc ſanari poſſit hic locus. Quod ſi iſta emendatio placet, ita reſtituendus eſſet: *Marcianus Epiſcopus Eminentianenſis, Felix Novaſinnenſis Epiſcopus dixit: In itinere remanſit, ſubſcripſi pro eo.*

12 *Garben. & Form.*) In Numidia, ut docet eadem notitia. Optatus Milevitanus lib. 1. de Concilio Cirtenſi loquens, quod compoſitum erat ex Epiſcopis Numidicis: *Victor Garbienſis, Felix a Rotario.* Idem lib. 2. *De Numidia Urbanus Formenſis, & Felix Idicrenſis.* Victor ille Garbienſis fuit primus Donatiſtarum Epiſcopus in urbe Roma, ut docet idem auctor.

13 *Martianus. Epiſc.*) Idicrenſis, ſupra cap. 128.

14 *Tigiſit.*) in Mauritania Cæſarienſi, ut colligi poteſt ex notitia Epiſcoporum illius provinciæ.

15 *Siguit.*) Cum iſte Epiſcopus ſubſcribat pro eo qui erat Epiſcopus in Mauritania Cæſarienſi, dubium non eſt, quin ipſe fuerit etiam Epiſcopus in eadem provincia.

CCX.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Teſtatum ſit actis ſublimitatis tuæ ideo hæc fieri ut major videatur eorum numerus Epiſcoporum, quamvis nec ſic catholicis poſſit æquari. *Et alia manu.* Recognovi. *Item recitavit.* Donatus epiſcopus Sucardenſis. [1] *Marinianus epiſcopus dixit.* Hic eſt in civitate, ſed ægrotat.

CCXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ut ſtatui, lecta in ſeriem referuntur actorum. Quoteni autem ſint utriuſque partis epiſcopi, quorum ſubſcriptio recitata eſt, calculatim pandat officium.

CCXII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Adhuc ſunt præſentes collegæ noſtri, qui ſubſcriptiones ſuas mandato non indiderunt: Occupati enim fuerant vel infirmitate vel neceſſitate; vel etiam poſtea ſupervenerunt. Hi etiam jube ut cogniti accedant. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Interim eorum numerus qui ſubſcripterunt ab officio demonſtretur. *Rufinianus ſcriba dixit.* Excepta ea [2] pagina quæ errorem habet, in ſubſcriptione Donatiſtarum invenimus nomina contineri. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ipſa autem pagina quot nominibus continetur? *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* [3] Sex, annumeratis etiam abſentibus. *Et cum diceret* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Rufinianus ſcriba dixit.* Sex; ac ſic efficiuntur omnes ducenti ſeptuaginta novem.

CCXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit. Alterius quoque partis quot epiſcopi recitati ſunt intimetur. *Rufinianus ſcriba dixit.* Catholicæ partis epiſcopi ſecundum ſubſcriptionem huic brevi inſertam efficiuntur ducenti ſexaginta ſex, exceptis his quos dicunt necdum ſubſcripſiſſe.

CCXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Nunc quot ſunt ii quos ſubſcripſiſſe teſtantur, edicere non morentur. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Tranſeant, & cognoſcantur. Viginti ſunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ergo ſi adſunt, ſuam debent ſinguli demonſtrare præſentiam. *Cumque Apronianus epiſcopus acceſſiſſet, Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit.* Cujus es civitatis Epiſcopus? *Apronianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* [4] Mazacenſis. *Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit.* Mandato cui per abſentiam non ſubſcripſiſti conſentis? *Apronianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Mazacenſis dixit.* Conſentio. *Item & accedente Maximino Suffetano epiſcopo, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Conſentis tu quoque mandato. *Idem dixit.* Conſentio & mando. *Item accedente Victore epiſcopo Ajurenſi, idem dixit.* Mando, & conſentio. *Item accedente Felice epiſcopo* [5] *Ficenſe, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente Felice epiſcopo Macrianenſi, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente Lucio epiſcopo* [6] *Olivenſi, idem dixit.* Mando, & conſentio. *Item accedente Tertulliano epiſcopo* [7] *Hirenenſi, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente Johanne* [8] *Gummitano epiſcopo, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente* [9] *Ampellio Vagenſi, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente Primulo epiſcopo Vagenſe, idem dixit.* Mando, & conſentio. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Diu obſervavit [10] Severus, ſed nunc infirmitate deceſſit. *Item accedente Regino epiſcopo Tigillabenſi, idem dixit.* Mando & conſentio. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* [11] Delphinus epiſcopus hic eſt, ſed infirmitate detinetur. Nam & [12] Fauſtinianus epiſcopus Ruſiccadenſis hic eſt, in hac civitate, ſed male habet: & Felix Serteitanus pedem dolet. *Item accedente Victore epiſcopo Abſtinenſi, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente Æneæ epiſcopo a Turbunice, idem dixit.* Mando & conſentio. *Item accedente-*

Vide ſupra cap. 176.

---

1 *Marinian. Epiſc.*) Oeenſis, ſupra can. 132. & cap. 201.

2 *Pagina quæ err. hab.*) id eſt, ſup. in c. 201. in qua acriter diſputatur de ſubſcriptione Felicis Epiſcopi Zummenſis Donatiſtæ, & Adeodatus Epiſcopus Milevitanus ait: *Hic error eſt, non ſuſpitas.* Et Petilianus: *In nomine ſedis vel loci factus eſt error.*

3 *Sex annumeratis*) Male antea legebatur; *Sed annumeratis.* Verum ita legendum eſſe uti nos reposuimus probant ſequentia Rufiniani verba. Auguſtinus in breviculo primæ diei cap. 14. *Reſpondit officium nomina Donatiſtarum Epiſcoporum eſſe ducenta ſeptuaginta novem, annumeratis etiam illis pro quibus abſentibus alii ſubſcripſerant, computato & illo defuncto.*

4 *Mazacenſis*) in Numidia. Benenatus epiſcopus Mazacenſis vivebat tempore Hunerici Regis Vandalorum.

5 *Ficen.*) in Mauritania Sitifenſi, ut docet notitia.

6 *Olivan.*) in Mauritania Sitifenſi. Nam oliva locatur inter Aſſavam & Moptum in tabula Peutingeriana. Sed hæc loca fuiſſe in provincia illa jam oſtendimus ſupra.

7 *Hiren.*) in provincia Byzacena, ut patet ex epiſtola Epiſcoporum ejuſdem provinciæ ad Conſtantinum Imp.

8 *Gummit.*) in eadem Byzacena; ut docent eadem epiſtola & notitia. Concilio Carthaginenſi ann. 525. ſubſcripſit Sabinianus Epiſcopus Gummenartarum Ævo Leonis IX. cum Eccleſiæ Africanæ Epiſcopi ad quinarium numerum redacti eſſent. Gummitanus Epiſcopus invaſit in nomen dignitatemque Primatis, ut patet ex epiſtola quarta ejuſdem Leonis.

9 *Ampelio Vagenſi*) Vir clariſs. Joannes Garnerius contendit nendum hic eſſe, proque *Vagenſi* legendum *Vadenſi*, cujus duo tum Epiſcopos, & eos quidem pacificos ſic catholicos fuiſſe ait; ſed unde iſtud acceperit, non indicat. At iſthic certe legendum eſt *Vagenſi*, ut patet ex cap. 176. Nam & in Concilio Carthaginenſi S. Cypriani legitur interfuiſſe Felix a Vaga.

10 *Severus*) Epiſcopus Milevitanus catholicus, cujus adverſarius erat Adeodatus. Ad hunc Severum ſcripta eſt epiſtola 235. S. Auguſtini, qua reſpondet ei quam a Severo acceperat, quæ eſt 37. inter epiſtolas Auguſtini. Ejuſdem mentio eſt etiam in epiſtola 110. ejuſdem Auguſtini.

11 *Delphinus*) Epiſcopus Numidæ, ut patet ex cap. 65. iſtius primæ cognitionis & ex epiſtola 158. S. Auguſtini. Poſita autem fuit ejus Eccleſia inter veteres limites Eccleſiæ Cirtenſis.

12 *Fauſtinian. Ruſiccad.*) cujus adverſarium fuiſſe Juniorem patet ex cap. 198. Ruſiccadem in Mauritania Cæſariena locat itinerarium Antonini.

cedente Annibonio episcopo [1] *Abbiritano, idem dixit*. Mando & consentio. *Item accedente Felice episcopo* [2] *Novensi, idem dixit*. Mando & consentio. *Item accedente Argyrio episcopo* [3] *Sitipensi, idem dixit*. Mando & consentio.

CCXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quot sunt isti quorum professio nunc processit, edicat officium. *Nampius scriba dixit*. Viginti sunt. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Omnium episcoporum partis utriusque claruit & certa esse mandata & firmas adstare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis jam praestare secretum quibus omne negotium crediderunt.

CCXVII.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit. Scriptum sit [4] centum viginti esse absentes, quos aut infirmitas aut aetas aut certe necessitas detinuit. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Scriptum erit. *Petilianus episcopus dixit*. Scriptum sit multo plures (nostros) absentes esse, etiam cathedras viduatas, quibus Episcopi ordinandi sunt. *Et alia manu*, [5] *ut supra*. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Hoc quoque gesta retinebunt. *Fortunatianus episcopus ecclesiae catholicae Siccensis dixit*. Quia de viduatis cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque [6] sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Etiam hoc haeret publicis monumentis. ([7] *Et adjecit*. Remaneant utriusque partis Episcopi qui electi sunt,) & alii exeant. *Quibus egressis*.

CCXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrum ii tantum adsint qui a partibus secundum imperiale praeceptum electi esse noscuntur, edicat officium. *Rufinianus scriba dixit*. Partis Ecclesiae catholicae secundum formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas. Etiam ex parte Donati adstant decem & octo, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas.

CCXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Edicat officium quantum diei jam videatur emensum. *Rufinianus scriba dixit*. Exemptae sunt horae undecim diei.

CCXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. [8] Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco utrum ex communi consensu negotium differri placeat intimetur. *Ab utrisque partibus dictum est*. Placet quoniam jam iste dies videtur emensus.

CCXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. In quem diem haec ipsa comperendinatio differatur, pars utraque designet.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit. Sicut edicto nobilitas tua praescripsit, crastino intermisso [9] propter descriptionem schedarum, perendie, si praecipis, observavimus. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus episcopus dixit*. Etiam nos consentimus ut perendino die negotium peragatur. *Et alia manu*. Adeodatus Episc. recognovi.

CCXXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sicut partibus placuit, interjecto die negotium repetatur. Illud autem utraeque partes observare debebunt, ut designatos custodes exceptoribus atque codicibus in describendis schedis invigilare faciant, quatenus fideliter omnia con-

1 *Abbirit.*) id est, Abbir. minoris, ut ego arbitror. Nam supra cap. 133. nominatur Felix Episcopus Abbiritanorum majorum. Tertiam quoque Abbir. invenio cognominatam Germanicianam, cujus Episcopus Successus interfuit Concilio Carthaginensi S. Cypriani. Verum hunc non esse diversam ab Abbirita simpliciter dicta putat Holstenius, eo quod Candidus, qui Concilio Carthaginensi ann. 419. inter legatos provinciae proconsularis interfuit, cum in ipso Concilio Episcopus Abbiritanus dicatur, in subscriptionibus tamen dicitur Episcopus Germaniae sive Germaniciorum. Variant enim hic vetera exemplaria. At quod idem Holstenius Abbiram cum Abbira confundit, falli eum constat ex cap. 126. ubi Fructuosus Episcopus plebis Abziritensis nominatur; qui neque Abbiritanorum majorum Episcopus esse potuit; cum in ea ipsa collatione interfuerit Felix sedis illius Episcopus, neque item minorum, quorum cathedram tenuit Annibonius.

2 *Novens.*) In Mauritania Caesariensi, ut docet notitia.

3 *Sitipensi*) In notitia Reverendi Sitiphnos civitas episcopalis locatur inter Byzacenas.

4 *Centum viginti*) Ita omnino vetus codex. At editiones Massoni & Pithoei habent ducentos viginti, omnino contra veritatem. Nam Augustinus in breviculo primae diei cap. 14. ita ait: *Dictum est a catholicis alios Episcopos centum viginti non venisse Carthaginem, quod quidam eorum senectute, quidam infirmitate, quidam diversis necessitatibus impediti*. Idem in libro ad Donatistas post collat. cap. 24. *Nam cum aliquanto amplior nostrorum numerus affuisset, dictumque a nobis esset alios centum ferme Episcopos catholicos partim senectute, partim valetudine, partim diversis necessitatibus impeditos non venisse Carthaginem, illic hoc audito plures suos non venisse dixerunt*. Porro haec prava lectio imposuit v. c. Emanueli a Schelstrate, qui in libro de Ecclesia Africana pag. 288. hinc collegit fuisse tum in Africa 370. cathedras episcopales partis catholicae, ex parte vero Donati quingentas aut circiter.

5 *Ut supra*) id est, *Recognovi*.

6 *Sexaginta quatuor*) Itaque quod Augustinus ait in breviculo primae diei cap. 14. dictum esse a catholicis sexaginta suorum cathedras esse quibus successores Episcopi non sunt suffecti ordinati, sic intelligendum est ut numerum rotundum ponere voluisse videatur, ut saepe fit. Sic paulo ante vidimus eum alicubi dixisse centum viginti Episcopos abfuisse, alibi firme centum.

7 *Et adjecit*.) Hanc percupen nos addidimus, quia necessaria erat. Supra: *Et ideo debent egredientes reliqui eis jam praestare secretum quibus omne negotium crediderunt*. Augustinus in breviculo primae diei cap. ult. *Egressis omnibus qui jam supe fluo praesentes erant, & remanentibus eis quos necessarios utraque delegerant, in perendinum diem collatio dilata est utrorumque consensu*.

8 *Quoniam diei*.) Vide infra collat. 2. cap. 32. 44. 59.

9 *Propter descr. sched.*) Quia gesta scripta erant per notas in tabulis Notariorum, neque ea natura rerum ac litterarum est ut quis notas legat alienas, describenda erant in schedis & describenda in paginas, ut Episcopi subscriptiones suas in eis apponere possent. Vide infra in collat. 2. cap. 38. & seq.

ſcribantur, alios quoque binos, ut quaterni ſint, ſicut diſpoſitum eſt, his qui nuper exceperunt adhibere cuſtodes.

CCXXIII.

Alypius ep. eccleſiæ catholicæ dixit. Alii duo præſentes ſunt, ſicut jam & officium ſuggeſſit, id eſt, fratres noſtri [1] Leo & [2] Aſterius. *Et alia manu*. Recognovi. *Primianus ep. dixit*. Damus etiam nos cuſtodes tabularum quatuor. Duos jam dedimus, duos nunc ſubrogamus, id eſt, [3] Veratianum & [4] Victorem, præſentes collegas noſtros. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

CCXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam iſtis adverſantibus, id quod poſtea exceptum eſt, [5] ſignatis nunc tabulis craſtino deſcribetur. *Et alia manu*. Edantur. *Item alia manu*. Hilarus & Martialis exceptores [6] edidimus.

Expliciunt geſta primæ cognitionis.

INCIPIUNT GESTA SECUNDÆ COGNITIONIS, [7] CUM EDICTO.

Flavius Marcellinus v. c. & ſpectabilis Tribunus & Notarius dixit. Omnium conſcientia retinetur id me dudum edicto propoſito fuiſſe pollicitum, ut quicquid inter utriuſque partis epiſcopos ageretur, ſubinde in publicam notitiam perveniret. Unde ea quæ interim geſta ſunt ſanctitati veſtræ demonſtrare curavi, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis judicetis. *Et alia manu*. Proponatur.

I.

Poſt conſulatum Varanis v.c. tertio Nonas Junias in ſecretario Thermarum Gargilianarum Carthagini, adſtantibus Sebaſtiano, Maximiano & Petro viris devotiſſimis Protectoribus domeſticis, Urſo, Petronio, & Liboſo Ducenariis, ſed & Bonifacio, & Evaſio apparitoribus illuſtrium atque eminentium poteſtatum, Fileto apparitore illuſtris comitivæ ſedis, Exitioſo adjutore Cornicularii, Poſſidio, Quodvultdeo, & Colonico, adjutoribus commentariorum officii Domini noſtri v.c. & ſpectabilis Proconſulis, Navigio adjutore numerorum Domini noſtri v. c. & ſpectabilis vicarii, Nampio ſcriba officii v. c. Legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba v. c. Curatoris celſæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro, & Prætextato exceptoribus Domini noſtri v.c. & ſpectabilis Proconſulis, Fabio exceptore Domini noſtri v. c. & ſpectabilis vicarii, & Romulo exceptore v.c. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis eccleſiæ catholicæ, Victore, & Creſconio Notariis eccleſiæ Donatiſtarum, Liboſus Ducenarius illuſtrium poteſtatum dixit. Quoniam in hodiernum diem comperendinata cognitio eſt, & præſentes ſunt utriuſque partis Epiſcopi, ſi jubet ſublimitas tua, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit. Veniant. *Et ingreſſis Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, Poſſidio, Novato, Florentio, Maurentio, Priſco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Ieone, Aſterio, & Reſtituto epiſcopis eccleſiæ catholicæ, ingreſſis etiam ex alio latere Primiano, Petiliano, Emerito, Prothaſio, Montano, Gaudentio, Adeodato epiſcopis partis Donati.*

III.

Marcellinus v.c. Tribunus, & Notarius dixit. Et ſuperiore judicio ſæpe me obtuliſſe certiſſimum eſt, & nunc deprecor ut ſedere dignemini. *Cumque catholici epiſcopi conſediſſent, Petilianus epiſc. dixit*. Quod priore judicio factum non eſt facere non audemus. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & & Notarius dixit*. Licet & ſuperiore judicio me obtuliſſe meminerim, tamen illa arbitror tunc minime factum eſſe ratione quia multis ſacerdotibus convenientibus locus conſidendi eſſe non poterat. Unde quia nunc definitas video convenisse perſonas, deprecor ut vel nunc ſedere dignemini.

IV.

Petilianus epiſcopus dixit. Patribus noſtris abſentibus non ſedemus, maxime cum lege divina confeſſus prohibeatur, ne cum hujuſmodi adverſariis noſtris conſidere velimus. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.

V.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Si petitionem meam ſanctitas veſtra audire negexit, ut conſidere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit quo minus [8] ſtando cognoſcam. *Cumque epiſcopi catholici ſurrexiſſent, atque* [9] *ſeſſus judi-*

---

1 *Leo*) Epiſcopus municipii Mopprentis ſupra cap. 144.

2 *Aſterius*) Epiſcopus Vicenſis ibid.

3 *Veratianum*) Epiſcopum Carpitanum, ſupra cap. 125. & cap. 187.

4 *Victorem*) Tot iſtius nominis Epiſcopi Donatiſtæ fuerunt in collatione Carthaginenſi ut difficile ſit æſtimare de quo hoc agatur.

5 *Signatis tabulis*) id eſt, ſigillatis, ex more quodam Conciliorum. Sic in actione ſeptima Concilii ſexti œcumenici Conſtantinus Imp. jubet ut *tres codices qui prolati ſunt a parte venerabilis Macarii ſigillentur*. Vide infra collat. 2. cap. 53. & collat. 3. cap. 220.

6 *Edidimus*) Antea legebatur *edicimus*. Sic infra collat. 2. cap. 73. *Hilarus & Martialis exceptores edidimus*.

7 *Cum edicto*) id eſt, edicto cognitoris, quod in veteri libro poſitum eſt in fine ſecundæ cognitionis. Sed quia certum eſt datum fuiſſe poſt collationem, Maſſonus & Pithœus illud ex eo loco removerunt, & in finem geſtorum rejecerunt, quod nos ſecuti ſumus.

8 *Stando cognoſcam*) Sed neque hic ſedere voluit Marcellinus, ait Balduinus, niſi ſi aſſiderent collocutores; cum tamen in judicio civili ſolus ſedeat judex, ſtare autem jubeantur litigatores.

9 *Seſſus*) id eſt, ſedes. Vetus verſio ſextæ ſynodi act. 17. *Propoſito mutrando ſeſſu piiſſimi & Chriſti amabilis magni Imperatoris Conſtantini*. Et infra: *Ea latere venerandi ſeſſus piiſſimi & Chriſti amatoris Imperatoris*. Vide etiam act. 13. 14. 15. 16. 17. Scilicet cathedra Imperatoris tenebat locum ejus in Concilio, ſicut hodie apud nos cathedra regia locum Regis obtinet in ſacro conciſtorio.

judicis auferretur ejuſdem judicis juſſione, & D. N. vir clariſſimus & ſpectabilis Marcellinus Tribunus & Notarius ſtetiſſet,

VI.

Petilianus epiſcopus dixit. Scriptum ſit hoc tuæ voluntatis eſſe, non noſtræ. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

VII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Decet me vobis ſtantibus habere hujuſmodi voluntatem, quæ ad reverentiam tantorum pertinet ſacerdotum. *Petilianus epiſcopus dixit.* Honorifice feceris. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

VIII.

Martialis exceptor dixit. Cujuſmodi notariam Epiſcopi heſterno nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus. Si præcipit nobilitas tua, recitamus.

IX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur.

X.

Petilianus epiſcopus dixit. Epiſcopos nos veritatis Chriſti Domini noſtri & dicimus & ſæpe actis publicis dictum eſt. Donatum autem ſanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum, [1] præceſſorem ſcilicet noſtrum, [2] ornamentum Eccleſiæ iſtius civitatis, loco ſuo meritoque veneramur. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

XI.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Epiſcopos veritatis probare opus eſt, non jactare. *Et alia manu.* Recognovi.

XII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrarumque partium proſecutiones geſta retinebunt. *Et adjecit.* Quod præceptum eſt recitetur. *Martialis exceptor recitavit.* Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi, quarto Nonas Junii, Flavio Marcellino viro clariſſimo, & ſpectabili Tribuno & Notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Prothaſius, Montanus, Gaudentius, Adeodatus epiſcopi & defenſores eccleſiaſticæ veritatis per notariam hæc dicunt. Heſterna die [3] Kalend. Junii inter nos & adverſarios noſtros ſpectabilitas tua audire dignata eſt. Et quoniam evoluto pene die partibus A patientiam præbens, aliquanta quæ principia negotii fuerant audire dignatus eſt, opuſque eſt ad cauſam ut mandatum quod adverſarii noſtri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam ſeries actorum propter ſui prolixitatem non poteſt explicari, ne imparati ad judicium venire videamur, id mandatum quod adverſarii noſtri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod eſt quarto die Nonarum Juniarum, dari præcipias; ut inſtructi negotio nobis injuncto adeſſe valeamus. *Et alia manu.* Primianus epiſcopus huic notariæ ſubſcripſi quarto Nonas Junias Carthagini. *Flavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ea quæ inſtructionis gratia poB ſtulantur concedi debere perſpicuum eſt, ut nulla cognitionem futuram morarum impedimenta ſuſpendant, mandatum a catholicis epiſcopis datum, ſub ea quæ comminus conſtituta eſt cuſtodum adſervatione deſcriptum, vobis tradere maturabit officium. *Cumque recitaſſet,*

XIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Lecta geſtis indentur. *Et adjecit.* Quoniam inter multas conditiones, de quibus ſuperiore judicio definitum eſt, una illam conſtat fuiſſe dilatam, ut ſicut ego interloquutionibus meis, ita proſecutionibus ſuis unuſquiſque ſubſcribeC ret, quid de hoc videatur ſanctitati veſtræ debetis edicere

XIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Nos in hoc conſenſiſſe literis noſtris expreſſimus. *Et alia manu.* Recognovi.

XV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quid etiam voluntas partis alterius habeat intimetur.

XVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Multum nos ſollicitos facit quod de nobis id quæritur idque præcipimur facere quod uſus nunquam habere conſuevit. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi.

XVII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Teſtatum ſit [4] partem adverſam noluiſſe quod edicto nobilitatis tuæ publicatum eſt. *Et alia manu.* Recognovi.

XVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Teſtatum ſit vos adhuc

---

1 *Præceſſor. noſtrum*) id eſt, auctorem noſtri dogmatis, Epiſcopum communioni, noſtræ principem. Alioqui enim verum non erit quod hæc ait Petilianus. Quippe Donatus fuit Epiſcopus Carthaginenſis. Petilianus vero Conſtantinenſis.

2 *Ornamentum*) Meminit iſtius loci Auguſtinus in libro ad Donatiſtas poſt collat. cap. 16. 17.

3 *Kal. Julii*) Antea legebatur, *Idibus Januariis*, manifeſto errore; quem nec Maſſonus nec Pithœus ſuſtulerunt. Certa autem eſt emendatio noſtra.

4 *Partem adv. nolu.*) Auguſt. in libro ad Donatiſtas poſt collat. c. 11. *Ecce quam diligenter actum eſt pro ſalute veſtra ut verbis noſtris ſubſcriberemus, quod fieri omnino nolebant, & ut facerent tandem aliquando pudore convicti ſunt. Nam extant verba eorum ubi hoc facere recuſarunt, & rurſus alia verba ubi hoc facere conſenſerunt quod primo negaverant.*

adhuc Eccleſias pleraſque non reddidiſſe nec feciſſe ſatis priori ejus edicto. *Et alia manu*, ut ſupra.

XIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ergo ad integram geſtorum fidem contenta eſt ſanctitas veſtra cuſtodibus ab utraque parte delectis, qui Notariis & exceptoribus videntur appoſiti?

XX.

Petilianus epiſcopus dixit. Edantur nobis primitus geſta. Tunc reſpondebimus. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

XXI.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide cuſtodum. *Et alia manu.* Recognovi.

XXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad hoc etiam conſenſiſſe ſanctitatem veſtram ſuperiorum geſtorum fides evidenter oſtendit.

XXIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Legamus & recenſeamus. *Et alia manu*, ut ſupra.

XXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Et de cuſtodibus ab utriſque partibus delectis, & ad quam partem fuerit dilata cognitio, ab officio recitetur.

XXV.

Emeritus epiſcopus dixit. [1] Si jubes, edantur nobis primitus geſta, relegantur a nobis, recenſeantur verba noſtra, & adverſariorum inſtructio. Sic legibus ſemper conceſſum eſt. Hæc eſt humanitas rerum. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.

XXVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quamvis recens actio nullum potuerit præterire, tamen ex hoc ſenſus nobilitatis tuæ volumus eſſe edoctos, ut intelligantur jam dilatione quadam ad cauſæ negotium nolle venire. *Et alia manu.* Recognovi.

XXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Legatur quod præcepi, ut noverim ad quem articulum ſit dilata cognitio.

XXVIII.

Emeritus epiſcopus dixit. Si jubes, ad hoc competit mihi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Age. *Emeritus epiſcopus dixit.* Sunt quidem humana ingenia ita velocitate ſui prompta ut vel viſu vel auditu facile cuncta capiant quæ in eorum notitiam perferuntur. Sed hoc doctis forte, aut eruditis viris pro rei ipſius qualitate [2] permiſſum ſit; me autem ad hanc rem minus idoneum eſſe profiteor. Quis enim levem vocem & facilem ſermonem ipſo pene apice tranſeunte aut ſenſu retinere, aut concipere poteſt, vir nobilis, cum ad tractatum omnem diſceptationemque & verba & ſenſus & interiora ſint negotii pertractanda. Ergo cum de ſcheda legitur, & leves voces aura quodammodo ventilantur, ſenſus noſtri capere, & retinere non poſſunt. Ubi hoc aut cui conceſſum eſt? Si hac felicitate ingenii gaudent, non ſe jactent de arrogantia memoriæ ſuæ. Mihi autem non competit niſi ſæpius repetere & diuturna lectione edoceri, [3] ut [a] fidem veri & quæ dixerim relegam, & quæ adverſarius objecit advertam. Intelligis ita rem eſſe geſtorum. Ideo memoriæ ſcripturarum per literas digeruntur, ne ſola memoria, quæ capax eſſe non poteſt, oblivione decepta quid geſſerit, neſciat. Neque enim aliter ſapientia providente ſcripturarum notitia monumentiſque publicis proviſa eſt, niſi ut ex lectione quæ per ſilentium forte, aut per longum tempus aut per ipſorum actuum continuationem minus capi atque minus intelligi poteſt, & ex lectione & ex ipſo aſſiduo tractatu poſſit agnoſci quid ſit in judicio ventilatum. Vides ergo, vir nobilis, juſta nos depoſcere, nec [4] per tranſitum cauſam debere ventilari, ſed editis geſtis in notitiam noſtram datis, univerſis pertractatis, cauſam debere cognoſcere. *Et alia manu*, ut ſupra.

[a] Forte, *ut ad fidem veri*. Hard.

XXIX.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Scriptum eſt: *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Prov. 10. Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inſpirante verboſi videri nolumus. Itaque, ſi placet, ad cauſam veniatur, quæ proxime agi poterit & definiri, moratorias autem proſecutiones. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Legatur quod præcepi.

XXX.

Emeritus Epiſcopus dixit. Sicut de ſcriptura propoſuit, ſcriptum eſt nobis: *Sapientia abſcondita, theſaurus inviſus. Quæ utilitas in utroque?* *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.

XXXI.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. In multiloquio nunquam fuit ſapientia. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII.

Martialis exceptor ex codice recitavit. Nobilitas

---

1 *Si jubes*) Poſtea ſequebatur in veteri libro & in editionibus: *Petilianus epiſcopus dixit.* Quæ verba nos ſuſtulimus, quia non poſſunt eſſe hujus loci.

2 *Permiſſum*) In veteri libro ſcriptum eſt *permixtum*. Non viderunt autem editores locum hunc eſſe mendoſum.

3 (*Ut fidem veri*) Locus mendoſus.

4 *Per tranſitum*) per tranſennam, quaſi aliud agendo.

tas tua dixit. Quoniam diei pene omnem partem conſtat emenſam, idcirco utrum ex communi conſenſu differri negotium placeat intimetur. *Ab utriſque partibus dictum eſt*. Placet, quoniam jam iſte dies videtur emenſus. *Nobilitas tua dixit*. In quem diem hæc ipſa comperendinatio differatur, pars utraque deſignet. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Sicut edicto nobilitas tua præſcripſit, craſtino intermiſſo propter deſcriptionem ſchedarum, perendie, ſi præcipis, obſervemus. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Etiam nos conſentimus, ut perendino die negotium peragatur. *Nobilitas tua dixit*. Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitaſſet, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Videt ſanctitas veſtra contra proprios vos venire non poſſe conſenſus. Unde cauſa dicatur.

XXXIII.

Emeritus epiſcopus dixit. Non adeo immemores ſumus ut contra noſtra veniamus; nec ego hic incuriam officii aût exceptorum negligentiam damno ubi intelligo prolixitate geſtorum (ad) diem minime occurrere potuiſſe. Quod ſi factum eſt, & explicitis omnibus geſta res eſt, cur non in notitiam noſtram quæ acta ſunt perferuntur? Cum enim ea quæ nobilitas tua recenſeri juſſit ab officio fuerint ventilata, neceſſe ut acceptis univerſis tractem diſcutiamque quibus cauſis quibuſve modis debeam reſpondere. Tantam etenim ex mandato illorum confuſionem cauſæ eſſe cognovi, ut & de præteritis inſtrui debeam, & agnoſcam de præſentibus cui debeam reſpondere. *Et alia manu*. Emeritus recognovi.

XXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Licet profeſſio ſanctitatis veſtræ ſola ſufficiat, tamen quicquid vobis ad inſtructionem pleniſſimam credidiſtis poſſe ſufficere, heſterna die & poſtulaſſe vos & accepiſſe non dubium eſt. Unde nunc ad cauſæ meritum veniatur.

XXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Advertit ſublimitas tua [1] exceptorem ex codicibus legiſſe quid nudiuſtertiana die vel promiſſum fuerit vel pronunciatum. Ex qua re magis agnoſco acta adhuc expoſita non fuiſſe. Quod ſi expoſita ſunt & parata, idem exceptor reſpondeat. Proferat geſta, ſubſcribe, tractamus, poſtea reſpondemus. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Studium dilationis agnoſco & mutatæ voluntatis [2] indicium. Potuerat enim ſanctitas veſtra ex magnitudine geſtorum, ut hodie negotium differretur, ſuperiori judicio poſtulare. Huc additur, quod ea quæ vobis ad pleniſſimam inſtructionem ſufficere credidiſtis, heſterno die edi vobis data notoria poſtulaſtis.

XXXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Dicant exceptores utrum exponere una die potuerint quod una die videtur eſſe confectum. *Et alia manu*, ut ſupra.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Exceptores, utrum heſterno die omnia potuerint in ſchedis geſta deſcribi, apud acta deſignent. *Martialis exceptor dixit*. Adhuc partem in codicibus habemus. Siquidem etiam ii Epiſcopi qui nobis cuſtodes dati ſunt, non neſciunt.

XXXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Accepit ſublimitas tua ex reſponſione officii acta adhuc digeſta non eſſe in paginas, nec eſſe quod pars utraque legat atque recenſeat, nec dari aut revocari memoriæ paululum poſſit. Proinde ſublimitas tua, quoniam res honeſta poſtulatur, largiri dignetur quod petimus, ut geſta ex more edantur. Legamus, ut reſpondere poſſimus. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

XL.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Longitudo geſtorum magis in numero & reſponſione utriuſque partis epiſcoporum eſt, quam in aliqua commendatione negotii. Nihil ergo eſt unde cauſetur pars diverſa, aut hodie cognitio differatur: præcipue quia etiam ipſi profeſſi ſunt ad hodiernum diem differendum eſſe negotium. *Et alia manu*. Recognovi.

XLI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ut iterum partibus evidenter appareat, venerabilium virorum denuo profeſſio recitetur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Unde recitabitur? *Et alia manu*. ut ſup. [3] *Montanus epiſcopus dixit*. De ſcheda nobis recitetur. *Et alia manu*, ut ſupra.

XLII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ergo quæ codicibus tenentur inſerta, cum tanti ſacerdotes cuſtodes appoſiti fuerint, in dubitationem aliquam exiſtimant devocanda?

XLIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Notas non novimus, neque ea natura rerum eſt atque ipſarum, ut ita dixerim, literarum ut quiſquam notas legat alienas. In codicibus legere non poſ-

---

1 *Exceptorem*) Ita vetus exemplar. Maſſonus & Pithœus ediderunt *exceptionem*. Tamen paulo poſt legitur: *idem exceptor reſpondeat*.

2 *Indicium*) Hæc eſt lectio veteris libri. Sed in vulgatis editionibus legitur *judicium*.

3 *Montanus Epiſc.*) Totum hoc ſegmentum omiſerunt Maſſonus & Pithœus in ſuis editionibus. Et tamen extat in vetuſto exemplari. Montanus porro ille fuit Epiſcopus Donatiſta Zamenſium regionum, ut legitur infra collat. 3. cap. 5.

poſſumus: niſi edita fuerint geſta in paginis, A non habeo quod tractem, non habeo quod legam. *Et alia manu*, ut ſupra. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Ut dictum eſt, iterum venerabilium virorum profeſſio recitetur.

XLIV.

Martialis exceptor [1] *ex codice iterum notarum* (*recitavit. Nobilitas tua*) *dixit*. Quoniam dici pene omnem partem conſtat emenſam, idcirco utrum ex communi conſenſu differri negotium placeat intimetur. Ab utrique partibus dictum eſt. Placet, quoniam jam iſte dies videtur emenſus. *Nobilitas tua dixit*. In quem diem hæc ipſa comperendinatio differatur, pars utraque B deſignet. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Sicut edicto nobilitas tua præſcripſit, craſtino intermiſſo propter deſcriptionem ſchedarum, perendie, ſi præcipis, obſervemus. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Etiam nos conſentimus ut perendie negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit*. Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitaſſet*, *Petilianus epiſcopus dixit*. Unde legit?

XLV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quid ſuper hac parte legum ſit auctoritate definitum, ſanctitatem veſtram arbitror non la- C tere, cum [2] contra proprios non liceat venire conſenſus. Unde, ne qua forte de exceptoribus officii fraude ſuſpecti ſint, ex tabulis Notariorum eccleſiaſticorum hæc eadem conditio relegatur.

XLVI.

Emeritus epiſcopus dixit. Ingredientibus nobis nobilitas tua interfari dignata eſt, ſi edictis propoſitis adhiberemus aſſenſum, & utrum ſubſcriptiones noſtras accommodaremus propriis proſecutionibus. Cui rei ſatisfaciam, non adverto. Tenet me enim propoſitum nobilitatis tuæ, quo me ſubſcriptionem indere gestis, & univerſa quæ publice acta ſunt publice proponi promiſiſti. Nunc autem cogor agere & ante D agnitionem geſtorum in negotium præcipitari. Quæ ita ſunt? Quid primum eligam neſcio, quod votum tuorum judiciorum teneam non agnoſco. Si ſubſcribendum eſt paginæ; edatur pagina, ut ſubſcribi poſſit. Si hujus rei eſt facienda jactura, edictum tuum omne vacillabit, quicquid propoſuiſti in publicam conſcientiam deſtruetur. Dixiſti enim ex ſubſcriptione noſtra & ex ſublimitatis tuæ adnotatione cuncta quæ geſta ſunt in notitiam publicam debere deferri. Prius eſt ergo ut ea quæ geſta ſunt recitentur, & publicentur & agnoſcantur, ut ex judicio tuæ ſublimitatis ad cetera quæ ſunt negotii veniatur. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

XLVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sicut interloquutus ſum, ab eccleſiaſticis Notariis ea quæ ab exceptoribus officii recitata ſunt percurrantur.

XLVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Tene modum tuum, vir nobilis, tene promiſſam ſæpe juſtitiam. Nam cum a parte noſtra nudiuſtertiana die fuiſſet objectum, quod dies legitimus cauſæ jam videretur fuiſſe tranſactus, & a cauſa cecidiſſe eos qui nos in judicium vocaverunt, coacti ſumus id velle, ut recedentes ab eadem conditione in tempus præſens conſentire videremur. Nemo mihi ſit hac in parte ingratus, vir nobilis. Nam ſi ego conceſſi tantundem temporis, ſalvis his tamen, ſi illi adſtipulationibus ſuis non fuerint refragati, quur mihi breve non conceditur tempus ut ſcribantur geſta, ut ſubſcribatur a ſublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei ſubſcribere debeam, percipiamque ac recipiam meos ſcilicet ſenſus, adverſariorum quoque calliditatem ſubtilemque argutiam; ut ſcilicet pleniſſime inſtructus intentionibus eorum valeam reſpondere. Humanum eſſe arbitror atque juſtum. Ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic juſtiſſimæ petitioni aliquid quod in ſollicitudinem abeam. Siquidem te juſtiſſimum promiſeris, & nos id credere ſit neceſſe, ſi tamen juſta nobis nullatenus denegentur. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

XLIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc rectius & juſtius præterito judicio debuerant poſtulari, in quo ex conſenſu utriuſque partis in hunc diem dilata cognitio eſt. Unde ab eccleſiaſticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Ergo circumventi ſumus. *Et alia manu ut ſupra. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Non eſt noſtra cauſa factum quod nobis volunt imputare fratres noſtri e diverſo ſiſtentes. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Petilianus epiſcopus dixit*. Injuriam nobis facis. *Et alia manu ut ſupra*.

L.

[3] *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Edictum nobilitatis tuæ ſic ſe habet, quartum menſem concludi ad diem Kalendarum [4] Junii. Ante autem nos venimus, & ipſi qui videntur nobis hinc facere invidiam, S. Kal. Junias mandaverunt, cum utique ſi ante diem venerant,

ante

---

1 *Ex codice iter. notar.*) Ita vetus liber. Maſſonus & Pithœus omiſerunt ultimam vocem. Sed cum ea juncta eſſet cum voce *codice*, facile erat judicare de notis hoc agi. Nam in capite ſuperiore Petilianus ait non poſſe ſe legere notas alienas, non poſſe legere in codicibus. Additur autem iſthic *iterum*, quia primo verba quæ ſequuntur, ex codice lecta erant ſupra cap. 32. iſtius ſecundæ cognitionis.

2 *Contra pro. conſenſu*) Codex canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 25. *Sane ſi ex conſenſu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciore numero quam conſtitutum eſt non liceat provocare*. Id etiam legibus prohibitum teſtatur infra Marcellinus collat. 3. cap. 110.

3 *Auguſt. E. E. v. dixit*.) Hanc lineam omiſerunt Maſſonus & Pithœus.

4 *Junii*) Maſſonus & Pithœus ediderunt *Januarii*, prorſus male. Emendationem noſtram multa confirmant, ſed in primis auctoritas ſancti Auguſtini, qui de hac ipſa re agens in breviculo ſecundæ dici cap. 3. ita ait, *ſed tunc eis catholici otium ad hoc reſponderunt: quod non ſolum in edicto cognitoris Kalendarum Juniarum dies cauſſarum legeretur, ſed etiam ipſi oſtavo Kalendas Junias*. Error ortus ex eo quod in veteribus notis illa nux Januarium menſem ſignificat maximam habet affinitatem cum ea quæ Junium exprimit.

ante ipſum diem mandare debuerint. Legatur etiam ipſius Primiani profeſſio, [1] ad quem diem ſe pollicitus eſt occurſurum, & ſolvatur iſta quæſtio, de qua nobis jam apud populum [2] magna invidia concitata eſt. *Et alia manu.* Recognovi.

A

LI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc ſuperiore judicio determinata jam conſtat, præſertim cum perſonæ ab utraque parte videantur eſſe firmatæ. Et tamen ſi cum cauſa cœperit retractari, putaverit hæc ſanctitas tua relegenda, tunc rectius relegentur, quamvis ſuperfluum ſit ut poſt confirmationem perſonarum hæc denuo retractentur. Unde ut interfatus ſum, ab eccleſiaſticis Notariis quod præceptum eſt recitetur.

LII.

Emeritus epiſcopus dixit. Scriptum ſit tunc nos in diem conſenſiſſe cum iſti ſuum retinuerint voluntatem. *Et alia manu, ut ſupra.*

LIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Suſceptæ tabulæ ab eccleſiaſticis Notariis recitentur. *Cumque intra* [3] *ſabanum volumen ſchedæ* [4] *membranacium pro parte deſcriptum & codices tabularum pariter obſignati judiciariis offerrentur aſpectibus, Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Cuſtodes edicant utrum ſigna cognoverint. [5] *Leo epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Agnoſco [6] ſigillum meum. [7] *Marinianus epiſcopus dixit.* Agnoſco ſigillum meum. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam ab utraque parte impreſſionem ſignorum agnitam conſtat, ea quæ præcepi a Notariis relegantur.

B

C

LIV.

Petilianus epiſcopus dixit. Sic ſolent teſtamenta, non geſta, referari. *Et alia manu, ut ſupra.*

LV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quod propter ſollicitudinem partis utriuſque factum eſt, & ex communi conſenſu, non deeet reprehendi. *Petilianus epiſcopus dixit.* Non reprehendo cautelam, ſed peto (ſecundum) conſuetudinem rerum ut geſta legitime exponantur, ut legi ac pertractari poſſint. Quæ res urget? Quid feſtinatur? *Et alia manu?* Petilianus epiſcopus recognovi.

LVI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Hoc ſolum conſtet, ipſos rem velle differre. [8] Ut concedat ſublimitas tua petimus te. Humanum eſt, conſiderare volunt, diſcutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora geſta faciamus, & ipſa geſtorum prolixitas majores nobis moras incutiat. *Et alia manu.* Recognovi.

D

LVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Et ut in hunc diem cognitio differretur utriuſque partis conſtat fuiſſe conſenſum, quod video hodie prodeſſe non poſſe. Interim, ut præcepi, ab eccleſiaſticis Notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Scriptum ſit hoc non noſtro vitio fieri, ſed tantum quod Notarii occurrere non potuerunt vel exceptores. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

LIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Recita. *Januarius Notarius eccleſiæ Sitifenſis partio Donati ex codice recitavit. Nobilitas tua dixit* Edicat officium quantum jam diei videatur emenſum. *Rufinianus ſcriba viri clariſſimi Curatoris dixit.* Exemptæ ſunt horæ undecim diei. *Nobilitas tua dixit.* Quoniam diei pene omnem partem conſtat ementam, idcirco utrum ex communi conſenſu differri negotium placeat intimetur. *Ab utraque parte dictum eſt.* Placet, quoniam iſte dies videtur emenſus. *Nobilitas tua dixit.* In quem diem hæc ipſa comperendinatio differatur, pars utraque deſignet. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Sicut edicto nobilitas tua præſcripſit, craſtino intermiſſo propter deſcriptionem ſchedarum, perendie, ſi præcipis, obſervamus. *Adeodatus epiſcopus dixit.* Etiam nos conſentimus ut perendino die negotium peragatur. *Sublimitas tua dixit.* Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. *Et cum recitaſſet,*

LX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Utrarumque partium profeſſione monſtratum eſt in hunc diem cognitionem fuiſſe dilatam, ita ut hodie negotium tractaretur.

LXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Si perfecerunt geſta exceptores, agatur. *Et alia manu ut ſupra.*

E *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Licet apertiſſimis fuerit profeſſionibus deſignatum in quem diem dilatum eſſet judicium, tamen, ne quid ei parti quæ dilationem poſtu-

M lat

1 *Ad quem diem*) id eſt, ad Kalendas Junias, ut ait Auguſtinus ibidem.
2 *Magna invidia*) Auguſtinus ibidem: *Quæ omnia ideo a catholicis dicta ſunt quod audierant eos etiam in populo ſuo de hac re timidiuſcule locutos.*
3 *Sabanum*) id eſt, linteum.
4 *Membranacium*) Ita diſerte vetus codex. Sed Maſſonus & Pithœus maluerunt *membranorum*.
5 *Leo Epiſc.*) municipii Moptenſis.
6 *Sigillum*) Vide collat. 1. cap. 133. & cap. 224.
7 *Marinianus Epiſc.*) Oeenſis, Donatiſta. Ceterum quæ hic de Mariniano dicuntur, ea omnia deſunt in vulgatis editionibus.
8 *Ut concedat*) Auguſtinus in breviculo ſecundæ diei cap. 3. *Quod cum vidiſſent catholici, adhuc eos diu nugari ut geſta multis verbis onerarentur, paſſerunt cognitorem ut eis quam petebant dilationem concederet.*

lat negatum esse videatur, cognitio differetur, A ita ut edicat in quem diem debeat judicium protelari.

Petilianus episcopus dixit. Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. *Et alia manu*. Petilianus episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Exceptores quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. *Hilarius exceptor dixit*. Sicut consensus accessit utrarumque partium, dum in scheda prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possimus edicere.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri vel ab utraque parte subscribi? *Hilarius exceptor dixit*. Hodie schedas complemus. B

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quoniam suggessit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra utrum hodie vel crastino die sit parata subscribere.

LXII.

Adeodatus episcopus dixit. Cum nobis schedæ oblatæ fuerint, subscribemus. *Et alia manu*. Adeodatus episcopus recognovi.

LXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. C Edicat nunc officium post subscriptionem schedarum, etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine ulla excusatione dilatio.

LXIV.

Hilarus exceptor dixit. Si crastino die subscripserint vel hodie, possumus die noctuque invigilantes post tertium diem gesta edere, ita ut Notarii eorum nobis de scheda subscripta dicteut. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Quis iste dies sit, ab officio designetur. *Rufinianus scriba viri clarissimi Curatoris dixit*, Hodiernus dies est III. Nonas Junias. *Marcellinus v. c. Tribunus & notarius dixit*. Diem D quæro quo edi gesta promissum est. *Hilarus exceptor dixit*. Possumus gesta edere septimo Iduum Juniarum die.

LXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Licet jam de professionibus dubietas mihi magna nascatur, tamen denuo utrum sexto Iduum Juniarum die, omnibus ambagibus amputatis, negotium sit principale tractandum, pars utraque designet.

LXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Nos & hodie volumus, & si fieri posset vellemus. Tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris quod nobis non injuste videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Juniarum adjuvante Domino Deo nostro adfuturos nos ad peragendum principale negotium Ecclesiæ pollicemur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

LXVII.

Emeritus episcopus dixit. De professionibus nostris nulla est ambiguitas. Quantum autem ad instructionem, quam fieri debere in judicio flagitavimus, advertit nobilitas tua nos justa & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est, sextum Iduum Juniarum, si Deus jusserit, observabimus; ita tamen ut acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus judex, quo possit esse tractatus. *Et alia manu*. Emeritus episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Septimo Iduum Juniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite utrum alia die, id est, sexto Iduum Juniarum, adesse dignemini ut principale negotium peragatur. *Emeritus episcopus dixit*. Aderimus ad judicium, si quæ statuit nobilitas tua habuerint effectum. *Et alia manu*. Emeritus episcopus recognovi.

LXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Memores periculi & professionis propriæ exceptores constituto die, matutinis horis, id est, septimo Iduum Juniarum, gesta edere festinabunt, ita ut Notarii partis utriusque in dictando non desint. Sciat autem utraque pars officio se cavere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, ut amputatis ambagibus, nulla morarum impedimenta nectantur.

LXIX

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Secundum præceptum nobilitatis tuæ, cum gesta susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cavebimus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXX.

Emeritus episcopus dixit. Cum oblata nobis fuerint gesta, satisfaciemus judicatis. *Et alia manu*. Emeritus episcopus recognovi.

LXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam istius diei gesta, ne qua possit esse denuo causatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

LXXI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Multa nudiustertiana die falsa jactata sunt. Ne hu- E jusmodi inlusionibus populus perturbetur, petimus ut ipsos petisse dilationem nobilitatis tuæ edicto noscatur. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ea quæ populus loquitur sanctitatem vestram permovere non condecet. Tamen, sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur: *& infra*.

Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter ut supra emendavimus.

Ex-

a *Expliciunt geſta ſecunda cognitionis, ubi Donatiſtæ dilationem popoſcerunt.*

a Vide Notas ad Capitularia pag. .....

Hoc loco vetus exemplar exhibet edictum Marcellini, quod in editionibus poſitum eſt in fine tertiæ cognitionis, loco ſane ſuo. Nam cum collatio finita ſit ſexto Idus Junias, edictum vero datum ſit aut propoſitum ſexto Kalendas Julias, manifeſtum eſt illud ſequi debere tertiam cognitionem. Ob eam itaque cauſam nos ſecuti ſumus judicium virorum doctiſſimorum qui edictum ab eo loco tranſtulerunt ad finem geſtorum. Nam in fine indiculi capitulorum tertiæ cognitionis adnotatum eſt recitatam fuiſſe ſententiam poſt finitam collationem.

INCIPIUNT GESTA TERTIÆ COGNITIONIS.

I.

POſt conſulatum *Varanis viri clariſſimi, ſexto idus Junias, Carthagini in ſecretario Thermarum Gargilianarum, adſtantibus Sebaſtiano, Maximiano, & Petro viris devotiſſimis Protectoribus domeſticis, adſtantibus etiam Vincentio & Taurillo viris devotiſſimis agentibus in rebus, Urſo, Petronio, & Liboſo Ducenariis inluſtrium poteſtatum, Bonifacio & Evaſio apparitoribus inluſtrium atque eminentium poteſtatum, Fileto & Octaviano apparitoribus inluſtris comitivæ ſedis, Reſtituto & Exitioſo adjutorsbus cornicularii, Poſſidio, Quodvultdeo, & Colonico adjutoribus commentariorum officii D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Proconſulis, Navigio adjutore numerorum, & Peregrino adjutore ſubadjuvarum officii D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Vicarii,* [1] *Nampio ſcriba officii viri clariſſimi Legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba v. c. Curatoris celſæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Proconſulis, Fabio exceptore D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Vicarii, Romulo exceptore v. c. Legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Januario & Vitale Notariis eccleſiæ catholicæ, Victore & Creſconio Notariis eccleſiæ Donatiſtarum, Urſus Ducenarius inluſtrium poteſtatum dixit.* Prætorito judicio Donatianæ partis epiſcopi in hodiernam diem, ut exinde inſtructi in judicio ſublimitatis tuæ reſponderent, cauſa ſibi edendorum geſtorum inducias poſtularunt. Nunc utræque partes pro foribus ſunt. Si præcipis, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Veniant. *Et ingreſſis epiſcopis catholicis, Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Poſſidio, cum Novato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Priſco, Sereniano, & Scillacio coepiſcopis ſuis, Deuterio, Leone, Aſterio, & Reſtituto æque coepiſcopis & cuſtodibus geſtorum, item e diverſo ingreſſis epiſcopis Donatiſtarum, Primiano, Petiliano,* [2] *Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeo coepiſcopis eorum.*

III.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Certum eſt ob hoc dilatum fuiſſe negotium ut hodierno die geſtis editis principalis actio tractaretur. Quod utrum factum ſit, edicat officium. *Martialis exceptor D. N. viri clariſſimi & ſpectabilis Proconſulis dixit.* Conſtat juxta præceptum nobilitatis tuæ geſta ante eum diem edita qua parvitas noſtra fuerat profeſſa. Quod, ſi jubet nobilitas tua, ad plenam fidem [3] ex cautionibus partis utriuſque monſtrabimus.

IV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Recitentur. *Martialis exceptor recitavit.* Poſt conſulatum Varanis viri clariſſimi octavo Idus Junias Fortunatianus epiſcopus catholicus civitatis Siccenſium ſcripſi me geſta geminæ cognitionis pariter ſuſcepiſſe, habita primum die Kalendarum Juniarum, item habita die tertia Nonarum; & ſuſcepi tradente Martiale exceptore ſedis proconſularis, qui ſit deputatus Flavio Marcellino viro clariſſimo Tribuno & Notario die octava Iduum Juniarum, hora diei quinta, in Eccleſia catholica Reſtituta. Et quamvis exceptores ſeptimo Iduum Juniarum geſta promiſerint edituros, melius tamen eorum feſtinavit induſtria ut nobis ante diem promiſſum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore ſuprafcripto inſtructos nos ad peragendum negotium die qui actis expreſſus eſt pollicemur eſſe venturos. *Cumque recitaſſet, idem dixit.* Lego aliam, ſi præcipit nobilitas tua.

V.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Lege. *Martialis exceptor recitavit.* Poſt conſulatum Varanis v. c. octavo Idus Junias. Montanus epiſcopus civitatis Zamenſium regiorum. Scripſi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me accepiſſe a vobis geſta geminæ cognitionis, in quibus una cum traditoribus & perſecutoribus noſtris conſliximus, habita primum die Kalendarum Juniarum, & alia habita die tertia Nonarum earumdem, quæ vos exceptores ſuprafcriptæ ſedis proconſularis tradidiſtis nobis coram patribus & coepiſcopis noſtris die octava Iduum Juniarum, hora diei tertia, [4] in Eccleſia Theoprepia; quibus perceptis loco & tempore

1 *Nampio ſc. Legati al.*) Ita omnino vetus codex. Neſcio itaque quo modo factum ſit ut hoc in editionibus Maſſoni & Pithœi irrepſerit vox *Donati* in locum vocis *Legati*.

2 *Emerito*) Deeſt hoc nomen Protaſii, qui fuit Epiſcopus Tubinienſis. Cum vero ex cap. 218. primæ cognitionis conſtet decem & octo lectos ab utraque parte fuiſſe, id eſt, ſeptem actores, ſeptem conſiliarios, & quatuor ad chartas, manifeſtum eſt deeſſe in hoc loco nomina duorum conſiliariorum Donatiſtarum & quatuor cuſtodum.

3 *Ex cautionibus*) id eſt, ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui teſtabantur ſe geſta prima & ſecunda cognitionis accepiſſe ab exceptoribus, ut patet ex capitibus ſequentibus. Auguſtinus in breviculo tertiæ diei cap. 1. *Et recitata ſunt cautiones quibus conſtitit catholicos accepiſſe geſta octavo Idus Junias hora diei quinta, Donatiſtas autem eodem die, tertia.* Sanctus Gregorius lib. 3. epiſt. 3. *cautionis ſuæ juramenta traſcendit.*

4 *In Eccleſia Theoprepia*) Clariſſimi viri qui nuper ſancti Auguſtini epiſtolas meliore luce donarunt, recte ex hoc loco collegerunt Theoprepiam fuiſſe nomen cujuſdam apud Carthaginem Eccleſiæ tunc pertinentis ad Donatiſtas. Sicut enim catholici receperant geſta in Eccleſia catholica Reſtituta; ſic Donatiſtæ ea receperunt in Eccleſia Theoprepia partis ſuæ.

pore ſupraſcripto, profitemur nos ad agendum negotium die actis expreſſa ordine integro eſſe venturos.

VI.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Leſtæ cautiones geſtis præſentibus adhærebunt. *Et adjecit.* Quoniam conſtat ante diem editionem factam eſſe geſtorum, ſupereſt ut principale negotium proponatur.

VII.

Vide Auguſt. lib. ad Donat. poſt col. lat. cap. 18.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Principale negotium jamdiu eſt ut cupimus terminari. Proinde, ſi vel ſero conceditur, prohibent, quoniam ex parte adverſa eſſe deſiderant, totiens objecta Eccleſiæ ſanctæ catholicæ toto orbe diffuſæ crimina & nunquam probata. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.)

VIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Proponant. Sciamus quid agunt. *Et alia manu.* Adeodatus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

IX.

Vincentius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Propoſitionem ex mandato non didiciſti? *Et alia manu.* Recognovi.

X.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Morarum tendiculas nullus interponat, ſi de cauſæ noſtræ defenſione aliquam habemus fiduciam. *Et cum diceret*, (*Et alia manu.* Recognovi.)

XI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si quid intenditur, proponatur.

XII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Mandatum ipſorum legatur, & intentionem ipſorum inde agnoſcet nobilitas tua. *Et alia manu.* Recognovi.

XIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Amotis omnibus moris, quoniam conſtant omnia quæ ad principia negotii pertinebant ſuperiore judicio terminata, cauſa dicatur.

XIV.

Fortunatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Duo in mandato ſuo objeciſſe monſtratur pars adverſa, traditionem & perſecutionem. Si igitur cauſam Eccleſiæ volunt ut peragamus, jamjamque te judicante finiatur. Nefas eſt enim ut exſpectatione populus in errorem mittatur. Si agnoſcenda eſt Eccleſia toto terrarum, ſicut promiſſa eſt, orbe diffuſa, teſtimoniis ſcripturarum doceatur. Sin vero ſolitis præſtigiis ſolitiſque ambagibus id intendit pars adverſa, ne ad veritatem veniamus, dicatur, ut hoc omnibus innoteſcat. *Et alia manu.* Recognovi.

XV.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Quid hic refertur?

Emeritus epiſcopus dixit. Nunquam memini in judicio condemnatam eſſe patientiam. Quin immo ſemper id laudi eſt, ut ſecretum retinens lingua objectis, ſi poteſt, dilucide reſpondeat. Ergo quoniam omnium actionum debent eſſe principia, totiuſque negotii initia ex ſe ſumere conſueverunt, quid præteritorum dierum actus involvimus, & quaſi non fuerint peracta, iterum refricamus, cum præſentis diei propoſitio ſuam debeat ſumere accipereque perſonam? Unde ſi propoſitio eorum & reſponſio noſtra in judicium mittitur, perſonarum primum eſt diſcutienda qualitas, quis in judicium adduxit, quis convenire fecit, quis principes ſæculi convenit, quis legatos miſit, quis ſupplicavit, quis legem meruit, quis judicium poſtulavit; ut cum * eorum intentionibus docti fuerimus reſpondere valeamus. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

* Forte, de eorum. Hard.

XVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Diffidentia eſt cautæ perſonas velle diſcutere quas priore conflictu viſus eſt confirmaſſe. Et ideo cauſam Eccleſiæ peragamus; quæ, ſicut promiſſa eſt, toto terrarum orbe diffunditur. *Et alia manu.* Recognovi.

XVII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Sanctitas tua propoſitionem, quantum arbitror, non diligenter advertit. Alia enim conſtat eſſe quæſita.

XVIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ad id ergo quod quæſierunt jube recitari partis utriuſque mandata, & inſtruentur ad id quod deſiderarunt. *Et alia manu.* Recognovi.

XIX.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Quæſitum eſt per quos hæc ſit poſtulata conlatio, quive Epiſcopos qui e diverſo conſiſtunt ad judicium * poſtularit. Unde ad hæc ſanctitas veſtra reſpondere debebit.

* Forte, poſtularint. Hard.

XX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si ad rem judicas pertinere, præſtantiæ tuæ eſt conſiderare. Catholicis Epiſcopis vel legatis catholicorum Epiſcoporum conceſſum eſſe habendam conlationem tenor reſcripti imperialis oſtendit. Venimus utrique, hic ſumus; & Deus nos diſputatores & conlatores magis quam litigatores eſſe præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo ſerviens clementiſſimus Imperator. Adſtitiſſe legitimas perſonas & confirmata eſſe mandata primo die conflictus noſtri

ſtri judicavit ſublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem neceſſaria non ſunt. Eccleſia eſt quam aſſerimus teſtimoniis ſcripturarum divinarum, omnibus nota, in monte, ſicut ſcriptum eſt, altiſſimo conſtituta, ad quam veniunt omnes gentes. Si eſt aliquid contra iſtam Eccleſiam quod dicatur, jam dicatur, & nullæ moræ interponantur. Si nihil eſt quod dicatur, cedat veritati qui criminationem ſuam adfirmare & oſtendere & probare hominibus non poteſt. Quamdiu iſta tanta populi expectatio ſuſpenſa eſt? De anima ſua omnes cogitant, & nos moratorias præſcriptiones ad hoc interponimus ut ad finem cognoſcendæ veritatis nunquam veniatur? *Et alia manu*. Recognovi.

XXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ut adverti poſſit in quem modum ſit delegata cognitio, imperialis præcepti forma relegatur.

XXII.

Petilianus epiſcopus dixit. Catholicos ſe ſine præjudicio noſtro dixiſſe his actis ſignatum eſt. Hujuſce rei ſerva conflictum. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quod præceperas recitetur. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Apud nos eſt enim vera catholica, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi ſalvo appellationis effectu. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Hoc probare opus eſt, non jactare. *Et alia manu*. Recognovi.

XXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc utrarumque partium conflictus inveniet. *Et adjecit*. Imperialis ſanctio interim relegatur.

XXIV.

Martialis exceptor recitavit. Imperatores Cæſares Flavii Honorius & Theodoſius pii, felices, victores, ac triumphatores ſemper Auguſti, Flavio Marcellino ſuo ſalutem. *Et cum recitaret*,

XXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Terreri me Imperator voluit, non occidi, non perſecutionem pati, non pertrahi, non ſpoliari. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

XXVI.

Alypius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Quod amplius eſt, nec territus es. *Et alia manu*. Recognovi.

XXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Laudaſti conſtantiam bonæ fidei & veræ catholicæ diſciplinæ. *Et alia manu*. (Petilianus Epiſcopus) ſalva appellatione recognovi.

XXVIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Nec territus es, ut dictum eſt, nec timuiſti. *Et alia manu*. Recognovi.

XXIX.

Martialis exceptor recitavit. Inter imperii noſtri maximas curas catholicæ legis reverentia aut prima ſemper aut ſola eſt. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus aut pacis conſiliis ordinamus niſi ut verum Dei cultum orbis noſtri plebs devota cuſtodiat, ut etiam Donatiſtas vel terrore vel monitu olim jam implere convenerat, qui Africam, hoc eſt, regni noſtri maximam partem, & ſæcularibus officiis fideliter ſervientem, vano errore & diſſenſione ſuperſtua decoraverunt. Nos tamen eadem frequentius non piget explicare quæ omnium retro principum devota in Deum definivit auctoritas; ne temporibus noſtris, ſi quid forte in injuriam legis catholicæ fuerit generatum, juſto judicio hoc nobis poſſit imputare poſteritas. Nec fane latet conſcientiam noſtram ſermo cœleſtis oraculi, quem errori ſuo poſſe proficere læva Donatiſtarum interpretatio profitetur: qui quamvis depravatos animos ad correctionem mitius invitaret, aboleri eum tamen ante juſſimus, ne qua ſuperſtitionibus præſtaretur occaſio. Nunc quoque exeludendam ſubreptionem ſimili auctoritate cenſemus; illudque merito profitemur libenter nos ea quæ ſtatuta fuerant ſubmovere, ne in divinum cultum nobis ſe quiſquam auctoribus æſtimet poſſe peccare. Et quamvis una ſit omnium & manifeſta ſententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cœleſti ſententia comprobatam, ſtudio tamen pacis & gratiæ venerabilium virorum Epiſcoporum legationem libenter admiſimus, quæ congregari Donatiſtas Epiſcopos ad cœtum celeberrimæ deſiderat civitatis, ut lectis etiam ſacerdotibus quos pars utraque delegerit, habitis diſputationibus ſuperſtitionem ratio manifeſta confutet. Quam rem intra quatuor menſes præcipimus explicari ut converſos animos populorum etiam noſtra clementia, ſicut deſiderat, celerius poſſit agnoſcere. Quod ſi intra præſtitutum tempus ſtudioſe Donatiſtarum Epiſcopi declinaverint convenire, trini edicti evocationem volumus cuſtodiri, ita ut vicenis diebus in evocatione contumacium tempora concludantur; quibus emenſis atque tranſactis, ſi provocati adeſſe contempſerint, cedat cum Eccleſiis populus qui doctores ſuos ſilentio cognoverit ſuperatos, & victum ſe aliquando gratuletur, ſciatque ſi non præceptis noſtris, vel catholicæ legis veris imperiis ſerviendum. Cui quidem diſputationi principe loco te judicem volumus reſidere; (Quicquid [1] etiam ante in mandatis acceperis pleniſſime meminiſti) omnemque vel in congregandis Epiſcopis vel evocandis, ſi adeſſe contempſerint, curam te volumus ſuſtinere; ut & ea quæ ante mandata ſunt, & quæ nunc ſtatuta cognoſcis, probata poſſis implere ſolertia; id ante omnia ſervaturus, ut ea quæ

Vide collat. 1. c. 4.

circa

1 *Etiam*) pro *enim* quod ſæpe contingit in antiquis libris.

circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboravit, novella ſubreptione ſubmota, integra & inviolata cuſtodias. Ut ſane adminicula competentia actibus tuis deeſſe non poſſint, viros ſpectabiles Proconſulem atque Vicarium ſerenitas noſtra commonuit, ut ſi propriarum dignitatum ſtatum cupiunt retinere, ſi apparitionem ſuam extrema declinare ſupplicia, tam ex propriis officiis quam ex omnium judicum apparitione abundè neceſſarios faciant deputari. Erit jam ſollicitudinis tuæ, ſi quid ulla cognoveris arte differri, miſſis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correptio. Omnia ſane quæ vel in unum epiſcopis congregatis diſputatio completa firmaverit, vel deſiſtentibus forte ſtatuerit circa contumaces lata ſententia, te referre conveniet; ut quod ad confirmandam catholicam fidem præceptio noſtra profecerit, celerius poſſimus agnoſcere. *Et divina manu.* Vale Marcelline cariſſime nobis. Datum pridie Idus Octobris Ravennæ.

XXX.

Petilianus epiſcopus dixit. Donatiſtas nos appellandos eſſe credunt, cum ſi nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere poſſum immo palam aperteque deſigno Menſuriſtas & Cæcilianiſtas eſſe, eoſdemque traditores & perſecutores noſtros. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſine præjudicio appellationis noſtræ.

XXXI.

Vincentius Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Et hoc recuſas quod in Præfectorum judicio pro voto complexus es? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXII.

Petilianus epiſcopus dixit. Nec nunc abnuo eſſe mihi principem ac fuiſſe beatiſſimæ ſanctæque memoriæ Donatum hujus civitatis epiſcopum, ejuſque tanta merita floruiſſe ut & illius temporis gloriam vetuſtas ipſa. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſalvo appellationis effectu.)

XXXIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Damnent nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatiſtas. *Et alia manu.* Recognovi.

XXXIV.

Petilianus epiſcopus dixit. Damna nomen Menſurii & Cæciliani, & non diceris (Menſuriſta neque) Cæcilianiſta. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſine præjudicio appellationis noſtræ.

XXXV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Feci enim mentionem Menſurii? *Et alia manu.* Recognovi.

XXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc omnia utriſque partibus ſalva erunt. *Et adjecit.* Evidenter apparuit Epiſcopis poſtulantibus diſputationem a venerando principe me diſceptante fuiſſe mandatam, ut cauſa primi diſcutiatur erroris, quæ jam in medium proferatur.

XXXVII.

Emeritus epiſcopus dixit. Lectum eſt reſcriptum. Legantur & preces, ut cauſa poſſit audiri. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Peritiam ſanctitatis veſtræ arbitror non latere pragmaticis reſcriptis preces inſeri non ſolere; quas quidem ab Epiſcopis qui conlationem poſtulaverant, ſicut ejuſdem ſanctionis textus oſtendit, proceſſiſſe non conſtat. Unde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Si pragmatico reſcripto preces inſeri non ſolere præſtantiæ tuæ interloquutione ſignatum eſt; eos quos legatos eſſe dixerunt, utrum ex omnium voluntate, utrum ex communi mandato * perrexerint, doceant; ut ſi non [a] in precibus, certe vel in legatis poſſit ſtare perſona. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi ſine præjudicio appellationis meæ.

* Forte *perrexerint.*

XL.

Auguſtinus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Advertat nobilitas tua [b] quanta aguntur ut nihil agatur. *Et alia manu.* Recognovi. *Montanus epiſcopus dixit.* Ordine integro cauſa peragenda eſt. *Et alia manu.* Montanus epiſcopus recognovi ſalva provocatione.

XLI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Præſentes ſunt, utrique convenimus, locus iſte epiſcopis pene refertus eſt mandata recitata atque firmata ſunt, non negatur a partibus noſtris poſtulatam eſſe conlationem, ut in ea conlatione tandem aliquando vel probent vel probare non potuiſſe monſtrentur quæ ſolent non nobis, non unicuique noſtrum, ſed univerſo orbi Chriſtiano objicere crimina: qui Chriſtianus orbis, non opinione humana, ſed divinis teſtimoniis & promiſſus eſt & impletur. Quid? Adhuc neſcio qua [c] tergiverſatione

---

a *In precibus*) Antea in codice MS. & in editionibus legebatur *præcipibus*. Legitimam eſſe emendationem noſtram & ſenſus oſtendit, & probatur etiam ex cap. 37. 38. & 49. iſtius tertiæ cognitionis. Vide Auguſtinum in breviculo diei tertii cap. 2.

b *Quanta aguntur*) Hæc verba frequenter repetit Auguſtinus in variis lucubrationibus ſuis.

c *Tergiv. morat.*) Ita vetus Codex & editio Maſſoni. Pithœus ſic emendavit, *tergiverſationes moratoria*. Sed hæc emendatio non eſt neceſſaria, ut patet etiam ex cap. 63. iſtius cognitionis.

tione moratoria ab eis interponantur qui ſe A epiſcopos Chriſti dici volunt? Expectatio, non dico hujus civitatis, ſed univerſi pene generis humani ſuſpenſa eſt, aliquid de Eccleſia cupit audire, & nos adhuc forenſes formulas diſcutimus, & miſerrime litigamus. Jam advertat nobilitas tua quid agatur. Jam aliquando nos de hoc negotio, amputatis omnibus morulis, adjuvante Deo liberare dignamur. *Et alia manu.* Recognovi.

XLII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad omnem confirmationem ſufficere poſſe non ambigo univerſorum ſubſcriptiones ſuperiore B judicio mandato inſertas atque digeſtas. Unde quoniam omnium conſenſus expreſſus eſt, amotis ſuperfluis aliquando negotium proponatur.

XLIII.

Emeritus epiſcopus dixit. Duo ſunt in judicium miſſa, a quibus deviari nullo modo poteſt; unum quod ſecundum imperiale præceptum, aliud quod ſecundum mandati tenorem agere ſe judicio demonſtrarunt. Igitur ſi utraque connexa ſunt, debet edoceri: ſi autem ſeparata atque ſejuncta ſunt, unius neceſſe eſt faciant jacturam qui utrumque nolunt ad probationem in judicium mittere. Convenire enim C debet cum reſcripto mandatum, & ad formulam ſtatuti imperialis mandatorum debet ſenſus aſtringi. Quod ſi neutrum eſſe intelligit præſtantia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos a cauſæ actione ſuſpendere, ſed conſtitutis primitus fundamentis eccleſiaſticum negotium velle definire, quid eſt quod nobis de mora præſcribitur, & tanquam cavillatoribus & a cognitione refugientibus quaſi moras quaſdam per nos inneƈti cauſantur, cum utique, ſi advertant, magis his qui proponunt incumbere aut neceſſarium eſſe dicimus ut omnibus moris amputatis ad negotii inſtrumenta arcemque veniatur, ut oſtendatur ex adverſa parte quis petierit, quemadmodum petierit, D vel quid petierit; ut cum de mandato vel de reſcripto utraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in reſcripto ſunt confirmata, & ea quæ ex iplorum petitione ſuggeſta ſunt poſſint judiciis approbari. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.

XLIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Tuæ ſunt partes, vir nobilis. Si reſpondit ad ea quæ diximus, opus eſt ut reſpondeamus. Si autem pervidet præſtantia tua nihil eum reſpondiſſe ad id quod juſte flagitamus, ſed moris ſuperfluis alias moras ſuperfluas addidiſſe, E judica ut videtur. *Et alia manu.* Recognovi.

XLV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Certum cognitionis tenorem principali conſtat auƈtoritate definitum. Hoc enim releƈtæ ſanƈtionis ſeries demonſtravit, ut convocatis epiſcopis atque partibus delectis, ſuperſtitionem, ut ipſius legis verbis loquar, ratio manifeſta confutet. Unde dignabitur ſanƈtitas veſtra cia- A rius demonſtrare in qua ſit parte ſuperſtitio conſtituta.

XLVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Advertit ſublimitas tua magnam diffidentiam eos habere magnumque mendacium, ſi ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim ante de ſua conſcientia judicat qui petitionem ſuam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus, ſed per ipſos moras fieri ſublimitati tuæ. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Petilianus epiſcopus ſalvo appellationis noſtræ merito recognovi.)

XLVII.

Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Non ſufficit quod tibi reſpondit judex. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit.* Aut legant quod petimus, aut negent. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſalva appellatione noſtra. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Quid ad rem pertinet quod pars adverſa eſt proſecuta, & non propter moras quaſdam. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Petilianus epiſcopus partis Donati* (*dixit.*) Judica. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſalvo noſtræ appellationis effeƈtu.

XLVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Evidentius ſanƈtitas veſtra quid poſtulet deſignare debebit.

XLIX.

Emeritus Epiſcopus dixit. Longo volumine præterito judicio quaſi mandati tenorem pars diverſa prodidit. Cui rei ſi vera adſtipulatur adſertio, id in judicio publicare ac prodere debent, tantummodo ſe ſequi hoc ipſum, jaƈturam autem facere imperialis reſcripti, ad cujus promulgationem neque tenorem precum neque mandatum legatorum monſtrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re eſt quod in judicio poſtulamus, petimus ut primitus aut reſcripti jaƈturam aut mandati ſui faciant ceſſionem, ut ad cauſam venire valeamus. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi ſine præjudicio appellationis (noſtræ.)

L.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit Legatur mandatum noſtrum, & intelligent quam cunƈta contineat. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus partis Donati dixit.* Patere, præſta judici patientiam quam nobis præſtat. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſine præjudicio appellationis noſtræ.

LI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Nihil aliud præcipue principali ſanƈtione adverti eſſe conſtitutum niſi ut convenientibus epiſcopis, diſputatione habita, cauſa primi inveniatur erroris, cui diſputationi me judicem voluit reſidere. Accepit autem ſanƈtitas veſtra proſecutionem partis e diverſo ſiſtentis, in qua evi-

evidenter oſtenſum eſt atque promiſſum, ut Eccleſia toto orbe diffuſa divinis teſtimoniis demonſtretur, cum videatis ex mandati ſerie & ex præſenti profeſſione id fuiſſe declaratum ut legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementiſſimus princeps formam conlationi dediſſe monſtratus eſt, ſed tantum conlationem debere fieri judicavit. Unde quoniam ſecundum deſiderium veſtrum divinis teſtimoniis ſe agere eorum profeſſio declaravit, quid amplius deſideretis ignoro.

LII.

Petilianus epiſcopus dixit. Apertiſſime intelligitur eos diffidentia vel ſero pudore id agere ne petitionem ſuam omnibus publicent, quoniam eos conſtat clementiſſimo Imperatori mentitos. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

LIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit Conlatio petita eſt a legatis noſtris. Lex ipſa continet, quæ ad tuam nobilitatem data eſt. *Et alia manu*. Recognovi.

LIV.

Petilianus Epiſcopus dixit. Non differimus agere. *Et alia manu*. (Petilianus Epiſcopus) ſalva appellatione noſtra recognovi.

LV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Data eſt. Omnes fatemur nos petiſſe conlationem, quoniam eam recuſabatis, ut tandem ſic ſaltem ad hunc locum vel ad hoc tempus conlationis & diſputationis & demonſtrandæ veritatis gratia veniremus. Factum eſt. Venimus & nihil vultis prodeſſe quod venimus. Confitemur nos conlationem petiſſe. Nihil aliud Imperator quam nos conlationem petiſſe ſuis verbis expreſſit. Jam fiat ipſa conlatio. Videamus quid dicatur contra Eccleſiam toto orbo diffuſam, quam demonſtramus divinis teſtimoniis & promiſſam eſſe & nunc ita exhiberi ut eorum oculos feriat, ſurdorum aures irrumpat. Ad hanc demonſtrandam nolunt pervenire fratres noſtri, ut demonſtretur quod latere non poteſt. Edicant crimina. Videamus quibus criminibus periit quod promiſſum eſt Abrahæ: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. Quæ crimina iſtam promiſſionem jurantis Dei delere potuerunt, audiamus, diſcamus, noverimus, ſequamur. Si autem nihil eſt quod contra dici poſſit, aut pronuncia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. *Et alia manu*. Recognovi.

Gen. 22.

LVI.

Emeritus epiſcopus dixit. Magno argumento veritas occultatur; ut cum ad inquiſitionem noſtram modicum quid ex parte adverſa prolatum ſit, cetera ſileantur. Dixit enim ſuos iviſſe legatos, quorum neque nomina neque ordinem neque mandatum vult judicio publicare. Igitur aut hujus rei jacturam faciat, quia non poteſt approbare; aut ſi valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando miſſi ſint vel quid pertulerint, legati mandatum in judiciorum notitiam adferre debebunt. Videt præſtantia tua nihil nos abſque re petere, quippe cum ipſarum ſit cauſa cur non ad interna negotii veniamus. Propoſuerunt enim ex mandati ſui tenore neſcio quibus ſe allegationibus adverſum nos ſtare debere. Has ipſas allegationes & nos poſſumus legatibus teſtimoniis ſuperare. Prius eſt ergo ut initio actionis expoſito, perſonam ſuam, ſive ſuſcipientis, ſive mandantis, in judicio approbare valeat, tunc demum ad negotii merita deſcendatur. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

LVII.

Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quid eſt aliud cautam dimittere & perſonas quærere niſi effugere velle? Quare veniſti? *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. A perſonis incipit omnis cauſa. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi ſalvo noſtræ appellationis effectu. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Non tibi forum tuum deſignavit quæ omiſſa ſunt repeti non poſſe? *Et alia manu*. Recognovi.

LVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conlationem fuiſſe poſtulatam & conlationem fuiſſe conceſſam cœleſtis ſanctionis forma declaravit. Cur nunc legatorum perſonæ in medium veniant, necdum diligenter adverti.

LIX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si negaremus non petiſſe conlationem, Imperatoris teſtimonio convinceremus. Habemus Imperatorem teſtem, petiſſe nos confitemur. Venimus ut fiat quod & nos petivimus & ille conceſſit, & adhuc neſcio quæ dubitationes vel moræ interponuntur. *Et alia manu*. Recognovi.

LX.

Emeritus epiſcopus dixit. Ecce jam profeſſus es partem. Die quando petiſti, die per quos petiſti. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

LXI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ad demonſtrandam veritatem perſonarum non eſt neceſſaria inquiſitio. *Et alia manu*. Recognovi.

LXII.

Montanus Epiſcopus dixit. Quoniam pars adverſa ad clementiſſimum Imperatorem confugit, oportet eamdem & mandatum edere & legationem; ut cum hæc potuerimus advertere, in judicio nobilitatis tuæ noverimus quid poſſimus reſpondere. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Satis longum

gum eſt a cauſa & præter hanc cauſam illa A velle repetere quæ hujus judicati tenor in ſtatu inquiſitionis ſuæ omnino non quæſivit. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus epiſcopus dixit*. Tuæ actionis eſt quod flagito. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus recognovi ſalvo provocationis effectu. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Definitiva eſt judicis qui præſidet ſententia ad quid nos ad hodiernum diem diſtulit, ſatis pudoris eſſe debere hoc ſi tranſimus quod de cauſa judicamus nos ipſi. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Montanus epiſcopus dixit*. Tuæ actionis eſt quod flagito, tu fundamentum cauſæ conſtituiſti, tu ad Imperatorem confugiſti. Oportet ergo me & mandatum repetere & legationem, quibus B uſus ſis verbis; ut cum hæc omnia in judicio nobilitatis tuæ a nobis fuerint pertractata, tum demum quid utilitati noſtræ conveniat valeam reſpondere. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalvo provocationis effectu recognovi. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Profeſſionem tuam tu ſuperare non potes. Unde receſſiſti cognoſce. Omiſſa repetere non potes. *Et alia manu*. Recognovi. *Auguſtinus epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit*. Quid flagitas quando petierim, cum videas quando venerim. Quid quæris utrum petierim, cum univerſum catholicum præſens in hac urbe Concilium mandatum dederit, mandato ſubſcripſerit, ſubſcriptiones præſens te inſtante cognoverit? Nihil hic aliud C quam moræ inquiruntur, quia contra Eccleſiam univerſam Dei teſtimoniis commendatam nihil eſt quod dicatur. *Et alia manu*. Recognovi.

LXIII.

Montanus epiſcopus dixit. Scriptum ſit partem adverſam moratoria innectere, cum quod a noſtris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc ſi volunt eamdem moram de medio tolli, prodant, quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalvo provocationis effectu recognovi. D

LXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Non hoc quæri voluit clementiſſimus Imperator. Cauſam diſcidii & erroris juſſit inquiri.

LXV.

Montanus Epiſcopus dixit. Sed clementiſſimus Imperator reſcripto ſuo eoſdem publicavit legationem inſeruiſſe. Unde quia etiam ipſe hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia ſua ut hoc in judicio requiramus, oportet eoſ- E dem & mandatum proferre & legationem, ut ſciamus quid iidem in eodem textu fortaſſe fuerint ementiti; ut tum demum, his omnibus pertractatis, noverimus perſonarum meritum, an valeant honoribus ſuis integro ordine reſpondiſſe. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalvo provocationis effectu recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Legationi eos conſenſiſſe univerſi Concilii & ſubſcriptionis tenor evidenter oſtendit. Denique ad integram confirmationem, cum omnium ſubſcribentium nomina legerentur, ſanctitas veſtra dixit ſibi hoc plene non poſſe ſufficere niſi etiam omnes adveniſſent, ut in præſentiarum poſiti, utrum ipſi ſubſcripſiſſent atque mandaſſent, propriis profeſſionibus indicarent. *Montanus epiſcopus dixit*. Perſonas eorum flagito qui mandatum dederunt ad clementiſſimum Imperatorem, non eorum qui hodie ad hoc judicium pervenerunt. Unde, vir ſublimis, oportet iſtos quam refugiunt actionem in judicio nobilitatis tuæ prodere. Jam ergo prodant mandatum, prodant & legationem; ut cum his recenſitis adverterimus qui iiſdem commendarint, valeamus eorum objectionibus reſpondere. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus recognovi ſalvo provocationis effectu.

LXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Eos quos legationem peregiſſe dicis, ſi præſentes eſſe vel in præſentiarum mandato ſubſcripſiſſe cognoſcis, evidenter oſtende. Sin vero abſentes, neceſſe eſt ut veniant, quatenus omne poſſit negotium pertractari.

LXVII.

Montanus epiſcopus dixit. Ergo, vir ſublimis, eorum præſentia facienda eſt qui ad clementiſſimum Imperatorem per maria volaverunt. Ipſorum ergo & perſona adſtans doceat ſibi aliquid ab iſtis eſſe mandatum; ut de ipſo mandato intelligam quid in ſua cauſa voluerint innectere, quid deinde forſitan in eadem legatione contra nos ementiri. Eſt enim ſtudium ſemper adverſariorum, incerta de adverſariis auribus ſacratiſſimis innectere. Ergo unde probabo epiſcopalem, quam ſibi jactant, eſſe, perſonam ſub verecundia & textu aliquid Imperatori ſuggerere potuiſſe, niſi eamdem legationem vel mandatum ſibi creditum potuero perlegere & de eodem judicare. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalvo appellationis effectu recognovi.

LXVIII.

Alipius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Eadem ſuperfluo repeti etiam nobilitas tua nobiſcum conſiderat. Sufficit perſona adſertorum præſenti mandati auctoritate firmata. Jam nunc remotis ſuperfluis ad negotium veniamus; cujus firmamentum nullam poterit habere dubitationem, quando perſona noſtra, quibus univerſale Concilium mandavit, diſputationem ab Imperatore præceptam ita firmavit ut ne ipſi quidem dubitare poſſint in quorum aſpectibus proceſſerunt omnes qui mandaverunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Petiſſe nos conlationem quis negare potuit aut poteſt? *Et alia manu*. Recognovi.

LXIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Quid petiſti? Quem miſiſti? Dic nomen, quæ mandaſti. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo appellationis effectu recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. De cauſa loquere, mandatum audiſti. Recitetur identidem, & reſponde ſi habes

bes quod dicas. Superfluis immoraris. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Quem miſiſti, quid mandaſti, quid egiſti, advertere debeo. Non enim clanculo tibi licet ſuggerere quod poſtea non debeat publicari. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

LXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Qua ratione legatorum nomina poſtulentur ignoro, cum conlationem tantum poſtulatam eſſe & conlationem fuiſſe conceſſam, ſicut ſuperius interfatus ſum, principalis ſanctio diligenter oſtenderit. Unde ſanctitas veſtra jam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas eluceſcat.

LXXI.

Montanus epiſcopus dixit. Sed clementiſſimus Imperator me magis inſtruere voluit quid de adverſariis noſtris requiramus, dum utique eorum legationem publicat. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus recognovi ſalvo provocationis effectu.

LXXII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Separationis & diſſenſionis tuæ ab Eccleſia univerſali, quæ toto orbe diffunditur, cauſas expone. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXIII.

Montanus epiſcopus dixit. Legatur ad locum, ſi legationem eorum non publicavit clementiſſimus Imperator. De hac re, de hac cauſa me voluit diſputare, eorum legationem in judicio voluit publicari. Ab ſtatutis clementiſſimi Imperatoris non eſt deviandum, faciendum eſt ſatis in hoc loco clementiſſimo Imperatori. Siquidem de eorum legatione in judicio publicata nos voluit pertractare. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus manente appellationis noſtræ effectu recognovi.

LXXIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Hoc clementiſſimus non cenſuit Imperator; ſed id partibus dignatus eſt ſtatuere, ut ab utriſque partibus electis epiſcopis, veternoſum errorem tandem aliquando propter ſalutem populorum & animarum in medium prolata veritas monſtret. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Lege utrum hoc petiveris. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Ceterum ſuperfluis immoramini. Catholicam monſtramus Eccleſiam de lege, de prophetis, de evangeliis, de pſalmis, de omnibus divinis teſtimoniis. Contra hoc a vobis profertur mandatum. Publica. Tecum ad Eccleſiam demonſtrandam evangelium proferamus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Eccleſiam catholicam penes me eſſe & pura obſervatio noſtra facit & vitia veſtra atque flagitia noſtra. Omnis Eccleſia Dei pura, ſancta, ſine macula & ruga eſſe debebit. Quare igitur, ut ad hujus diſputationem rei poſſimus deſcendere, & congruo tempore teſtimoniis dominicis, ut prius eſt, quod de te flagito, ſi non diffidis, maxime cum id agat cauſæ juſtiſſimus cognitor, ut quicquid agendum ſit populo publicetur. Mentitum te igitur clementiſſimo Imperatori ſat conſtat, cum dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaveris, quid ſuſceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Noverit hæc conſcientia populi, ſciat univerſa provincia, hoc acta iſta quæ controverſia plene contineant, ſciant vos apertiſſime de mendacio veſtro diffidere, moraſque innectere actioni, ne ad veritatem aliquando veſtris præſtigiis nebuliſque obſtantibus veniatur. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi. *Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quod neſcis an petiverim, quomodo reprehendis? *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Petiſſe ſe confeſſus eſt. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

LXXVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Eccleſiam catholicam apud ſe eſſe teſtatus eſt. Hanc voluimus reſidente nobilitate tua teſtimoniis edoceri. Publicet quod promittit; ut aut in ejus apertam veritatem noſter conſenſus accedat, aut patiatur monſtrari luce clarius veritatem, & tandem aliquando ab errore deſciſcens cedat veritati congrue pro ſalute qui cogitat in errore vincere contra ſalutem. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Ut poſſimus facere hæc, prius fac quod de te flagitamus. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Si ordo geſtorum flagitat, publicamus. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Cum legationis formam demonſtrarit auguſta præceptio, cur legatorum nomina poſtulentur ignoro. An invictiſſimum principem aliquid contra rationem dixiſſe veſtra ſanctitas putat? Cum ad cauſam peragendam perſonæ videantur expreſſæ atque firmatæ, cur nunc legationis merito fiat necdum potui diligenter advertere, vel cur legatorum nomina poſtulentur ignoro. Unde tandem aliquando, amotis ſuperfluis, [1] negotium proponatur.

LXXVIII.

---

1 *Negot. proponatur*) Antea legebatur *provocatur*. Emendatio noſtra confirmatur ex capite 86. ubi ita legitur: *Unde ſicut jam ſæpius interfatus ſum, negotium proponatur*. Item cap. 79. *Quæſo vos ut tandem proponere negotium dignemini*. Et cap. 84. *Dignamini tandem aliquando negotium proponere*. Et cap. 96. *Negotium proponere tandem aliquando dignetur*.

LXXVIII.

Emeritus epiſcopus dixit. Mandatum quod in recenti negotio recitatum eſt, actis viderur inſertum. Quid autem per legatos ſuos mandaverint inſinuare noluerunt. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis noſtræ recognovi.

LXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conlationem poſtulatam evidenter recitata principalis ſanctio declaravit, hancque fuiſſe conceſſam conſtat. Et quoniam in unum ſanctitas veſtra de delectis ab utraque parte qui negotium poſſent actitare convenit, quæſo vos ut tandem proponere negotium & peragere atque explanare dignemini. *Emeritus epiſcopus dixit*. Hoc ipſum dicat quod præſtantia tua ſua interlocutione ſignavit. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

LXXX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Hoc olim clamamus ut fiat. Conlatio poſtulata eſt, conlatio conceſſa eſt, cauſa conlationis utrique venimus. Jam tandem fiat quod & petitum fatemur & conceſſum eſſe ipſa conceſſio declaravit. *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. Poſtulatam eſſe dixit. Per quem petiit? *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Finem ſuperfluis imponere nolunt. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus epiſcopus dixit*. Tu ad actionem moras innectis. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus recognovi ſalvo provocationis effectu.

LXXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Legatorum perſonæ ibi fuerant exigendæ ubi peracta legatio eſt. Cum autem de nominibus legatorum clementiſſimus tacere voluerit Imperator, cur hic deſiderentur ignoro. *Emeritus epiſcopus dixit*. Ipſi non taceant, ſi tacuit Imperator. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

LXXXII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Cauſam dicant, ut jam diximus, ſeparationis & diviſionis ab eccleſia toto terrarum orbe promiſſa, lege firmata, teſtimoniis prophetarum luce clarius demonſtrata, evangelio uſque hodie magna firmitate perducta; & diſcedant moratoriæ tergiverſationes, & ſeparationis cri-

Amen vel ſero cognoſcant. *Et alia manu*. Recognovi.

LXXXIII.

Montanus epiſcopus dixit. Cum edideris ea quæ poſtulamus, adſertionibus noſtris non deerimus. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus proſecutiones meas ſalvo appellationis effectu recognovi.

LXXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Legationem a catholicis ſuſceptam imperialis ſanctionis tenor oſtendit, in qua conlationem conſtat fuiſſe poſtulatam, cui me judicem idem clementiſſimus princeps voluit reſidere. Unde quoniam de perſonis legatorum nihil inquirere præceptus ſum, nec excedere me poſſe præcepti formam veſtra ſanctitas mecum melius recognoſcit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, ut & ipſi veritati & principali juſſioni ſatisfactum eſſe in omnibus videatur.

LXXXV.

Emeritus epiſcopus dixit. Quid ſecreto agatur intelligis, vir ſpectabilis, dum rem in medio poſitam & pene ipſa luce clariorem volunt nebulis obligare. Conlationem imperiale præceptum inter partes fieri pro ſua cenſuit voluntate. Nos quoque ſecundum eorum petitionem, ut dicunt, quam nunc in judicio negant, quam approbare nolunt. *Et* (*cum diceret*, (*Et*) *alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.) *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Non negamus. *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. [2] quam publicare detrectant, provinciis noſtris acciti, conflictum quem ſe proponere pollicentur, refugere nos non debere omnimodo profitemur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de cauſa, nihil de perſona actum eſt, cum primitus illud debeat ventilari utrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id fileant, quare non publicent, advertit ſublimitas tua. Si concordant petitiones, debent in judicio ventilari. Si neutrum volunt, unius debent facere ceſſionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere conſenſum, non negamus ſecundum imperiale præceptum adeſſe nos conflictationi debere. Si autem ſecundum præſens mandatum volunt agere, debent cognitionem ejuſdem quoque rei, profiteantur adſtipulationem. Si dubitant proponere, ut nos eorumdem propoſitionibus reſpondere valeamus, videat præſtantia tua non e noſtris partibus naſci quo minus negotium ventiletur. Quippe cum hac [3] agoga & hac quodammodo janua ad negotii merita deſcendendum ſit, intelligit præſtantia tua vel negare ſaltim eos vel reti-

---

2 *Conceſſam conſtat*) Et hæc quoque emendatio noſtra eſt. Nam antea legebatur *reſtat*. Verum ita legi debere uti nos edidimus probatur ex capite ſeq. *conlatio conceſſa eſt*, & ex Auguſtino in breviculo tertiæ dieï c. 2. *quod ea collatione agi ab Imperatore præceptum eſt, quam & petitam ab illo & conceſſam eſſe conſtabat*. Et c. 4. *collationem petitam conteſtamque conſtabat*.

3 *Quam publicare*) Hæc pendent a prima parte proſecutionis Emeriti.

1 *Agoga*) In veteri libro & in editionibus ita ſcriptum eſt: *Quippe cum hac ago & hac quodammodo janua*. nullo ſenſu. Emendationem nobis indicavit Plinius lib. 33. cap. 4. ubi de modis auri quærendi agens, agogas vocari ab Hiſpanis alt foſſas quæ in plano cavantur in quas aurum profluat.

cere vel contemnere reſpondere propoſitionibus noſtris ; ut cum hæc adverteris , judicare digneris . *Et alia manu* . Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis noſtiæ recognovi.

LXXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quid petierint vel quid perſulerint inquirere me debere non juſſit clementiſſimus Imperator. Quare autem petita conlatio ſit , apertiſſime demonſtratum eſt , id eſt , ut ſuperſtitionem ratio manifeſta confutet. Hoc hodie fieri poſſe non dubium eſt; ſiquidem delectas ab utraque parte perſonas conveniſſe cognoſco. Unde jam , ſicut ſæpius interfatus ſum , negotium proponatur.

LXXXVII.

Emeritus epiſcopus dixit . Petierunt aut non petierunt. Dicant per quos vel quid petierunt. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

LXXXVIII.

Alipius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit . Sufficit jam reſcripti recitatio . Agnoverunt quid voluerit inter nos diſcuti clementiſſimus Imperator . Removeantur ſuperflua , ad cauſam veniamus. Conſiderandum eſt enim quid agat pars diverſa . Videlicet quemadmodum priore judicio longitudine præteritorum geſtorum prætendit dilationem , ita etiam hodie deſiderat ſuperfluis codices onerare , ut item cauſentur de mora deſcribendorum vel edendorum geſtorum. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus epiſcopus dixit*. Tu moras innectis cum non profers quod nos a te flagitamus. *Et alia manu*. Montanus epiſcopus profecutionem meam recognovi ſalvo provocationis effectu.

LXXXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Proxime præterita cognitione atque controverſia , quamvis ante cauſæ principium ventilatum , non noſtro vitio neque noſtra petitione dilationem proveniſſe manifeſtum eſt, ſed humanitate judiciorum tuorum, quam non poteras denegare ; quippe cum exceptores onerati longitudine controverſiæ ac prolixitate, id etiam profeſſione ſua reſponderint . Unde quoniam iſta peracta ſunt , ſed fecit inde hodie mentionem , ideo hæc volui replicare. At nunc eoſdem nunc moras innectere, eoſdem in præſenti actione obtendere nebulas , ne ad eorum mendacia veniamus , ipſa eorum taciturnitas monſtrat . Loquuntur enim cum tacent ſe vereri id proferre quod clementiſſimo Imperatori mentiti ſunt. Si igitur freti ſunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam poteſtas tua meminiſſe dignatur id priore controverſia agitatum, ut aut jure publico agerent , aut legis dominicæ auctoritate deſcenderent diſputare , idque ſuo mihi promiſere conſenſu, nobilitas autem tua id ſibi excepit, a legibus tolli ſe minime oportere , tuarum partium eſt, vir nobilis , id tenere quod legum eſt, illorum autem eſt promiſſa neceſſitas ut lege divina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur , quoniam tu hiſdem præſidere te profeſſus es , exige quod leges habent. Si autem diſputatio legalis in medium mittitur, interrogo te hic qui deſideras diſputare , quid petieris , quid egeris , quid contra me dixeris : quem ſi invenero vera dixiſſe , neceſſe habeo ejus legis diſputationem committere . Si autem cognovero a perfidia atque mendacio te cœpiſſe, neceſſe eſt ut tuam perſonam longe prorſus evitem. Quid enim mihi prodeſt docere mendacem? Quid mihi prodeſt refragatori ac refragaturo reddere rationem ? *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

XC.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conſtationem a catholicis tantum poſtulatam fuiſſe relecta imperialis ſanctio declaravit.

XCI.

Petilianus epiſcopus dixit . [1] Catholicos nos eſſe acta contineant. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

XCII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Neceſſe eſt me eos (eo) nomine appellare , quo eos appellari voluit clementiſſimus Imperator.

XCIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Ante cauſam inane nomen eſt illis . Etiam de ipſo nomine erit diſputatio nobis atque contentio. Tum demum obtinebit hoc nomen qui fuerit inventus eſſe Chriſtianus. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

XCIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Certum eſt poſt habitum conflictum eos catholicos nuncupandos apud quos veritas fuerit deprehenſa. Ego autem etiam in hac parte formam neceſſe habeo ſequi præceptionis auguſtæ , in qua catholicos eos appellare dignata eſt.

XCV.

Petilianus epiſcopus dixit. Sine præjudicio noſtro hoc interfari dignata fuerit præſtantia tua. *Et alia manu* . Petilianus epiſcopus recognovi ſalvo noſtræ appellationis effectu.

XCVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sanctitas veſtra ſi eos falſo hoc nomine adſerit nuncupatos , negotium proponere tandem aliquando dignetur ; quatenus de præſumpto nomi-

1 *Catholicos nos eſſe*) Vide Auguſtinum in breviculo tertiæ diei cap. 3.

nomine, ſi potuerit comprobari, pars e diverſo conſiſtens in omnibus confutetur.

XCVII.

Emeritus epiſcopus dixit. Magnis actum eſt voluminibus, & reſpondere noluerunt, tenentes apud ſe quodam præjudicio [a] voluntatem ne ſatisfacerent judicatis. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.) *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quibus judicatis? *Et alia manu*. Recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. Vel illud reverentiæ ac patientiæ judiciorum præſtare dignetur (ut reſpondeant) [1] utrum petitoris loco adſiſtant, utrum ipſi proponant, utrum ipſi nos in judicium vocent; ut cum ex eorumdem reſponſione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propoſitiones reſpondere valeamus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Reſpondeatur objectis.

[a] veritatem.

XCVIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Eccleſia, quod audire non vultis, & neceſſe eſt audiatis, quoniam tot teſtimoniis & divinis eloquiis proclamatur toto terrarum orbe diffuſa, cujus communionem videmur tenere, falſis criminationibus a vobis appetita eſt: unde extitit veſtra ſeparatio, quam dolemus. Iſtæ criminationes quibus inſectari ſoletis Eccleſiam toto, ſicut promiſſa eſt, orbe diffuſam, hodie audire volumus utrum veræ ſint. Si enim veræ ſunt iſtæ criminationes quam Eccleſiæ memoratæ objicere conſueſtis; ſi eam pollutam, maculatam, everſam, deſtructam, & extinctam neſcio quibus [2] noſtris criminibus demonſtrare potueritis, ſupererit ut quæramus utrum apud vos remanſerit, quam ubique periſſe clamatis. Si autem illa perire non potuit, ſupereſt ut eam vos agnoſcatis, & litem tandem aliquando finiatis. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Accepiſtis proſecutionem partis adverſæ, cui reſpondere dignamini.

XCIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Puto importunum eſſe alienam cauſam velle defendere & id in medium negotium mittere quod præter rubórem non poteſt unuſquiſque ſine mandato in judicio ventilare. Poſſem enim nunc aſſerere & clamare adverſus iſtos univerſum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandavi, ab hujus cognitionis eventu longe mea poſita eſt conſcientia. Ego agnoſco victorem. Quicumque juſtis legitimiſque ex cauſis Chriſtianus fuerit approbatus, ille meus eſt catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet ſibi hanc regulam vindicare; quamvis ipſa catholica, quæ nunc pro præſcriptione partis adverſæ quaſi in fronte quadam rite adverſum nos temperari cognoſcitur, medium eſſe debet & in judicio ita conſtitui ut hoc nomen victor accipiat. Intelligit præſtantia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis [3] de longe poſitis præjudicare poſſe, cum inter Afros hoc negotium ventiletur, ſed magis hoc expectari, ut quicumque ex veridica cognitione fuerit ſuperatus, is ab orbe videatur eſſe rejectus. Intelligant e diverſo venientes propoſitionibus noſtris ſe reſpondere debere, ut adſtantes aut non adſtantes, quid perſonæ gerant dicere non morentur, ut eorum intentionibus reſpondere valeamus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis noſtræ recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Quid refertur? *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Perſonas primo die judicii eſſe firmatas & ſequenti etiam die interlocutionis tuæ. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Aliud quæſitum eſt.

C.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. [4] Interlocutionis tuæ forma declaravit. Sed quia dicit cum peregrinis Chriſtianis non ſe habere aliquam rationem, ſed hoc totum quod agitur, inter Afros agi, Afrorum Chriſtianorum catholicorum hæc vox eſt: Nos univerſo orbi Chriſtiano communione cohæremus. Hanc Eccleſiam elegimus retinendam quam in eis ſcripturis invenimus. *Et cum diceret*. (*Et alia manu*. Recognovi.) *Emeritus epiſcopus dixit*. Sic ſemper eligere & mutare conſueſti. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Nos eam Eccleſiam retinemus quam in illis ſcripturis invenimus in quibus etiam cognovimus Chriſtum. Scripturæ quippe noſtræ, quarum auctoritati utique ſubdimur, Chriſtum & Eccleſiam tanquam ſanctum commendant conjugium, Chriſtum ſponſum, illam ſponſam Ubi illum cognoſcimus, ibi & illam invenire debemus. Si itaque nunc exorti eſſemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Chriſtianorum ſociari deberemus, procul dubio eam tenere deberemus quam in ſcripturis inveniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad ſola eloquia divina, quæ mentiri neſciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Chriſtiani Afri, & appellantur & merito ſunt catholici, ipſa ſua communione nomen teſtantes. Catholon enim ſecundum totum dicitur. Qui autem a toto ſeparatus eſt, partemque defendit ab univerſo præciſam, non ſibi uſurpet hoc nomen, ſed nobiſcum teneat veritatem. *Et alia manu*. Recognovi.

Vide Notas ad Agobard. pag. 41.

Vide Auguſtin. lib. 2. contra Gaudent. cap. 2.

CII.

---

1 *Utrum petitor. loco*) Vide infra cap. 107. 113. Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 3. de Donatiſtis: *Dixerunt ut ſi in legatis vel mandato quod eis datum eſt manifeſtando nuluiſſent catholici obtemperare judicatis, ſaltem hoc reſponderent, utrum loco petitorum conſiſterent.*

2 *Noſtris criminib.*) Antea legebatur *veſtris*, contrario ſenſu. Donatiſtæ enim, quod & frequenter inculcat Auguſtinus, & in his geſtis ſæpe repetitur, ſeceſſionem ſuam ab Eccleſia catholica hinc probare ſtudebant quia catholici varia crimina commiſerant quæ ipſos non finebant in eorum communione perſiſtere. Res eſt notiſſima.

3 *De longe poſitis*) id eſt, de Eccleſia tranſmarina, ut docet Auguſtinus in breviculo tertiæ diei cap. 3.

4 *Interlocut.*) Hæc pendent a priore parte proſecutionis Auguſtini. Interruptus enim fuit a Marcellino.

A

CII.

Gaudentius epiſcopus dixit. [1] Catholicum nomen putant ad provincias vel ad gentes referendum, cum hoc ſit catholicum nomen quod ſacramentis plenum eſt, quod perfectum, quod immaculatum, [2] non ad gentes. Nam doceat ſibi omnes gentes communicare, & plenus eſt catholicus. Sed prius eſt tamen ut doceant quid petierint, quid meruerint. *Et alia manu*. Gaudentius epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Utrum debeant edere quæ popoſcimus necne ſtatuere dignare, ut ſcilicet. *Et cum diceret*. (*Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine appellationis B noſtræ præjudicio recognovi.) *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Aut interloquere, aut jube nos [3] ſatisfacere poſtulatis. *Et alia manu*. Recognovi.

CIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad tranſacta recurritur. *Et adjecit*. Catholici nominis doceatur aſſertio, & illud quod pars e diverſo ſiſtens credidit protequendum, utrum in omnibus gentibus eadem catholica eſſe oſtendi poſſit Eccleſia.

CIV.

Ameritus epiſcopus dixit. Si proponit, doceat. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Dignare pronunciare de ſupra comprehenſis. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. Si proponi, doceat. Nam ſi proponere noluerit, quemadmodum docebit? *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis interpoſitæ recognovi.

CV.

Petilianus epiſcopus dixit. Pronuncia de ſingulis. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quod poſtulaverunt doce me. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Hoc nobis debet tua perſona. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

CVI.

Emeritus epiſcopus dixit. Petimus ut nulla ſit mora, ut aut proponentis aut reſpondentis poſſit eſſe perſona. Igitur quoniam approbandum eſt & de cauſa jam in judicio ventilandum, E edicant utrum petunt aut reſpondent; ut cum eorum intentionem in judicio videro, valeam reſpondere. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

CVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Juſta poſcuntur. Sanctitas veſtra dignetur edicere utrum petitoris loco in judicio adſtare videatur.

CVIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Tuæ ſublimitatis eſt judicare. Nos ad eorum criminationes refellendas ingreſſi ſumus. Solent Eccleſiam quam tenemus crimine traditionis arguere. *Et alia manu*. Recognovi.

CIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Quis me in judicium vocavit? Ad cujus ſuggeſtionem conſtitutum voluit fieri Imperator? *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis recognovi.

CX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Solent Eccleſiæ quam tenemus crimina traditionis objicere, & neſcio quorum peccatis eam contendere eſſe deſtructam & extinctam. *Et alia* C *manu*. Recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. Non hoc a te petii. Fac ſatis judicatis. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*: atque his criminationibus fallere corda ſimplicium, de quorum ſalute ſatagimus. His nos permoti, convenimus eos ut nobiſcum conferrent, & quod intendunt, utrum probare poſſent in Eccleſiam, cui intendunt, oſtenderent. Quam conventionem noſtram quoniam recuſaverant, cum nuper in comitatum veniſſent quidam illorum, apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri ſe velle & diſcuti velle, amplectentes nos, aliquando eorum de conlatione conſenſum petendum ab Imperatore D credidimus, ut conlatio ad hoc fieret ut ea crimina quæ ſolent dicere in univerſam Eccleſiam aut probarent, ut veritas appareret, aut non probarent, ut nihilominus veritas appareret. Hæc crimina ſi volunt aut poſſunt oſtendere, proferantur & demonſtrentur. Si autem non poſſunt aut nolunt, jam tuæ ſublimitatis eſt de re tota, ſicut ratio ipſa indicat, judicare. *Et alia manu*. Recognovi.

Vide Codic. canon Eccleſ. Afric. c. 92.

CXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Accepiſtis proſecutionem partis adverſæ. Si quid objicitis, jamjamque proponite.

CXII.

Petilianus epiſcopus dixit, Pronunciet prius nobilitas tua utrum recte petamus quæ petimus

---

1 *Catholicum nomen*) Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 3 *Donatiſta autem reſponderunt non catholicum nomen ex univerſitate gentium ſed ex pientudine ſacramentorum inſtitutum; & petiverunt ut probarent catholici ſibi communicare omnes gentes*).

2 *Non ad gentes*) Deſunt hic nonnulla.

3 *Satisfacere poſtulatis*) id eſt, ut oſtendamus gentes omnes nobis communicare. Vide Auguſtinum ibidem.

petimus, necne; tum demum eis ad ſingula A reſpondebimus. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

CXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Recte vos petere proſecutionis veſtræ textus oſtendit, & recte reſpondiſſe partem e diverſo ſiſtentem eorum ſimiliter proſecutionibus declaratum eſt. Adſertum eſt enim quod criminibus neſcio quibus Eccleſiam quam tenent a vobis hodieque adſerant inſeſtari; quæ, ſi qua ſunt, debetis edicere. Si vero non ſunt, eſt neceſſe ut ad hæc reſpondere [1] dignemini. B

CXIV.

Emeritus epiſcopus dixit. Sic agitur cauſa, hæc judicii forma eſt, ſic veritas inquiritur ut de perſona taceatur. Dicit me neſcio quo auctore crimina in Eccleſiam ventilare, & quaſi per famam quandam honorem ſuum meritumque deſtruere. [*] Quicquid velit, quo nomine velit, quo poteſt argumento huic ipſi cauſæ nomen imponat, neceſſe eſt ut quia iterum provocat, petitor adſiſtat. Utrum ego dixerim necne, utrum vere dixerim, anne confinxerim, cum ipſius propoſitione cognovero, cum ea quæ mihi objicit vera eſſe & ex me prolata C conſtiterit, tunc demum neceſſe eſt eorumdem me intentionibus reſpondere. Videt ergo præſtantia tua ſine provocante reſpondentis ſuperfluam eſſe perſonam, nec poſſe quemquam dici reſpondentem niſi primo fuerit provocator. Ergo ſi provocatoris loco, hoc eſt, quod dicitur petitoris, adſiſtit, inſtituat actionem, cui reſpondere debeam. Sæpiſſime enim dicunt nos ſuperfluis moratoriis uti ne ad negotium veniatur. Ergo cum iſte cardo ſit cauſæ, ut is qui alterum in judicium vocat inſtituere actionem debeat & provocare ad reſponſionem, advertat præſtantia tua eos proſequi debere utrum nobis vel quam inſtituant actionem, ut reſpondere poſſimus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalvo effectu appellationis noſtræ recognovi. D

[*] Forte, *Qui quid velit*. Hard.

CXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Edicat pars catholica utrum e diverſo ſiſtentibus aliquid objiciendum credit.

CXVI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Nos conlationem poposcimus ubi [2] objecta diluamus, non ubi objiciamus diluenda; quandoquidem cum illi objecta probare non potuerint, quid ſint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifeſtum erit omnibus, & a tua tublimitate judicabitur. Nunc ingreſſi ſumus diluere criminationes eorum, quas ſolent Eccleſiæ quam tenemus objicere. Mandatum quoque E ipſorum hoc continet. *Adverſus traditores & perſecutores noſtros*. Quondam autem Primianus, ſi dignatur, frater noſter conventus pro ipſa conlatione reſpondit. [3] *Indignum eſt ut in unum conveniant filii martyrum & progenies traditorum*. Hæc crimina diluenda ſuſcepimus, ut hæc crimina diluantur iſtam collationem propoſcimus. Conceſſa eſt. Aut probentur, aut purgentur. *Et alia manu*. Recognovi.

CXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Mandati ſeries traditorum partem e diverſo ſiſtentem eſſe profitetur. Conlationem vero, ſi tamen proſecutio catholicæ partis veritate ſubnixa eſt, ab utriſque partibus conſtat eſſe poſtulatam. Unde nunc id quod mandato videtur expreſſum ſanctitas veſtra probationibus fulcire dignetur. Accepiſtis enim ex eorum proſecutionibus magis a vobis aliqua objici & ea objecta ſe velle diluere.

CXVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Pronunciare dignare de perſona: tunc itur in cauſam. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

CXIX.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Jam non eſt noſtrarum partium de hoc aliquid ſuperfluo reſpondere. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Interlocutiones ſuperiores ſublimitatis tuæ recitentur, & agnoſcant quid poſtulant. *Et alia manu*. Recognovi.

CXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si collationem ab utriſque partibus conſtat eſſe poſtulatam, conſtat eum eſſe petitorem qui crimen intendit.

CXXI.

Emeritus epiſcopus dixit. Doceat ab utriſque partibus collationem eſſe in judicio flagitatam. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

CXXII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Docemus. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Hoc pars catholica docere debebit.

CXXIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. [4] Catholicos nos eſſe ſcriptum ſit. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalvo appellationis effectu recognovi. *Fortunatianus epiſcopus*

---

1 *Dignemini*) Sic reponi debere poſtulat ſenſus. Antea legebatur *dignentur*.

2 *Objecta diluamus*) Auguſtinus in breviculo tertiæ diei cap. 4. *Sed catholici reſpondebant ad hoc ſe peciſſe collationem, non ubi objecta diluerent.*

3 *Indignum eſt*) Hæc etiam verba refert Auguſtinus in eodem loco.

4 *Catholicos nos eſſe*) Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 4. *Orsus eſt iterum moratorius conflictus de catholico nomine & Donatiſtarum & Cæciliani ſtarum.*

pus eccleſiæ catholicæ dixit. Donatiſtas vos eſſe ex Primiani mandato docemus. *Et alia manu*. Recognovi. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Cæcilianiſtas vos eſſe ſcriptum ſit. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi.

CXXIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si præcipis, geſta recitamus in judicio habita præfecturæ, ubi ſe pars adverſa audiri tantopere flagitavit. Et ideo, ſi præcipis, recitantur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Geſta habita in judicio illuſtrium poteſtatum ſuſcepta ab officio recitentur.

CXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Contra hæc ſerva quæ competunt. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit*. Salva erunt. *Petilianus epiſcopus dixit*. [1] De perſona pronuncia. Quid petierint, quid ſuggeſſerint clementiſſimo Imperatori, quidve mentiti ſint, hoc prodatur. Hic pronuncia utrum id ſuperflue flagitem, necne. Tum demum itur in cauſam. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalvo merito appellationis noſtræ recognovi.

CXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Collationem fuiſſe poſtulatam miſſis legatis ſermo cœleſtis oſtendit, hanc fieri evidenter ſanctione præcepit, cui me judicem reſidere pariter conſtitutum eſt. Excedere me hujus præceptionis formam etiam ſanctitas veſtra omnino non poſſe mecum melius recognoſcit.

CXXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Pronunciare te conſtanter convenit, vir nobilis, utrum proferri debeant illa quæ clanculo habentur, quæ rubore compreſſa ſunt mentientium; aut certe ſi ſuperflue petimus hoc pronuncia. *Et alia manu*. (Petilianus Epiſcopus) ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

CXXVIII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si quid eſt quod contra nos, ubi mentitos eſſe pars adverſa deſignat, proferre poterit, jam proferat; ne ſuperfluis nos accuſationibus agens, populus adhuc uſque, cui conſulere volumus, decipiatur. Et ideo, ſi nobilitas tua præcipit, apud præfecturam geſta habita recitentur. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Ordine ſuo cuncta legantur. Legantur primo quæ petimus. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi. *Emeritus epiſcopus dixit*. Hoc eſt quod volebamus in judicio prodi, utrum imperialibus auribus intimarint nos in judicio præfecturæ vel voluntarios adſtitiſſe vel quæſiſſe conflictum. Si enim iſta dixiſſes, poſſem te de geſtorum fide in judicio confutare. Si autem non dixiſſes, intelligat is qui cognitor datus eſt de omnibus ſe imperatoriæ notioni referre oportere. Igitur quoniam evidentiſſime comprobamus iſtos docere minime valuiſſe vel ea quæ Imperatoris auribus intimaſſe ſe dicunt, vel utrum jerint, vel quando jerint, vel cum quo mandato jerint, hoc ipſum poteſtas tua judicare dignetur; ut ſi putant perſonam noſtram tanquam petitorum de actorum confectione, quæ apud illuſtriſſimas poteſtates ſunt habita, in judicio, comprobare, cum ex recitatione geſtorum fuerit approbatum, judicare digneris. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſalva appellatione noſtra recognovi.

CXXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad ea ex quibus conſtat eſſe tranſitum regreſſum fieri minime oportere ſat clarum eſt. Unde ut evidenter petitoris perſona monſtretur, illuſtrium poteſtatum geſta relegantur.

CXXXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Nebula eſt iſta quæ obtenditur. Nam ab initio ipſos eſſe petitores certo loco monſtrabimus, cum dignaberis de his, quæ jamdudum petivimus atque petimus pronunciare. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præiudicio appellationis noſtræ recognovi.

CXXXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam ſanctitas veſtra quæ offert per ordinem relegentur. *Et adjecit*. Patimini nunc interim quæ poſtulata ſunt ab officio recitari.

CXXXIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Pronuncia, & patior recitari. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalvo merito appellationis noſtræ recognovi.

CXXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Petitoris perſona tunc aperte poterit demonſtrari cum hoc geſtis evidentiſſimis fuerit approbatum.

CXXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Pronuncia me recte an non recte petiſſe quod diutius flagitavi. Res enim nobis cum populo eſt. Tu quoque cum populo voluiſti habere rationem, qui de judicio tuo voluiſti judicari. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſine præjudicio appellationis noſtræ recognovi.

CXXXVI.

---

1 *De perſona pronuncia*) Auguſtinus in breviculo tertiæ diei cap. 4. cum dixiſſet cognitorem juſſiſſe recitari geſta habita in judicio vicariæ præfecturæ, ait Donatiſtas ad præterita redijſſe & petiiſſe rurſum a cognitore ut de perſona & de mandato legatorum pronunciaret. *Hoc autem agebant*, inquit, *quantum intelligebatur, timentes de ea præfectoria legerentur, ubi juam cauſam quibuſdam inconſideratis, & temerariis inſpexionibus vulneraverant.*

CXXXVI.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Legantur geſta. *Et alia manu*. Recognovi.

CXXXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Pronunciare me poſtulat ſanctitas tua, cum ab alia parte geſta neceſſaria probationis publicentur. Unde hoc fieri patiatur ſanctitas tua. Tum demum utrum de parte negotii pronunciari debeat exiſtimabo.

CXXXVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Aliud oſtendit, cum aliud poſtulem. Conſcientia ipſa publica tenet, nec tacebo ulterius, nec differam, vir nobilis, te ipſum populo fuiſſe edictis frequentibus pollicitum, quicquid auditurus eſſes, inter diſceptantes ſcilicet partes, te rurſum editis ſubſequentibus prolaturum. Tu hoc videris, tuæ exiſtimationis eſt cauſa, utrum tam facile me cogere debeas de cauſæ meritis diſputare, cum id mihi adverſarius meus negaverit quod ego magnopere poſtulo eſſe prodendum. Ipſe videris, ipſe hoc quomodo volueris æſtimes. Ego tamen tuam deſidero providere præſtantiam quid hoc loco ſentias. Mihi hoc expedit, nolo a populo denotari quod prætermiſerim id & eundem locum prætermiſerim, ubi occulte video tegi mendacium quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco perſonam, aſſume illam puram innocentemque conſtantiam, nec dubites pronunciare quod licet. Neque enim fas eſt ut cum mihi ſatisfactum non fuerit, ego cogar ad intima cauſæ deſcendere. Unde quidem magnopere præſumo; ſed ea quæ expeto non debeo præterire. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalvo merito appellationis noſtræ recognovi.

CXXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ut diligentius adverti poſſit quid debeat judicari, patiamini geſta recitari.

CXL.

Petilianus epiſcopus dixit. Non is eſt ordo geſtorum ut hæc primitus recitentur. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalva noſtra appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Nihil debet partibus denegari. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Si nihil partibus denegandum eſt, tandem nobis concedendum eſt, quod flagitavimus. Oſtendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio. Scripta ſunt; demonſtrentur, prodantur in publicum. Videamus utrum hæc contra nos vera an falſa ſint ficta. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus meam proſecutionem ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Jam pronunciavi, atque judicavi formam me excedere non poſſe imperialis oraculi. Nec enim in judicio meo legatorum certum eſt diſcuti debere perſonas. Unde geſta relegantur, ut quis petitoris loco adſiſtat clarius demonſtretur. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Hoc imperator non præcepit, ut geſta illuſtrium poteſtatum in judicio prodantur; & tamen datur adverſæ parti licentia prodendi. Produnt ipſi quæ volunt, nobis non ſinitur accipere quod poſcimus. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Et ſanctitas tua quæcumque geſta obtulerit, vel prolaturam ſe eſſe promittit, neceſſe eſt ut eadem relegantur. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Quæcunque cauſæ neceſſaria ſunt, negari non debent. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Patere igitur ut hoc quod cauſæ propriæ neceſſarium dicit pars e diverſo ſiſtens, ab officio recitetur. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Concedere non poſſum ut ea quæ volunt in judicio ventilent, niſi ea quæ de ipſis flagitavi in judicio deprompſerint. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Nos iſta de archivis accepimus. Si quid eſt quod & tu accipere potuiſti, ſi recitandum popoſceris, & a nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Suſpicionem judiciis facis, quod ea non pateris, cum & tibi fas ſit univerſa quæ ingeſſeris publicare. Unde tandem aliquando ea quæ oblata ſunt recitentur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Noluiſſe pronunciare poteſtatem tuam quod petimus acta continent. Ulterius non poſſumus aliquid dicere; maxime cum videam poteſtatem tuam aliud velle, cum ego aliud flagitem. Pronuncia ſuperflue me poſtulare quod peto. Sit quod teneam; ſit quod populus noverit. Tum demum ad neceſſaria cauſæ deſcendam. *Et alia manu*. Petilianus (Epiſcopus) proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Non poſſum de eo judicare quod necdum eſt approbatum. *Petilianus epiſcopus dixit*. Utrum recte petam proli oportere id quod clanculo Imperatori ſuggeſſerint, hoc pronuncia. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus hanc proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Clanculo Imperatori nihil ſuggeſtum eſſe ad univerſos judices datæ ſanctionis (forma) & ad meam quoque mediocritatem ipſius recitatione monſtratum eſt. Unde cum ex lectione geſtorum cognovero quid debeam judicare, ſine dubio judicabo.

CXLI.

Martialis exceptor recitavit. Exemplum actorum habitorum ſub die tertio Kalendas Februarias, Ravennæ, D. N. Arcadio PP. Auguſto & Probo IV. Conſulibus. *Et cum recitaret, Petilianus epiſcopus dixit*. Si jubes, contra hoc advertit ſublimitas tua non adhuc ſatisfactum petitionibus noſtris, ut exceptione eorum conſtaret ipſos eſſe petitores ipſoſque intendere oportere quæ objicienda eſſe putavetunt. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Jam nunc ex lectione geſtorum qui petitor adſiſtat evidenter aper-

aperteque monſtrabitur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Sunt longe primitus geſta confecta, quibus ſpectabilis viri Proconſulis. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus recognovi.) *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. [1] Proſecutiones ſuas formidat, ideo geſta recitari non permittit. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.) *Petilianus epiſcopus dixit*. Sunt geſta habita in judicio proconſulari, habita etiam in judicio vicariæ præfecturæ, quibus nobis [2] plurima intendiſſe monſtrantur. Sunt etiam alia quæ de clementiſſimo Imperatore, eidem ſcilicet mentientes, [3] longe ante petiverunt (per) adſiſtentes, ac ſupplicantes, ſcilicet [4] Theaſium & Euvodium, illos ſcilicet quos præcurſores ac navigatores ſemper habent, furiæque ſuæ legatos, qui expetant ſanguinem, expetant proſcriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per provincias diverſas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari. Tum demum eos invenies petitores. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi.

CXLII.

Poſſidius ep. eccleſiæ catholicæ dixit. Qua impatientia & tumultu agant ſit teſtatum his geſtis interlocutione nobilitatis tuæ. Cauſam enim fatis [5] timent, ad cujus meritum omnino deſcendere nolunt. Non ſint vacua omnia quæ a partibus noſtris in proſecutionibus tanta dicta ſunt de Eccleſiæ Dei promiſſionibus & exhibitionibus. Quid tergiverſantur, quid neſcio quæ forenſia rimantur? Jam dignetur nobilitas tua pronunciare [6] faciem defenſionis eorum. *Et alia manu*. Recognovi.

CXLIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Ordine ſuo a principio cuncta recitentur. Tum demum invenies petitorem. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CXLIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si a principio (cuncta recitanda ſunt,) ex quo [7] cauſam ad Imperatorem Conſtantinum miſerunt criminum Cæciliani jube recitari. *Et alia manu*. Recognovi. *Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Quia voluiſtis de prioribus geſtis mentionem facere. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Recognovi.)

CXLV.

Marcellinus v.c. Tribunus, & Notarius dixit. Hæc geſta quæ recitari poſtulat ſanctitas veſtra ſunt poſteriora his geſtis quæ obtulit pars catholica, an priora?

CXLVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Non eſt equidem pars catholica niſi quæ hujus conflictationis ſumpſerit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in judicio proconſulari, & vicariæ præfecturæ ab ipſis ſunt ante longius prompta atque petita. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Si de cauſa præſumeres, ad cauſæ meritum venires. *Et alia manu*. Recognovi.)

CXLVII.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Sine præjudicio catholicos dico, ſequens nuncupationem clementiſſimi principis. Unde ea geſta quæ antiquiora ſunt, ſi placet, ab officio recitentur.

CXLVIII.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Offerimus antiquiſſima, quæ petimus ſuſcipi ab officio. Præcipiat nobilitas tua ea recitari.

CXLIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Si hoc poteſtati tuæ mandatum eſt, ſi non receſſerunt ab his quæ jamdudum promiſerant ſe legaliter agere oportere, redde nobis illam primam objectionem, cujus viſi quodammodo ſumus ſub hujus exceptionis ratione feciſſe jacturam. Si igitur ad legem ſe retinet, pervidet præſtantia tua nullatenus eos harum chartularum quas proferunt facere poſſe mentionem. Et nunc etiam atque etiam flagito ut promant quid eligant, utrum forenſi actione mecum agant, an legali concertatio-

---

1 *Proſec. formidat*) Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 4. de hac ipſa re agens: *Hæc autem agebant: quantum intelligebantur, timentes ne geſta præfectoria legerentur, ubi ſuam cauſam quibuſdam inconſideratis & temerariis reſpectantibus vulnerant*. Et paulo poſt, quod magis ad verba Poſſidii facit: *Contra a catholicis dictum eſt ideo illos nolle ut geſta præfectoria legerentur, quod in eis proſecutiones propias formidarent*.

2 *Plurima intendiſſe*) id eſt, hæreticos vocaverant, & multa dixerant contra divinas leges humanaſque conſtitutiones, ut docet Auguſtinus ibid. cap. 5.

3 *Longe ante*) id eſt, an. 404. quum in Carthaginenſi totius Africæ Concilio decreta eſt legatio adverſus Donatiſtas. Ad hæc enim tempora reſpicere Petilianum oſtendunt nomina Theaſii & Evodii.

4 *Theaſium & Euvodium*) In veteri codice ſcriptum eſt, *Theaſio*, & *Evodio*, quod nobis facile fuit emendare. Neſcio autem cur Maſſonus maluerit ita ſupponere, *Theodoſio & Euvodio*, in erratis etiam admonens legendum eſſe *Theodoſio*, & *Romerido*. At Pithœus utramque lectionem rejecit, & repoſuit: *Theodoſio & Ennodio*. Quam autem falli ſint viri doctiſſimi oſtendit codex canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 93. ubi extat commonitorium datum an. 404. eiſdem Theaſio & Evodio legatis ex Carthaginenſi Concilio ad Imperatorem Honorium miſſis adverſus Donatiſtas. Eoſdem cæſos fuiſſe; id eſt, verberatos & vulneratos, an. 408. apparet ex cap. 106. ejuſdem codicis. Theaſium fuiſſe Epiſcopum Membloſitanum patet ex collatione prima cap. 133. Falſus eſt enim ex ſimilitudine nominum vir clariſs. Joannes Garnerius, dum putavit hunc Theaſium fuiſſe Epiſcopum Membreſſitanum. Nam tum Gennadius erat Epiſcopus Membreſſitanus, ut patet ex eodem cap. 133. Theaſii porro nomen recte reſtitutum eſt in epiſtola 80. S. Auguſtini a nuperis editoribus. Evodius fuit Epiſcopus Uzalenſis; de quo multa agentio apud Auguſtinum & alibi. Ei quidam codices tribuunt librum adverſus Manichæos editum inter opera S. Auguſtini, ut admonet Sirmondus in capite primo hiſtoriæ prædeſtinatianæ, quod etiam adnotatum eſt antiquitus in codice 939. bibliothecæ Colbertinæ.

5 *Timent*) Vide Auguſtini locum ex breviculo primæ diei cap. 4. paulo ante laudatum.

6 *Faciem*) Vox corrupta.

7 *Cauſam ad Imp.*) Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 5. *Ubi Donatiſta primitus cauſam Cæciliani ad Imperatorem Conſtantinum per Anulinum Proconſulem accuſando miſerunt*.

tatione diſceptent. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus proſecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CL.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Suſcipiat officium quæ ab utriſque partibus offeruntur, & conferat tempus: ut quæ priora eſſe conſtiterit, eadem recitentur.

CLI.

Petilianus epiſcopus dixit. Senſim in cauſam inducimur. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLII.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quod petiſtis offerimus. Non vos pœniteat petiſſe. Antiqua geſta voluiſtis recitari. Hæc in manibus habemus. Jubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. *Et alia manu*. Recognovi.

CLIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Me id petiſſe adhuc recalent geſta ut ea quæ Imperatori mentiti ſunt proferant, legant quæ objecerunt, contra hæc hujuſmodi nebulas, ut vellent acta relegere quæ ſunt habita in judicio præfecturæ, his quæ ego longe prætuli antiquiora. Igitur, vir nobilis, ſi tenor ſe ita habet cauſæ ſicut ab initio videtur eſſe formatus, aut jacturam chartularum iſtarum publicarum faciant, & ad legalem diſceptationem veniant; aut ſi his rebus uti deſiderant, ſciant legis divinæ jacturam. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Proconſularia geſta & habita in judicio illuſtrium poteſtatum officium diligenter inſpiciat, ut ea quæ priora ſunt primitus recitentur.

CLV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ad ea quæ proſecuta eſt modo pars diverſa paucis advertat ſublimitas tua. Nos Eccleſiam catholicam retinere ipſa noſtræ communionis teſtificatione monſtramus, quam Eccleſiam probare deſcendimus, ſi permittant, non rumoribus humanis, neque errantibus opinionibus, ſed divinis eloquiis declaratam. Ut autem leges vel geſta vel quæcunque de archivis prolata offeramus in hac collatione recitanda, ipſi cogunt qui talibus agunt. Nam ſi remotis hujuſcemodi omnibus chartis, nollent Eccleſiam niſi in ſcripturis adverti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus. Crimina dicunt traditionis. Ea crimina traditionis aut non probant archivis, & nihil dicunt: aut probant, & archivis nos viciſſim agere compellunt. Itaque pervidet præſtantia tua diſtinguendas eſſe cauſas, quando cogamur publicis legibus agere, quando autem velimus & optemus negotium Eccleſiæ nonniſi divinis eloquiis terminari. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Quid elegerit dicat. Ambo enim tenere non poterunt. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam incolumi appellatione recognovi.

CLVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Apertiſſimam proſecutionem partis adverſæ fuiſſe ſatis clarum eſt, in qua id videtur oſtenſum, ut ſi traditionis crimen objicitur, quod ſine dubio legibus divinis non poteſt approbari, ſed geſtorum fide diligentius inveniri, tum demum geſtis publicis omnia peragantur. Sin vero cauſa fidei cœperit agi, tunc ad ea quæ veteris & novi teſtamenti exemplis docenda ſunt venietur. Unde ſanctitas veſtra, ſi petitionem ſuam proſecutionemque adverſæ partis vult profeſſionibus roborari, evidenter oſtendat utrum traditionis crimen, quod probari nullatenus poteſt niſi quibuſdam evidentiſſimis documentis, agi in judicio deſideret, an tantum fidei cauſam cupit in judicio mediocritatis meæ diſquiri atque terminari.

CLVII.

Emeritus epiſcopus dixit. Quæ ad cauſam pertinent ſæpius me explicare non pudet. Adeo enim & in prima fronte negotii poſtulavimus ut mandatum legatorum ſuorum luce clarius demonſtrarent; ne cum hæc in judicio mitterentur, forte renuerent. Poſſunt enim dicere; Alia mandavimus, non eadem cenſuimus, nec petenda ab imperiali præcepto conſenſimus. Sicut enim nunc. *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.)

CLVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc univerſorum ſubſcriptionibus conſtat eſſe mandata.

CLIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Quoniam duo ſunt negotia, duo debent eſſe mandata. Mandatum quod in negotio præſenti recitatum, actis inſertum eſt; mandatum vero quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum eſt. Debemus ergo advertere utrum & hoc ante, ut imperialibus auribus deferretur, ab iiſdem videtur eſſe conſcriptum; ut cum utraque mandata in judicio fuerint recitata, utrum unam habuerint voluntatem judicare digneris. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſalvo effectu appellationis recognovi.

CLX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Jam toties conclamavimus. Mandatum quod injunctum eſt legatis Epiſcoporum, ab Epiſcopis flagitant ſibi recitari. Hoc eſt aliena requirere ad cauſam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter collationem cum his faciendam injunctum eſt, hoc recitatum eſt, hoc eis ſufficiat. Quid ſi enim aliqua legatis mandata ſunt, ad cauſam quidem iſtam non pertinentia, ſed quæ ipſos ſcire nolumus? Sufficit quod

Imperator collationem nos petiſſe ſuo teſtimonio declaravit. Hæc conceſſa eſt, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur. Veritati aures hominum patent. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXI.

Adeodatus epiſcopus dixit. Confeſſus es quæ olim tacuiſti. Oſtendiſti te multa adverſus nos mandaſſe quæ ſcire non facile debeamus. Unde advertit ſublimitas tua quid ex ejus proſecutione debeamus advertere, quid illud mandatum continet quod contra nos mandatum ſcire non facile debeamus. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalva appellatione recognovi.

CLXII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Non hoc dixi. Non advertiſti, aut diſſimulas te audiſſe quod dixi. Audi, planius hoc dicimus, ne forte culpa mea non intellexeris, dum id obſcurius aliquantum dixi, [1] ſtudio brevitatis, quod percipere nequiveris. Notum eſt omnibus multas cauſas habere Eccleſiam, & ſuam & privatarum perſonarum ſibimet commiſſarum: & poteſt fieri ut ad Epiſcoporum intercellionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum, & cauſarum alienarum, in quibus noſtra interventio ſæpe poſtulatur, propter quæ auxilium ab Eccleſia poſcitur. Hæc prodenda non ſunt, ne proditores inveniamur. Sufficit tibi quod collationem me petiſſe in cauſa tua ipſe teſtis eſt clementiſſimus Imperator. Nihil ultra quæras, ſi negotia aliena non quæris. Negotio tuo ſufficit quod de ipſa Imperatoris lege recitatum eſt, quod noſtro mandato ſubſcriptionibuſque firmatum eſt. *Et alia manu*. Recognovi.

CLXIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Non poſſunt in uno mandato diverſa mandari negotia. Sed ſi forſitan eadem quæ adverſus nos mandaſtis, etiam adverſus alias provincias mandaſſe te conſtat, bene facis non prodere. Non te ergo in medium proferas. Quoniam me primum inſequi deſideras, ſervas hoc aliis provinciis. Oſtendiſti quid feciſti, oſtenditi quid feles. Teneo tuum mendacium, teneo falſitatem. *Et alia manu*. Adeodatus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Proſecutione ſua vir venerabilis, ſi dignatur ſanctitas tua diligenter advertere, non adverſum te aliquid ſe mandaſſe, ſed ea quæ ad te non pertineant, propria proſecutione ſignavit. Illud tantum evidenter confeſſus eſt, collationem ſe omnibus modis poſtulaſſe, & hanc fuiſſe conceſſam. Unde illius mandati, ne excedere videamur imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæſivit ſanctitas veſtra reſpondere dignetur, utrum traditionis crimen, quod archivis publicis poterit monſtrare, agi in judicio velitis, an eccleſiæ & fidei tantum cauſam cupiatis inquiri.

CLXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Urbane nobis [2] illuditur, ut cum ipſi ſint petitores, ſemperque noſtram pacem inquietaverint atque turbaverint, nos loco petitorum conſtituamur, cum pacis & Eccleſiæ Dei poſſeſſores ſemper fuerimus ac ſimus. Peto igitur nobilitatem tuam ut hunc ordinem ſerves. Oſtendant quid egerint. Ibi invenies petitores. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Si ſanctitas tua permitteret vel permiſiſſet geſta recitari, jam olim qui petitoris loco adſiſteret potuiſſet oſtendi. Unde vel nunc antiquiora, ut interfatus ſum, geſta recitentur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Ordinem ſerva geſtorum. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit. Eorum geſtorum quæ a partibus offeruntur, id eſt, proconſularium & [3] illuſtriſſimæ ſedis, tempora recitentur.

CLXVIII.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Offerimus chartas antiquiores noſtris definitionibus profuturas. *Et alia manu*. Recognovi. *Montanus epiſcopus dixit*. Si jubes, de codice lego. *Et alia manu*. Montanus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sicut ſtatui, ab officio recitetur. *Navigius adjutor numerorum recitavit*. Poſt conſulatum D. N. Theodoſii PP. Auguſti. Idibus Septembris, Carthagini. *Et cum recitaret*.

CLXX.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Antiquiora proferimus. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Interim iſta quæ antiquiora ſunt geſta in ſede illuſtrium habita poteſtatum patimini relegantur. *Navigius adjutor numerorum recitavit*. D. N. Arcadio Auguſto (VI) & Probo viro clariſſimo Conſulibus. *Et cum recitaret*. Anno 406.

CLXXI.

---

1 *Studio brevitatis*) Ex Horatii libro ad Piſones. *Brevis eſſe laboro, Obſcurus fio.*

2 *Illuditur*) Antea legebatur *eluditur*. Nos emendavimus. Certam autem eſſe emendationem evincit etiam lemma iſtius capitis in indiculo capitulorum: ubi ita legitur. *Donatiſtarum proſecutio, quod eis perſona paſtoris illudentes opponitur.*

3 *Illuſt. ſedis*) id eſt, præfecturæ, ut ſupra cap. 146. iſtius tertiæ cognitionis. Unde in indiculo hujus noſtri capitis appoſita non ſunt hæc verba, ſed tantum præfecturæ vocabulum, *geſtorum proconſularium ſive præfecturæ.*

A

CLXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quæ priora ſunt, ab officio ſuggerantur.

CLXXII.

Ruſticianus ſcriba v. clar. curatoris dixit. Ea ſunt priora quæ [1] in codice oblato continentur.

CLXXIII.

Abpius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ecce antiquiora proferimus. *Et alia manu:* Recognovi. *Ruſticianus ſcriba v. c. Curatoris dixit.* B Si quidem, ſicut ſuggeſſimus, conſulatum contineant Theodoſii Auguſti & Rumoridi v. c. alia vero conſulatum contineant D. N. Arcadii VI. & Probi v. c.

CLXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ea quæ antiquiora ſunt recitentur. *Navigius adjutor numerorum officii viri clariſſimi, & ſpectabilis Vicarii recitavit.* Æquitatem tuam petimus, Septimine vir clariſſime Proconſulum ſumme ſublimis. Multa contra divinas humanaſque leges ab hæreticis de parte Donati Eccleſia catholica ſuſtinet, quæ ſi vel anteriori- C bus, vel recentioribus imperialibus juſſis prohibenda & tollenda poſtulanda vellemus, nequaquam audere deberent de noſtris actionibus conqueri, ſcientes ſe, cum nulla tali lege adjuvarentur, ſchiſmaticos tamen ſuos Maximianiſtas per judicum juſſa locis ac ſedibus eorum pellendos exturbandoſque curaſſe. Verumtamen nos ſaluti eorum & noſtræ exiſtimationi pacifice conſulentes, propter caritatem qua Chriſtiani ſumus, leniter eos volumus admonere ut errorem ſuum cogitando & agnoſcendo non negligant; aut ſi putant ſe habere aliquid veritatis, non eam furioſis circumcellionum violentiis contra publicam quietem, ſed tranquil- D la rationis redditione defendant. Unde petimus ſublimitatem tuam ut cum eos de hac re per magiſtratus ſive in civitatibus ſive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi geſtorum & eos ex allegatione noſtra honeſte convenire præcipias, quod conſecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum uberes gratias. [2] Data ab univerſis Epiſcopis catholicis [3] ex Concilio Carthaginenſi D. N. Theodoſio PP. Auguſto & Rumorido v. c. Conſulibus, Idibus Septembris, Carthagine. *Septiminus vir clariſſimus Proconſul dixit.* In quolibet loco antiſtitibus legis venerabilis ob quietis imperium geſtorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore hujus præceptionis limitato, ut intelligant ſe deviæ plebis magi- E ſtris ſalubriter petentibus propriæ perſuaſionis ratiocinia perſolvere; ut rebus in medio prolatis, amica legis moderatio ſervetur, ſuperſtitione ſuppoſa. *Quo recitato.*

Vide cod. canon. Eccleſ. Afric. c. 92.

CLXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Petitor eſt qui petit, an quid vocabitur? *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus proſecutionem meam appellatione incolumi recognovi.

CLXXVI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Hæc poſtulavimus, ſed præcedentibus veſtris criminationibus & accuſationibus. Nam proferimus antiquiſſima geſta, quibus veſtri majores tunc in tempore ad Anulinum venerunt Proconſulem, & illi chartas in quibus dicerent majorum noſtrorum crimina eſſe conſcripta obtulerunt, & rogaverunt ut eaſdem ad Conſtantinum Imperatorem miſiſſet. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam ut eas ſuſcipi ab officio & ex ordine recitari præcipias. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Libellus datus a vobis evidenter oſtendit ſchiſmatis & hæreſeos crimen objectum, quod probare vos convenit.

CLXXVIII.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Omnia probabuntur, ſi ea quæ obtulimus & ſuſcipi & ab officio recitari præcipere fueris dignatus. *Et alia manu.* Recognovi.

CLXXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Univerſa per ordinem recitentur.

CLXXX.

Emeritus epiſcopus dixit. Ergo loco eſt petitoris. *Et alia manu.* Emeritus Epiſcopus recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Cum chartæ fuerint recitatæ, petitor facilius invenietur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit.* Licet ex his geſtis petitorum loco adſtare videantur, tamen melius & evidentius approbabitur cum omnia fuerint recitata.

CLXXXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Si in forenſem conflictum revertimur, conſtat eos legis divinæ feciſſe jacturam. Reſpondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, utrum legibus publicis agant, an legis divinæ conflictu. Eligant alterum de duobus. Utrumque enim tenere non poſſunt. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXXXII.

---

1 *In codice oblato*) a Donatiſtis nimirum, ut docet indiculus: *Ubi reſpondet officium antiquiora eſſe geſta quæ obtulerunt de codice Donatiſta.* Vide paulo ante cap. 128.

2 *Data ab univerſis*) Hanc pericopen huc tranſtulimus ex fine iſtius capitis, ubi loco non ſuo poſita erat ab imperito librario. Quod ſane frequenter in his geſtis evenſſe compertum habeo.

3 *Ex Concil. Carthaginenſ*) quod habitum eſt anno Chriſti CCCCIII. exeunte menſe Auguſto, cujus acta extant in codice canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 90. Continuatum porro fuiſſe uſque ad Idus Septembres patet ex hoc loco collationis. Horum autem geſtorum ſive precum mentio fieri videtur in c. 92. ejuſdem codicis Africani.

CLXXXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hæc quæ ſanctitas veſtra obtulit relegenda non ambigitur, quia in judicio viri ſpectabilis Proconſulis acta ſunt, ad forenſem diſceptationem abſque dubio pertinere. Unde, ſicut interfatus ſum, ut diligentius oſtendatur qui loco potitoris adſiſtat, etiam illa patimini recitari.

CLXXXIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Contra iſta præſcribo. Si forenſis eſt actio, hujus temporis cauſam audire præceptus es, vir nobilis. Si ſimpliciter & eccleſiaſtico more res geritur, acquieſcam in ea, quæ lege divina proferuntur vel a me vel a parte diverſa. Si autem annoſas antiquaſque chartulas cupiunt recitare, habeo pro me validas præſcriptiones, recito illud tempus cujus ſub conteſtatione prætermiſſionem interim feci. [1] Lapſum cauſa incurrit, non poteſt rurſus audiri. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Crimina traditionis objiciunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit.* Hoc cauſæ eſt. *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Redde vicem. Auditus es, cum proſequereris, nobis patientibus. Crimina traditionis Eccleſiæ quam tenemus objicere conſueverunt. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit.* [2] Legaliter agit, an more forenſi? *Et alia manu.* Petilianus Epiſcopus recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Prior chartas obtuliſti. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit.* Redde mihi tempus. * Cauculetur officium de temporibus, utrum hodierna die cauſa dicenda ſit, ſi ad forenſes deſcendimus actiones. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

* L. E. *addatur.*

CLXXXIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam veſtra ſanctitas in hac parte judicare deberet. Conſtat enim ex conſenſu utriuſque partis judicium fuiſſe dilatum. Cur nunc ſuperfluo temporis præſcriptionem objiciendam eſſe creditis, cum eam conſtet ex conſenſu partium fuiſſe ſecluſam? Unde nunc ea quæ ad cauſam pertinent peragi debere manifeſtum eſt.

CLXXXV.

Petilianus epiſcopus dixit. Quia ipſi [3] ſe ad forenſia contulerunt, ideo forenſia poſtulavi. Reſpondeatur mihi ad ea quæ poſtulo. Forenſi more agit, an eccleſiaſtico? *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Reſpondeatur objectis. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* [4] Si patiantur, Eccleſiæ quam tenemus (ſicut omnes noverunt quorum ſolent animos ſuis ſollicitare criminationibus, & etiam ſui mandati tenore declararunt) Eccleſiæ inquam quam tenemus crimina ſolent traditionis objicere. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus partis Donati dixit.* Profiteantur ad quæſita. Profeſſionem petivimus, non conflictum. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CLXXXVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si horum criminum jacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione perſiſtunt, chartis publicis docemus hanc cauſam olim eſſe finitam, nec tamen eos ab hujuſmodi objiciendis criminibus ceſſaviſſe. Unde nunc conlationem iſtam poſcimus, non ut illam cauſam traditionis quam Cæciliano & ejus collegis objiciebant ſuſcipiamus denuo finiendam; ſed demonſtremus olim eſſe finitam; ut hoc cognoſcentes populi qui noſciunt, & iſtorum adhuc criminationibus commoventur, tandem aliquando cognoſcant in qua Eccleſia Chriſtianæ ſalutis viam requirant. Si ergo de Eccleſia quæritur quæ ſit, quanta ſit, qualis ſit, ſola divina teſtimonia ad eam demonſtrandam ſufficient. Si homines appellant, ſi hominibus crimina intendunt, quamquam Eccleſiæ cauſa ab hominum cauſa diſtinguenda eſt [5] nec in hominibus ſpes ponenda eſt Eccleſiæ, ſi boni ſunt: neque ſi mali ſunt, judicanda eſt Eccleſia [6] Dei periſſe; ſed tamen etiam ipſorum cauſam tanquam fratrum noſtrorum ſuſcipimus, & ſi nobis oſtendi potuerint criminoſi, hodie illos anathemamus, non tamen propter illos Eccleſiam a Deo promiſſam & exhibitam deſerimus aut relinquimus. Ipſi ergo eligant quod volunt. Non objiciant crimina hominibus, & chartæ ceſſabunt. Sola divina loquetur auctoritas; ſola Dei ſcriptura, cui utrique ſubdimur, in medium proferetur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quid refertur his?

CLXXXVIII.

Emeritus epiſcopus partis Donati dixit. Prolixæ orationi reſpondere non poſſum. Tamen ſumma-

---

1 *Lapſum cauſa incurrit*) id eſt. Lapſum eſt tempus intra quod collatio fieri debebat, nimirum dies tranſiit quo menſes quatuor complerentur, ut ait Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 5.

2 *Legaliter*) id eſt, ſecundum leges eccleſiaſticas, eccleſiaſtico more, ut dicitur infra cap. 185. Vide Auguſtinum in breviculo die tertiæ cap. 6. ubi pro *legaliter & more forenſi* ponit *divina teſtimonia* vel *documenta*, & *geſta publica*.

3 *Se ad foren. contuler.*) id eſt, *forenſi more chartis oblatis agere voluerunt*, ut legitur ſupra in Indice iſtius capitis. Vide cap. 187.

4 *Si patiantur*) In veteri libro ſcriptum eſt *patiatur*. Verum iſta referuntur ad Donatiſtas, qui patientiam commodare nolebant catholicis a ſe amoliri conantibus crimen traditionis quod Eccleſiæ catholicæ objiciebatur. Ait ergo Auguſtinus: Reſpondebo objectis, ſi Donatiſtæ patiantur. Hunc puto loci iſtius ſenſum eſſe. Supra c. 183. idem Auguſt. ita alloquitur Petilianum: *Redde vicem. Auditus es, cum proſequereris, nobis patientibus.*

5 *Nec in hominib. ſpes*) His locus ex cap. 187. iſtius tertiæ cognitionis refertur in collatione quinta Concilii quinti œcumenici.

6 *Dei periſſe*) Antea legebatur *deperiſſe*. Nos emendavimus ex actis Concilii quinti.

matim, ut valeo, quæ ſuperflue in judicium A miſſa ſunt ventilabo, cum optationes a noſtris partibus propoſitas ne vel relectione confundant, ut neque velint eſſe petitores, neque ſe dicant reſponſores adſtare, intulerintque noſtris partibus proſecutionem, ut ſi forenſis regulæ ordinem tenent, conditionalis diei non omittam internis ſenſibus notionem, ſi autem legalibus magis cupiunt in judicio conluctari, divinis ſcripturis non eis neceſſe eſt reſpondere. Primum eſt autem quod in judicio flagitamus, ut quoniam de mandatorum ſuorum allegatione in judicio vacillant, quippe cum unum legentes, aliud negent, dicantque tamen ſe legatos ad imperiales aures deſtinaſſe antea, ſecutumque eſt identidem ut ex reſponſione B geſtorum dilucide claruiſſet utrum nos inquietatores eſſemus an inquietati ad judicium veniremus, his tot propoſitionibus reſpondere nolentes, ad alia ſe neſcio qua argumentatione dejiciunt; quæſo, vir nobilis, conſtituant gradum, dicant ſe quo ordine quave actione in judicio conſiſtant. Nos enim, qui adducti ſumus ad diſceptationem, petitoris loco adſtare non poſſumus. Ipſos neceſſe eſt proponere, ut eorum propoſitionibus pars noſtra valeat reſpondere. *Et alia manu*. Emeritus Epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CLXXXIX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si petitoris loco adſiſtunt qui crimina objecta defendunt, tuæ nobilitatis eſt pronunciare. *Et alia manu*. Recognovi.

CXC.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Etiam proſecutione viri venerabilis Petiliani id conſtat fuiſſe ſignatum ut utrum pars catholica, quod nomen ſine præjudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, jure publico agi vellet, an certe divinis teſtimoniis, evidenter oſtenderet. Sed denuo ad quæſita reſponſum eſt, ita ut evidentiſſime monſtraretur, D ſi crimina non objicerentur, a documentis publicis diſcedendum, quæ probari non poſſe aliter niſi publicorum certum eſt atteſtatione geſtorum; ſin vero cauſa Eccleſiæ tractaretur, legalia tantum teſtimonia proferrentur. De quibus quid placeat, evidentius deſignetur.

CXCI.

Petilianus epiſcopus dixit. Duo ſunt quæ præter ceteras a diei hujus principio cœpimus ventilare. Unum, ut ipſi legiſſent quid Imperatori clementiſſimo ſuggeſſerint: aliud, utrum diſceptationem legis divinæ tenere cupiant, an publicas leges. De utroque nihil mihi aperte E reſponſum eſt. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCII.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ad omnia eſſe reſponſum ſuperiora teſtantur geſta. *Et alia manu*. Recognovi.

CXCIII.

Petilianus epiſcopus dixit. [1] Pervidet igitur ſublimitas tua [2] ſenſim nos ad cauſæ interna deduci. Pervidet illa tua præſtantia atque vivacitas ſenſus magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuæ quam reſponſionibus adverſariorum fuiſſe reſponſum. Igitur evidentius aliquid decernatur, evidentius conſtet, noverim, quid debeam reſpondere. Mihi enim ſicut tua meminit nobilitas, idem a patribus meis mandatum eſt, ut objectis reſpondeam, non ut objiciam aliquid. Non enim loco petitoris adſiſto, ſed reſponſuri. Qui ſæpius apud Impe- B ratoris aures, & coram omni populo ſane apud ſe conſtituto in crimen nos invidiamque deducunt, ut hæreticos nominent, ut ſchiſmaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei reſponſurus ſum, ſi modo ſe ad legalia convertant, ipſiuſque legis quærant reſponſa atque judicia. Sin vero utraque miſcent, evidentius deſignetur. Noverim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo bonæ cauſæ infirmum eſſe judicet defenſorem, nemo judicet obliquum, nemo adverſarium doloſum ac licentioſum, cui omnia permittuntur: ut cum de his juſta atque evidentia requirantur, libeat illis delicate quomodo voluerint nebulas, ac tenebras obtendere, ut veniri non C poſſit ad cardinem veritatis. *Et alia manu*. Petilianus Epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CXCIV.

Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit. Duo ſunt quæ ſanctitas tua credidit poſtulanda, unum ut mandatum in quo legati delecti ſunt a parte e diverſo ſiſtente relegeretur, aliud utrum a divinis legibus recederent evidentiſſime demonſtrarent. *Petilianus epiſcopus dixit.* Reſpondeant breviter ad utrumque. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi. *Marcellinus v.c. Tribunus & Notarius dixit.* Uni rei, D quoniam mea intererat, ipſe reſpondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare de quorum legatione pronunciaverat clementiſſimus Imperator, ne in ejus injuriam refricari aliquid videtur. Aliud vero eorum conſtat proſecutionibus definitum: quibus id evidenter oſtenſum eſt, velle ſe a publico jure ſub ea conditione diſcedere, ſi de perſonarum criminibus taceretis. Unde quoniam hinc conflictus tantum remanſiſſe cognoſcitur, ut qui petitoris loco adſiſtat evidentiſſime demonſtretur, quoniam geſta a veſtra parte oblata recitata ſunt, patimini denuo etiam ea quæ a diverſa parte offeruntur, ab officio recitari.

CXCV.

Petilianus epiſcopus dixit. Cujus geſta ſunt quæ a partibus meis recitata ſunt? Si abſentes eſſent e diverſo ſiſtentes, licuit tibi, vir nobilis, abſentum partes judiciario animo defenſare. Nunc præſentes ſunt. Ipſi mihi reſpondeant, ipſi edicant, ipſi utraque quæ propoſui

1 *Pervidet ſubl.*) Hunc locum bis ſaltem refert Auguſtinus, ſed paulo aliter quam legitur in his geſtis. Nam ita ipſe habet in libro ad Donatiſtas poſt collationem cap. 24. & 25. *Pervidet poteſtas tua ſenſim nos in cauſæ interna deduci.*

2 *Senſim*) id eſt, gradatim, ut interpretatur Auguſtinus in breviculo diei tertiæ cap. 5.

poſſui reſpondere non differant. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Nec reſpondere nos permittis. *Petilianus epiſcopus dixit.* Tuum eſt pronunciare, quid audias: illorum eſt agere cauſam qui adverſus me loco petitoris. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.)

CXCVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Hoc pronunciavi, ut ex geſtorum lectione hæc omnia poſſint diligenter agnoſci. *Petilianus epiſcopus dixit.* Ipſi dicant, ipſi profiteantur. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus intolumi appellatione recognovi.

CXCVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Jam diximus unde agamus potius, id eſt, utrum publicis documentis, an divinis teſtimoniis, in veſtra eſt poſitum poteſtate. Si enim a criminibus hominum ceſſatis, & nos ceſſabimus a publicis documentis, & ſolam Eccleſiæ cauſam divinis teſtimoniis aſſeremus. Si autem ab hominum criminibus non deſiſtitis, neceſſe eſt nos, & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cum cognitori inſinuaremus, quia illi de corde non eſt excuſſum multiplicibus & ſuperfluis proſecutionibus veſtris, ideo vobis jam a nobis hæc acta eſſe ipſe reſpondebat, non partes noſtras agens, ſed ſuas, cui jam inſinuavimus, ejuſque cordi penitus infiximus quid dicamus. *Et alia manu.* Recognovi.

CXCVIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Quo ordine agere debeamus, in noſtra non eſt poſitum poteſtate, cum ipſum venire in poteſtate noſtra non fuerit. *Et alia manu.* Adeodatus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CXCIX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ergo ad interrogata reſpondete. Receditis a criminibus traditionis? Reſpondeant ad breve interrogatum noſtrum. Facitis jacturam criminum quæ ſoletis objicere Cæciliano & collegis ejus, an in eadem criminatione perſiſtitis? *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ad quæſita reſpondete.

CC.

Emeritus epiſcopus dixit. Breve ſuum dicit eſſe poſtulatum, breve noſtrum debet eſſe reſponſum. Omnis actio duas ſolet ſuſcipere perſonas, petitoris, & e diverſo reſpondentis. Cum hæc cauſa ſuum ordinem teneat, conflictumque deſideret, quid eſt quod ante principia negotii quaſi quædam mihi electio ex adverſa parte proponitur, ut dicam utrum criminibus intentatis Cæciliani refrager atque ab hiſdem quæ objeceram fileam, an objecta in judicio valeam confirmare. Memento, judicum ſumme, ſicut adſoles, qui ſit ordo dicendi. Nemo enim adverſum ſe adſtanti dicit: Eligo tibi utrum me accuſas necne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in judicio [1] oblaturus es, & intentionibus tuis mutuum quoddam ſilentium imponens, inanis ac ſine ratione de tam longinquis regionibus veniſſe dicaris, cum ad hoc ego adſiſtam ut ſi me ipſe dixerit illa dixiſſe quæ graviter ferre aut imperialibus auribus aut in ſuo mandato ſubſcripſit, tum demum eligam atque reſpondeam utrum velim intentionibus ejuſdem ſecundum proſecutionis ſuæ tenorem legum confirmatione robuſtus accedere, an me ab hac actione removere. Videt præſtantia tua me reſpondere non poſſe, cum incertum dixerit, cum nihil tale propoſuerit cui debeam revocare reſponſum. Dico enim cum utrum petitor an reſponſor ſtet. Ille mihi dicit: Si Cæciliani cauſam intermiſeris, tunc petitor ſum: ſi autem non prætermiſeris, neceſſe eſt me reſpondere ad ea quæ videntur objecta. Si times Cæciliani cauſam, metuiſque tibi aliquid objectum, tu proponere, tu inſtituere actionem in judicio debebis. Adtrahe me, & in publicum conloca. Dic me aliquod tibi crimen quod ad aures imperatorias detuliſti per publicam conſcientiam commendaſſe. Cum ego autem de te magis expetam quid audieris, quid me dixiſſe, quid me inſinuaſſe judiciis intimes, cur metuis, cur vereris actionem iſtam in judicio firmare? Nimirum illud adtendis, ne petitoris ſuſcipiens perſonam, ea quæ in judicium mittis, aut accepta aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in judicio compellaris. Adtende, vir nobilis, in quo ſtatu ſit iſta cauſa, cum ego, qui pulſor, petitionem illorum promi in judicium petam, eoſque qua poſſum poſtulatione deprecor ſemper, ne moratoriis ad negotii cardinem venire minime permittamur. Non ergo ex noſtra parte eſt quod adhuc uſque nihil de negotio geſtum eſt, cum ſi perſonam ſuam judiciis adſtruere voluiſſent, neceſſe nos erat objectis illico reſpondere. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CCI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. O breve reſponſum! Quam multum dicitur ubi inveniri non poteſt quid dicatur! Breviter reſpondi ego poſtulationibus tuis. Voluiſti ex me ſcire utrum legalibus teſtimoniis divinis agam, an publicis geſtis. Reſpondi: Si recedis a criminibus quæ non poſſunt niſi geſtis publicis declarari, recedo a publicis geſtis, & ſolis divinis teſtimoniis adſeram cauſam Eccleſiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis quibus te oſtendam falſa crimina, vel nobis vel ipſi Eccleſiæ quam retinemus objicere. *Et alia manu.* Recognovi.

CCII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad hæc plene conſtat eſſe reſponſum? Quæ au-

[1] *Oblaturus*) Jurerus in Miſcellaneis ad Symmachum pag. 169. contendit legi hoc loco debere, *objecturus*, non *oblaturus*. Deinde vult legi. *ut intentatibus tuis mutuum quoddam &c.*

autem pars loco petitoris adſiſtat, ſciri omnino non poterit niſi ex recitatione geſtorum; quæ, ut ſtatui, quoniam a parte veſtra quæ oblata ſunt conſtat eſſe recitata, tandem aliquando perlegantur.

CCIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Nemo duo eligit de duobus. Cum ergo propoſuerim ut alterum elegiſſet, ille ſibi ambo evidentius vindicavit. Non timeo, non recuſo, ſi hoc poteſt eſſe retinendum. Serva mihi primitus tempora legum, ſtatuatur dies. Reſpondeat officium de die cauſæ, cognoſcatur lapſus fuiſſe. Hinc judica, hinc debes ferre ſententiam. Siquidem contra me ſententiam ferres, ſi forte defuiſſem. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CCIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si die 15. venerunt, ut ad 14. occurrerent, quare octavo Kalendas conſtituerunt? *Et alia manu*, Recognovi.

CCV.

Petilianus epiſcopus dixit. Non inquietaſti, ſcivi te lapſum, ſuperfluc ingreſſus ſum judicium, qui intrare non debui poſt diem lapſi negotii. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quare ad Kalendas ſe promiſit adſuturum eſſe Primianus? *Et alia manu*. Recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Hoc jube recitari. Quamvis iſta tranſacta ſint, quamvis ad inluſionem populorum has nebulas injiciat pars diverſa, tamen etiam hoc petimus præcipias recitari, ut ſic ſaltim cognoſcant quam impudenter hæc iterum repetant quæ jam ante tranſmiſſa ſunt. *Et alia manu*. Recognovi.

CCVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Dum non vis deſignare alterum de duobus, ambo tenens, facies me eadem repetere. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCVIII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Sciunt ſe in cauſa eccleſiæ nihil habere. Ideo moratoriis agunt. Quapropter quoniam illa jam tranſacta ſunt, ut recognoſcatur qui ſit petitor, jube antiqua geſta recitari. *Et alia manu*. Recognovi.

CCIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Si legibus publicis uti vis, præſcribo ne legas. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Contra conſenſus proprios, quod legibus inhibetur, venire deſideras. Ex conſenſu enim partium conſtat primum dilatum fuiſſe judicium, ut alio die vel tertio vel certe poſt editionem geſtorum negotium tractaretur. Unde, ut quis loco petitoris adſiſtat diligentius declaretur, geſta recitentur.

CCXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Servarem conſenſum ſi & ipſi ſervarent. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Recitentur geſta. *Adeodatus epiſcopus dixit*. Contra hæc ſerva quæ competunt. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint ſalva erunt.

CCXIII.

Adeodatus epiſcopus dixit. Si enim conſenſus ſervandus eſt & retinendi ſunius ad conſenſum noſtrum, debent etiam nobis ipſi fidem ſui conſenſus, qui ſe legibus divinis acturos eſſe promiſerunt. *Et alia manu*. Adeodatus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Sed cauſam eccleſiæ, non cauſam Cæciliani & collegarum ejus, quibus crimina intenditis. Ecce pollicemur, & totiens pollicemur quoties exactum fuerit a nobis, & cum non exigitur D offerimus, eccleſiæ cauſam non niſi teſtimoniis divinis firmamus, docemus, oſtendimus; Cæciliani autem & quorumlibet hominum nonniſi his documentis quibus ſolent iſta vel demonſtrari, vel purgari. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Iſta frequentius dicta ſunt. Unde quoniam conſtat primitus petitoris perſonam debere diſquiri, geſta recitentur. *Martialis exceptor recitavit*. Incipit relatio Anolini Proconſulis, ubi oſtendit Donatiſtas Cæciliani cauſam ad Imp. Conſtantinum detuliſſe. *Et cum recitaret*,

CCXVI.

Montanus epiſcopus dixit. Ut quid iſte titulus legitur? *Et alia manu*. Montanus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. [1] Neuter titulus actis inſeretur. *Martialis exceptor recitavit*.

1 *Neuter tit. ac. inſ.*) Locus iſte obſcurus eſt. Ait Marcellinus titulum iſtum non inſertum iri in actis; & tamen inſertus eſt. Fortaſſis dicere voluit omiſſum iri poſt deſcriptionem ſchedarum.

[1] Auguſtis noſtris Anolinus [2] v. c. Proconſul A Africæ. Scripta cæleſtia majeſtatis veſtræ accepta atque adorata Cæciliano & his qui ſub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio mea apud acta parvitatis meæ inſinuare curavit. *Et cum recitaret.*

CCXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Unde hoc profert, ex publico ſcrinio, an de ſuo? *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi.

CCXVIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Legat, & tunc de nobis exigat hujus lectionis firmitatem. *Et alia manu.* Recognovi. B

CCXIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ante lectionem unde proferas evidenter oſtende.

CCXX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Si inde dubitant, archiva Proconſulis requirantur. *Et alia manu.* Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Quoniam in archivis publicis ea quæ recitantur ineſſe dixiſti, ſicut cœperat officium, omnia relegere debebit. *Martialis exceptor ex ſuperioribus geſtis recitavit*, eoſdemque hortata eſt ut unitate conſenſu omnium facta (cum omni omnino) munere (indulgentia) majeſtatis veſtræ liberati eſſe videantur, catholica [3] cuſtodita, ſanctitati legis debita reverentia ac divinis rebus inſerviant. Verum poſt paucos dies extiterunt quidam, adunata ſecum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent: quique faſciculum in aluta ſignatum & libellum ſine ſigno obtulerunt dicationi meæ, atque impendio poſtularunt ut ad ſacrum ac venerabilem comitatum numinis veſtri dirigerem, quæ manente Cæciliano in ſtatu ſuo, ſubjectis eorumdem actis, quo cuncta majeſtas veſtra poſſit dinoſcere, parvitas mea dirigere curavit. Tranſmiſi [4] libellos duos, unum in aluta ſignatum ita: *Libellus eccleſiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus a parte Majorini.* Item alium ſine ſigillo cohærentem eidem alutæ. Datum die decimo ſeptimo Kalendarum Majarum Carthagini D. N. Conſtantino Auguſto III. Conſule. *Quo recitato,* C D

[3] Harduinus hoc legit, *cathedra cuſtodita ſanctitati, legi &c.*

CCXXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Quis eſt iſte qui agit? Cæciliani filius eſt, an non? *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. E

CCXXII.

Matth. 23. 9. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Ne *vobis dicatis patrem in terra*, ſimul audivimus, ſimul legimus, ſimul populis prædicamus. Quid de me quæris utrum ſim filius Cæciliani? Cæcilianus, ſi innocens fuit, gaudeat de ſua innocentia, me dongaudente non in ejus innocentia me ſpem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortaſſe diſcuſſa cauſa vel ſic vel aliter declarabit, ſuſtinuit eum Eccleſia quam teneo, ut a ſimilitudinibus dominicis non recedam, ſicut paleam in area, ſicut in eiſdem paſcuis hædos, ſicut in eiſdem retibus piſces malos: non tamen propter malos nos aut aream dominicam deſerere debemus, aut retia dominica nefaria animoſitate diſſenſionis abrumpere, & in mare ante tempus litoris proſilire. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sicut ſtatutum eſt, omnia relegantur. *Emeritus epiſcopus dixit.* Jube nos proſequi. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Agite. *Emeritus epiſcopus dixit.* Recitata ſcriptura quam pars adverſa protulit. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Emeritus epiſcopus recognovi.)

CCXXIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quis poſſit eſſe petitor his geſtis poterit inveniri. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXV.

Emeritus epiſcopus dixit. Recitata ſcriptura quam pars adverſa protulit, conſors meus juſta proſecutione ſignavit nomen ſibi imponere debere eum qui cauſam defendit in judicio Cæciliani. Sed arctatus his nodis veniens e diverſo, quaſi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in judiciis inferens perſonas & geminas actiones. Dicit enim: Si Cæciliani perſona pro objectis criminibus poterit deſtrui, Eccleſiæ, inquit, nihil oberit, cum unius hominis perſona deſtructa adſtare videatur in fide. Quid ergo opus eſt, vir ſublimis, Cæciliani cauſam in medium mittere ſi nihil obeſt his, ſi nihil adverſus eos facit? aut cur in judicio defenditur vel accuſatur? Cum enim dicat neque ſibi obeſſe ejuſdem reatum neque poſſe aliquam nebulam vel maculam Eccleſiæ innectere: vides ergo ſuperflue Cæciliani nomen in judicium miſſum, cum hac quaſi peremptoria præſcriptione excuſatus eſſe videatur, ut ſi reus ſit, ab Eccleſia videatur extraneus, ſi innocens, quaſi objectis criminibus purgatus atque liberatus bene in Eccleſia ſua ſtetiſſe videatur. Judica, vir ſublimis, unum eos tenere debere: ſi Cæciliani cauſam defendunt, ſuperbire ſe & proſequi ea quæ in judicio adverſus Cæcilianum de veritate promuntur. Si autem dicunt obeſſe ſibi omnino non poſſe quid fecerit Cæcilianus, quid opus eſt Cæciliani cauſam

---

1 *Auguſtis noſtris*) Conſtantino & Licinio. Quamquam relationem miſſam eſſe tantum ad Conſtantinum ſatis certum eſt. Et tamen certum quoque eſt inſcriptam fuiſſe nominibus duorum Auguſtorum. Quare contra morem ſæculi illius fecit v. c. Henricus Valeſius cum hunc titulum relationi ſuæ auctor tacite fecit. *Conſtantino Maximo Aug. Anulinus.*

2 *Vir clariſſ.*) Vide Notas ad librum ſecundum Miſcellaneorum noſtrorum pag. 4[illegible].

3 *Libellos duos*) Henricus Valeſius exiſtimat per libellum in aluta ſignatum intelligi libellum ſeu chartas criminum Cæciliani, per alium vero libellum precum quem epiſcopi partis Majorini ad Conſtantinum inferunt, petentes ut ex Gallia ſibi judices daret. Qui liber extat apud Optatum.

ſam in medium mittere, cum eis obeſſe non poſſit ſi fuerit in judicio reus manifeſtiſſimus deprehenſus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Doceatur a parte diverſa quod quæritur.

CCXXVI.

Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ dixit. Cæciliani cauſam vel collegarum ejus ſolent ipſi Eccleſiæ catholicæ objicere, vel, ut ſine controverſia loquar, ipſi Eccleſiæ quam tenemus. Proinde, ut video, magnum volunt adferre compendium. Si hanc cauſam non objiciunt Eccleſiæ quam tenemus, dicant quid ei objiciant. Si enim nihil, quare ſeparamur? Si aliquid præter cauſam Cæciliani, idipſum offerant, id oſtendant. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXVII.

Petilianus epiſcopus dixit. Tu quis es? Filius es Cæciliani, an non? Tenet te crimen Cæciliani, an non, ſi fuerit? *Et cum diceret*, (*Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellationi incolumi recognovi.)

CCXXVIII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ego in Eccleſia ſum in qua Cæcilianus fuit. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXIX.

Petilianus epiſcopus dixit. Unde cæpiſti? Quem habes patrem? Alioquin ſi patrem tuum damnaveris, hæreticum te eſſe profiteris, qui nec originem vis habere nec patrem. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. In Eccleſia ſumus in qua Cæcilianus epiſcopatum geſſit, & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus, tanquam memoriæ fratris,[1] non tanquam patris aut matris. Quæris autem a me unde communio mea ſumat exordium. Dominus ipſe Chriſtus adſerit exordium communionis meæ dicens: *Oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem*. Cœpit iſta prædicatio ab Hieruſalem, inde ſe ab inluſtriſſimo exordio diffudit, diffundens Eccleſiam quam tenemus: primo per vicina, deinde per longinqua, etiam in Africam venit. In hanc oculos aperimus, hanc in divinis eloquiis & teſtimoniis ſicut ipſum Dominum Chriſtum & redemptorem noſtrum comperimus. Ab illo Deo patre, ab hac eccleſia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ ſeparabunt. *Et alia manu*. Recognovi.

CCXXXI.

Petilianus epiſcopus dixit. Cæcilianus tibi pater aut mater eſt, ut dixiſti? *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Jam audiſti quia frater erat. *Et alia manu*. Recognovi. *Petilianus epiſcopus dixit*. Frater non eſt qui generat filios. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Nec patrem nec matrem ſibi eſſe Cæcilianum apertiſſima profecutione ſignavit. *Auguſtinus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Cæcilianus[2] non eſt pater meus. Si bonus eſt, frater meus eſt bonus; ſi malus eſt, frater eſt malus. Tamen propter ſacramenta frater eſt, ſive bonus, ſive malus. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Ut nec patrem ſuum nec matrem Cæcilianum fuiſſe diligentius demonſtretur, ejuſdem profecutio ſuperior relegatur.

CCXXXIV.

Petilianus epiſcopus dixit. Satis illos defendis per Deum. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ecce dico, quotiens voluerint dico. Cæcilianus non eſt pater meus, quia audio Dominum meum dicentem: *Ne vobis patrem dicatis in terra, unus eſt pater veſter Deus*. Dico Cæcilianum fratrem, bonum fratrem, ſi bonus, malum fratrem, ſi malus eſt, quoniam propter communia ſacramenta frater meus eſt. Si autem judicium de illo meum vis audire, etiam innocentem credo, appetitum falſis criminationibus exiſtimo, ſed tanquam homo de homine exiſtimans, non tanquam certum aliquid credens. Tu ſi objicis Eccleſiæ crimina Cæciliani, adſiſto, defendo tanquam fratris, oſtendens non pertinere ad Eccleſiam, nec ad ejus cauſam, nec ei præjudicare; & ſic demonſtro nihil te objicere Eccleſiæ catholicæ, etiamſi vera forte ſint crimina Cæciliani. Si autem nec ipſa vera potueris demonſtrare, etiam te judice vides ubi remanſeris, & quid rejecta tandem animoſitate erroris eligere debeas, ut nobiſcum te-

Matth. 23.

1 *Non tanq. patris*) Idem Auguſtinus in ſermone habito poſt collationem, qui infra editus eſt; *Nec juſtitia Cæciliani coronat Eccleſiam, nec culpa Cæciliani damnat Eccleſiam. Videamus & ipſius cauſam qualis ſit. Suſcepimus eam diſcutiendam, ſed tanquam fratris, non tanquam patris aut matris.*

2 *Non eſt pater*) Idem Auguſtinus in ſermone paulo ante laudato: *Pater nobis Deus eſt, mater nobis Eccleſia Cæciliani frater fuit, aut frater eſt; ſi bonus, bonus frater; ſi malus, malus frater; tamen frater.* Vide infra cap. 235. Eodem modo Auguſtinus in ſermone de Emerito ad plebem Eccleſiæ Cæſarienſis eumdem Emeritum, qui erat partis Donatiſtarum, vocat fratrem, ſic dicens; *Si eos ſuſciperemus, jam iſtum ſuſciperemus fratrem noſtrum Emeritum, ſive bonum, ſive malum, tamen fratrem.*

neas veritatem, nobiſcum amplectaris damnato A errore caritatem. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXXXVI.

Petilianus epiſcopus dixit. Ipſa ſunt illa ambigua quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen ſe alterum tenere aliquando profeſſus eſt, cum utraque magno amplexu retineat, utrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expreſſius dicat utrum patris loco habeat Cæcilianum, ex quo deducta eſt iſta progenies. Non enim poteſt aliqua res ſine generatore ſuo naſci, aut ſine capite incipere, aut ſine radice ſua creſcere. Videt igitur nobilitas tua ſe originem non habere B ſæpius proteſtatum. Si igitur originem non habet, ipſe eſt magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem judicio ſuo damnavit. Aſtipuletur igitur, ut ſi criminoſum patrem ejus conſtiterit, cum crimina teneant, ſi autem innocentem, neceſſe habeat eſſe filius innocentis, ita quoque e diverſo neceſſe habeat ut ſit filius criminoſi, ſi conſtiterit criminoſum. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi.

CCXXXVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Habeo caput, ſed Chriſtus eſt. *Marcellinus v. C c. Tribunus & Notarius dixit.* Diligentius demonſtretur utrum patrem veſtrum Cæcilianum, aut matrem, ſicut quæſitum eſt, eſſe dicatis. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Habeo caput, ſed Chriſtus eſt, cujus Apoſtolum audio. *Et cum diceret,* (*Et alia manu* Recognovi.)

CCXXXVIII.

Petilianus epiſcopus dixit. Quis te ordinavit ut epiſcopus eſſes? *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus recognovi ſalvo appellationis effectu.

CCXXXIX.

Montanus epiſcopus dixit. Et quid eſt quod dicit Apoſtolus Paulus: *Et ſi decem millia pædagogorum habueritis in Chriſto, ſed non multos patres. Per Chriſtum enim ego vos generavi per evangelium.* 1 Cor. 4.

CCXL.

Cumque ſtreperent, Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. De tumultu teſtatum ſit. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad quæſita reſponde.

CCXLII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Habeo caput, ſed Chriſtus eſt, cujus Apoſtolum audio dicentem: *Omnia veſtra, vos autem Chriſti, Chriſtus vero Dei.* Nam & ubi ſe patrem dixit Apoſtolus, ne ipſius paternitatis ve- 1 Cor. 3.

lut baſem humanam infirmitatem crederemus, addidit: *Per evangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena ſeminis mei de evangelio dicitur. Honorificentiæ cauſa patres appellamus eos qui nos vel tempore vel meritis præceſſerunt. Aliud eſt cum quærimus ad hdem quem habeamus patrem, ad ſalutem æternam quem habeamus patrem, ad retinendam Eccleſiam & percipienda Dei promiſſa quem habeamus patrem. Nam illud honoris eſt ut quotidie ſenibus dicamus *Pater*. Quotidie etiam quibuſdam non nobiſcum in una Eccleſia nec in iiſdem ſacramentis conſtitutis dicimus *Frater*. Sodomitis etiam dixit Loth, *Fratres*; utique ad leniendum eorum animoſitatem, non ad cognitam fraterni- * Forte *redita* Hard tatem & quaſi unius hæreditate conſortium. Tollantur ergo iſta, diſtinguamus vocabula quæ hominibus propter honorem debentur & vocabulum quod propter ſalutem requirimus. Pro ſalute æterna, pace Apoſtoli dixerim, immo jubente Apoſtolo dixerim, non pater meus Apoſtolus eſt ad ſalutem æternam, qui mihi dicit. *Ego plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* De hoc Dominus dixit. *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Utique ſcivit diſturum Apoſtolum. *Per evangelium ego vos genui.* Non enim Domino dicente, *Ne vobis dicatis patrem in terra*, contrarius futurus erat Apoſtolus dicens: *Etſi multos habeatis patres, per evangelium ego vos genui.* Sed quia diſtinxit ad quam rem patrem nobis conſtituerit Dominus, & pro qua honorificentia enim Apoſtolum poſſemus patrem accipere, ideo ſic locutus eſt ut ejus oratio non eſſet contraria dominicæ veritati. Patres igitur quoſcunque agnoſco in terra, honorificentiæ cauſa agnoſco. Patrem ſalutis meæ non teneo niſi Deum, de quo mihi Dominus dixit, *Ne vobis patrem dicatis in terra*, & cui quotidie dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis. Et alia manu.* Recognovi. 1 Cor. 4. Matth. 23. 1 Cor. 4. Matth. 23. Matth. 6.

CCXLIII.

D *Petilianus epiſcopus dixit.* Quis dicitur qui eum ordinavit? Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Ordinator ejus inquiritur. Unde quis eum ordinaverit evidentius deſignetur. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Quem?

CCXLIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quid ad cauſam pertineat veritatis unuſcujuſque epiſcopi ordinator, non ſatis agnoſcimus. Teſtimoniis divinis pater Deus eſt edoctus. *Et alia manu.* Recognovi. *Petilianus epiſcopus di-* E *xit.* Qui vocatur qui eum ordinavit edicat. *Et alia manu.* Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognovi. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Ordinavit quem? Multi adſtamus, multi aſſertionem cauſæ ſecundum tenorem mandati ſuſcepimus. Cujus ordinatorem quærit, aut quem quærit, exponat pars diverſa, ut videamus utrum dignum ſit ad hæc reſpondere. *Et alia manu. Recognovi.*

CCXLV.

CCXLV

Adeodatus epiſcopus dixit. [1] Auguſtinus hæc dixit. Dicat quis eum ordinavit. *Et alia manu.* Adeodatus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit* Non modo Auguſtini cauſam ſuſcepimus defendendam, qualemcunque ipſe habet. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Recognovi.) *Adeodatus epiſcopus dixit.* Hoc eſt indicium cauſæ deſperatæ, ut cum nos flagitemus alia, alia reſpondeantur; ut quoniam objectis reſpondere non poſſunt, quærant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Auguſtinus quis eum ordinaverit. *Et alia manu.* Adeodatus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit.* Superflua quæri video. *Et cum diceret. Et alia manu.* Recognovi.

CCXLVI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ad interrogata reſpondere dignare.

CCXLVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Superflua quæri video a fratribus noſtris e diverſo ſiſtentibus: & ad ipſa ſuperflua non denego reſponſionem, dum tamen Eccleſiæ cauſa, cui reſponderi nihil poteſt, in fundamento tutiſſimo conlocetur. Ego, cujus ordinatorem requiris, homo ſum Chriſtianus, fidelis, quod Deo teſte loquor, catholicus, unde adhuc ambiguus quis dignus hoc nomine vocretur. Ego illam Eccleſiam defendo, hanc aſſero qualicunque voce, in qua quicquid fuero, illa Eccleſia eſt. Video quo tendas, humanas calumnias conſectaris; & quæ ſoleatis jactare & dicere, non alienum eſt ab auribus vel a cordibus noſtris. [2] Megalius me ordinavit Primas Eccleſiæ Numidiæ catholicæ eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce reſpondi. Proſequere, profer quæ præparas. Ibi etiam calumnioſus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum. Profer jam calumnias tuas. *Et alia manu.* Recognovi.

CCXLVIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Accepiſti proſecutionem. Unde quid competat reſpondere dignare, licet hæc quæ de perſonis aguntur cognitionem differre non debeant.

CCXLIX.

Emeritus epiſcopus dixit. Si nulla eſt actio perſonarum, cur Cæciliani in judicio faciunt mentionem? Aut enim juſte timent, quod eum deſiderant excuſare: aut ſi ſuperflua actio adverſus Cæcilianum intenta liberat mores, vitam purgat, hoc ipſum debent legalibus teſtimoniis adprobare. Didicimus etenim multis legalibus documentis ſacerdotum vitia ac proſos mores & nefariam converſationem maculam aut rugam Eccleſiæ ſemper inferre. Unde enim eſt quod Apoſtolus ait, *non habentem maculam neque rugam*; & iterum: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*? Multis etiam documentis lex divina diffunditur, quibus immaculata vita paſtoris debeat cœleſtibus teſtimoniis approbari. Sed ne per longitudinem proſecutionis [3] audientiæ faſtidium faciam, aut forte præteream quæ competunt cauſæ, quoniam habemus in manibus divinorum ſacramentorum collectam undique uniformitatem, idipſum poteſtas tua adverſum eorum mandatum, quod legaliter ſe ſcripſiſſe dixerunt, jubeat recitari: ut poſt adſertionem noſtræ proſecutionis lectionemque libelli, ſive literarum quas in judicio petimus recenſendas, univerſa quæ noſtris partibus competunt ſpecialiter peragamus. *Et alia manu.* Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

Eph. 5. [4] *1 Tim.* 3.

CCL.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Conſtare quidem primitus volueram ut quis loco petitoris adſtaret, ex recitatione geſtorum evidentiſſime monſtraretur. Sed ſi vultis ab hac me parte diſcedere, evidenter oſtendite, ut ea quæ offertis debeant recitari.

CCLI.

Montanus epiſcopus dixit. Interim jube recitari, & reſpondebimus. *Et alia manu.* Montanus epiſcopus ſalva appellatione proſecutionem meam recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Recitentur. *Romulus exceptor recitavit.* Flavio Marcellino v. c. ſpectabili Tribuno & Notario Januarianus & ceteri epiſcopi veritatis catholicæ, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegiſque noſtris defenſionem mandavimus. [4] *Et cum recitaret*

CCLII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit Quantum ex iſtius epiſtolæ quæ profertur, principiis demonſtratur, denuo aliud video proceſſiſſe mandatum, cum poſt confirmationem perſonarum ea omnia quæ partibus [5] competunt veſtro nomine debuerint judiciis intimari, quoniam ab illis poſt mandatum ſemel factum conſtat tranſiſſe negotium.

CCLIII.

Emeritus epiſcopus dixit. In mandato ſuo legalia quæque ſe poſuiſſe dixerunt. Hæc eadem legalia nos ſcripturis legalibus convincimus. Nihil abſque mandato eſt. Immo ut audientiam præſtantia tua præbeat, hoc rogamus. *Et alia manu* Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Non hæc proferri prohibui; ſed rectius erat ut veſtro nomine qui adſiſtitis pro-

---

1 *Auguſtin. hæc dixit*) id eſt, ea adverſus quæ Petilianus & reliqui Donatiſtæ in ſuperioribus capp. diſputarunt.

2 *Megalius*) Epiſcopus Calamenſis in Numidia, & ideo Numidiæ Primas, a quo ordinatum fuiſſe S. Auguſtinum ſcribit etiam Poſſidius in vita ejus cap. 8. *ad viſitandum advenienti ad Eccleſiam Hipponenſem tunc Primati Numidiæ Megalio Calamenſi Epiſcopo.* Vide quæ nuper viri doctiſſimi adnotarunt ad epiſtolam 38. S. Auguſtini.

3 *Audientiæ*) cognitoris. Infra cap. 258. *maxime cum populo editis invites de audientia tua libramine judicare*

4 Vide ſequentia infra cap. 254. & 258.

5 *Competunt*) Male antea legebatur *competitorum*, nullo ſenſu.

proferrentur. *Emeritus epiſcopus dixit*. Cum actio nobis competat, ſcriptura mandati nihil intereſt utrum ex noſtra perſona an ex eorum qui mandaverunt (proferatur,) dummodo hoc ipſum jubeas recitari. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi.

CCLIV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Recitentur. Ego enim, ne quod juris eſſet omitterem, id videor interfatus. *Romulus exceptor recitavit*, magnum juſti cognitoris indicium eſt quod uni parti conceſſerit. *Et cum recitaret*,

CCLV.

Emeritus epiſcopus dixit. Non legit, non diſtinguit ſenſus. *Et alia manu*. Emeritus epiſcopus recognovi.

CCLVI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Ipſi legant. Concedamus eis quod ipſi nobis concedere noluerunt. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Eccleſiaſtici Notarii ea relegant, ut apertius deſignetur quæ a venerabilibus viris conſtat oblata. *Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Scriptum ſit ipſos petiiſſe ut a ſuis Notariis geſta quæ proferunt, recitentur. *Et alia manu*. Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Nihil intereſt a quo relegantur. *Petilianus epiſcopus dixit*. Non de fide dubitatur officii, ſed [1] de pronunciatione. *Et alia manu*. Petilianus epiſcopus recognovi.

CCLVII.

Marcellinus v. c. Tribunus, & Notarius dixit. Superflua eſt iſta cautatio. Unde, ut diligentius omnia cognoſcantur, ab Eccleſiaſticis Notariis quod oblatum eſt recitetur. *Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit*. Legatur concedentibus nobis quod ipſi nobis concedere noluerunt. *Habetdeus epiſcopus dixit*. Ego lego. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit*. Lege.

CCLVIII.

Habetdeus epiſcopus dixit. Flavio Marcellino viro clariſſimo, & ſpectabili Tribuno & Notario Januarianus, & ceteri Epiſcopi veritatis catholicæ, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque noſtris defenſionem mandavimus, magnum juſti cognitoris indicium eſt quod uni parti conceſſerit alteri non negare, ne uni parti favere, alteram premere videatur. Quod te pro tua prudentia & longe proſpicere & longius condecet præcavere; maxime cum populos edictis invites de audientiæ tuæ libramine judicare. Adverſarii igitur, traditores, perſecutoreſque noſtri cum elucubratum volumen tui mandati diuque conceptum & expoſitum actis ingererent, ſine præjudicio equidem noſtro libenter auditi. Quod ut hunc epiſtolæ noſtræ concedas, impendio poſtulamus. Non quo illorum prava perverſaque doctrina nos terreat, ſed ne labor ſit defenſoribus noſtris contra librum illorum prolixum & contra proſecutiones eorum confligere, cum nec dies totus cauſæ ſufficiat, nec vox aut latera defenſioni, ut liber cum libro, & defenſio cum defenſione concertet. Quare igitur hanc epiſtolam noſtram petimus accipi atque inſeri jubeas, tunc deinde cauſam audire digneris. Adverſarii enim noſtri decurſis teſtimoniis quibus Eccleſia cum laude ſui ubique diffunditur, id prius mandant ſuis defenſoribus peragendum, ut contra nos, qui Eccleſiæ defendimus puritatem, iſto modo agant ut eamdem Eccleſiam habituram in ſe permixtos ſimul bonos, & malos uſque in finem ſæculi dicant eſſe prædictam. Cujus rei cauſa nos magis oſtendimus Eccleſiam Domini in ſcripturis divinis ſanctam & immaculatam fore ubique nunciatam. Per Eſaiam. *Exurge Sion, indue fortitudinem tuam Hieruſalem civitas ſancta, non adjiciet tranſire per te incircumciſus & immundus*. Et iterum, *Dic filiæ Sion. Ecce tibi ſalvator adveniet, habens mercedem & opus ante faciem ſuam, & vocabit illum populum ſanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis deſiderata civitas, & non derelicta*. Et iterum. *Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia confortamini. Qui eſtis puſillanimes, nolite timere. Dominus noſter judicium retribuet, & ipſe veniet, & ſalvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient, plena erit lingua mutorum, & claudus ſaliet ſicut cervus: quoniam rupta eſt in deſerto aqua, & fons in terra ſitienti*. Et adjecit. *Illic via munda & via ſancta vocabitur: & non tranſibit illic immundus, neque erit illic via immunda. Etiam illic non erit leo, neque ex beſtiis malis aſcendet in illa, neque invenientur in illa, ſed ambulabunt illic redempti, & electi*. De qua in canticis canticorum ex perſona Domini ſcriptum eſt. *Tota ſpecioſa es, ſoror mea, & reprehenſio non eſt in te*. Quod Paulus Apoſtolus apertiſſime demonſtravit, dicens: *Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum tradidit propter eam, ut eam ſanctificaret, purgans eam aquæ lavacro in verbo, & adjungens ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid ejuſmodi, ſed ſanctam & immaculatam*. Et iterum. *Deſponſavi enim vos uni viro virginem ſanctam adſignare Chriſto*. His ergo tot & tantis documentis de Eccleſiæ puritate, quæ per ſpiritum promittebatur, ſpretis, atque contemptis, malos in illa inter bonos eſſe manſuros per zizaniorum ſimilitudinem incompetenter affirmant, cum ipſam ſimilitudinem Dominus interpretatus ſit Apoſtolis ſuis, dicens. *Qui ſeminat ſemen bonum, filius eſt hominis. Ager autem eſt hic mundus, bonum autem ſemen ii ſunt filii regni, zizania autem filii ſunt maligni, inimicus autem qui ſeminat ea diabolus eſt, meſſis autem conſummatio ſæculi, meſſores autem angeli ſunt*, & cetera. *Ager*, inquit, *eſt mundus*. Non ergo Eccleſia, ſed mundus, in quo boni ſimul & mali uſque (ad) meſſem, id eſt, uſque ad divinum judicium, reſervantur. Quia nec poteſt a Domino interpretata immo * corrumpere. Quoniam ſi apoſtoli, ipſius Domini comites, in eccleſia zizania id eſt filios diaboli pullulantes in ſanctorum communione dimittendos eſſe

Iſa. 52. Iſa. 62. Iſa. 35. Cant. 4. Ephes. 5. 2. Cor. 11. Matth. 13.

* Harduinus legit bonos.

[1] *De pronuncia.*) Hinc colligitur aliter verba Latina pronunciaſſe Afros, aliter exteros, ita ut Afros non intelligerent quæ Romulus exceptor, homo haud dubie Italus, pronunciabat.

esse didicissent, nunquam Simonem, Eraſtum, Filetum, Alexandrum, Demam, Hermogenem, ceteroſque consimiles Ecclesiæ liminibus ejecissent. Immo si ita esset, vacaret totum præconium scripturarum divinarum, quo jubentur polluti e medio sanctorum sacerdotum diligentia separari, dicente Domino per Moysem; *Legitimum inquit aternum in progenies vestras, dividere inter sanctos & profanos, inter mundos, & immundos.* Quod alibi neglectum in persona sacerdotum spiritus increpat dicens: *Sacerdotes ejus repulerunt legem meam, profanabant sancta mea, inter mundum & immundum non dividebant, & inter sanctum & pollutum non separabant.* Ad hanc parabolam illud quoque adversarii subjungunt, paleas cum frumentis debere simul in Ecclesia permanere. Quod Hieremias repercutit, dicens: *Quid palea ad frumentum?* Et Paulus Apostolus? *Quæ participatio est fidei cum infideli, aut quæ communio luci ad tenebras?* Et Salomon. *Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo.* Pisces etiam bonos & malos uno reticulo usque ad littus, id est, justos, & injustos usque in finem sæculi simul contineri & protrahi confirmant, non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quoniam reticulum in mari positum quid habeat, a piscatoribus, id est, a sacerdotibus, ignoratur: donec extractum ad littus, ad purgationem boni seu mali prodantur. Ita & latentes & in ecclesia constituti & a sacerdotibus ignorati, in divino judicio proditi, tanquam pisces mali a sanctorum consortio separantur, sicut Dominus in evangelio de latenti reo, qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens; *Intrans, inquit, Rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale, & ait illi, Amice, quomodo huc venisti? Ille autem obmutuit. Et dixit Rex ministris suis; Auferte illum pedibus & manibus. & mittite illum in tenebras exteriores, ubi erit ploratio & stridor dentium.* Secundum hanc igitur rationem fruſtra dixerunt bonos propter malos sacrilega separatione non deseri, sed malos propter bonos pia unitate tolerari, cum propter hanc profanam permixtionem commoveri & sejunctionem maximam provocare alio loco Dominus indignatus ostendat. *Pro eo, inquit, quod facta est mihi omnis domus Israel, permixtio, omnes æramentum, argentum, ferrum, stagnum, & plumbum, in medio camini ardentis permixtum, propterea dicit. Hæc dicit Dominus. Propter quod facti estis omnes in permixtione una, ideo ego recipio vos in medio Hierusalem. Sicut recipitur æramentum, argentum & ferrum & stannum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni, ut conflatur, ita recipiam vos in ira mea, & concrematbo, & insufflabo in vos insufflationem ignis iræ meæ, & conflabimini in medio ejus, & scietis quia ego sum Dominus, qui effudi iram meam super vos.* Contra hæc & talia, quibus Ecclesia Dei a contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est adversarios qua conscientia patrocinantes erroribus malos nolint a bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissime blasphemantes, ut dicant Ecclesiam malorum delictis, etiam manifestorum, non posse maculari, adhibentes exempla prophetarum, qui licet eos increparent pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt, cum ostendamus longe aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum totiens quotiens peccabant permittebantur. Tamen etiam sic inveniuntur iidem prophetæ a malorum communione se abstinuisse, quando Sofonias propheta, qui ad Hieroboam in schismate positum missus, nec panem nec aquam jubetur accipere, qui circumventus violato præcepto a leone consectus est. Helias etiam & Heliseus altaribus schismatis Samariæ nunquam communicaverint neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur. Osee quoque propheta ostenditur non interfuisse mysteriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat dicens: *Sacrificia eorum tanquam panis luctus. Omnis qui tetigerit ea est inquinabitur.* Amos denique quando potuit Samariæ mysteriis misceri, de quo pseudopropheta ita Regi invidiam facit dicens: *Conglobationes facit adversum te Amos in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermones ejus & ob hoc insuper expellitur.* Jam vero in ipsa Hierusalem quomodo poterant prophetæ sacrificiis peccantium hominum communicare, quæ ipsi divino spiritu pleni damnabant, Esaia dicente: *Quo mihi multitudine sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum. Holocaustomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo, nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisivit ista de manibus vestris? Calcare aulam meam non adicitis; si attuleritis similaginem, vanum. Incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sustineo. Jejunium & ferias & dies festos vestros odit anima mea. Facti enim estis mihi in abundantia multa. Jam non parcam peccatis vestris. Cum extenderitis manus, avertam oculos meos a vobis; & si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et iterum: *Occidens autem qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum; & qui thus in memoriam, quasi blasphemus.* Aggæus etiam non modo sacrificia sed ipsam gentem peccatricem penitus execratur dicens: *Sic & populus iste, & sic gens ista; & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et Malachiel. *Vos o sacerdotes qui profanatis nomen meum, & dixistis. In quo profanavimus nomen tuum? & ponentes in altari meo panes pollutos, & dixistis: In quo polluimus illos? in eo ut diceretis, Mensa Domini benedicta est, & quæ superponebantur annullastis.* Et ita in omnibus Prophetis invenies, quoniam si communicassent eis quos tantis vocibus condemnabant, prævaricationis crimen incurrerent. Quod ergo inter eos erant, commorationis fuit, non communionis. In defensione deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplum Judæ traditoris assumunt, quo eum dicunt a Domino & præcognitum adumptum & cognitum toleratum, cum utique sine præjudicio præscientiæ suæ Dominus Christus Judam in Apostolorum numerum assumpserit, cognitum autem sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim. *Quæ occulta sunt mihi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In psalmis. *Nonne Deus inquiret ista. Ipse enim scit occulta cordis.* In regnorum. *Homo videt in facie, Deus autem videt in corde.* Et in Apocalypsi. *Et scient omnes Ecclesiæ quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Deniquè Domino cum discipulis recumbente & dicente, *Unus ex vobis me tradet*, atque respondente eodem Juda, *Numquid ego sum Domine*, & ab eodem Domino

Lev. 10. Exech. 22. 2. Cor. 6. Eccl 13. Matth 22. Exech. 22. Osee. 9. Amos. 7. Isai. 1. Isai. 66. Agg. 2. Malach 1. Luc. 8. Pſal. 43. 1. Reg 16. Apoc. 2. Joan. 13. Matth. 26.

mino audiret, *Tu dixisti*, detectum se protinus videns, confusus abscessit, sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum Dominum venit. Vadant ergo cum suo Juda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant. Item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba Apostoli objiciunt, quibus ait: *Sive per occasionem, sive per veritatem, miserebor, quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecoravit eos quæ peperit eos*. Et in Isaia: *Quomodo vestimentum conspersum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti, non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interficere peccatis patrum suorum, ut non exurgant*. Et in regnorum libro tertio, *Et deposuit Salmon Abiathar de sacerdotio Domini, ut impleatur verbum Domini quod locutus est de domo Heli in Silom*. Jam vero quod dicunt baptismum Christi ita defendi sicut ipsa catholica defenditur ubique, & apud omnes esse, decretis patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio brevitatis excluditur. Illud autem quam incaute, immemores sui, inimici veritatis oppugnant, apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere, adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Pauli Apostoli quod scriptum est, *Qui veritatem Dei in injustitia detinent*, hoc in loco furtum furtivo voluerunt defendere testimonio. Apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos increpans, ita loquutus est dicens. *Revelabitur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent; quoniam quod cognoscibile est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim illius a constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus ejus & divinitas, itaut sint inexcusabiles: quia cum cognovissent Deum, non ut Deum honorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obtenebratum est insipiens cor illorum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immutaverunt claritatem incorrupti Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentum. Propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in immunditiam*. Unde secundum hunc sensum etiam gentilium inquinata mysteria se suscipere profitentur. Secuti autem sunt errorem suum evidentissimis accumulare blasphemiis, quo dicant eos qui hæreticorum baptisma reprobant posse Christum reprobare, quod cum dæmonia confessa sunt. Hoc loco non solum sanctorum martyrum decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum, quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod autem subtili brevitate ita dixerunt, eum qui foris baptizatus fuerit suscipi debere, non ut quod est adsit, sed quod non inest prosit, in utroque se ipsos circumvenisse monstrantur. Omnia enim hæc, ut supra dictum est, sanctorum martyrum sententiis evacuantur. Unde enim fieri potest, si una est Ecclesia & individuus est Christus, ut foris positus baptismum consequatur? Quod vero sibi a nobis objici dicunt. *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis*, & quasi respondentes occurrunt moribus potius debere homines quam corpore separari, ad hoc non modo moribus, sed etiam corpore a malis debere disjungi multis admodum testimoniis legalibus approbamus. In Numeris: *Discedite a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis & vos in omnibus peccatis eorum*. Item Isaias: *Discedite, discedite, exite inde, & immundum nolite tangere; discedite de medio eorum qui gestis vasa Domini*. Item Apostolus. *Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis & in eis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens*. Illud vero quale est, ut cum nos eis objiciamus persecutiones & immanes crudelitates quibus ipsi & majores eorum nos patresque nostros per annos centum vel amplius sine cessatione afflixerint atque vexaverint, illi isto non erubescant uti suffragio quod dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones illatas, cum utique longe aliud sit usurpata ecclesiastica & compauperum civiliter repetere voluisse, nec ullum ad communionem nostram nolentem invitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per universum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim neciat illos traditores persecutoresque nostros ab ipso exordio condemnatæ traditionis commentitis precibus cunctis in nostram necem hujus sæculi principibus supplicasse atque ad suam communionem contra Dei præcepta minis & proscriptionibus coarctasse? Nam ut omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit per [1] Leontium, Ursacium, [2] Macarium, Paulum, Taurinum, Romanum, ceterosque executores quos in sanctorum necem a principibus sæculi meruerunt, quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exilium relegati, Christianitas late vexata, sacrata stuprata virginitas, proscripti divites, spoliati pauperes, ablatæ basilicæ, atque acti in fugam profugi sacerdotes, nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exilia, Christianis fugientibus præcipitia; oppressorunt populos, prædati sunt clericos, invaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas: postremo in uno tantum oppido Bagajensi eorum causa multorum Christianorum sanguis effusus est; & nec sic satiati, in hodiernum cessare contenti sunt. Unde quia ad hoc tantæ immanitatis eorum acerbissimos titulos de scripturis divinis, quibus ista flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cum talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse & quæ superfluo responderunt divinis testimoniis eluisse. *Et alia manu*. Dominus te inco-

lu-

Philip. 1. * Desunt hic aliqua Hard. Osee 2. Isai 14.

1 Reg. 2.

Vide lib. 1 miscellaneor. Baluzii pag. 71 & 78.

Rom. 1.

[1] *Leontium*) His primus omnium, ut recte notat Baronius, in Africam missus est ab Imperatore ad revocandam controversiam, deus Ursacius postea Macarius & Paulus & ceteri. Vide Optatum Milevitanum lib. 3. & Augustinum lib. 2. contra literas Petiliani cap. 92.

[2] *Macarium*) Hunc famosum illud Macarianorum temporum vocabulum, quæ tantopere recantata & objecta catholicis fuit a Donatistis

lumen conſervet : quod optamus . *Recitavi* , A

CCLIX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit . Id quod lectum eſt geſtis præſentibus adhærebit . *Et adjecit* . Et quoniam in hoc præbitam patientiam conſtat , ea quæ dudum ſunt oblata recitentur , & ad hæc omnia pars e diverſo ſiſtens reſpondere cogatur .

CCLX.

Emeritus epiſcopus dixit . Prius teſtimoniis teſtimonia revincant . Tunc ad ea quæ ſublimitas tua judicaverit veniendum eſt . *Et alia manu* . Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi .

CCLXI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit . Permitte nos , vir ſublimis , pro cauſa Eccleſiæ non diutius ſuperfluis immorari . Atque utinam fratres noſtri e diverſo ſiſtentes hanc epiſtolam ante illos omnes moratorios ſermones ſuos protuliſſent , ut jam de Eccleſia , unde cauſa vertitur , aliquid ageremus . Animadvertit ergo nobilitas tua in hac epiſtola duo quædam genera vel objectionum vel rerum inſerta quibus reſpondere debeamus , unum de divinis ſcripturis & ſanctæ legis eloquiis , alterum de criminationibus humanis , quæ objicienda neſcio qui invidioſius potius quam verius putaverunt . Ad hæc duo paucis , ſi Dominus adjuverit , reſpondebimus , ne prolixum ſermonem tantæ prolixitati reddamus . Quæſtio eſt de Eccleſia , utrum permixtos malos uſque in finem habitura prædicta eſt , an omnino omnes bonos , omnes ſanctos , atque immaculatos in hoc ſæculo iſto etiam tempore uſque in finem ultimum ſæculi . Utraque teſtimonia divina ſunt ; & utique repugnantia eſſe non debent , nec omnino poſſunt , ſi intellectorem inveniant . Aream eſſe Eccleſiam non ego dixi . Non quiſquam noſtrum , ſed evangelium loquitur , ubi ſcriptum eſt , *venturum qui ventilabrum ferat in manu ſua & mundaturum aream ſuam , frumenta recondet in horreo . Et cum diceret* , (*Et alia manu* . Recognovi .

CCLXII.

Emeritus epiſcopus dixit . [1] Non legit aream . *Et alia manu* . Emeritus epiſcopus recognovi . *Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit* . Johannes dixit : *Mundabit aream ſuam , frumenta recondet in horreo . Et cum diceret* , (*Et alia manu* . Recognovi .) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit* . Hoc quod poſtulat relegatur .

CCLXIII.

[2] *Emeritus epiſcopus dixit* . De occultis reis hoc dixit evangeliſta , non de evidentibus , quos tu vis tecum eſſe permixtos . *Et alia manu* . Petilianus epiſcopus recognovi .

CCLXIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit . Protecutio noſtra pro ipſorum epiſtola habeatur . Legi cœpit , nullus a nobis relatus eſt ſtrepitus , nulla interturbatio , nulla interruptio . Permittat ut finiam quod cœpi eloqui , & ſic reſpondeat . Quare non nobis rependitur quod prærogavimus . Animadvertit nobilitas tua patientiam noſtram cum tam longa recitaretur epiſtola . *Et cum diceret* , (*Et alia manu* . Recognovi .) *Emeritus epiſcopus dixit* . Nos gravat cum ſe dicit eſſe patientem ; & non debet de ſe ferre ſententiam de quo alius judicat . *Et alia manu* . Emeritus epiſcopus recognovi .

CCLXV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit . O ſi eſſes & tu patiens donec finiam quod proſequor ! Ergo , ut dicere cœperam , divina ſunt teſtimonia de zizaniis & tritico ea quæ intelligere conati . Verumtamen de retibus aliquando confeſſi ſunt quod malos & bonos habitura eſt Eccleſia , ſed eos dixerunt eſſe ſacerdotibus incognitos , & ideo non præjudicare bonis , quoniam ignorarentur . Ego autem poſſem qualibuſcumque facultatulæ meæ aſſertionibus oſtendere illum eſſe veriorem intellectum quod Eccleſia habeat & bonos & malos , zizania ſcilicet & triticum , mundumque ipſum appellatum eſſe pro Eccleſiæ nomine , quandoquidem Dominus ipſe dicit . *Non ut judicet mundum , ſed ut ſalvetur mundus per ipſum* , cum iciamus Dominum non ſalvare niſi Eccleſiam . *Et alia manu* . Recognovi . Joan. 3.

CCLXVI.

Emeritus epiſcopus dixit . *Mundus te non cognovit* . Ergo Deum Eccleſia non agnovit , ſi mundus Eccleſia eſt . Et iterum dixit . *Ut reus fiat totus mundus Deo* . Et iterum dixit : *Si de mundo eſſetis , mundus quod ſuum eſſet amaſſet ; ſed nunc , quoniam de mundo non eſtis , propterea odit & perſequitur vos mundus* . Et iterum : *Ipſi de mundo ſunt , & mundus obaudit eis* . Et iterum . *Si quis dilexerit mundum , non eſt caritas patris in illo* . *Et alia manu* . Emeritus epiſcopus ſalva appellatione recognovi . Joan. 1. Joan. 15. Joan. 8. 1. Joan. 2.

CCLXVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit . Omnia iſta poſſemus & nos dicere & velut contraria primo propoſita ſolvere . Itaque ſine cauſa interrumpunt iſto ſtrepitu , quia epiſtolæ ipſorum potuiſſemus talia facere , ne recitaretur . Patienter audiant . Admoneantur a ſublimitate tua facere quod ſponte facere debuerunt . Patienter audiant . Non eſt res levis quæ tractatur a nobis . Suſcepimus hodie reſpondere , ſi Deus adjuverit , prolixæ epiſtolæ eorum . Nec rogamus ut edatur nobis & conſideremus & poſtea reſpondeamus , ſicut ipſi de mandato noſtro fecerunt . Præbeant nobis aliquam patientiam per incolumitatem tuam . *Et alia manu* .

[1] *Non legit*) Apud Auguſtinum lib. 2. contra Gaudentium cap. 4. editum eſt , *Non legis* . Videndum autem an hinc emendari debeat collatio , utrum vero lectio quæ extat in his geſtis reſtituenda ſit apud Auguſtinum .

[2] *Emeritus*) In veteri exemplari & in editionibus legitur *Petilianus* . Sed ex Auguſtini loco paulo ante laudato apparet hanc reſponſionem eſſe Emeriti quod etiam tenor geſtorum oſtendere videtur .

Recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Iusta postulantur. Patientiam ejusdem prosecutioni certum est debere commodari.

CCLXVIII.

Emeritus episcopus dixit. Ipse sibi obstrepit, dum longa prosequitur. *Et alia manu.* Emeritus episcopus recognovi.

CCLXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. Si respondere volunt removeatur epistola, & singuli respondeamus. Sin autem, permittant responsionem.

CCLXX.

Adeodatus Episcopus dixit. Possumus præbere patientiam. *Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Adeodatus episcopus recognovi.) *Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit.* Quando legebatur epistola, sic habebamus tanquam ipsi prosequerentur. Prosecutioni ipsorum præbuimus silentium. Nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. Præbeant nobis & ipsi silentium. *Et alia manu.* Recognovi. *Adeodatus episcopus dixit.* Possumus præbere patientiam; quam quidem præbemus, si ea quæ pars diversa adferit habeant firmissimam rationem. Nam cum aliter lex interpretetur quam est, quis ferat, quis patiatur silentio adferri præjudicium. *Et alia manu.* Adeodatus episcopus recognovi. *Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit.* Serva tibi quod reprehendas, si aliquid contradicitur. *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXXI.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Promissa patientia præbeatur. *Montanus Episcopus dixit.* [1] Quando [*] omnia in animo retinentur, si non ad singula respondeamus. *Et alia manu.* Montanus Episcopus recognovi. *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.* Tenorem universæ epistolæ patienter constat auditum. Consequens est ut responsiones ad singulas patienter audire dignemini.

[*] Forte, quomodo. Hard.

CCLXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit. [2] Ideo & illa conscripta sunt, & hæc excipiuntur. Si quid memoriam fallit, & ego possum petere ut mihi de epistola recitetur; & ipsi possunt, ut illis ex codicibus recitetur, præbere silentium. Agamus aliquid. Ut ergo dicere cœperam, ipsis admonentibus invenimus in scripturis mundi nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi nomen in malo, sicut ipsi dixerunt: *& mundus eum non cognovit.* Et. *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo*: & cetera. Mundi autem nomen in bono. *Ut credat mundus quoniam tu me misisti.* Non enim credere malorum est. Mundi nomen in bono: *Non venit ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Non salvabitur nisi Ecclesia in mundo. Cum ergo & in bono mundus & in malo mundus, unde ista scripturarum rixa? Si intellectore careat, adhibe lumen intelligentiæ. Vide mundum in malo omnes dilectores temporalium per universas gentes: vide mundum in bono omnes fideles & spem gerentes æternæ vitæ per universas gentes. *Deus erat in Christo*, inquit, *mundum reconcilians sibi.* Si reconciliari potest Deo detestatus ille mundus, de quo dictum est, *quia non est caritas Christi in eo qui dilexerit mundum*, judicent qui loquuntur. Audiat ergo patienter nobilitas tua. Video scripturam sanctam (per) commixtos bonos & malos, sicut ipsi de retibus jam confessi sunt, præsignasse Ecclesiam. *Et cum diceret, cumque strepperetur, Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit.* Scriptum sit quia perstrepunt.

Joan 1. 1 Joan. 2. 2. Cor. 5. 1. Joan. 2.

CCLXXIII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. (Ipsos perstrepere acta contineant.) *Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit.* Ubi est promissa patientia; quæve vicissitudo rependitur? Nonne indicant quemadmodum diffidant? *Et alia manu.* Recognovi.

CCLXXIV.

Petilianus episcopus dixit. Quid sit mundus, quid sit Ecclesia, apertissime definitum est ab ipso auctore mundi atque factore, *per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil est factum.* Ipse enim Dominus dixit: *Mundus hic ager.* Potuisset dicere: Mundus Ecclesia est. Quis igitur hominum audet definire quid mundus sit, cum ipse Dominus hujus factor atque opifex jam dignatus fuerit definire? *Et alia manu.* Petilianus episcopus recognovi.

Joan. 1. Matth. 13.

CCLXXV.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Quid mundus sit, qui salvandus dicitur, evidenter ostendite.

CCLXXVI.

Petilianus episcopus dixit. Homo dictus est mundus ubi dixit, *mundum reconcilians sibi.* Non enim sibi Deus belluas sed homines voluit reconciliari. *Et alia manu.* Petilianus Episcopus recognovi.

2. Cor. 5.

CCLXXVII.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur dicis ecclesiam posse constare postea declaratam, an certe renuis.

CCLXXVIII.

Emeritus episcopus dixit. Tollis nos a manifesta præscriptione. Ait Dominus Christus in evangelio. *Ager mundus est: Et cum diceret,* (*Et alia manu.* Emeritus episcopus recognovi.) *Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit.*

Matth. 13.

---

1 *Quando omnia*) Puto legi debere ita: *Quanta in animo retinentur &c.*

2 *Ideo & illa*) Respondet ultimæ prosecutioni Montani. Ex his autem verbis Augustini confirmatur superior conjectura nostra.

sit. Patimini ergo ut ad omnia quæ epiſtolæ A textus continet reſpondeant, & tunc pleniſſime de omnibus judicabo.

CCLXXIX.

Hilarus exceptor dixit. Quoniam a diluculo partes egerunt, & codices binos implevimus, ſi jubet præſtantia tua, alii nobis exceptores ſubrogentur; ut ad conferendum exeamus, datis nobis cuſtodibus. *Vitalis Notarius eccleſiæ catholicæ dixit*. Hoc & ego ſuggero quod & exceptor nobilitati tuæ adſtans ſuggeſſit.

CCLXXX.

Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Sicut etiam ſuperiore judicio factum eſt, hi qui ſe tabulas impleſſe commemorant, cum cuſtodibus exeant, in eorum loco aliis ſubrogatis. *Cumque id fieret*,

CCLXXXI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Mundus ergo, non enim aliter & nobis videri potuit, in hominibus intelligitur. Non utique ita ſtulti ſimus ut belluas etiam & quæcumque B irrationabilia animantia ad ſalutem, quam Chriſtus promiſit, pertinere dicamus. Prorſus hoc dicimus: *Mundus in maligno poſitus eſt*: homines ſunt. *Ut credat mundus quia tu me miſiſti*: homines ſunt. *Mundum reconcilians ſibi*: homines ſunt, & cetera quæ in malo dicta ſunt, homines illi, homines illi. Per totum enim mundum utrique, mali mixti bonis. Sic & Eccleſia, quam confeſſi ſunt retium nomine declaratam habere malos, ſed dixerunt latere piſcatores, conſtat jam quod habeat bonos & malos. De latendo & de non latendo quæſtio eſt utrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne deſererent bonos, an propter malos totum deſerere voluerint quibus mali quid in Eccleſia apparuerit. Ipſa quæſtio eſt. Hoc probamus: Dicimus enim nos non negligendam quidem eccleſiaſticam diſciplinam, & ubicumque fuerint proditi mali, coercendos eos eſſe ut corrigantur, non ſolum ſermone correctionis, verum etiam excommunicationibus & degradationibus, ut humilem locum ſalutis in Eccleſia quærant, ad medicinam ipſorum fieri, non odio, ſed ſtudio ſalutis fraternæ; ſicut quodam loco etiam ipſe Apoſtolus evidentiſſime declarat dicens: *Si quis non obaudit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & nolite commiſcere cum eo*. 1. Joan. 5. Joan. 17. 2. Theſſ. 3.

Quæ ſequuntur, quia exciderunt in collectione geſtorum, ſumpta ſunt ex libro tertio breviculi collationis Donatiſtarum quod ſcripſit ſanctus Auguſtinus.

Brevicul. collat. diei 3. cap. 9.

FLagitantibus itaque patientiam eorum catholicis & per multas cognitoris interlocutiones vix impetrantibus, reſponderunt literis eorum, oſtendentes multis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis & exemplis malos in Eccleſia ſic nunc eſſe permixtos ut quamvis debeat invigilare eccleſiaſtica diſciplina ad eos non ſolum verbis ſed etiam excommunicationibus & degradationibus corripiendos, tamen non ſolum in ea latentes neſciantur, ſed plerumque propter pacem unitatis etiam cogniti tolerentur, ſic oſtendentes divina teſtimonia conſonare ut & illa quibus commendaretur Eccleſia cum malorum commixtione, hoc tempus ejus ſignificarent qualis eſt in præſenti ſæculo, & illa teſtimonia quibus commendatur non habere commixtos malos, illud ejus tempus ſignificarent qualis venturo ſæculo in æternum futura eſt; ſicut nunc mortalis eſt, id eſt, ex mortalibus hominibus conſtat; tunc autem immortalis erit quando in ea nemo morietur, ſicut ipſe Chriſtus iſto tempore fuit pro illa mortalis, poſt reſurrectionem autem jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur, quod etiam Eccleſiæ ſuæ in fine ſæculi præſtiturus eſt. Hæc duo tempora Eccleſiæ, quæ nunc eſt, & qualis tunc erit, ſignificata eſſe etiam duabus piſcationibus, una ante reſurrectionem Chriſti, quando mitti juſſit retia, nec ſiniſtram nec dexteram nominans partem, ut nec ſolos malos, nec ſolos bonos, ſed commixtos bonis malos intra retia ſuorum ſacramentorum futuros doceret; poſt reſurrectionem autem, quando juſſit retia mitti in dexteram partem, ut poſt reſurrectionem noſtram bonos ſolos in Eccleſia futuros intelligeremus, ubi ulterius hæreſes & ſchiſmata non erunt, quibus modo retia dirumpuntur. Nam & evangelium non tacuit in prima piſcatione commemorare retia eſſe dirupta; & in noviſſima dictum. *Et cum tam magni eſſent pi-* C *ſces, retia non ſunt dirupta*, de tali Eccleſia dictum eſſe, quod per illam non erat tranſiturus incircumciſus & immundus: ad immundos enim pertinere ſchiſmaticas ſeparationes, quia tunc non erunt, quia non ſunt dirupta. Hoc etiam ſignificaſſe, quod corvus avis immunda exierit de arca, & non redierit. Quæ tamen arca exeunte corvo non utique omnibus immundis animalibus caruit, ſed in ea fuerunt & munda & immunda uſque ad diluvium, ſicut in Eccleſia boni & mali uſque ad ſæculi finem. Sed ſicut non de immundis ſed de mundis animalibus Noe obtulit ſacrificium, ita non ii qui mali ſunt in Eccleſia, ſed ii qui boni ſunt, perveniunt ad eum. De Prophetis etiam, quia D dixerant Donatiſtæ in literis ſuis non eos communicare illis in quos mala tanta dixerunt, reſponderunt catholici quod unum templum fuerit, quo univerſi utebantur, nec quemquam Prophetarum, qui tanta dixerunt in malos, conſtituiſſe ſibi aliud templum, ſacrificia, ſacerdotes. Et quia Donatiſtæ in literis ſuis poſuerant teſtimonia ſcripturarum, quibus oſtenderent ad peccata parentum etiam filios pertinere, (cum hoc utique nunquam recte intellectum ſit niſi de iis filiis qui parentum iniquitates imitarentur) reſponderunt catholici, cum tanta in illum populum & acerba dicta ſint divinis eloquiis, quæ etiam ipſi in ſuis literis commemoraverunt, ut quaſi nullus illic remaneſſe videretur bonus, non ſolum ibi fuerunt E iidem ipſi Prophetæ ſancti, verum etiam ex ipſo populo exorti erant, quos ipſe Dominus in ſuæ carnis adventu laudabiles reperit, ſicut fuerunt Zacharias & Eliſabeth, & ſicut Joannes filius eorum, ſicut Simeon ſenex, & Anna vidua. Unde apparet quam impie, quam calumnioſe objicerentur catholicis toto orbe diffuſis crimina Cæciliani, cum Simeoni & Annæ & ceteris talibus objici non poſſent crimi-

na illius populi in quo nati fuerant ſacramentis ejuſdem populi conſecrati, quæ crimina eidem populo non humana opinio ſed ſermo divinus objecerat. Commemoratum eſt etiam teſtimonium propheticum ubi ſignati ſunt, ne cum malis perirent, qui gemebant facinora quæ fiebant in medio eorum, nec tamen corporaliter ſeparati ſunt. Deinde ubi commemoratum eſt qualis ſeparatio bonis hoc tempore ab impiis & malis fieri debeat ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet & vitæ morumque diſſimilitudine, nec aliter intelligi debere quod ſcriptum eſt, *Exite de medio eorum, recedite inde, & immundum ne tetigeritis*, id eſt, diſcernamini aliter vivendo; & immunditiæ non conſentiatis; ubi etiam opportuniſſimo loco reſponſum eſt Donatiſtis ad illud quod dixerant: cum eos peteret cognitor ut ſederent. ſcriptum ſibi eſſe ut cum talibus non ſederent. Dictum eſt enim a catholicis, cum eorum literis reſponderent, non ſic intelligendam eſſe ſeparationem a malis hoc tempore quemadmodum illi intellexerant, qui ſecum tanquam cum impiis non ſederunt; quia ſcriptum eſt, *Non ſedi in concilio iniquorum*. cum utique ſi impios putarent, nec illud quod in eodem pſalmo conſequenter prohibetur facere debuerunt. Nam ibi ſequitur, *& cum iniquas gerentibus non introibo*. Cum ergo illi intraſſent cum eis quos impios putarent, quare non etiam ſederunt, ut in utroque non corporalem ſed ſpiritualem conſenſum & ingreſſum devitaſſe viderentur. Ibi commemorata eſt etiam cauſa Maximianiſtarum totiens jam illis objecta, ubi & ſe & illos quibus dilationem dederunt in Maximiani ſchiſmate poſitos, in damnatione ejuſdem Primiani ſocios, tamen illius contagio dixerunt non eſſe pollutos, qui Cæciliani crimmibus orbem Chriſtianum utique ad terminos terræ periſſe contenderent.

Vide ſupra pag. 167 cap. 4.

Vide concil. Regii tom. 2 pag. 859.

CAP. X.

Ad hæc Donatiſtæ, cum validiſſimis ſcripturarum documentis & exemplo ſuo de Maximianiſtis reſpondere non poſſent, ad illud quod jam peractum fuerat redierunt, dicentes mundum non bene intelligi Eccleſiam, in qua ſimul & triticum & zizania juſta ſunt creſcere, cum catholici & tot teſtimonia divina jam commemoraſſent, quibus offenderetur mundus etiam in bona ſignificatione poſitus, & in ea nonniſi Eccleſia poſſet intelligi, & quomodolibet acciperetur mundus, quando utrumque ſemen per mundum creſceret, non debere propter zizania totius mundi triticum deſeri. Cum ergo hæc jam dicta fuiſſent, & quæſtio ipſa jam terminata videretur, ad eam rurſus ſumma inopia redierunt, eadem per eadem replicantes, quærentes quomodo potuerit diabolus in Eccleſia ſeminare zizania. Deinde calumniantes quod duas Eccleſias catholici dixerunt, unam quæ nunc habet permixtos malos, aliam quæ poſt reſurrectionem eos non eſſet habitura, veluti non iidem futuri eſſent ſancti cum Chriſto regnaturi, qui nunc pro ejus nomine, cum jille vivunt, tolerant malos. Ad hæc catholici reſponderunt etiam ipſos jam ſuiſſe confeſſos eſſe in Eccleſia vel occultos malos; & viciſſim quæſierunt quomodo eos in Eccleſia diabolus ſeminaverit, quod illi, quaſi fieri non poſſet, de zizaniis requirebant. Repetierunt etiam catholici teſtimonium Cypriani, qui eamdem evangelicam ſimilitudinem non aliter intellexit quam ut in Eccleſia diceret zizania, nec latere, ſed cerni. Contra quod teſtimonium illi omnino nihil auſi fuerunt reſpondere, cum auctoritatem Cypriani tanti habeant ut per illam conentur defendere quod male de iterando baptiſmo ſentiunt & faciunt. De duabus etiam Eccleſiis calumniam eorum catholici refutarunt, identidem expreſſius oſtendentes quid dixerint, id eſt, non eam Eccleſiam quæ nunc habet permixtos malos alienam ſe dixiſſe a regno Dei, ubi non erunt mali commixti, ſed eamdem ipſam unam & ſanctam Eccleſiam nunc eſſe aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, ſicut nunc mortalem, quo ex mortalibus conſtaret hominibus, tunc autem immortalem, quod in ea nullus eſſet vel corpore moriturus; ſicut non ideo duo Chriſti quia prior mortuus, poſtea non moriturus. Dictum eſt etiam de homine exteriore & interiore: quæ cum ſint diverſa, non tamen dici duos homines, quanto minus dici duas Eccleſias, cum idem ipſi qui nunc boni tolerant permixtos malos & reſurrecturi moriuntur, tunc nec mixtos malos habituri ſint, nec omnino morituri. De ipſo quoque numero, quoniam Donatiſtæ ſcripturarum teſtimonio unam Eccleſiam commendaverunt, velut contra duas quas catholicos aſſirmaſſe jactabant, reſponſum eſt a catholicis etiam multas Eccleſias in ſcripturis inveniri dictas, & ſeptem ad quas Joannes ſcribit, quæ tamen multæ illius unicæ membra eſſe intelligerentur; ut hinc appareret multo minus ſibi debere objici duas, cum eamdem ipſam unam dixerint non talem nunc eſſe qualis in reſurrectione futura eſſet, quandoquidem apoſtolicis literis non objiciantur multæ, ex quibus una ipſa conſtaret. Ad hæc Donatiſtæ rurſus eadem replicare non deſiſterunt, inſuper adjicientes & invidioſe jactantes quod Eccleſiam mortalem catholici dixerint, & ideo negantes eam mortalem eſſe quia trinitas immortalis eſt, cujus gratia conſecratur Eccleſia, & quia Chriſtus ideo pro ea mortuus ſit ut eam faceret immortalem: quaſi catholici dixerint non eam fieri immortalem gratia Dei & effuſo pro ea ſanguine Salvatoris: ſed tempora eſſe diſcernenda dixerunt, præſens videlicet, quo moriuntur omnes ſancti, & ſicut mortuus eſt ipſe Chriſtus, & futurum, quo reſurgent, & nullo morituro vivent cum illo qui jam reſurrexit.

S. Cyprian. epiſt. 52.

CAP. XI.

Hæc inter eos cum agerentur, & quamvis manifeſta atque dilucida Donatiſtis certantibus ſuperflua replicarentur, promiſit cognitor de his ſe quæ ſatis audiſſet extrema ſententia judicaturum; & juſſit illud agi potius unde exiterit prima cauſa diſſidii. Tunc Donatiſtæ urgere cœperunt ut de his quæ audiſſet primitus judicaret. Quod cum etiam catholici exigerent, & ille in eo quod dixerat permaneret, jubereturque illud agi potius ut cauſa primi diſſidii monſtraretur, petierunt catholici ut quæ offerebant recitarentur. Quod cum fieri præcepiſſet, obnixius Donatiſtæ reſiſtere cœperunt & [a] cogere ut jam de cognitis judicaret, eadem quæ

[a] *Cogere*) id eſt rogare. E diverſo lib. 3. Capitular cap. 72. rogare ſignificat cogere. *Ut in hoſte nemo parem ſuum habere roget*. Et lib. 2. cap. 151. *Ut nullus pœnitentem invitet bibere*. Pro quo quædam vetera exemplaria & Herardus Turonenſis habent *cogat*.

quæ tranſactæ fuerant repetentes, & addentes quod omnino judicare de illa cauſa non deberet quam volebat agi recitatione eorum quæ a catholicis oblata fuerant recitanda, dicentes hujus cauſæ Chriſtum judicem eſſe debere, & invidiam facientes catholicis quod hominem petiverant judicem, dicentes etiam ſolita de perſecutionibus quas perpeti videbantur. Ad hoc catholici reſponderunt, nec de homine judice poſtulato eos debere facere invidiam, qui & de cauſa Maximianiſtarum judicaverunt, nec eam Chriſto judici ſervaverunt, & ipſam Cæciliani cauſam primitus ad hominem, hoc eſt, ad Imperatorem Conſtantinum accuſantes miſerunt, nec de perſecutionibus, quod aliquid ab Imperatoribus pro Eccleſia catholici peterent, cum eorum circumcelliones ducibus clericis tam horrenda mala committerent. Ubi fruſtra reſponderunt nihil hoc ad ſacerdotes pertinere, cum Clericis ducibus illi talia feciſſe aſſerebant. Ibi etiam cum dictum eſſet quod [1] calce & aceto humanos oculos perſecuti ſint, in quo ſcelere diabolum crudelitate pervicerunt, qui hoc in ſancti viri carne non fecit, quam in poteſtatem acceperat affligendam, hic Donatiſtæ quæſierunt utrum qui faciunt, filii eſſent diaboli, an qui patiuntur: quaſi catholici aliud quam paſſiones ſuas dixerint immaniſſimas a Clericis & circumcellionibus eorum. Verumtamen etiam hic non prætermiſerunt catholici, occaſione oblata, eis Maximianiſtas objicere, & dixerunt ſecundum eorum ſententiam meliores eſſe Maximianiſtas, quos apud tres vel eo amplius Proconſules perſecuti ſunt. Illi enim ſi paſſi ſunt, victi fecerunt. Et urgebant catholici ut reſponderent utrum ex ipſis quos damnaverunt & perſecuti ſunt, non ſuſceperint Feliciamum, & utrum non eum habeant in collegio ſuo. Ad quod illi objectum ſicut ſemper omnino obmuteſcentes in aliud ierunt, objiciendo catholicis quod diabolum defendiſſent, quia dixerant eum ſancti Job oculis peperciſſe, unde illum iſti crudelitate viciſſent, & ſuſceperunt accuſare diabolum velut defenſum a catholicis, dicentes eum magis crudeliter in carne Job oculis peperciſſe, ut manerent ad ſpectaculum vulneris quod univerſo corpori inflixerat. Quod multum mirum eſt quare hoc pro magno dicere voluerint, niſi forte ut intelligerentur pie feciſſe qui oculos in hominibus perſecuti ſunt, ne cruciarentur videndo vulnera ſua, quæ ab eis per totum corpus acceperant. Sed cum iterum Donatiſtæ perſecutiones quas patiuntur exaggerantes, ſuorum quaſdam mortes commemorarent in oppido Bagajenſi, reſponſum eſt a catholicis eos hoc paſſos eſſe dum eorum violentiæ reſiſteretur, quam & judici inferre conati ſunt. In illo oppido commemoraverunt catholici ab eis horrenda eſſe commiſſa, ita ut etiam baſilica eſſet incenſa, & in ignem miſſi codices ſancti, mortes autem illorum magis eſſe ex conſuetudine quam habent ut ſe ipſi præcipitent. Cumque his Donatiſtæ reſpondentes exaggarent identidem velut perſecutiones quas paterentur, tanquam ex lus fructibus ſuos adverſarios malam eſſe arborem jactantes, & petentes identidem ut de agro & zizaniis & de una & immortali eccleſia judicaretur, contra autem catholici fructus eorum commemorarent ſchiſmata & rebaptizationes, & quod ipſi primitus majores ſuos apud Imperatorem accuſaſſent, atque in hujuſmodi mutuis objectis diu conflictatio verſaretur, maluit cognitor hæc omnia cohibere, promittens de his judicium poſteriore ſententia. Et recitari juſſit quod a catholicis oblatum jam legi cœperat & fuerat interruptum. Sic peracta eſt cauſa Eccleſiæ, quam magnopere catholici curaverant, a Cæciliani cauſa diſtinguere, quoniam ei non poſſet cujuslibet præjudicari criminibus quæ contra omnes humanas criminationes tot teſtimonia divina incruiſſet. Ex hoc jam non cœpit agi etiam cauſa Cæciliani.

CAP XII.

Quinto ergo loco hæc acta ſunt. Recitatæ ſunt duæ relationes Anulini Proconſulis ad Conſtantinum Imperatorem. Una quæ jam * ſuperius erat recitata, quæ oſtendit majores Donatiſtarum, id eſt, de parte Majorini, dediſſe ſibi chartas criminum Cæciliani & poſtulaſſe Conſtantino mittendas, ſeque illas memorato Imperatori miſiſſe. Altera autem quæ oſtendit ex ejuſdem Imperatoris juſſione denos ex utraque parte ad agendam cauſam ut mitterent eos ſe conveniſſe, atque illos promiſiſſe * Apud Euſeb. lib. 10. cap. 5. facturos. Tum deinde lectæ ſunt etiam * literæ ſupradicti Imperatoris ad Epiſcopos datæ, ubi eis cauſam Cæciliani injunxit audiendam. Atque inde ex ordine legi cœpit etiam epiſcopale judicium Melchiadis Romani epiſcopi & aliorum cum illo Gallorum & Italorum epiſcoporum in eadem urbe Romæ factum. Cujus judicii prima parte, id eſt, geſtis primi diei recitatis, ubi accuſatores Cæciliani, qui miſſi fuerunt, negaverunt ſe habere quod in eum dicerent, ubi etiam Donatus a Caſis nigris in præſenti convictus eſt adhuc Diacono Cæciliano ſchiſma feciſſe Carthagine; de Carthaginis enim ſchiſmate exorta eſt adverſus Eccleſiam catholicam pars Donati: ubi etiam promiſerunt iidem adverſarii Cæciliani alio die ſe præſentaturos quos cauſæ neceſſarios ſubtraxiſſe arguebantur; & hoc mentiti, ulterius ad judicium accedere noluerunt. Hac ergo judicii parte recitata, cum cœpiſſet recitari quod alio die geſtum ſit, interruperunt Donatiſtæ, & petere inſtantiſſime cœperunt ut prius ea quæ offerebant recitarentur, aſſerentes non eſſe ordinis ut prius abſolutio Cæciliani, quem nondum accuſaverant, legeretur: & de hoc aliquanto diutius conflixerunt, cum catholici dicerent non debere interrumpi quod legi jam cœperat, donec ejuſdem judicii omnia geſta terminarentur, illi autem e diverſo aſſererent ea quæ interrumpebantur, nec incipi debuiſſe ut legerentur, quoniam non competeret prius defendi hominem quam accuſari. Ad hoc catholici reſpondebant, cum cauſa ſchiſmatis a cognitore quæreretur, petiſſe ut illa legeretur quæ oblata fuerant ad legendam cum ageretur de perſona petitoris. Duas itaque ob res illa voluiſſe recitari; ut appareret eos primitus in hac cauſa hominem judicem poſtulaſſe, qui facie-

Vide Auguſt. epiſt. 50

[1] *Calce & aceto*) Idem Auguſtinus epiſt 68. ad Januarianum Primatem Numidiæ. *In oculos extinguendos calcem miſto aceto incredibili exaggeratione ſceleris miſcuit.* Et paulo poſt *Noſtri oculi ab armatis veſtris calce & aceto extinguuntur.* Item epiſt. 133 *Quis enim barbarus excogitare potuit quod iſti, ut in oculos Clericorum noſtrorum calcem & acetum mitterent?* Poſſidius in vita ſancti Auguſtini cap. 10. *Aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos miſerunt.*

faciebant catholicis invidiam quod in hac collatione homo cognitor reſidebat, & ut petitoris perſona conſtaret, quoniam legi cœpta fuerant, non debere interrumpi, ſed uſque ad finem recitando perduci. Inter hæc cognitor cum hoc primo voluiſſet quod a catholicis petebatur, ut ea quæ recitari cœperant finirentur, poſtea tamen ei Donatiſtæ extorſerunt ut ea quæ ipſi offerebant, dilatis illis, legi permitterentur.

CAP. XIII.

Tunc Donatiſtæ aliquantum prælocuti ſunt quod Menſurius, qui fuerat ante Cæcilianum Eccleſiæ Carthaginenſis epiſcopus, tempore perſecutionis tradiderit perſecutoribus ſanctas ſcripturas. Et hoc ut probarent, legerant ejus epiſtolam ad Secundum Tigiſitanum datam, qui tunc habebat primatum epiſcoporum Numidiæ; in qua epiſtola videbatur Menſurius velut de ſuo crimine confiteri, qui tamen non ſcripſerat ſe ſanctos codices tradidiſſe, ſed potius, ne a perſecutoribus invenirentur, abſtuliſſe atque ſervaſſe, dimiſiſſe autem in baſilica novorum quæcunque reproba ſcripta hæreticorum; quæ cum inveniſſent perſecutores & abſtuliſſent, nihil ab illo amplius poſtulaſſe; veruntamen quoſdam Carthaginenſis ordinis viros poſtea ſuggeſſiſſe Proconſuli, quod illuſi fuerant qui miſſi erant ad Chriſtianorum ſcripturas auferendas, & incendendas, quia non invenerant niſi neſcio quæ ad eos non pertinentia, ipſas autem in domo epiſcopi cuſtodiri, unde deberent proferri & incendi; Proconſulem vero ad hoc eis conſentire noluiſſe. In eiſdem etiam litteris lectum eſt eos qui ſe offerrent perſecutionibus non comprehenſi, & ultro dicerent ſe habere ſcripturas quas non traderent, a quibus hoc nemo quæſierat, diſplicuiſſe Menſurio, & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos. Quidam etiam in eadem epiſtola facinoroſi arguebantur, & fiſci debitores, qui occaſione perſecutionis vel carere vellent oneroſa multis debitis vita, vel purgare ſe putarent & quaſi abluere facinora ſua, vel certe acquirere pecuniam, & in cuſtodia deliciis perfrui de obſequio Chriſtianorum. Crimen tamen Donatiſtæ non ingerebant Menſurio niſi de codicibus traditis. Mentitum eum quippe dicebant, quod illi non fuerint codices ſancti, & peccatum ſuum tegere voluiſſe; quamvis & ipſam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam reſcripta Secundi Tigiſitani ad eundem Menſurium pacifice data, ubi & ipſe narravit in Numidia perſecutores, quæ egerint, & qui comprehenſi, & ſcripturas ſanctas tradere nolentes, & multa mala paſſi, & graviſſimis ſuppliciis excruciati & occiſi ſunt: eoſque honorandos pro martyrii ſui merito commendavit, laudans eos non tradidiſſe ſcripturas ſanctas, illius mulieris exemplo quæ duos exploratores in Hiericho, in quibus figurarentur duo teſtamenta vetus & novum, tradere perſecutoribus noluit. Quod quidem exemplum ſi ſub hac figura eſt intelligendum, Menſurium potius adjuvabat. In ſuis enim litteris Menſurius reprehendebat eos qui ſcripturas ſanctas, quamvis eas non traderent, ſe tamen habere faterentur, quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores, qui quærebantur apud ſe eſſe confeſſa eſt, ſed negavit. Scripſit etiam Secundus & ad ſe ipſum miſſos a curatore & ordine centurionem & beneficiarium qui peterent divinos codices exurendos, eiſque reſpondiſſe; *Chriſtianus ſum & Epiſcopus, non traditor*. Et cum ab eo vellent aliqua cepola aut quodcunque accipere, neque hoc eis dediſſe, exemplo Eleazari Machabæi, qui nec fingere voluit ſuillam carnem ſe manducare, ne aliis præberet prævaricationis exemplum. Hæ litteræ Menſurii & Secundi donec legendo terminarentur, catholici patienter audierunt; quamvis teſtati fuerint eas eſſe familiares, nec ad cauſam Eccleſiæ pertinere.

CAP. XIV.

Cognitor ergo commonens Donatiſtas ut patientiæ vicem redderent, juſſit perlegi quæ oblata a Catholicis jam ex parte fuerant recitata. Hic Donatiſtæ popoſcerunt ut prius etiam legeretur, quod de cauſa Cæciliani offerebant. Hoc quoque ſine ulla difficultate catholicis permittentibus, & commendantibus quam patienter hoc permitterent, ut hoc eis, & illi rependerent, juſſit quod offerebatur cognitor recitari. Et recitatum eſt a Donatiſtis Concilium ferme ſeptuaginta Epiſcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum abtentem damnaverunt quod ad eos venire noluerit, tanquam a traditoribus ordinatus, & quia cum eſſet Diaconus, victum afferri martyribus in cuſtodia conſtitutis prohibuiſſe dicebatur. Nominati ſunt etiam [1] quidam collegæ Cæciliani, qui traditores aſſerebantur publicis geſtis: quæ tamen geſta non legebantur. Inter hos autem maxime Felix Aptugnenſis acerbius accuſatus eſt, ita ut fons malorum omnium diceretur. Deinde ſententiæ a ſingulis dictæ ſunt, primitus a Secundo Tigiſitano, qui eorum princeps fuit, deinde a ceteris, quibus expreſſerunt ſe Cæciliano & collegis ejus non communicare. Hoc itaque Concilio recitato, catholici reſponderunt illas litteras Menſurii, & Secundi ad invicem datas ſatis demonſtraſſe pacatos, nihil poſtea criminis de facto Menſurii vel accuſatum vel judicatum, Concilium vero quod contra Cæcilianum factum legerant, non quidem habere Conſulem & diem, ſed hinc ſe nullum crimen objicere quod magis negligentiæ quam fraudis eſſe poterit.

Vide lib. 2. miſcellaneor. noſtrorum pag. 71.

CAP. XV.

Sed obtulerunt iidem catholici aliud Concilium ſub eodem Tigiſitano habitum in civitate Cirtenſi; cujus Conſul & dies cum legeretur, Donatiſtæ dixerunt nec Conſulem nec diem talia ſolere habere decreta. Hic catholici reſponderunt illorum eſſe forſitan morem, qui Concilia ſua nollent in aliqua falſitate convinci, catholicorum autem Concilia Conſules & dies ſemper habuiſſe. Deinde cœpit identidem Concilium quod catholici attulerant recitari; ubi Secundus quoſdam, de quorum traditione audierat, & ſigillatim interrogabat, & eos

Acta extant apud Auguſt. lib. 3. contra Creſcon. c. 47.

[1] *Quidam Collegæ*) inter quos fuere Novellus Tyſkenſis & Fauſtinus Tuburbitanus, uti colligi poteſt ex Auguſtini libro ad Donatiſtas poſt collationem cap. 22.

eos confeſſos a confeſſu removebat. Quod eo modo recitabatur ut cum ex Cirtenſi Concilio lecta eſſet confeſſio traditorum, legeretur etiam de Concilio Carthaginenſi nomen [1] ejus velut traditoris in Cæciliani cauſa damnati. Deinde ventum eſt ad ipſius Secundi Tigiſitani a Purpurio Limatenſi crimen objectum; cui Purpurio idem Secundus occiſos ab eo in carcere Milei filios ſororis ejus objecerat; ubi ille vicissim ei crimen traditionis objecit, dicens detentum eum fuiſſe a curatore & ordine ut ſcripturas daret, nec eum potuiſſe dimitti niſi aliquid tradidiſſet. Hoc autem quod ei objecit Purpurius, detentum eum fuiſſe a curatore & ordine, ut ſcripturas daret, idem Secundus in litteris quas Menſurio reſcripſerat pene confeſſus eſt, ubi ait miſſum ad ſe fuiſſe a curatore & ordine centurionem & beneficiarium, & a ſe ſcripturas petitas, vel quælibet ecbola: quæ quidem ſe non tradidiſſe dixit. Sed cum ipſe illic commemoraverit tot martyres, qui cum tradere noluiſſent, excruciati & occiſi ſunt, quomodo ipſe detentus & convictus, & nolens aliquid tradere, nihil pati & dimitti potuerit, nec Menſurio ſcripſit, nec Purpurio reſpondit. Non enim Centurioni, & beneficiario dixit ſe ſcripturas non habere, ſed reſpondit ſe omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimiſſo renunciare potuerint ſine ſuo exitio, non apparet: præſertim quia idem Secundus non quoslibet infirmos, ſed etiam patresfamilias, cum hoc idem perſecutoribus reſpondiſſent, crudeliſſimis mortibus dixit occiſos. Sed de hac re catholici nullum Secundo crimen objecerunt, ſed tantummodo quod ei Purpurius objecit, & propter quod pacem, ne ſchiſma fieret, omnia illa Deo dimittens, cum traditoribus fecit, recitari voluerunt, ut quales homines in abſentem Cæcilianum ſententias dixerint appareret.

CAP. XVI.

Hoc autem recitato, petierunt catholici ut etiam illa quæ dilata fuerant legerentur de [2] Concilio Carthaginenſi, in quo lectum fuerat abſentem Cæcilianum a multis Epiſcopis fuiſſe damnatum. [3] Hoc illud Concilium: quia catholici recitaverant relationes Anulini Proconſulis, quibus appareret chartas criminum Cæciliani Conſtantino Imperatori eſſe tranſmiſſas. Quod utique agentes, confirmaverunt a majoribus ſuis Cæcilianum apud Imperatorem accuſatum. Reſponſum eſt autem a catholicis illud Carthaginenſe Concilium ſic non præjudicare abſenti Cæciliano quemadmodum non præjudicavit abſenti Primiano Concilium eorum, a quibus in Maximiani cauſa damnatus eſt, quoniam magis tenuit pars Donati quod actum eſt poſtea pro Primiano quam illius Concilii auctoritatem quo fuerat ante damnatus: ſic ergo & in Cæciliani cauſa debere attendi quod poſtea geſtum eſt. Hic Donatiſtæ (Donati) & Maximiani cauſa coarctati dixerunt nec cauſam cauſæ nec perſonam præjudicare perſonæ. Quam ſententiam in ore habere ſolent omnes catholici, cum Donatiſtæ aliorum crimina aliis objicientes ſuam ſeparationem defenderent, & orbem Chriſtianum nefcio quibus Afrorum criminibus accuſarent. Nam & iſta collatione totum quod egerant catholici ut Eccleſiæ cauſam a cauſa Cæciliani diſtingueremt, aſſerentes in Eccleſia permixtos malos non obeſſe bonis, nec eos ſuis maculare peccatis, hoc utique egerant ut nec cauſa cauſæ præjudicaret, nec perſona perſonæ. Quod ab adverſariis, dum aliud ageretur, voce apertiſſima confirmatum eſt. Sed cognitor cum quæſiſſet quid de Carthaginenſi Concilio catholici reſponderent, iterum reſponderunt non eſſe contemnendam ſimilitudinem cauſæ Primiani, quia & Dominus Chriſtus Judæos de factis eorum convincens perducebat ad verum. Deinde Donatiſtæ longa proſecutione agebant ut ex illius auctoritate Carthaginenſis Concilii confirmaretur Cæciliani damnatio, quod ad tot Sacerdotes venire noluerit, (quaſi non & Primianus ad eos a quibus damnatus eſt, cum eorum factionem cognoſceret, ſimili voluntate non venerit) & quod non expectaverit. Cæcilianus ut princeps a principe ordinaretur; cum aliud habeat Eccleſiæ catholicæ conſuetudo, ut non Numidiæ ſed propinquiores Epiſcopi Epiſcopum eccleſiæ Carthaginis ordinent, ſicut nec Romanæ eccleſiæ ordinat aliquis epiſcopus metropolitanus; ſed de proximo Oſtienſis Epiſcopus. Hoc autem dicentes de ſua conſuetudine, quam neſcio quando inſtituerunt, Eccleſiæ catholicæ præjudicare conabantur. Quæ conſuetudo ſi antiqua eſſet, hoc ipſum objeciſſent Cæciliano quando eum abſentem damnaverunt. Dixerunt etiam ſcripſiſſe Optatum, quod Cæcilianus dixerit: *Si traditores ſunt qui me ordinaverunt, ipſi veniant, & ordinent me.* Quod quidem ſi dictum eſt, ideo dici potuit ad eos irridendos quibus hoc mandaſſe perhibetur; quoniam certus erat ordinatores ſuos non eſſe traditores. Non enim ait; *Quia traditores ſunt*, ſed, *Si traditores ſunt*, ut innocentia eorum probanda reſtaret, ubi probari recte potuiſſet. Ad hæc, & ſi qua alia prolixa proſecutione dixerunt, breviter reſponderunt catholici non ſufficere ad cauſam Cæciliani Carthaginenſe Concilium ipſos etiam judicaſſe, qui eam ad Imperatorem accuſando miſerunt, & ſic demonſtrarunt hoc potius eſſe expectandum quo res pervenerit uſque ad Imperatoris ſententiam, cui eandem cauſam mittendam duxerunt. Hoc enim catholici inſtabant, ut omnibus morarum umbraculis amputatis, illa potius legerentur quibus lectis olim cauſa

---

1 *Ejus*) Lovanienſes putant hanc vocem reſpicere Secundum Tigiſitanum. Sed verius eſt eam referri debere ad unumquemque traditorem.

2 *Concilio Carthag.*) Lovanienſes admonent hunc locum eſſe corruptum; eo præcipue argumento quod ex capite 16. conſtet lectum jam fuiſſe illud Concilium Carthaginenſe. Quæ ſic intelligenda ſunt, non quidem petiſſe catholicos ut Concilium Carthaginenſe iterum legeretur integrum, ſed tantum *illa quæ dilata ſive interrupta fuerant*, ut patet ex cap. 369. indiculi hujus cognitionis. Nam conſtat ex cap. 25. ſimul cum Carthaginenſi Concilio recitatum quoque fuiſſe Cirtenſe, & utrumque recitatum fuiſſe per partes. Unde quoniam Cirtenſe Concilium recitatum fuerat integrum, petunt nunc catholici ut qua lecta non fuerant ex Carthaginenſi reciteatur.

3 *Hoc illud Concil.*) Recte admonuerunt Lovanienſes hunc quoque locum depravatum eſſe ac mutilum. In indiculo capitulorum cap. 369. ſcriptum eſt. *Ubi exigunt a Catholicis Donatiſtæ utrum illud verum ſit Concilium quo Cæcilianus damnatus eſt fateantur.* Hinc ergo, tum etiam ex epiſtola Concilii Cirtenſis ad Donatiſtas, & ex libro Auguſtini ad eoſdem poſt collationem, colligi poteſt ſic reſtitui poſſe hunc locum. *Hic Donatiſtæ petierunt a catholicis utrum verum ſit fateantur illud Concilium; quia catholici &c.*

cauſa finita & Cæciliani innocentia manifeſta luce clarius appareret. Quæ Donatiſtæ ut legerentur omnino nolentes, quidlibet aliud interponendo impediebant. Nam cum cognitor quæriſiſet utrum prius eſset factum Carthaginenſe Concilium, & poſtea miſſa fuerit ad Imperatorem cauſa Cæciliani, dixerunt catholici, quoniam Conſulem & diem illud Concilium non haberet, ad utrumque ſe reſpondere, quia ſi prius cauſa ad Imperatorem miſſa eſt, quo exitu terminata ſit expectari oportere; ſi autem poſtea, nihilominus non iſtorum ſed illius judicium eſſe quærendum quo eam poſt judicium ſuum mittendam putarunt. Sed cum multa Donatiſtæ interrerent de Conſule & die, cur in ſuorum majorum Concilio non legeretur, ne hinc falſitatis arguerentur, & aſſererent hanc eſſe eccleſiaſticam conſuetudinem ne dies & Conſules decretis Epiſcoporum conſcriberentur, legi volentes etiam Concilium Cypriani ut hoc probarent, quia nihil aliud niſi mortem quærebantur, (Neque enim catholici in eo cauſam ſuam conſtituerant quando ad utrumque reſponderant, ſive prius, ſive poſterius eſſet illud Concilium, quod contra Cæcilianum apud Carthaginem fecerant) juſſit cognitor, catholicis inſtantibus, ut iſta potius quæ dicta fuerant legerentur.

CAP. XVII.

Tunc Donatiſtæ aliam quæſtionem interpoſuerunt morarum pleniſſimam, ſed re vera in qua pro ſe laborare voluerunt, ſi poſſent oſtendere quod volebant, illud ſcilicet Cirtenſe Concilium falſum eſſe ubi lectæ fuerant confeſſiones traditorum invicem ſibi ignoſcentium ne ſchiſma fieret, quia ipſi legebantur inter ceteros contra Cæcilianum abientem ſententias protuliſſe. Hoc ergo falſum demonſtrare conantes multa dixerunt; ſed alia levia eſſe ipſi judicantes, duo quædam in ea quæſtione multum commendaverunt, & in eis multum immorati ſunt; unum, quia contra eccleſiaſticam conſuetudinem ipſum Cirtenſe Concilium diem & Conſulem haberet; alterum autem, quod perſecutionis tempore non poſſet Concilium congregari. Exigebant ergo Donatiſtæ a catholicis ut vel alia Concilia proferrent antiqua Epiſcoporum, ubi oſtenderent Conſules & dies etiam conſcriptos, vel de ipſis ſanctis ſcripturis tale aliquid recitarent. Ubi catholici cum viderent de re inaniſſima moras mirabiles & inexplicabiles interponi, (Quis enim eos hinc falſitatem crederet objecturos, ubi ad majorem diligentiam temporum atteſtatio prænotata legeretur, ne forte per hanc eſſet aliquando neceſſaria indagatio veritatis? Quis ergo eos crederet hoc objecturos, ut præpararet antiqua Concilia, quibus hanc conſuetudinem demonſtraret? Aut quis tunc iret & vetuſta eccleſiaſtica archivia revolveret?) cum hoc viderent catholici, & in Melchiadis Concilio diem & Conſulem demonſtrabant, & de ipſis ſanctis ſcripturis commemoraverunt Prophetas indicta antiquiſſimorum temporum ſuis litteris prænotaſſe, quoto anno, cujuſque menſe anni, quoto die menſis factum eſſet ſuper eos verbum Domini. Cognitor autem illud de die & Conſule objectum contemnendum & removendum exiſtimans, juſſit geſta apud Melchiadem habita recitari: & recitata ſunt. Quibus apparuit omnium qui tunc conſederant Epiſcoporum ſententiis & ipſius Melchiadis Cæcilianum abſolutum atque purgatum, Donatum vero damnatum, qui præſens in prima fuerat actione convictus, ille ſcilicet Donatus a Caſis nigris, quem præſentem fuiſſe tunc conſtitit. Sed hoc recitato, cum quæreretur a Donatiſtis quid reſponderent ad illud Cirtenſe Concilium, eo redierunt, conantes falſum eſſe monſtrare. Tum dixerunt tempore perſecutionis congregari non potuiſſe Concilium. Quod cognitor non contempſit, & validum exiſtimans, a catholicis reſponſionem popoſcit: atque inter hæc quæſivit unde probaretur tempus fuiſſe perſecutionis. Tunc Donatiſtæ protulerunt martyrum geſta, ubi auditi & pro confeſſione paſſi ſunt. Juſſit etiam cognitor computare officium & renunciare, conſideratis utriuſque Conſulibus & diebus, & qui de Concilio Cirtenſi, & qui de geſtis martyrum legebantur, quia dictum fuerat a catholicis poſt illorum martyrum paſſionem, unde perſecutionis tempus probabatur, prope annum conſecutum fuiſſe uſque ad Conſulem & diem Concilii Cirtenſis. Reſponſio autem computantis officii menſem interfuiſſe ſuggeſſerat. Voluerunt ergo catholici de tabulis tolli quod dixetant, ut hoc ſolum geſta retinerent quod officium reſponderat: hoc enim verius eſſe crediderant. Sed Donatiſtæ quod a catholicis dictum erat noluerunt de tabulis tolli: unde catholici non contenderunt, ut eorum in hoc calumnioſus animus appareret. Porro autem illud erat verius quod catholici dixerant. Officium autem in computando errans falſum renunciaverat: quod poſtea conſcripta & diligentius conſiderata geſta docuerunt, ſicut poteſt probare quem libuerit legere & non piguerit computare. Nam geſta martyrum, quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, Conſulibus facta ſunt Diocletiano novies & Maximiano octies, pridie Idus Februarias; geſta autem epiſcopalia decreti Cirtenſis poſt eorumdem conſulatum, tertio Nonas Martias; ac per hoc tredecim menſes intereſſe inveniuntur, plures utique quam undecim, quos prius catholici minus diligenter computando reſponderant. Sed officium ut falleretur & menſem intereſſe reſponderet, eundem conſulatum ſupputavit, poſt conſulatum autem non advertit, ubi annus jam alius agebatur. Proinde catholici tanquam ex vera officii reſponſione cogebantur oſtendere tempore perſecutionis illos undecim vel duodecim Epiſcopos in domum privatam convenire potuiſſe, Donatiſtis inſtantis ut hoc ex aliis Conciliis oſtenderent, ſi aliquo tempore perſecutionis facta Epiſcoporum Concilia reperire potuiſſent. Quod catholici quoniam tunc inquirere & ad horam veteres chartas in archivis eccleſiaſticis diſcutere non poterant, reſpondebant multo facilius duodecim homines in domum (privatam) convenire potuiſſe eo tempore quo etiam congregationes plebium fieri ſolebant, quamvis perſecutione ſervente, ſicut ipſis geſtis martyrum monſtrabatur, qui confitebantur in paſſionibus ſuis ſe collectam & dominicum egiſſe. Hoc autem catholici dixerant, & antequam ſupputaret & reſponderet officium, dictum eſt etiam a catholicis, epiſcopalia geſta illa Cirtenſia, quæ diligentia majorum uſque ad hæc tempora ſervari & inveniri potuerint, ſic habenda quemadmodum illæ epiſtolæ Menſurii & Secundi, quas

Vide lib. 2 miſcellaneor noſtrorum pag. 67. & ſeqq.

quas Donatiſtæ recitaverunt. Concilium quippe Carthaginenſe, ubi abſentem Cæcilianum ſeptuaginta damnaverunt, commemoratum eſt etiam a Melchiade habitum, ubi Cæcilianus eſt abſolutus. Litteræ vero illæ Menſurii & Secundi nuſquam alibi commemoratæ dicebantur, (Unde nullo alio teſtimonio veritas earum aſſerebatur) nec tamen ideo dicebant catholici falſas eſſe. Dictum eſt etiam hoc a catholicis, ut probarent Donatiſtæ, & ſi poſſent, tempore perſecutionis ſic ad ſe invicem ſcripſiſſe Epiſcopos quemadmodum Menſurium & Secundum ſcripſiſſe proferebant. Quod non ideo dicebant catholici ut hinc illas Menſurii & Secundi litteras falſas eſſe monſtrarent, quæ ſeu veræ ſeu falſæ eſſent, cauſæ nihil officerent, ſed ut hinc intelligerent Donatiſtæ quam vana tergiverſatione catholicos cogerent alia proferre Concilia perſecutionis tempore congregata: quia ſi eis ſimili obſtinatione diceretur, Proferte & vos alias epiſtolas perſecutionis tempore ſic ſcriptas & miſſas, quæ ſi aliquo modo deprehenderentur, & codices occultati exigi poſſent, & ordo & curator & centurio & beneficiarius ad diſcrimen capitis pervenire, qui Secundum tradere nolentem impunitum dimiſiſſe prodebantur, nullo modo ad horam reperirent alias epiſtolas tempore perſecutionis ab Epiſcopis ad Epiſcopos in tam longinqua terrarum ſimiliter datas. Cum ergo hinc diuturna conflictatio fieret, ſæpe repetentibus Donatiſtis non potuiſſe tempore perſecutionis Concilium congregari ad Epiſcopum ordinandum, quia in apoſtaſia erat mundus, nec erant quibus ordinaretur, & cetera talia, catholicis autem reſpondentibus quod & Epiſcopi facile congregarentur tam pauci ut nec Concilium dici debeat quando plebes congregabantur, ſicut geſta martyrum teſtarentur, & erant ſine dubio quibus ordinarentur Epiſcopi, ipſæ utique plebes, quas tunc ſolitas congregari geſta martyrum loquebantur. Hæc cum aſſidue multis & variis modo dicerentur & reſponderentur, (Nam & domum privatam Chriſtianis congregandis præſtitam conſtitit tempore perſecutionis, ſicut in quibuſdam geſtis martyrum legebatur) quia Donatiſtæ dixerunt fieri non potuiſſe ut illo tempore domum ſuam quiſquam præberet, & commemoratum eſt uſque adeo non eſſe incredibile quod in privatam domum pauci illi Epiſcopi perſecutionis tempore convenirent, ut fervente perſecutione etiam in carcere docerentur baptizati martyres, & illic a Chriſtianis celebrata ſacramenta ubi Chriſtiani propter eadem ſacramenta tenebantur incluſi.

CAP. XVIII.

Inter hæc ergo tandem aliquando, ſæpe etiam cognitor interlocutus fieri potuiſſe illum conventum ab Epiſcopis quando & plebes congregatæ probabantur, compulit Donatiſtas ut contra Concilium judiciumque Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque abſolutus legebatur, ſi haberent aliquid dicerent, quoniam illic potius quam in illo Cirtenſi Concilio cauſa conſiſteret. Tunc Donatiſtæ ipſum Melchiadem cœperunt crimine traditionis arguere & dicere majores ſuos propterea illius judicium refugiſſe quod traditor fuiſſet; quaſi non jam judicio ejus aſſiſterent, & reſponderent ſe in Cæcilianum non habere quod dicerent. Sed tamen facto judice intento utrum de traditionis crimine Melchiadis aliquod judicium, vel publicum, vel eccleſiaſticum proferretur, ipſiſque catholicis id ut probaretur expectantibus & exigentibus, legerunt Donatiſtæ geſta quædam proliſſima apud Præfectum, ubi nec Præfectus ipſe cujuſmodi eſſet apparebat, nec locus legebatur ubi hæc agebantur, ſed geſta ipſa multa multos eccleſiaſtica tradentes longiſſima recitatione ſonuerunt, ubi nomen Melchiadis omnino non ſonuit. Quibus peractis, cum cognitor miraretur aliud promiſſum & aliud recitatum, illi adhuc ejus patientiam depoſcentes, geſta alia recitarunt; in quibus legebatur Melchiades miſiſſe Diaconos cum litteris Maxentii Imperatoris & litteris Præfecti prætorii ad Præfectum urbis ut ea reciperent quæ tempore perſecutionis ablata memoratus Imperator Chriſtianis juſſerat reddi. Et cum his quoque geſtis nullum Melchiadis crimen & cognitori & catholicis deſenſoribus appareret, dixerunt Donatiſtæ Stratonem Diaconum, quem cum aliis Melchiades ad recipienda loca eccleſiaſtica miſerat, ſuperioribus geſtis recitatum eſſe traditorem, & ideo volebant etiam Melchiadem crimine traditionis aſpergere quod Diacono illo non degradato uteretur. In proſecutione autem ſua dixerunt Melchiadem tertium Epiſcopum fuiſſe ab illo qui tunc erat cum traditio illa facta eſſet. Hic cognitor requiſivit utrum ſaltem in illis traditionis geſtis eſſet expreſſum quod Straton Diaconus fuerit. Et recitatum eſt eum hortatorem vaniſſimæ ſuperſtitionis appellatum: quod non ſolum ipſe, ſed etiam ceteri qui tradebant appellabantur. Sed Donatiſtæ reſponderunt, a gentilibus perſecutoribus in contumeliam religionis & Diaconos & Presbyteros ita vocitatos. Ergo catholici reſponderunt, cum mirum non eſſet, eſſetque in rebus humanis uſitatiſſimum, ut non duo tantum, verum etiam plures homines uno nomine vocarentur, fieri quidem potuiſſe ut ille traditor Straton Presbyter fuerit, iſte autem alius Straton Diaconus, quoniam Donatiſtæ dixerant & Diaconos & Presbyteros hortatores vaniſſimæ ſuperſtitionis a gentilibus appellari; (quamquam omnes Clericos iſto contumelioſo nomine gentiles appellare potuerint, & multo eſſet incertius cujus gradus Clericus ille traditor fuerit) veruntamen etiamſi eum Diaconum fuiſſe poſſet oſtendi, neque hoc eſſe incredibile aut mirum; cum ante parvum tempus in ipſa urbe Roma duo Petri Diaconi fuerint. Illud quoque additum eſt a catholicis, quia etſi demonſtraretur, quod omnino non demonſtrabatur, eumdem Stratonem Diaconum tradidiſſe quem poſtea Melchiades ad recipienda loca eccleſiaſtica cum aliis Diaconis miſit, non continuo Melchiadem iſto crimine aſpergi, quem potuit perſecutio longe facere abſentem, ut hoc omnino neſciret, eumque innocentem putaret quem nemo reum accuſando monſtrarat. Contra hæc fruſtra Donatiſtæ eadem diutiſſime clamaverunt. Poſt collationem ſane etiam de Caſſiano Melchiadi calumniati ſunt, quia etiam hoc nomen & in Diaconis invenitur quos ad Prætectum miſit Melchiades, & in illis geſtis ubi facta traditio recitata eſt. Quod ſi in collatione dicerent, facile potuit a catholicis reſponderi, in tanta turba Romanorum Clericorum nihil mirum fuiſſe ſi duo vel plures non ſolum Stratones, ſed etiam Caſſiani reperirentur, cum

Vide Auguſtin. lib. ad Donatiſt. poſt collat. c. 13.

in duodecim Apoſtolis non ſolum duo Judæ, ſed etiam duo Jacobi legerentur, niſi forte ipſis licuiſſet (Donatum) Caſenſem a Donato Carthaginenſi diſtinguere, cum timerent ne major auctor ipſorum Donatus Carthaginenſis damnatus in Melchiadis judicio putaretur, & catholicis non liceret in tanta multitudine Clericorum Romanorum habere plures ſimilibus nominibus appellatos. Falſum enim erat quod Donatiſtæ dixerant, convenire perſonas, convenire loca, convenire regiones, quando nec loca, nec regiones ipſæ expreſſæ perſonarum dignitates de utriſque geſtis, ſed ſola nominum convenientia legebatur, quam in diverſis perſonis generis humani conſuetudo frequentare non ceſſat.

CAP. XIX.

Spernens itaque cognitor incertiſſimas ſuſpiciones, juſſit aliquid manifeſtum contra illa geſta proferri, aut certe Conſtantini judicium, cujus mentio iam facta fuerat, recitari. Et recitatum eſt judicium Conſtantini, quemadmodum ſe inter partes cauſam Cæciliani cognoviſſe ad [1] Eumalium Vicarium Africæ ſcripſiſſet, quod remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumnioſiſſimos cognoviſſe teſtatus eſt, commemorans etiam in Arelatenſi oppido pro Cæciliano factum epiſcopale judicium, cui judicio, jam plurimi ex diſſenſione conſenſerant, reliquis adhuc reſilientibus & diſcordantibus: unde ipſe de re tota inter partes coactus eſt judicare. Poſt harum imperialium litterarum recitationem, quæſivit cognitor a Donatiſtis quid contradicerent. Ibi Donatiſtæ rurſus ad Melchiadis calumnioſam criminationem redire conati ſunt; unde cum eſſent cognitoris interlocutione depulſi, & ab eis eſſet flagitatum ut contra judicium Melchiadis, vel imperialem ſententiam, ſi haberent aliquid, recitarent, reſponderunt etiam imperatorias aures pravis ſuggeſtionibus inflatas. Ibi eis cognitor reſpondit, quod attentiſſime adverterat, inter partes fuiſſe judicatum. At illi exigere cœperunt ut hoc legeretur, utrum inter partes judicaverit Imperator. Quod cum fuiſſet cognitore jubente recitatum, nihil invenientes quod dicerent, cœperunt de [2] memoratis imperialibus litteris calumniari quod ſine Conſule fuerant recitatæ. Hinc exorto conflictu, cum Donatiſtæ invidioſe dicerent epiſcopale Concilium cum Conſule fuiſſe recitatum, & Imperatoris litteras Conſulem non habere, & catholici reſponderent non ibi cauſam conſiſtere, cognitor etiam interlocutus eſt evidentiſſimis legibus definitum imperialia conſtituta, etiam ſi Conſules non legerentur, in dubium non vocari. Deinde catholici urgebant ut aperte dicerent falſum eſſe quod lectum eſt: poſſe enim archiva conquiri. Vide capita collat. 3. cap. 128.

CAP. XX.

Sed hinc repulſi, velut aliquid validiſſimum prolaturi, petierunt Optatum legi, (quod & ante petiverant:) unde ſe probaturos dicebant Cæcilianum ab Imperatore damnatum; & promiſſum eis fuerat, ſed dilatum. Prius ergo volebat cognitor ut exprimerent utrum litteras imperatorias arguere falſitatis auderent. Quod quidem illi minime audebant; tamen nihilominus Conſulem deeſſe invidioſiſſime cauſabantur. Optatum vero legi multo inſtantius flagitabant. Hæc cum diutius agerentur, in alia charta illarum imperialium litterarum inventus eſt Conſul. Quod cum eſſet ſuggeſtum, Donatiſtæ dixerunt: *Certe Conſulem habere non debuit*: quaſi hoc aliquando dictum eſſet quod habere non debuerit, ac non etiamſi Conſul defuiſſet, non impediri imperialis conſtituti veritatem. Quod cum eis cognitor identidem reſpondiſſet, recitatus eſt & Optatus, recitantibus Donatiſtis, ubi ait: [3] *Eodem tempore idem Donatus petiit ut ei reverti licuiſſet & ad Carthaginem accederet. Tunc a Philomeno [4] ſuggeſtore ejus Imperatori ſuggeſtum eſt ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ teneretur; & factum eſt.* In quibus verbis Optati cum omnino nulla Cæciliani damnatio, ſicut illi demonſtraturos ſe eſſe promiſerant, reperiri potuiſſet, juſſit cognitor totam paginam recitari, ut de ſuperioribus & inferioribus verbis voluntas ejus qui ſcripſerat noſceretur. Et ex officio recitatum eſt: *Cæcilianus omnium ſupra memoratorum ſententiis innocens eſt pronunciatus.* Quod cum recitaretur, Donatiſtæ dixerunt hoc ſe non petiſſe recitari, ſtomachantes adverſus eos qui [5] riſum tenere non potuerant cum audiſſent quam apertam contra ſe ipſos paginam protuliſſent. Deinde cum illis verbis quæ ipſi recitaverant extenuaſſe dicerent Optatum damnationem Cæciliani & exprimere noluiſſe, flagitatum eſt ab eis ut aliunde manifeſtum legerent quod ab illo dicerent extenuatum. Quod cum minime potuiſſent, etiam inde poſt aliquantas morarum inanium perplexitates, cum & de Donati nomine contendiſſent quod non Carthaginenſis, ſed Caſenſis Donatus in judicio Melchiadis adverſus Cæcilianum aſtitiſſet, (quod & catholici concedebant) aliquando tranſitum eſt. Optat. lib. 1.

CAP. XXI.

Deinde quia Conſtantini litteris, quibus eum inter partes cognoviſſe & pro Cæciliano contra

---

1 *Ad Eumalium*) Meminit iſtius epiſtolæ Auguſtinus in fine libri ad Donatiſtas poſt collationem ſcripti, tum etiam in lib. 3. contra Creſconium cap. 71. ubi ejus fragmentum refertur.

2 *De memoratis imp.*) Antea legebatur *de Conſule memoratis*. Sed nos vocem *Conſule* ſuſtulimus, quia conſtat illam eſſe ſuperfluam.

3 *Eod. tempore*) Paulo aliter habet hic locus apud Optatum, ubi ita legitur. *Eodem tempore idem Donatus petiit ut ei reverti ad Carthaginem contingeret. Tunc a Philumino ſuffragatore ejus imperatori ſuggeſtum eſt, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur; & factum eſt.*

4 *Suggeſtore*) In editione Lovanienſium legitur *ſuffragatore*. Verum iidem in annotationibus admonent hanc vocem huc translatam eſſe ex Optato, cum antea in excuſis omnibus ſcriptum eſſet *ſuggeſtore*. Itaque nos verbum ſuum reddidimus Auguſtino, quod eumdem hoc ſenſum habet. Suggerere enim ſignificat referre apud veteres Juriſconſultos & auctores eccleſiaſticos illorum temporum.

5 *Riſum tenere*) Ut iſte locus bene poſſit intelligi, ſciendum eſt Donatiſtas, cum adverſum ſe protuliſſent locum Optati paulo ante deſcriptum, ab omnibus eſſe riſos, ut legitur in epiſtola 152. ſancti Auguſtini. *Qui tamen riſus* (inquit idem Auguſtinus in libro ad Donatiſtas poſt collationem cap. 31.) *non utique conſcriptioni geſtorum potuiſſet adjungi, & omnino latuiſſet, niſi & ipſum latere non ſinerent dicentes: Audiant qui riſerunt. Hoc ſane ſcriptum eſt & ſubſcriptum.* Quomodo autem iſtud ſcribi potuerit, idem docet in epiſt. 152. *Sed quia ipſe riſus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis ſuis apud acta riſos ſe eſſe teſtati ſunt.*

tra illos judicaſſe conſtabat, cognitor eos, ſi quid haberent, reſpondere cogebat, petiverunt ſuum libellum eſſe recitandum, quem dicebant datum Conſtantino a majoribus ſuis. In quo libello ſatis aperteque monſtraverunt quam falſum dixerint de damnatione Cæciliani apud Brixiam. Idem quippe libellus oſtendit quemadmodum contra eos ſenſerit Conſtantinus. Nam ibi dicunt nullo modo ſe communicaturos antiſtiti ipſius nebuloni, paratoſque eſſe perpeti quicquid eis facere voluiſſet. Quem Conſtantini antiſtitem nebulonem utique Cæcilianum intelligi volebant. Quomodo ergo cum Conſtantini antiſtitem dicebant cui ſe contra Conſtantinum loquentes non communicare confirmabant, ſi eum apud Conſtantinum ſuperaverant, ita ut ab illo Brixiæ ſcirent eſſe damnatum?

Vide concionem Auguſtini de geſtis cum Emerito.

CAP. XXII.

Cum ergo catholici dixiſſent hoc eos contra ſe ipſos recitaſſe, hoc idem ipſe etiam cognitor eſſet interlocutus, addiderunt etiam illi ſuæ fallitati convincendæ magnum aliud firmamentum, recitantes ipſius Conſtantini litteras ſcribentis ad Verinum Vicarium ut libero eos dimittat arbitrio, ſe juſſiſſe inſinuans ut de exilio remearent; in quibus litteris Conſtantinus ſic eos deteſtatur ut nihil illa indulgentia poſſit deformius inveniri. Quos utique non ita culpaſſet, ſed magis laudaſſet, ſi ab eis Cæcilianus apud illum victus ab eoque damnatus Brixiæ relegaretur. Ac per hoc ita contra ſeipſos proferentes atque recitantes, & a Cæciliano ſe ſuperatos memorati Imperatoris judicio manifeſtiſſime monſtraverunt, & ſuam falſitatem, qua eum dicebant eſſe damnatum, apertiſſime convicerunt. Et quia catholicos perſecutionem facere, ſe autem pati gloriabantur, Cæcilianum tamen per ſuas accuſationes ab Imperatore damnarum etiam falſo gloriari voluerunt. His itaque recitatis, cum catholici dicerent & cognitorem breviter admonerent, quod etiam ipſe cernebat, pro ſe illa, hoc eſt, pro innocentia Cæciliani, contra illos fuiſſe recitata, & hoc idem etiam ipſe fuiſſet interlocutus, Donatiſtæ reſponderunt dicentes. *De libero arbitrio nihil dicit poteſtas tua.* Hoc enim putantes ſecundum Conſtantini litteras ſibi poſſe a præſente cognitore concedi, eas etiam contra ſe pro Cæciliani cauſa recitandas exiſtimaverunt. Hic cum eis cognitor reſpondiſſet aliud ſibi eſſe a præſentis temporis Imperatore præceptum, ierunt in aliud quod contra ſe identidem multo mirabilius protulerunt.

CAP. XXIII.

Recitaverunt etiam alias litteras ejuſdem Conſtantini Imperatoris ad Probianum Proconſulem datas, quæ quidem Conſules non habebant; ſed nihil quaſi de objectione mutua catholici agere voluerunt: quamvis & hinc ſe ipſos Donatiſtæ convincerent quam calumnioſe catholicis id objecerint, cum prior chartula, ex qua recitatum eſt judicium Conſtantini quo abſolutus eſt Cæcilianus, Conſules non haberet, qui tamen mox in alia chartula inventi ſunt. Iſtæ itaque litteræ ad Probianum Proconſulem datæ continent Imperatoris juſſionem, qua præcepit ut ad ſe Ingentius mitteretur, cujus confeſſione in Proconſulis Æliani judicio Felix Aptugnenſis ordinator Cæciliani a crimine traditionis fuerat abſolutus. Hoc autem imperiale præceptum ideo Donatiſtæ ſe recitare dicebant ut quaſi oſtenderent Cæciliani cauſam adhuc fuiſſe ſuſpenſam, etiam poſt illud judicium quo ſe Conſtantinus inter partes omnia terminaſſe jam ſcripſerat; cum & in ipſis litteris quas ad Probianum Proconſulem datas recitaverunt, quibus quaſi oſtenderent adhuc pendere judicium, quoniam ad ſe mitti juſſerat Imperator Ingentium, tanta contra ſe legerint ut omnino mirum ſit quibus illa oculis aſpicere vel quo ore pronunciare potuerint. Ibi enim Conſtantinus dixit, ab Æliano Proconſule audientiam præſtitam competentem, Felicemque innocentem ab exuſtione codicum divinorum conſtitiſſe, illos autem eſſe in præſentia confutandos qui diuturnis diebus eum interpellare non quieſcerent; ut eis liquido appareret fruſtra eos Cæciliano invidiam comparare & adverſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Hic ergo per illas litteras non ſolum Cæcilianum, ſed etiam Felicem purgatum, ſeque innocentium perſecutores apud Imperatorem extitiſſe docuerunt.

Vide lib. 2. Miſcell. noſtr. pag. 89.

CAP. XXIV.

Hac autem accepta opportunitate catholici recitandam protulerunt & ipſius Æliani tunc Proconſulis relationem de hac re ad Conſtantinum datam, ubi ſe cauſam Felicis audiſſe & finiſſe commemorat; & ipſa geſta proconſularia, quibus abſolutus eſt Felix, & omnium neceſſariarum perſonarum teſtimonio a traditionis crimine innocens comprobatus. Quibus recitatis, quid contradici poſſet cognitor inquiſivit. Tunc Donatiſtæ, quod & ante dicere cœperant, identidem repetierunt, quærentes utrum ex præcepto Imperatoris directus ad comitatum fuiſſet Ingentius, & quid poſtea geſtum eſſet, ut oſtenderetur a catholicis exigentes, & geſta proconſularia quibus poſſent verbis refellere conantes quibus abſolutus eſt Felix, objicientes gratiam judicis, vel ſuppoſitas fuiſſe perſonas, & cetera quæ ſolent homines contra geſta quibus vincuntur ſuſpicioſa querimonia jactitare. Dicebant etiam non recte Felicem abſentem fuiſſe abſolutum. Ad iſta reſponſum eſt a catholicis, omnia quæ lecta ſunt, ad abſolutionem Cæciliani & Felicis apertiſſime pertinere, ſi quid autem Donatiſtæ arbitrarentur miſſo ad comitatum Ingentio pro ſe fuiſſe judicatum, & mutatum eſſe judicium quo Conſtantinus inter partes cognoſcens purgato Cæciliano illos calumnioſiſſimos judicavera:, ipſos debere proferre. Quando autem hoc catholici dicebant, in illa temporis brevitate non poterant conſiderari Conſules; quorum ordinem in ipſis geſtis qui voluerit conſiderare, inveniet poſterius ab Imperatore Conſtantino abſolutum eſſe Cæcilianum quam Felicis cauſam ab Æliano Proconſule diſcuſſam atque purgatam, poſt aliquot etiam annos Conſtantinum ſcripſiſſe ad Verinum Vicarium, quas litteras ipſi recitaverunt ubi ſibi aſſerebant liberum arbitrium ab illo Imperatore conceſſum, in quibus litteris eos tanquam peſſimos & Chriſtianæ pacis inimicos oſtendit. Quod utique non feciſſet, ſi aliquid pro illis contra Cæcilianum judicaſſet cum ad comitatum miſſus eſ-

Vide lib. 2. Miſcell. noſtr. pag. 81.

ſet Ingentius. Cognitor ergo interlocutus eſt A non poſſe geſta quæ tanta roboravit antiquitas removeri niſi aliis poſterioribus geſtis e contrario recitatis. Dictum eſt etiam a catholicis magis ad declarandam Felicis innocentiam profuiſſe quod abſens fuerat abſolutus : quia gratiæ ſuſpicio, ſi præſens eſſet, potius oriretur.

CAP. XXV.

Urgere deinde cognitor cœpit ut ſi qua poſteriora geſta Donatiſtæ haberent contra abſolutionem Cæciliani vel Felicis, jam jamque proferrent. Hic illi ad ea quæ jam totiens dixerant, & catholicis totiens ad omnia reſpondentibus tranſacta jam fuerant, rurſus quaſi a B capite redire & ea replicare conati ſunt. Ubi cum interlocutus eſſet cognitor, admonens ut eos jam pigeret eadem repetere quæ peracta & tranſacta jam fuerant ; & identidem proferre compelleret ſi quid recitandum haberent adversus Cæciliani & Felicis ſic evidentiſſimas abſolutiones, & illi nihil omnino adverſus illa proferentes, eadem repetere non ceſſarent, ut de illis quæ dixerant judicaretur, & contra cognitor illud potius flagitaret ut legerent ſi haberent quod legi poſſet adverſus imperiale & proconſulare judicium ; ut poſſet de omnibus pronunciari quoniam legibus prohibetur ſemiplenam proferre ſententiam, inſtarent etiam catholici ut rebus omnibus cognitori manifeſtatis, Donatiſtis quid reſpondeant non inventibus (&) eadem repetentibus, tandem aliquando cauſa finiretur, in ultimo cognitor dixit : *Si contra nihil eſt quod legatis, exire dignemini, ut poſſit plena de omnibus ſcribi ſententia*. Et utriſque exeuntibus, ſententiam dixit, quam rurſus intromiſſis partibus recitavit, qua complexus eſt omnia quæ de prolixa trium dierum actione potuit recordari ; in quibus quædam non eo ordine quo geſta ſunt commemoravit, omnia tamen veraciter poſuit, confutatos a catholicis Donatiſtas omnium documentorum manifeſtatione pronuncians.

SENTENTIA COGNITORIS.

Flavius Marcellinus v. c. Tribunus & Notarius dixit. Vellem quidem, quod & omni votorum intentione nunc cupio, ut quanta ex demonſtratione veritatis & tandem proditi erroris orta lætitia eſt, tanta ex converſione ſuperſtitionis antiquæ & in melius mutatæ ſententiæ gratulatio naſceretur. Magna enim gaudia eſſe quis dubitet cum inveteratæ ægritudini provenit inſperata curatio ; cauſamque exultationis in talibus majorem facit ſanitas reſtituta quam ſemper retenta. Sed quia obſtinatio mentium perditarum, quas pravæ ſimul perſuaſionis vincula nexuerant, ad viam ſalutis oſtenſæ aut redire diſſimulat, aut, quod eſt deterius, impudentia reformidat, exſerenda jam legum eſt & exercenda ſententia : ut quos ad bonam valetudinem leniora poſt apertam cominus veritatem medicamina non revocant, acrior reſtituat curationis intentio. Cui enim ratio proxima, ſicut geſtorum ſeries ſubjecta demonſtrat, ſicut divinorum quoque voluminum indita exempla teſtantur, non liquido delaret alieni, etiamſi probari potuiſſet, ſceleris noxa alium fieri reum omnino non poſſe, & univerſalis Eccleſiæ ſtatum Cæciliani inſimulatione, de quo nihil reprehenſibile potuit approbari, non debere ſubverti, nec etiam eorum qui ſe a corpore Eccleſiæ ſeparaverunt lata adverſus eum præjudicare valuiſſe ſententia, ſicut nec a Maximianiſtis recenti tempore in abſentem Primianum prolata damnatio eidem nocere prævaluit? Cui etiam illud ad correptionis cauſam non omni ex parte ſufficiat tot judiciis patefacta Donato auctore ſchiſmatis comprobatio, Cæciliani perſolutio atque purgatio, ultimaque ſententia triumphalis memoriæ Conſtantini, qua evidentius docetur expreſſa & Cæciliani innocentia & Donati ſociorumque ejus calumnioſa criminatio, Felicis quoque Aptugnenſis ordinatoris ejus proconſularis ſententiæ documentis oſtenſa purgatio ? Unde ſi hæc tam perſpicua atque manifeſta inveterato mederi nequeunt morbo, putris eſt vulneris ſanies reprimenda ; ut libertate præcluſa, ſibi tantum nocere, quia hoc potius elegit, incipiat. Per hæc enim fiet ut velit aliquando ſanari. Declaratis igitur veritati detecta fallitas colla ſummittat. Unde univerſos ordinis viros, dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus divinæ quam etiam privatarum poſſeſſionum, ſenioreſque omnium locorum, hujus edicti auctoritate commoneo, quatenus memores legum, dignitatum, æſtimationis ſalutiſque propriæ, Donatiſtarum conventicula in omnibus civitatibus & locis C prohibere contendant, ita ut Eccleſias quas eis humanitate mea abſque imperiali præcepto uſque ad diem ſententiæ conſtat indultas catholicis tradere ſine ulla dilatione feſtinent, ni malunt tot ſanctionum laqueis irretiri : quas quidem, ſi unitati catholicæ conſentire voluerint, eorum eſſe ſat certum eſt. Majore autem cauſa atque ſollertia poſt detectam modis omnibus unitatem ſuperſtitionemque convictam a proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui poſt vetita legum eorum ſe cœtibus miſcuerint, indubitanter intelligant pœnam ſe imperiali arbitrio præſtitutam ulterius vitare non poſſe, quos principe loco poſt agnitæ catholicæ reverentiam legis ad prophanos eorum D cœtus communionemque rediſſe ſat clarum eſt. Quod ut ante non fieret, patientiæ tantum conſideratione & ſpe correctionis aliqua ex parte diſtuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Chriſtianæ legibus inſultaſſe ſufficiat, maxime cum eorum notas certum ſit eſſe perſonas. Quid neceſſe eſt tot ſanctionum, quoniam nulla emendatio ſubſecuta eſt, nexibus ſubdi? Ipſam vero catholicorum Epiſcoporum, etiam poſt victoriam veritatis, noverint Donatiſtæ manere ſententiam ; ut completis collationibus quas eis & ante oblatas publica conſcientia retinetur, & nunc offerri ſine dubitatione ſat certum eſt, ſefe ſuſcipi poſſe cognoſcant. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum E eſt reſervari, unde unuſquiſque Donati communionis Epiſcopus ad loca propria ſine ulla debet inquietudine ac moleſtia remeare ; quatenus in propriis conſtitutus, aut ad unam veramque Eccleſiam revertatur, aut ſatis legibus facere ſine diſſimulatione non differat. Hi autem qui in prædiis ſuis circumcellionum turbas ſe habere cognoſcunt, ſciant, niſi eorum inſolentiam omnimodis comprimere & refrænare geſtierint, maxime ea loca a fiſco mox occupanda. Siquidem tam catholicæ legi quam quieti publicæ, ut eorum conquieſcat inſania,

in

in hac parte conſulitur. Geſtorum autem re- A lectio qua profertur ſuperius memoratum a Donatiſtis errorem ſchiſmatis extitiſſe, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbe crediderant accuſandos, fuiſſe purgatos, ſanctitatem veſtram pleniſſime poterit edocere. (*Et alio manu.*) PROPONATUR. (Datum Carthagini) poſt conſulatum Varanis v. c. VI. Kal. Julii.

Explicit edictum.

Nomina Epiſcoporum catholicorum quæ recitata ſunt in collatione.

A

ADeodatus Bazaritanus.
Adeodatus Belalitenſis.
Adeodatus Bencennenſis.
Adeodatus Satafenſis.
Adeodatus Simidicenſis.
Æmilianus Aggeritanus.
Æmilianus Bennefenſis.
Æneas Turbunicenſis.
Alypius Tagaſtenſis.
Amblbius Piſitenſis.
Ampelius Vagenſis.
Annibonius Abbiritanus.
Antonius Carpitanus.
Antonius Mutugennenſis.
Apronianus Mazacenſis.
Aptus Tigienſis.
Argyrius Sitipenſis.
Aſmunius Tigualenſis.
Aſpidius Tacaratenſis.
Aſſelicus Tuſuritanus.
Aſterius Vicenſis.
Aufidius Tignicenſis.
Augendus Villemagnenſis.
Auguſtinus Hipponenſium regiorum.
Avitus Lamaſuenſis.
Aurelius Carthaginenſis.
Aurelius Magomazienſis.
Aurellus Numnulitanus.
Auxilius Nurconenſis.

B

BArbarianus Creperulenſis.
Barbarus Hierpinianenſis.
Baſilius Altiburitanus.
Benenatus Hoſpitenſis.
Benenatus Simittenſis.
Bonifacius Cataquenſis.
Bonifacius Cenenſis.
Bonifacius Vallitanus.

C

CAndorius Mullitanus.
Caſſianus Bamaccorenſis.
Catulinus Gittenſis.
Cericius Uculenſis.
Creſcentianus Arenenſis.
Creſconius Centenarienſis.
Creſconius Cuiculitanus.
Creſconius Rufucenſis.
Creſconius Temonianenſis.
Creſconius Titulitanus.
Creſconius Tubinienſis.
Creſconius Zaraitenſis.
Criſpulus Volitenſis.
Cultaſius Mataritanus.
Cyprianus Tuburbitanorum majorum.

D

DAtianus Legenſis.
Delphinus.....
Deuterius Cæſarienſis.
Dialogus Zamenſis.
Dominicus Bullenſium regiorum.
Donatianus Montenus.
Donatianus Teleptenſis.
Donatianus Zellenſis.
Donatus Amburenſis.
Donatus Buritanus.
Donatus Sajenſis.
Donatus Tiſilitanus.
B Dulcitius Tacapitanus.

E

EVangelus Aſſuritanus.
Eunomius Marazanenſis.

F

FAuſtinianus Ruſiccadenſis.
Fauſtinianus Tamogadenſis.
Fauſtinus Silkitanus.
Felicianus Cuſrutenſis.
Felicianus Feraditan. minor.
Felix Abbirit. major.
C Felix Aptugnitanus.
Felix Caniopitanorum.
Felix Ficenſis.
Felix Izirianenſis.
Felix Macrianenſis.
Felix Novenſis.
Felix Segermitenſis.
Felix Sertettenſis.
Felix Tubienſis.
Felix Villaregenſis.
Felix Viſicenſis.
Ferox Macrinianenſis.
Fidentius Cefalenſis.
Florentius Hipponenſium Diarrhytorum.
Fortunatianus Neapolitanus.
D Fortunatianus Siccenſis.
Fortunatus Abenſenſis.
Fortunatus Capſenſis.
Fortunatus Caſenſis Calanenſis.
Fortunatus Conſtantinienſis.
Fortunatus Ruſuccuritanus.
Fortunatus Undeſitanus.
Fructuoſus Abziritanus.
Fuſcinullus Elienſis.

G

GAllus Ticenſis.
Gennadius Membreſſitanus.
Germanus Gypſarienſis.
Geta Jubaltianenſis.
E Gorgonius Liberalienſis.
Gratianus Metenſis.
Gregorius Tamallenſis.
Gududus Ancutenſis.

H

HElpidius Aquenſis.
Hilarianus Hiltenſis.
Hilarus Boſetanus.
Honorarius Matharenſis.

Hono-

Honoratus Abiddenſis.
Honorius Cellenſis.

I

JAnuarius Aptucenſis.
Januarius a Caſis Mediauenſibus.
Januarius Cenculianenſis.
Januarius Giſipenſium major.
Januarius Tubulbacenſis.
Januarius Tunuſudenſis.
Innocentius Germanienſis.
Innocentius Lamigigenſis.
Joannes Gummitanus.
Jocundus Sufetulenſis.
Iſaac Utinenſis.
Julianus Taſaltenſis.

L

LAmpadius Tiſeditanus.
Laodicius Clypienſis.
Latonius Tenitanus.
Leo Moptenſis.
Leontius Muſertitanus.
Licentius Zattarenſis.
Limenianus Taprurenſis.
Litorius Suavenſis.
Lucianus Guirenſis.
Lucianus Tuneienſis.
Lucidus Marcellianenſis & Bazitenſis.
Lucius Olivenſis.
Lucius Tagaratenſis.
Lucrus Nigrenſium major.

M

MAjorinus Zemtenſis.
Majus Amudarſenſis.
Malcus Maſculitanus.
Marcianus Idicrenſis.
Marianus Rufinianenſis.
Marianus Utzipparenſis.
Marinus Taborenſis.
Maurentius Tuburſicenſis.
Maximianus Aquenſium regiorum.
Maximianus Turenſis.
Maximianus Zugabbaritanus.
Maximinus Euerenſis.
Maximinus Suffetanus.
Menſurius Medeſelſitanus.
Milicus Tagamutenſis.
Montanus Auguſitanus.

N

NAdos Sabratenſis.
Navigius Thuſdritanus.
Niventius Tunugabenſis.
Novatus Sitifenſis.
Numidius Maxulitanus.

O

OCtavianus Reſſianenſis.
Octavianus Uci majoris.
Octavius Utimmenſis.
Optatus Veſceritanus.

P

PAlatinus Boſetenſis.
Pannonius Puppitanus.
Paſcaſius Anguienſis.
Paſcaſius Tijucenſis.
Paulinus Zurenſis.
Paulus Uzittarenſis.
Philolocius Adrumetinus.
Placentinus Madaurenſis.
Pompeianus Sucardenſis.
Poſſidius Calamenſis.
Poſtumianus Tagorenſis.
Potentius Bladienſis.
Primulus Tamagriſtenſis.
Primulus Vagenſis.
Priſcus Quidienſis.
Privatianus Vegeſelitanus.
Privatus Uſilenſis.
Probantius Troſimianenſis.
Proculus Giutſitanus.
Proculus Serrenſis.
Publianus Bazarididacenſis.
Publicius Gratianopolitanus.

Q

QUadratus Gegittenſis.
Quodvultdeus Centurienſis.
Quodvultdeus Giruitenſis.

R

REginus Tigillabenſis.
Reginus Vegeſelitanus.
Reparatus Sufaſaritanus.
Reſtitutianus Sululittenſis.
Reſtitutus Cincaritenſis.
Reſtitutus Muzucenſis.
Reſtitutus Novaſinnenſis.
Reſtitutus Simingitenſis.
Reſtitutus Tagorenſis.
Rogatianus Tigimmenſis.
Rogatus Gaguaritanus.
Romanus Leptiminenſis.
Romanus Meglapolitanus.
Rufinianus Bonuſtenſis.
Rufinianus Muzuenſis.
Rufinus Druſilianenſis.
Ruſticianus Tabracenſis.

S

SAbatius Turretamallumenſis.
Sabinus Tuccenſis.
Safargius Lampuenſis.
Scyllacius Scilitanus.
Secundianus Hormianenſis.
Secundus Magarmelitanus.
Secundus Ruſpitenſis.
Serenianus Miditenſis.
Serotinus Turuzitanus.
Servus-Dei Tuburſicuburenſis.
Severianus Ceramunenſis.
Severus Utimari.
Severus Milevitanus.
Sextilius Aſſabenſis.
Silvanus Carianenſis.
Silvanus Macrianenſis.
Silvanus Perdicenſis.
Silvanus Summenſis, ſive Zummenſis.
Solennius Tigiſitanus.
Sopater Tambalenſis.
Speratus Ammederenſis.
Squillacius. *Vide* Scyllacius.
Stephanus Simnuaritanus.

Te-

A

T

TErentius Seleucianenſis.
Tertiolus Cillitanus.
Tertullianus Hirenenſis.
Theaſius Membloſitanus.
Thomas Cubdenſis.
Timianus Utmenſis.
Triſolius Aborenſis.
Tutus Melzitanus.

V

VAlentinus Vaianenſis.
Valerius Utiniſenſis.
Venuſtus Turudenſis.
Victor Abitinenſis.
Victor Azurenſis.
Victor Babannenſis.
Victor Bartanenſis.
Victor Bartimiſienſis.
Victor Cullitanus.
Victor Furnitanus.
Victor Juſitenſis.
Victor Libertinenſis.
Victor Malianenſis.
Victor Mamillenſis.
Victor Migirpenſis.
Victor Tabaicarienſis.
Victor Tibaritanus.
Victor Timicitenſis.
Victor Triſipenſis.
Victor Tuburbitanorum minorum.
Victor Vinenſis.
Victor Uticenſis.
Victor VVazenſis.
Victorianus Muſtitanus.
Victorinus Larenſis.
Victorinus Tabudenſis.
Villaticus Sinnipſenſis.
Vincentius Culuſitanus.
Vincentius Feraditenſ. major.
Urbanus Theodalenſis.
Urbicoſus Eguilguilitanus.
Urbicus Teveſtinus.

Omnes ſunt CCLXVI.

Verum ex collatione prima cap. 214. *&* 215. *tum etiam ex Auguſtino in breviculo primæ diei cap.* 14. *conſtat fuiſſe* CCLXXXVI.

Deſunt ergo nomina Epiſcoporum catholicorum XX. Ex his tres puto me deprehendiſſe, nimirum Maximianum Bagaienſem ſupra pag. 136. *Maximinum Sinitenſem pag.* 158. *& Evodium Uzalenſem pag.* 158.

Nomina Epiſcoporum Donatiſtarum quæ recitata [illegible] collatione.

A

ADeodatus Milevitanus.
Æmilianus a Caſis Medianenſibus.
Æmilianus Verronenſis.
Ampelius Neapolitanus.
Antonianus Druenſis.
Antonianus Lamſortenſis.
Aptus Tuſuritanus.
Argutus Tabudenſis.
Auguſtalis Altiburitanus.

B

BEbianus Duſenſis.
Bellicius Teleptenſis.
Benenatus Caſen. Baſtalen.
Benenatus a Caſis Silvanæ.
Benenatus Meſarſeltenſis.
Bonifacius Urugitanus.
Bonifacius Utummenſis.
Burcaton Gemellenſis.

C

CAlipodius Bazaritanus. *Non interfuit.*
Campanus Cincaritenſis.
Candorius Aggeritanus.
Cartherus Lampuenſis. *Non interfuit.*
Caſtus Cellenſis.
Celer Capſenſis.
Clarentius Tabracenſis.
Colonicus Tiniſtenſis.
Comparator Maſtaritanus.
Conſtantius Ruſubiccarienſis.
Creſcens Icoſitanus.
Creſcentianus Ammederenſis.
Creſcentianus Lambſitenſis.
Creſconius Advocatenſis.
Creſconius Aquenſis.
Creſconius Auſugabrenſis.
Creſconius Baieſitanus.
Creſconius Banzarenſis.
Creſconius Cæſarianenſis.
Creſconius Centurienſis.
Creſconius a Cibaliana.
Creſconius ab Horrea Aninicenſi.
Creſconius Legenſis.
Creſconius Muſertitanus.
Creſconius Pudentianenſis.
Creſconius Siguitenſis.
Creſconius Silemſilenſis.
Creſconius Sinitenſis.
Creſconius Undeſitanus.
Criſpinus Calamenſis. *Non interfuit.*
Cyprianus a Siccenni. *Non interfuit.*

D

D

DAtianus Tamicenſis.
Datianus Teleptenſis.
Dativus Novapetrenſis.
Dativus Viſenſis.
Deuterius Gratianopolitanus.
Donatianus Bagajenſis.
Donatianus Capſenſis.
Donatianus Carcabianenſis.
Donatianus Lamzellenſis.
Donatus Ancuſenſis.
Donatus Apiſſanenſis.
Donatus Arenſis.
Donatus Auzagerenſis.
Donatus Bamaccorenſis.
Donatus Betrianenſis.
Donatus Bucconienſis.
Donatus Buzenſis.
Donatus Celerinenſis.
Donatus Creſimenſis.
Donatus Cillitanus.
Donatus Madaurenſis.
Donatus a Medianis Zabuniorum.
Donatus Merſerebitanus.
Donatus Scilitanus.

Do

Donatus Sucardenſis. *Non interfuit.*
Donatus Tamaſcaninenſis.
Donatus Tanudaienſis.
Donatus Tegulatenſis.
Donatus Tigillavenſis. *Non interfuit.*
Donatus Tiſeditanus.
Donatus Duburſicuburenſis.
Donatus Turenſis. *Non interfuit.*
Donatus a Turre Rutunda.
Donatus Zicenſis.

E

EMeritus Cæſarienſis.
Eminentius....
Evitius Girbitanus.

F

FAuſtinus Naraggaritanus.
Fauſtinus Nationenſis.
Fauſtinus Tambalenſis.
Felicianus Aquenovenſis.
Felicianus Muſtitanus. *Non interfuit.*
Felicianus Triſipenſis.
Felicianus Viltenſis.
Felicianus Utinenſis.
Felicillimus Obbenſis.
Felix Boncarenſis.
Felix Boſetenſis.
Felix Bullenſium regiorum.
Felix Garbenſis. *Non interfuit.*
Felix Lambienſis. *Non interfuit.*
Felix Magarmelitanus.
Felix Manazenenſis.
Felix Maxulitanus.
Felix Moptenſis.
Felix Novaſinnenſis.
Felix Piſitenſis. *Non interfuit.*
Felix Putienſis.
Felix Romanus.
Felix Tacapitanus. *Non interfuit.*
Felix Tagaraienſis.
Felix Telenſis.
Felix Vozetenſis.
Felix Utmenſis. *Non interfuit.*
Felix Uzalenſis.
Felix Zummenſis. *Non interfuit.*
Fidentius Cefalenſis. *Non interfuit.*
Fidentius Cullitanus.
Fidentius Dianenſis.
Fidentius Gypſarienſis.
Flavianus Pauzerenſis.
Flavolus Ciſſitanus.
Florentinus a Tubuſubtu.
Florentius Furnitanus.
Florinus Putizienſis.
Fortis Cedienſis.
Fortunatianus Metenſis.
Fortunatianus Senemſalenſis.
Fortunatianus Venſanenſis.
Fortunatius Veſceritanus.

G

GAjanus Tigualenſis.
Gaudentius Nizigubitanus.
Gaudentius Tamogadenſis.
Gaudentius Tigiſitanus. *Non interfuit.*
Gaudentius Zertenſis.
Gavinus Vegeſelitanus.
Geduidus Uticenſis.
AGeminius Clypienſis.
Germanus Zugabbaritanus.
Glorioſus Migirpenſis.

H

HAbetdeus Auruſulianenſis.
Habetdeus Marazanenſis.
Hilarus Sullitanus.
Honoratus Adqueſirenſis.
Honoratus Jommitenſis.
Honoratus Larenſis.
Honoratus Tuſdritanus.
Honorius Vartanenſis.

I

JAnuarianus Caſenſium Nigrenſium.
Januarianus Vagenſis.
Januarius Aptucenſis.
Januarius Aquæalbenſis.
Januarius Betagbarenſis.
Januarius Centurionenſis.
Januarius Horreæ Cælienſis.
Januarius Lamasbenſis.
Januarius Libertinenſis.
Januarius Narenſis.
Januarius Numidienſis.
Januarius Tuburſicenſis.
Januarius de Tuburſico Numidiarum.
CIdaxius Muzucenſis.
Innocentius Guzabetenſis.
Julianus Midlenſis. *Non interfuit.*
Julianus Tignicenſis.
Junianus Lamiggigenſis.
Junior Ruſiccadienſis.
Jurata Turretamallumenſis.
Juſtus Formenſis. *Non interfuit.*
Juſtus Nicibenſis.

L

LEontius Præſidienſis.
Leontius Ruſticianenſis.
Liberalis Miſidienſis.
DLiberalis Naſaitenſis.
Liberantius Tiſanianenſis.
Lucianus Burugiatenſis.
Lucius Tamallenſis.
Lucius Zabenſis.
Lucullus Hoſpitenſis.

M

MAcrobius Hippon. regiorum.
Marcellus Mullitanus.
Marcianus ..... *Non interfuit.*
Marcianus Aſſabenſis.
Marcianus Cebarſuſſenſis.
Marcianus Sitiſenſis.
EMarcianus Tabaicarienſis.
Marcianus Tabazagenſis.
Marcus Midicenſis.
Marinianus Oeenſis.
Martialis Idicrenſis.
Martialis Vatarbenſis.
Martinianus Tibuzabetenſis.
Martinus Siccefitanus.
Maximianus Benneſenſis. *Non interfuit.*
Maximianus Hermianenſis.
Maximianus Serteitenſis.
Maximinus.....

Maximianus Tuburbitanor. minorum.
Maximinus Turreblandenſis.
Maximinus Uzabrenſis.
Maximus Abitinenſis.
Maximus Caninenſis.
Maximus Macrenſis.
Megaſius Tuccaborenſis.
Meſcianus Seleucianenſis.
Miggin Ediſtianenſis.
Miggin Vagalitanus.
Mœcopius Hierpinianenſis. *Non interfuit.*
Montanus a Cemeriniano.
Montanus Zamenſis.

N

NAtalicus Zellenſis.
Neſtorius Malianenſis.

O

OPtatus Ruſuccuritanus.
Optatus Timicitenſis.

P

PAneratius Badienſis.
Paſchaſius Duſitenſis.
Paſchaſius Tigiſitanus.
Paſchaſius Tuggenſis.
Paſchaſius Turenſis.
Paulus Siccenſis.
Pelagius Vanarionenſis.
Peregrinus Suſetanus.
Perſeverantius Tebeſtinus.
Petilianus Conſtantinienſis.
Plutianus Matclianenſis.
Pomponius Macrianenſis.
Poſſidius Sillitanus.
Primianus Carthaginenſis.
Primulianus Lucimagnenſis.
Primulianus Mandaſumitanus.
Privatus Auzaggenſis.
Privatus Tigualenſis. *Non interfuit.*
Proficentius Macomazenſis.
Protatius Tubinienſis.

Q

QUadratianus Sicilibbenſis.
Quintaſius Vajenſis.
Quintianus a Lacu dulce. *Non interfuit.*
Quintus Tagaratenſis.
Quodvultdeus Ceſſitanus. *Non interfuit.*
Quodvultdeus Volitanus.

R

REcargentius Lamigginenſis.
Reparatus Aquenſis.
Reparatus Vindenſis.
Reſtitutus Druſilianenſis.
Reſtitutus Flumenpiſcenſis.
Reſtitutus Laritenſis.
Reſtitutus Membreſitanus.
Reſtitutus Segermitenſis.
Reſtitutus Valitanus. *Non interfuit.*
Rogatianus Idaſſenſis.
Rogatianus Vico-Aterienſis.
Rogatianus Villemagnenſis.
Rogatus Perdicenſis.
Rogatus Zaraitenſis.
A Romanus Leſuitenſis.
Rufinus Labdenſis.
Rufinus Turburbitanor. major.
Ruſticianus Mataritanus. *Non interfuit.*

S

SAlvianus Leptitanus.
Saluſtius Magomazienſis.
Saluſtius Zertenſis.
Sarmentius Ternamuſenſis.
Saturninus Gazabianenſis.
Saturninus Tamagriſtenſis.
Saturninus Victorianenſis.
Saturnus Sitenſis.
B Saturus Bizacienſis.
Saturus Izirianenſis.
Secundinus Jucundianenſis.
Secundinus Vvazenſis.
Secundus Arenſis.
Securus Tenitenſis.
Serenianus Mammillenſis.
Servandus a Caſis Favenſibus.
Servatus Amburenſis.
Severinus Caſtellanus.
Simplicius Tibilitanus.
Speratus Cataquenſis.
Splendonius Mutugennenſis.

T

C
TErtullus Cilibienſis.
Titianus Suffetulenſis.
Turraſius Fiſſanenſis.

V

VAlentinianus Juncenſis.
Veratianus Carpitanus.
Verianus Turrealbenſis.
Veriſſimus Tacaratenſis.
Victor Curubitanus
Victor Dionyſianenſis. *Non interfuit.*
Victor Equizetenſis.
Victor Gatianenſis.
D Victor Gibbenſis.
Victor Hiltenſis.
Victor Hippon. Diarrhytorum.
Victor Liberalienſis. *Non interfuit.*
Victor Orienſis.
Victor Rotarienſis.
Victor Taborenſis.
Victor Titulitanus.
Victor Villaregenſis.
Victorianus Abiſſenſis.
Victorianus Puppitanus.
Victurianus Tibaritanus.
Victorianus Tigimmenſis.
Victorianus Tunuſudenſis.
Victorianus Uci majoris.
E Victorinianus Aquenſis.
Victorinus Adrumetinus.
Victorinus Leptiminenſis.
Victorinus Selendetenſis. *Non interfuit*
Vindemius Cenenſis.
Vitalis Maſculitanus.
Vitalis Verenſis.
Urbanus Sataſenſis.
Urbanus Talenſis.
Urbanus Vicenſis.

Omnes ſunt CCCXIII.

Sed ex collatione prima cap. 213. *& ex Auguſtino in breviculo primæ diei cap.* 14. *& lib. ad*

A *Donatiſtas poſt collationem cap.* 24. *conſtat* CCLXIX. *tantum fuiſſe.*

Itaque qui ſuper numerum ſunt, ii neque Carthaginem venere, neque mandaverunt, ſed data occaſione nominati ſunt quum ceterorum nomina recitarentur.

Nomina Epiſcoporum utriuſque partis qui electi ſunt pro collatione facienda, ſive qui collationem ſuſceperunt.

ACTORES.

CATHOLICI.

AUrelius Carthaginenſis.
Alypius Tagaſtenſis.
Auguſtinus Hipporegienſis.
Vincentius Culuſitanus.
Fortunatus Conſtantinienſis.
Fortunatianus Siccenſis.
Poſſidius Calamenſis.

B DONATISTÆ.

PRimianus Carthaginenſis.
Petilianus Conſtantinienſis.
Emeritus Cæſareæ Mauritaniæ.
Protaſius Tubinienſis.
Montanus Zamenſis.
Gaudentius Thamugadenſis.
Adeodatus Milevitanus.

CONSILIARII.

NOvatus Sitifenſis.
Florentius Hippon. Diarrhytor.
Maurentius Tuburſicenſis.
Priſcus Quidienſis.
Serenianus Miditenſis.
Bonifacius Cataquenſis.
Scyllacius Scillitanus.

C Peregrinus Suſetanus.
Aptus Tuſuritanus.
Clarentius Tabracenſis.
Habetdeus Auruſulianenſis.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CUSTODES CHARTARUM.

DEuterius Cæſareæ Mauritaniæ.
Leo Motenſis.
Aſterius Vicenſis.
Reſtitutus Tagorenſis.

D Victor Hippon. Diarrhytor.
Marinianus Oeenſis.
Veratianus Carpitanus.
Victor . . . . . .

SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI

Hipponenſis poſt collationem, de lite & concordia cum Donatiſtis.

Deo eo quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, *Concordia fratrum & amor proximorum &c.*

Editio Sirmondi collata cum veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

PRima lectio divinorum eloquiorum de libro qui appellatur Eccleſiaſticus commendavit nobis tria quædam excellentia & conſideratione digniſſima, concordiam fratrum, & amorem proximorum, & virum ac mulierem ſibi conſentientes. Bona hæc ſunt plane jucunda, & laudabilia in rebus humanis, ſed in divinis rebus multo potentiora. Quis eſt enim qui non congaudeat concordibus fratribus? Et, quod dolendum eſt, in rebus humanis tam magna res rara eſt res. Ab omnibus laudatur, a pauciſſimis cuſtoditur. Beati qui in ſe ipſis amplectuntur quod etiam in aliis laudare cogunt. Nulli fratres non laudant concordantes fratres. Et unde fratres concordes eſſe difficile eſt? Quia litigant de terra, quia volunt eſſe terra. Audivit enim ab initio peccator homo: *Terra es, & in terram ibis.* Unde diſcutiamus E & perſcrutemur vocem quam juſtus debet audire a contrario. Si enim recte dictum eſt peccatori, *Terra es, & in terram ibis*, recte dicitur juſto: *Cœlum es, & in cœlum ibis.* Aut non ſunt iſti cœli, cum de evangeliſtis apertiſſime dictum ſit: *Cœli enarrant gloriam Dei.* Nam quidem quia de ipſis dictum ſit conſequentia ſatis edocent. *Et opera*, inquit, *manuum ejus annunciat firmamentum.* Quos dixit cœlos, ipſos dixit firmamentum. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.* Quæris quorum, & non invenies niſi cœlorum. Dictum ergo de Apoſtolis, dictum de annunciatoribus veritatis. Unde ſequitur. *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.*

rum. Quando in eos venit Spiritus ſanctus, & cœpit Deus habitare cœlum, quod fecit de terra, locuti ſunt, implente & donante Spiritu ſancto, linguis omnium gentium. Inde dictum: *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum*. Et quia inde miſſi ſunt ad prædicationem evangelii per omnes gentes, in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum? cœlorum: Quibus recte dicitur: *Cœlum es, & in cœlum ibis:* ſicut recte peccatori: *Terra es, & in terram ibis*. Fratres ergo ſi volunt eſſe concordes, non ament terram; ſed ſi volunt non amare terram, non ſint terra. Quærant poſſeſſionem quæ dividi non poteſt, & ſemper concordes erunt. Unde inter fratres diſcordia, unde perturbatio pietatis, unde unus uterus, & non unus animus, niſi dum curvatur anima eorum, & partem ſuam quiſque reſpicit, & parti ſuæ opimandæ & exagerandæ operam impendit, & in poſſeſſione ſua vult habere unitatem qui cum fratre ſuo poſſidet diviſionem? Bona eſt iſta poſſeſſio. Cujus eſt? Noſtra eſt magna poſſeſſio. Si dici ſolet. Tota tua eſt, frater, non habeo hic conſortem; ſed ſi vult Deus, vendet mihi partem ſuam. Adulator reſpondet: * Faciat Deus. Quid faciat Deus? Ut opprimatur vicinus & partem ſuam vendat vicino? Faciat Deus. Bene cogitas. Compleat tibi Deus, quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Quid tam iniquum quam velle diteſcere alterius paupertate? Et tamen abundat hoc. Qui iniqua gerit, bendicitur. Et forte prævaluit, & forte preſſit & oppreſſit, torſit & extorſit, non quemcumque conſortem, ſed ſorſitan fratrem. Melius eſt ut ego emam quam extraneus. Et ille facile oppreſſus, ſi eſt juſtus, habet conſolationem. Audiat ſcripturam quam modo audivit. Ille laborat inopia, frater ejus plenus eſt copia; ſed plenus eſt terra, & inanis juſtitiæ. Adverte terra quid audiat ille pauper. *Noli timere cum dives factus fuerit homo, neque cum multiplicata fuerit gloria domus ejus; quoniam cum morietur non accipiet ea*. Tene tu pauper quod non dimittas moriens. Tene juſtitiam. Non te pœniteat. Contriſtaris quia in terra pauper es tu? Pauper hic fuit qui creavit terram. Conſolatur te Dominus Deus tuus, conſolatur te creator tuus, conſolatur te redemptor tuus, conſolatur te non avarus frater tuus. Dignatus eſt enim eſſe frater noſter, ille dominus noſter ſolus frater ſine dubitatione fidiſſimus, cum quo concordia poſſidenda eſt. Dixi eum non avarum, & forte invenio avarum. Avarus eſt; ſed nos vult habere, nos vult acquirere. Pro nobis tantum pretium dedit ipſum ſe. Nihil ad hoc pretium addi poteſt. Dedit pretium ſe ipſum, & factus eſt redemptor noſter. Non enim ſic ſe dedit pretium ut nos dimitteret inimicus & ipſum poſſideret. Dedit ſe morti, occidens mortem. Morte quippe ſua mortem occidit, non morte occiſus eſt; & occiſa morte liberavit nos a morte. Vivebat enim morientibus nobis mors, & morietur viventibus nobis, quando eis dicetur: *Ubi eſt mors contentio tua*? Talis ergo frater interpellatus eſt a quodam fratre contra fratrem, inter quos non erat concordia propter terram. Et ait illi: *Domine, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. Totam tulit, mihi partem*

* *Codex Colbertinus habet absque* Faciet.

mecam non vult dare. Contemnit me; audiat vel te. Quid pertinebat ad Dominum? Sicut cogitavimus nos humiles humillima, reptantes in terra, conſtituti in hac vita, & neminem volentes contriſtari, & plerumque inde gravius contriſtantes, quid diceremus? Veni frater, redde fratri tuo partem ſuam. Non hoc dixit dominus. Et quid illo juſtius? Quis talem judicem inveniat, quem interpellet contra avaritiam fratris ſui? Nonne gaudebat ille homo tandem ſe inveniſſe magnum ſolatium. Magnum quoque adjutorium ſine dubitatione ſperabat, dicens tanto judici: *Domine, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem*. At ille quid dicit? *O homo, quis me conſtituit diviſorem hæreditatis inter vos?* Repulit dominus, non dedit quod petebatur, non conceſſit gratuitum beneficium: quid magnum erat. Quid indeperdebat? Quid in eo beneficio ſaltem laborabat? Non dedit. Ubi eſt: *Omni petenti te da*? Non hoc egit ille qui nobis vivendi præbuit exemplum. Quomodo nos id facturi ſumus, aut quomodo dabimus quod impendimus, ſi non damus beneficium ubi nihil impendimus, ubi nihil erogamus, ubi nihil amittimus? Non dedit Dominus hoc, nec tamen nihil dedit. Minus negavit, ſed quod plus eſt donavit. Dixit manifeſte, dixit, *Omni petenti te da*. Quid ſi aliquis petat a te, non dico quod inutile eſt dare, ſed quod turpe eſt dare? Quid ſi petat mulier aliqua quod petiit mulier a Joſeph? Quid ſi petat vir aliquis quod falſi ſeniores a Suſanna petierunt? Etiam hic ſequenda eſt illa, tanquam generalis ſententia; *Omni petenti te da*? Abſit. Faciemus ergo hic contra præceptum Domini? Immo faciamus ſecundum præceptum Domini, & mala petentibus non demus, nec contra illam ſententiam faciemus. Dictum eſt enim: *Omni petenti te da*. Non eſt dictum: *Omnia petenti te da*. Omni petenti da, prorſus da; etſi non quod petitur, tu tamen aliquid da. Malum petit, tu bonum da. Fecit hoc Joſeph. Non dedit quod petebat mulier impudica, & dedit tamen quod audire deberet, ne eſſet impudica exemplo ſuo, & ipſe non incidit in foveam libidinis, & dedit conſilium caſtitatis. Hoc enim reſpondit: Abſit a me ne hoc faciam domino meo, ne polluam thorum ejus, qui credidit mihi omnia in domo ſua. Si ſervus * ære emptus hanc fidem ſervavit domino, qualem debet conjux ſervare marito? Hoc erat admonere. Ego ſervus non hoc facio domino meo. Tu, conjunx, debes hoc facere marito tuo? Dedit & Suſanna, nec dimiſit eos inanes, ſi impleri vellent conſilio pudicitiæ. Non ſolum enim non conſenſit, ſed & non tacuit. Quare non conſenſit? Si conſentio, inquit, vobis, pereo Deo. Si non conſentio, non effugio manus veſtras. Melius autem eſt in manus veſtras incidere, quam Deo perire. Quid eſt autem, melius eſt in manus veſtras incidere quam Deo perire? Vos Deo periſtis, qui talia quæritis. Ergo hanc regulam tenete. Date quando petimini, etſi non hoc quod petimini: hoc fecit Dominus. Petebat ille. Quid? Diviſionem hæreditatis. Dedit Dominus. Quid? peremptionem cupiditatis? Quid petebat? Quid accepit? *Dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. Dic, homo, quis me conſtituit diviſorem hæreditatis inter vos?* Ego autem dico vobis. Quid? *Cavete ab omni cupiditate.*

* *Cod. Colbert.* heri.

tate. Numquid petitorem inanem dimiſit, & non potius veritate implevit, ſi ille impleri vellet ab eo qui ait: *Cavete ab omni cupiditate*. Et dico, quare? Forte enim dimidium hæreditatis ad hoc petis, ut diteſcas? Audi. Hominis cujuſdam divitis ſucceſſit regio, ſucceſſus magnos habuit, & multis fructibus fœcundata eſt; & cogitavit apud ſe dicens: Quid faciam, quo congregem fructus meos? Et diligenter cogitans, inveni, inquit, quid faciam; deſtruam veteres apothecas, faciam novas, implebo eas, majores enim faciam quam erant veteres; & dicam animæ meæ: Habes multa bona, ſatiare, jucundare. Ait illi Deus. Stulte, quia valde videris eſſe cordatus. Noſti enim deſtruere vetera & ædificare nova, & tu in vetuſtate ruinæ remanſiſti, qui vetera in te ipſo deſtruere debuiſti, ut jam terrena non ſapperes. Stulte, quid dixiſti? Animæ tuæ dixiſti: Jucundare, habes multa bona. Hac nocte repetetur anima tua, cui talia promiſiſti. Quæ promiſiſti, cujus erunt? Noli ergo timere cum dives factus fuerit homo; quia non cum morietur accipiet ea. Ecce quale conſilium Dominus fratribus dedit diſſidentibus, quod concordes eſſent, ut carerent cupiditate, & continuo implerentur veritate. Inveniamus ergo talem hæreditatem. Quamdiu loquimur de concordia terrenorum fratrum, quæ rara eſt, quæ ſuſpecta eſt, quæ difficilis eſt, loquamur de illa fratrum concordia, quæ vera eſſe debet & poteſt. Fratres, ſicut Chriſtiani omnes, fratres ſint, fideles omnes; fratres ſint nati ex Deo & ex viſceribus matris Eccleſiæ per ſpiritum ſanctum. Fratres ſint, habeant & ipſi hæreditatem tenendam, non dividendam. Hæreditas eorum Deus ipſe eſt. Cujus ſunt & ipſi hæreditas, ipſe eſt viciſſim eorum hæreditas. Quomodo ſunt ipſi ejus hæreditas? *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*. Quomodo & ille eſt ipſorum hæreditas? *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*. In hac hæreditate concordia cuſtoditur; pro hac hæreditate non litigatur. Alia hæreditas litigando acquiritur, iſta litigando amittitur. Nolentes homines perdere hanc hæreditatem, vitant litigare; & quando forte videntur litigare, non litigant, ſed videntur litigare, aut forte putantur litigare cum volunt fratribus conſulere. Videte quam conſors ſit eorum litigatio, quam pacifica, quam benigna, quam juſta, quam fidelis. Nam & nos litigare videmur cum Donatiſtis, ſed non litigamus. Ille enim litigat qui adverſario ſuo male vult; ille litigat qui adverſarium ſuum vult detrimentum pati, ſe augmentum, illi aliquid decedere, ſibi accedere. Non ſic ſumus nos, ſcitis & vos, ſcitis qui * extra unitatem litigatis. Scitis & vos qui ex diviſione acquiſiti eſtis. Scitis, quia lis iſta non eſt talis lis, quia non eſt malivola, quia non tendit in detrimentum adverſarii, ſed magis in lucrum. Volebamus enim eos cum quibus litigare videbamur, vel adhuc videmur, acquirere nobiſcum, non perdere, ut nos acquiramus. Denique alia vox noſtra eſt quam fuit fratris illius qui interpellavit Chriſtum in terra ambulantem. Nam & nos interpellamus eum in hac cauſa in cœlo ſedentem, & non dicimus; *Domine, dic fratri meo: dividat mecum hæreditatem*: ſed: Dic fratri meo ut teneat mecum hæreditatem. Quomodo hoc volumus, etiam publica geſta teſtantur. Quomodo hoc voluerimus, judices ſunt non tantum ſermones, ſed literæ noſtræ datæ ad illos. Epiſcopatum amatis? Nobiſcum habete. Nos in vobis nihil odimus, nihil deteſtamur, nihil execramur, nihil anathemamus, niſi humanum errorem. Humanum, diximus, deteſtamur errorem, non divinam veritatem. Si quid Dei habetis, agnoſcimus: quod veſtrum improbum habetis, corrigimus. Signum domini mei, ſignum Imperatoris mei, characterem Regis mei in deſertore agnoſco: quæro, invenio, accedo, moneo, apprehendo, duco, corrigo deſertorem, non violo characterem. Si quis advertat, ſi quis attendat, hoc non eſt litigare, ſed amare. Diximus poſſe in una Eccleſia pacis cauſa eſſe fratres concordes. Specioſa enim res eſt concordia fratrum. Non poſſe enim duos Epiſcopos eſſe. Diximus ut * ambo ſedeant in una ſimplici baſilica, ille in cathedra, ille ut peregrinus; ille in cathedra Chriſtiana, ille in hæretica quaſi collega juxta ſedeat. Rurſus ille in congregatione fraterna præſideat, viciſſim ille in ſua. Pœnitentiam prædicatam eſſe in remiſſionem peccatorum per omnes gentes ab Apoſtolis incipientibus ab Hieruſalem diximus. Quid reſpondetis huic Eccleſiæ quæ eſt per omnes gentes ab Apoſtolis incipientibus ab Hieruſalem ædificata? Ponamus omnino quod malam habuerit cauſam Cæcilianus. Unus homo malam cauſam habens, duo homines, quinque decem præjudicabunt tot millibus fidelium toto orbe terrarum multiplici fœcunditate diffuſorum? Diximus iſta. Credidit Abraham, & promiſſæ ſunt ei omnes gentes. Peccavit Cæcilianus, & perierunt omnes gentes, ut plus valeat quod iniquitas commiſit, quam quod veritas promiſit? Dicta ſunt hæc, leguntur. Omnino contra exempla divina, contra teſtimonia quæ aſſerunt Eccleſiam toto terrarum orbe diffundi, cujus Eccleſiæ in nomine Domini tenemus unitatem, nihil illi reſſpondere potuerunt. Salva ergo cauſa Eccleſiæ, confirmata & immutabiliter fixa ac ſtabilita, tanquam ſupra fundamentum petræ, quam portæ inferorum non vincant. Hac ergo ſalva, venimus & ad cauſam Cæciliani, jam ſecuri, quicquid ille inveniretur admiſiſſe. Forte enim, ſi, ut homo, inveniretur in aliqua culpa, nos litigaturi eramus, ut propter culpam unius hominis damnandi, aut rebaptizandi judicaremur? & diximus: Salva cauſa Eccleſiæ, cui nihil præjudicat peccatum Cæciliani, nec juſtitia Cæciliani coronat Eccleſiam, nec culpa Cæciliani damnat Eccleſiam. Videamus & ipſius cauſam qualis ſit. Suſcepimus eam diſcutiendam, ſed tanquam fratris, non tanquam patris, aut matris. Pater nobis Deus eſt, mater nobis Eccleſia eſt. Cæcilianus frater fuit, aut frater eſt; ſi bonus, bonus frater; ſi malus, malus frater: tamen frater. Si invenerimus eum innocentem, jam vos ubi eritis, qui & in ipſa humana calumnia defeciſtis? Si autem inventus fuerit nocens, ſi inventus fuerit reus, nec ſic victi ſumus, quia unitatem Eccleſiæ, quæ invicta eſt, obtinemus. Inventus ſit prorſus reus; hominem anathemo, Chriſti Eccleſiam non deſero. Hoc fecimus, diximus; deinceps eum ad * altare inter Epiſcopos, quos fideles & innocentes credimus, non recitabimus. Hoc ſolum fecimus. Numquid propter Cæcilianum rebaptiza-

* Cod. Colbert. alterni.

Collat. 3. cap. 230.

Collat. 3. cap. 232. 233.

* Cod. Colbert. ex unitate litigatis.

* Collat. 3. cap. 230.

ptizaturi eſtis orbem terrarum? Hac ſecuritate conſtituta & firmata, cœpit diſcuti cauſa Cæciliani. Inventus eſt innocens, inventus eſt a calumniantibus appetitus. [1] Semel abſens damnatus, præſens ter abſolutus; damnatus a factione, abſolutus ab eccleſiaſtica veritate. Lecta ſunt hæc, probata ſunt hæc. Quæſitum utrum haberent quod contradicerent. Conſumptis omnibus tergiverſationibus calumniarum ſuarum, at ubi nihil proferre contra evidentiſſima documenta nec contra ipſius innocentiam Cæciliani potuerunt, prolata ſententia eſt adverſus eos. Et tamen ipſi dicunt; Vicimus. Vincant, ſed ſe, ut poſſideat eos Chriſtus. Vincat eos qui redemit eos, & tum de multis gaudemus. Multi illorum fructuoſe victi ſunt, quia nec victi ſunt. Error humanus victus eſt, homo ſalvatus eſt. Nam medicus * non contendit cum ægroto, & ſi ægrotus facit cum medico, vincitur febris, & ſanatur ægrotus. Nam hoc intendit medicus, vincere; hoc intendit & febris, vincere. Poſitus eſt quaſi in medio ægrotus; ſi vicerit medicus, ſalvus erit ægrotus, ſi vicerit febris, morietur ægrotus. In contentione ergo noſtra contendebat medicus pro ſalute, pro febre contendebat ægrotus. Qui animadverterunt medici conſilium, vicerunt, febrem ſuperaverunt. Habemus eos ſanos & gaudentes nobiſcum in Eccleſia. Blaſphemabant nos antea, quia fratres nos non agnoſcebant. Febris enim mentem turbaverat. Nos tamen illos & deteſtantes nos & ſævientes in nos amabamus, & ſævientibus illis ſerviebamus, reſiſtebamus, contendebamus, & quaſi litigabamus & tamen amabamus. Moleſti enim ſunt omnes qui talibus languentibus ſerviunt, ſed ad ſalutem moleſti ſunt. Invenimus autem homines aliquando pigros dicentes: Verum eſt, Domine, verum eſt, non eſt quod dicere. Quid ergo? Veni, age, pater meus ibi eſt mortuus, mater mea ibi eſt ſepulta. Mortuam nominaſti & ſepultam. Vivis, adhuc eſt cum quo loqui. Parentes tui Chriſtiani, fuerant in parte Donati; parentes eorum, forte & ipſi Chriſtiani, aut proavi, certe pagani. Qui ergo primo facti ſunt Chriſtiani cum extuliſſent parentes ſuos paganos, numquid contra veritatem frigidi fuerunt, numquid authoritatem mortuorum parentum ſecuti ſunt, & non potius mortuis parentibus vivum Chriſtum prætulerunt? Si ergo hic vera unitas eſt extra quam neceſſe eſt in æternum moriaris, quare mortuos parentes tuos ſequi vis mortuos tibi & Deo? Quid dicis? Reſponde. Verum dicis, non eſt quid dicere. Quid vis faciam? Conſuetudo neſcio quæ tenet ſibi homines tales. Lethargici ſunt. Contrario morbo laborant. Dormiendo morituri ſunt. Alii phrenetici ſunt, moleſti ſunt. Nam etſi moriturus eſt lethargicus, vel ſervienti ſibi non eſt moleſtus. Phrenetici moleſti ſunt, qui mentem perdiderunt; & inſani atque furioſi, armati vagantur hac atque illac, quærentes quos occidant, quos excæcent. Nova enim nobis nunciata ſunt; cuidam Presbytero noſtro linguam exſecuerunt. Iſti phrenetici ſunt. Exercenda eſt caritas amanti. Ex ipſis multi correcti fleverunt; multi correcti, nos novimus, ad nos venerunt de numero ipſorum furioſorum. Flent quotidie, nec ſatiantur lacrymis, præterita ſua, attendentes eorum furorem qui non digeſta ebrietate vanitatis adhuc ſæviunt. Ergo quid facimus? Talibus ſervire caritas cogit. Non moleſti ſumus utrique generi, & lethargico eum excitando, & phrenetico ligando; ambos tamen amamus. Bona res concordia fratrum; ſed videte ubi. In Chriſto Chriſtianorum, & amore proximorum. Quid ſi adhuc nondum eſt frater in Chriſto? Quia homo proximus eſt, ames & ipſum, ut lucreris & ipſum. Si ergo concordes cum fratre Chriſtiano, ames autem proximum, etiam cum quo modo concordia non eſt, quia nondum in Chriſto frater eſt, quia nondum in Chriſto renatus eſt, nondum Chriſti ſacramenta novit paganus eſt, Judæus eſt, eſt tamen proximus, quia homo eſt. Si amas & ipſum, acceſſiſti & ad aliam dilectionem alio dono; & ſic ſunt in te duo, concordia fratrum, & amor proximorum. Ex iis omnibus concordiam tenentibus cum fratribus & amantibus proximum conſtat Eccleſia devota Chriſto & ſubdita viro, ut fiat tertium vir & mulier ſibi conſentientes. [2] Unde admonemus caritatem veſtram & vos exhortamur in Domino, præſentia contemnatis fratres mei, quæ non vobiſcum moriendo portatis; caveatis peccata, caveatis iniquitates, caveatis ſæculares cupiditates. Tunc enim eſt fructus veſter in vobis integer, & merces noſtra apud Dominum plena gaudiorum. Nam etſi dicimus quod dicendum eſt, etſi prædicamus quod prædicandum eſt, & ſolvimus nos apud Dominum in conſpectu Domini, quia non tacuimus quod timemus, non tacuimus quod amamus, ut ſuper quem venerit gladius vindictæ dominicæ, quid ſpeculatori imputet non inveniat, tamen nolumus mercedem noſtram ſecuram eſſe vobis perditis, ſed vobis inventis. Nam & apoſtolus Paulus ſecurus erat de mercede ſua; & tamen quid ait populo? *Nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino*. Loquor vobis & caritati veſtræ ſecundum juſſionem Domini, patres & fratres. Loquor etiam pro fratre meo Epiſcopo veſtro, cujus gaudium eſſe debetis, obediendo Domino Deo noſtro. Certe in nomine Dei facta eſt vobis hæc Eccleſia per opera ipſius; per fidelium fratrum collationes benefícas, miſericordes, devotas facta eſt vobis hæc Eccleſia; ſed vos magis eſtis Eccleſia. Facta eſt vobis quo corpora veſtra intrent; ſed mentes veſtræ debent eſſe quo Deus intret. Honoraſtis Epiſcopum veſtrum, ut hanc [3] baſilicam Florentiam vocare velletis; ſed florentia ejus vos eſtis. Nam ſic dicit Apoſtolus: *Gaudium & corona mea vos eſtis in Domino*. Quicquid eſt in ſæculo, vaneſcit, tranſit. Vita iſta quid eſt niſi quod pſalmus dixit: *Mane ſicut*

Ibid. c. 516.

* Negatio deeſt in cod. Colbert.

Vide Auguſt. epiſt. 50.

1 *Semel abſens*) nimirum in Concilio Carthaginenſi Donatiſtarum anno 311. quo nos ſupra. Purgatus poſtea fuit Romæ anno 313. in Concilio cui Melchiades Papa præfuit. Verum cum Philominus adverſarii ejus iterum pro hac cauſa adiſſent Conſtantinum Imperatorem miſiis quibuſdam e ſuo numero qui Cæcilianum dicerent indignum eſſe ſacerdotio, Imperator Epiſcopos convenire pro hac cauſa juſſit apud Arelatem anno 314. ubi rurſum abſolutus eſt Cæcilianus. Et cum nec ſic conquieſcerent, tertio abſolutus eſt a Conſtantino apud Mediolanum anno 315.

2 *Unde*) Hunc locum citat Beda in caput tertium epiſt. 1. D. Pauli ad Theſſalonicenſes.

3 *Baſilicam Florentiam*) Sirmondus hoc loco recte conjicit eam ſic dictam de nomine Florentii Epiſcopi, quem ſuſpicatur enim eſſe qui tempore iſtius collationis Carthaginenſis tenebat Eccleſiam Hipponenſium diarrh[illegible]n. At Nicolaus Faber in præfatione ad fragmenta Hilarii putat eam ab Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo con[illegible]m, qui & Florens dicebatur, ac in ejus gratiam Florentiam fuiſſe cognominatam.

ſicut herba tranſiet; mane floriet, & præteriet; veſpere decidet, durefcit & arefcit. Hoc eſt omnis caro. Ideo Chriſtus, ideo nova vita, ideo ſpes æterna, ideo conſolatio immortalitatis promiſſa, & in Dei carne jam reddita. A nobis enim aſſumpta eſt illa caro, quæ jam immortalis eſt, & in nobis quod in ſe implevit oſtendit: propter nos enim carnem habuit; nam propter ſe in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quære carnem & ſanguinem. Ubi? In verbo, quia vere nobis compati voluit, & nos redimere; induit formam ſervi, & deſcendit qui hic erat, ut appareret qui non aberat, & voluit fieri homo. Qui fecit hominem creari de matre, qui creavit matrem: aſcendit uſque B in crucem, mortuus eſt, & oſtendit nobis quod noveramus, & naſci & mori. Implevit in ſe humilia, & vetera noſtra uſitata & nota. Naſci & mori noveramus, reſurgere & in æternum vivere non noveramus. Duo ergo noſtra vetera humilis aſſumpſit; duo alia magna & nova excelſus implevit. Reſuſcitavit carnem, levavit in cœlum carnem, ſedet ad dexteram patris. Caput noſtrum eſſe voluit, caput pro membris clamavit; qui & cum hic eſſet dixit: *Pater, volo ut ubi ego ſum, ibi ſint & iſti mecum.* Speremus hoc & de carne noſtra reſuſcitationem, commutationem, incorruptionem, immortalitatem, in æternum manſionem, & & agamus ut perveniamus. Hæc erit florentia, C vera florentia.

CONSTITUTIONES HONORII IMPER.

Adverſus Donatiſtas, datæ poſt collationem Carthaginenſem.

Impp. Honorius & Theodoſius Auguſti Seleuco Præfecto prætorio.

L. 52. Cod. Theodoſ. de hæret.

CAſſatis quæ pragmatici vel adnotatione manus noſtræ potuerint impetrari, & manentibus his quæ etiam dudum ſuper hoc definita ſunt, & veterum Principum ſanctione ſervata, niſi ex die prolatæ legis omnes Do- D natiſtæ tam ſacerdotes, quam clerici laicique catholicis ea qua ſacrilege deſcivere reddiderint, tunc illuſtres ſingillatim pœnæ nomine fiſco noſtro auri pondo quinquaginta cogantur inferre, ſpectabiles auri pondo quadraginta, ſenatores auri pondo triginta, clariſſimi auri pondo viginti, ſacerdotales auri pondo triginta, principales auri pondo viginti, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebei auri pondo quinque, circumcelliones argenti pondo decem. Qui niſi a conductoribus ſub quibus commanent vel procuratoribus executori exigendi fuerint præſentati, ipſi teneantur ad pœnam, ita ut ne domus noſtræ homines ab hujuſcemodi cenſura ha- E beantur immunes. Uxores quoque eorum maritalis ſegregatim multa conſtringat. Eos enim quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio ſubſequetur. Servos etiam dominorum admonitio, vel colonos verberum crebrior ictus a prava religione revocavit; ni malunt ipſi ad prædicta diſpendia, etiamſi ſunt catholici, retineri. Clerici vero miniſtrique eorum ac perniciosiſſimi ſacerdotales ablati de Africano ſolo, quod ritu ſacrilego polluerunt, in exilium viritim ad ſingulas A quaſque regiones ſub idonea profecutione mittantur; Eccleſiis eorum vel conventiculis prædiiſque, ſi qua in eorum Eccleſias hæreticorum largitas prava contulit, proprietati poteſtatique catholicæ, ſicut jamdudum ſtatuimus, vindicatis. Data III. Kal. Februarii Ravennæ, An. Chr. 412. Honorio IX. & Theodoſio V. AA. Conſſ.

Idem Auguſti Juliano Proconſuli Africæ.

Donatiſtas atque hæreticos, quos patientia cle- Ibid. l. 54. mentiæ noſtræ nunc uſque ſervavit, competenti Vide Poſſid. conſtituimus auctoritate percelli: quatenus evi- in vita S. denti præceptione ſe agnoſcant & inteſtabiles, cap. 13 & nullam poteſtatem alicujus ineundi habere, ſed perpetua onuſtos infamia, a cœtibus honeſtis & a conventu publico ſegregandos. Ea vero loca, in quibus dira ſuperſtitio nunc uſque ſervata eſt catholicæ venerabili Eccleſiæ ſocientur; ita ut Epiſcopi, Presbyteri, omneſque antiſtites eorum & miniſtri ſpoliati omnibus facultatibus, ad ſingulas quaſque inſulas atque provincias exulandi gratia dirigantur. Quiſquis autem hos fugientes propoſitam ultionem occultandi cauſa ſuſceperit, ſciat & patrimonium tuum fiſci noſtri compendiis aggregandum, & ſe pœnam quæ his propoſita eſt ſubiturum. Damna quoque patrimonii pœnaſque pecuniarias evidenter imponimus viris, mulieribus, perſonis ſingulis & dignitatibus pro qualitate ſui quæ debeant irrogari. Igitur Proconſulari aut Vicariano vel comitivæ primi ordinis quiſque fuerit honore ſuccinctus, niſi ad obſervantiam catholicam mentem propoſitumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exſolvere fiſci noſtri utilitatibus adgregandas. Ac ne id ſolum putetur ad reſecandam intentionem poſſe ſufficere, quotieſcunque ad communionem talem acceſſiſſe fuerit confutatus, totiens multa exigatur; & ſi quinquies eumdem conſtiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad noſtram clementiam referatur, ut de ſolida ejus ſubſtantia ac de ſtatu acerbius judicemus. Hujuſmodi autem conditionibus etiam honoratos reliquos obligamus; ſcilicet ut ſenator qui nullo munitus extrinſecus privilegio dignitatis, inventus in grege Donatiſtarum, centum libras ſolvat argenti, ſacerdotales eamdem ſummam cogantur exſolvere, decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones decem ſolvant libras argenti, quicunque in hæreſi maluerint permanere. Conductores autem domus noſtræ, ſi hæc in prædiis venerabilis ſubſtantiæ uti permiſerint, tantam penſionem pœnæ nomine cogantur inferre, quantum in conductione penſitare conſuerunt. Eadem quoque emphyteuticarios auctoritas ſacræ definitionis adſtringet. Conductores vero privatorum ſi permiſerint in iiſdem prædiis conventicula haberi, vel eorum patientia ſacrum myſterium fuerit inquinatum, referetur per judices ad ſcientiam dominorum: quorum intererit, ſi pœnam volunt ſacræ juſſionis evadere, aut * certantes corrigere, aut perſeverantes commutare, ac tales prædiis ſuis præbere rectores qui divina præcepta cuſtodiant. Quod ſi procurare neglexerint, hi quoque in penſiones quas accipere conſuerunt prolatæ præceptionis auctoritate multentur; ut quod ad compendia eorum pervenire poterat, ſacro jungatur ærario. Officiales autem diverſorum judicum ſi in hoc errore fuerint deprehenſi, ad tri-

* errantes

triginta librarum argenti illationem pœnæ nomine teneantur; ita ut si quinquies condemnati abſtinere noluerint, coerciti verberibus exilio mancipentur. Servos vero & colonos coercitio ab hujuſmodi auſibus ſeveriſſima vindicabit. Ac ſi coloni verberibus coacti in propoſito perduraverint, tunc tertia peculii ſui parte mulcentur; atque omnia quæ ex hujuſmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones ſacras illico dirigantur. Data x. Kal. Jul. Ravennæ, Conſtantio & Conſtante Conſſ.

Ann. 414.

Idem AA. Juliano Proconſuli Africæ.

Ibid. l. 55.

Notione & ſollicitudine Marcellini ſpectabilis memoriæ viri contra Donatiſtas geſta ſunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetuum firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Data III. Kal. Septembris Ravennæ, Conſtantio & Conſtante Conſſ. a

a An. Chr. 414.

De hac collatione Carthaginenſi vide Baronium anno Domini 411.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Papyrius Maſſonus J. C. Collationis hujuſce Carthaginenſis editor primus celeberrimo imperatorum Honorii & Theodoſii edicto tria ſubjecerat Auguſtini, Poſſidii, atque Oroſii excerpta; quæ neſcio quo conſilio prætermiſſa ſunt in editione Commeliniana anni 1596. nec deinde reſtituta a Severino Binio, Regio collectore, eoque quidem Operato Milevitano epiſcopo obſervationibus Gabrielis Albaſ inſi Epiſcopi Aurelianenſis illuſtrato eamdem collationem cum ipſius hiſtoria, ex rerum eccleſiaſticarum commentariis Franciſci Balduini J. C. deſumpta, adjungendam curavit. Nos vero eadem hic tibi, lector reponimus, ut quæ plurimum lucis obſcuris illorum temporum rebus ſint allatura.

Sanctus Auguſtinus in libro de geſtis ann. 418. *cum Emerito Donatiſtarum epiſcopo cujus crebra mentio in collat.* Præſentibus vobis fratrem & coepiſcopum meum Deuterium (Cæſariæ) obſtringo, ut quemadmodum fit apud Carthaginem, apud Tagaſtam, apud Conſtantinam, apud Hipponem, apud omnes diligentes eccleſias, ſic etiam deinceps facere non pigreſcat, ut annis omnibus, per jejuniorum dies, id eſt quadrageſimam ante paſcha, quando vobis maxime jejunantibus plus vacat audire, eadem geſta collationis per annos ſingulos univerſa a capite in finem ex ordine recitentur.

Poſſidius in vita ſancti Auguſtini. Et de his omnibus pro pace eccleſiæ geſtis Auguſtino dominus & hic palmam dedit, & apud ſe juſtitiæ coronam reſervavit. Jam jamque ac magis juvante Chriſto de die in diem augebatur & multiplicabatur pacis unitas & eccleſiæ Dei fraternitas. Et id maxime factum per collationem quæ ab univerſis epiſcopis catholicis apud Carthaginem cum eiſdem Donatiſtarum epiſcopis poſtmodum facta eſt, id jubente glorioſiſſimo & religioſiſſimo Imperatore Honorio. Propter quod perficiendum etiam a ſuo latere tribunum & notarium Marcellinum ad Africam judicem miſerat. In qua controverſia illi omnimodis confutati atque de errore a catholicis convicti, ſententia cognitoris notati ſunt, & poſt eorum appellationem piiſſimi regis reſponſo inuſti, inter hæreticos condemnati ſunt. Ex qua ratione ſolito amplius eorum epiſcopi cum ſuis clericis & plebibus communicaverunt, & qui pacem tenuerunt catholicam multas eorum perſecutiones uſque ad membrorum amputationem & internecionem pertulerunt. Verum totum illud bonum, ut dixi, per ſanctum illum hominem conſulentibus noſtris epiſcopis & pariter ſatagentibus & cœptum & perfectum eſt.

Oroſius libro ſeptimo. In his diebus præcipiente Honorio & adjuvante Conſtantio Comite pax & veritas per univerſam Africam eccleſiæ catholicæ reddita eſt: & corpus Chriſti, quod nos ſumus, redintegrata diſceſſione ſanatum eſt, impoſita executione ſancti præcepti Marcellino tribuno, viro imprimis prudenti & induſtrio, omniumque ſtudiorum bonorum appetentiſſimo: quem Marinus apud Carthaginem, incertum, zelo ſtimulatus an auro corruptus occidit: qui continuo revocatus ab Africa, factuſque privatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam, conſcientiæ ſuæ dimiſſus eſt.

Neque vero omittendus foret Breviculus ejuſdem collationis, à ſancto Auguſtino, ut in manibus omnium eſſet reſectis minus utilibus narrationibus elaboratus, niſi proſtaret cuivis per otium percurrendus tomo VII. operum omnium ejuſdem ſanctiſſimi eccleſiæ doctoris. Porro hic neceſſarium videtur adſcribere, quod de ſeipſo ac Pelagio breviter narrat ſanctus Auguſt. cap. 22. libri de Geſtis Palæſtinis in cauſa Pelagii, his verbis: *Poſteaquam Pelagius in Africam venit, me abſente, noſtro*, Hipponenſe intelligit, *litteras; ubi omnino nihil ab illo hujuſmodi auditum eſt: quia & ſicut quam putabatur, inde profectus eſt. Poſtmodum ejus factum Carthaginis, quantum recolo, ſemel vel iterum vidi, quando cura collationis quam cum Donatiſtis hæreticis habituri eramus, occupatiſſimus fui, ille vero etiam ad tranſmarina properavit*, id eſt in Paleſtinam.

Ad eadem quoque tempora, ut arbitramur, referri debet antiquiſſimum Bracarenſe in Luſitania a pluribus epiſcopis celebratum concilium pro fide Pancratiano metropolita, quod me ito dixerim primum: a Garſia Loayſa, Severino Binio, Regio collectore, aliiſque deinceps prætermiſſum, ſed a Bernardo Brito parte altera Monarchiæ Luſitanæ Olyſſippone anno 1609. in folio edita ex miſſ. codicibus ſtudio P. Auguſtini de Caſtro Archiepiſcopi Bracarenſis exhibitum Latine ſimul ac Luſitanice: unde illud tibi, lector, exſcribendum curavimus, atque huicce loco inſerendum.

BRA-

BRACARENSE CONCILIUM I.

Præſide Pancratio ſive Pancratiano primæ ſedis Bracarenſis epiſcopo.

Ex capitulo II. libri ſexti Monarchiæ Luſitanæ F. Bernardi de Brito Monachi ordinis ſancti Bernardi & chronologi generalis nunc primum ceteris conciliis additum.

COnvenientibus epiſcopis Elipandus Colimb. A Pamerius Egitanenſis, Arisbertus Portugalenſis, Deusdedit Lucenſis, Gelaſius Emeritenſis, Pontamius Eminienſis, Tiburtius Lamacenſis, Agathius Irienſis, Petrus Numantinus, in ſano ſanctæ Mariæ Bracarenſis, *Dominus Pancratianus epiſcopus primæ ſedis dixit.*

Notum vobis eſt, fratres & ſocii mei, quomodo barbaræ gentes devaſtant univerſam Hiſpaniam, templa evertunt, ſervos Chriſti occidunt in ore gladii, & memorias ſanctorum, ceſſa, ſepulcra, cœmeteria profanant, vires imperii contringunt, modo commoventes omnia ſicut ſtipulam ante faciem venti. Præter Celtiberiam & Carpetaniam jam reliqua omnia verſus Pyreneos ſub ſua jacent poteſtate. Et quia B malum hoc jam tam eſt ſupra capita noſtra, volui vos advocare, ut unuſquiſque ſua provideat, & omnes ſimul communem eccleſiæ calamitatem. Provideamus, ſocii, remedium animarum, ne multitudo laborum & afflictionum compellat eos abire in conſilium impiorum, ſtare in via peccatorum & ſedere in cathedra peſtilentiæ, aut apoſtatare a vera fide, & ad hoc exempla conſtantiæ noſtræ ponamus ob oculos ſubditorum, patientes pro Chriſto aliquid ex multis tormentis, quæ ipſe pertulit pro nobis.

Quia vero nonnulli Alanorum, Suevorum, VVandalorumque ſunt idololatræ, alii vero Arianam hæreſim profitentur, viſum mihi eſt C vobis approbantibus ad majorem fidei firmitudinem contra ſimiles errores ſententiam proferre. Quid vobis videtur?

Omnes (*reſponderunt*) Juſtum, primum, ſanctum expedienſque negotium.

Pancratianus: Credo in Deum, unum, verum, æternum, ingenitum, a nullo procedentem, qui condidit cœlum, terram, & quæ in eis ſunt viſibilia & inviſibilia.

Omnes epiſcopi: Similiter & nos credimus.

Pancr. Credo in unum verbum genitum ab ipſo patre ante tempora, Deum ex Deo vero, ex eadem ſubſtantia patris, ſine quo factum eſt nihil & per quem omnia creata ſunt.

Omnes epiſcopi: Similiter nos credimus.

Pancr. Credo in Spiritum ſanctum procedentem a Patre & Verbo, unicum in Deitate cum ipſis, qui per ora prophetarum locutus eſt, ſupra apoſtolos ſedit, Mariam Chriſti matrem replevit.

Omnes epiſcopi: Similiter & nos credimus.

Pancr. Credo quod in hac trinitate non ſit majus aut minus, prius aut poſterius, ſed in tribus diſtinctis perſonis ſit una æqualitas, una deitas, una divinitas.

Omnes epiſcopi: Similiter nos credimus.

Pancr. Damno, excommunico, reprobo, anathematizo omnes contrarium ſentientes, tenentes, & prædicantes.

Omnes epiſcopi: Similiter & nos damnamus.

Pancr. Credo quod Dei gentium ſint dæmonia, os habent & non loquentur, oculos & non videbunt, aures & non audient, neque ſit ſpiritus in ore ipſorum.

Omnes: Similiter & nos credimus.

Pancr. Credo quod Deus noſter trinus in perſonis, unus in eſſentia fecit ex nihilo omnia, & Adamum patrem noſtrum creavit ex terra, Evam de ejus latere, deſtruxit mundum per aquas, dedit Moyſi legem & noviſſimis temporibus viſitavit nos per filium ſuum qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem.

Omnes: Similiter & nos credimus.

Pancr. Damno, reprobo, execro & anathematizo omnes contrarium tenentes ſentientes & prædicantes.

Omnes: Similiter & nos damnamus.

Pancr. Nunc autem ſi placet vobis omnibus ſtatuatur quid ageudum ſit de reliquiis ſanctorum præcipue de patre noſtro & apoſtolo hujus regionis Petro [a] Ratiſtenſi, quem ad ſalvandas animas [b] Jacobus domini conſanguineus dimiſit.

[a] *de Ratis*

[b] Hanc periochem quidam cenſent addi debuiſſe.

Surrexit Elipandus Colimbricenſis, & ait: Non poterimus omnes uno modo id facere: ſed ſi vobis placuerit, unuſquiſque pro temporis opportunitate id faciat. Barbari ſunt intra nos: & Ulixbonam premunt. Emeritam habent. Aſturicam ſimiliter, propediem eventuri ſupra nos: proficiſcatur unuſquiſque in locum ſuum & confortet fideles, corporaque ſanctorum honeſte abſcondat, & de locis & ſpeluncis, ubi poſita fuerint, relatorium vobis mittat, ne per curſum temporis in oblivionem veniant.

Omnes: Juſtum, bonum & congruens conſilium nobis videtur pro temporis neceſſitate.

Pancr. Similiter mihi ſicut & vobis videtur: abite in pace omnes: ſolus remaneat frater noſter Pontamius propter deſtructionem eccle- D ſiæ [c] tuæ Emeritenſis quam barbari vexant.

[c] Eminienſis, ut docent ſubſcriptiones: & male vertit Britus de Merida.

Pontamius dixit: Abeam & ego ut confortem oves meas & ſimul cum eis pro Chriſti nomine patiar labores & anxietates. Non enim ſuſcepi munus epiſcopi in proſperitate, ſed in labore.

Pancr. Optimum verbum, juſtum conſilium: profectum approbo. Deus te conſervet.

Omnes epiſcopi: Servet te Deus in bono conſilio quod nos ſimiliter approbamus. *Omnes ſimul*: Abeamus in pace Jeſu Chriſti.

Pan-

1 Ex Mſ. quod nemini viſum, niſi hoc ſæculo, poſtquam prodiere Chronica Dextri, Adverſaria Luitprandi, & ſimilia, edidit Bernardus de Brito. Suppoſititium eſſe putat Jo. Baptiſta Perezius, Canonicus Toletanus, qui primus pſeudo-Dextri, & pſeudo-Maximi fraudes detexit. Cardin. de Aguirre admonet, ſi quis hoc Concilium inter genuinum, *inſereret certe, unum reliquum, auctoritatis gradu* eſſe habendum. *Hard.*

Pancratianus in Dei nomine episcopus [a] Bracarensis.

Gelasius in Dei nomine episcopus [b] Emeritensis.

Elipandus in Dei nomine episcopus [c] Colimbriensis.

Pamerius episcopus [d] Egitavensis.

Arisbernus episcopus [e] Portuensis.

Deusdedit episcopus [f] Lucensis.

Pontamius episcopus [g] Eminiensis.

Tiburtius episcopus [h] Lamacensis.

Agathius episcopus [i] Iriensis.

Petrus in Dei nomine episcopus [k] Numantinus.

Explicit Conc. I. Bracarense.

a Idem
b Toro
c Lego
d Agueda
e Lamego
f Dio
g Camera
h Pedro de Naxara.

Eorumdem episcoporum occurrit mentio in sequenti *epistola Ariberti ad Samerium archidiaconum Bracarensem*.

Doleo super te, frater mi, doleo super episcopum & caput nostrum Pancratianum, doleo super exultationem vestram: videat Deus miseriam nostram oculis misericordiæ suæ. Colimbria capta est. Servos Dei occidit inimicus in ore gladii. Elipandus ducitur captivus. Olysippo libertatem suam auro redemit. Egitaviam obsident. Omnia plena sunt laboribus, singultibus & anxietatibus: sed quia tu vidisti quomodo actum est in Gallæcia a Suevis, inde collige qualiter Alani agant in Lusitania. Mitto ad te decreta de fide, quæ petis: deduxi enim illa mecum scripta mea. Ego quotidie spero super me similem plagam: sed de omnibus ad te scribam si scivero de loco ubi latitas. Respiciat nos Deus.

Observatio P. Antonii Pagi
Ad Ann. Ch. 411. n. 19.

Hoc Concilium Labbeus cum anno 411. copulat, atque *Primum Bracarense* merito dicendum esse. At cum Innocentius III. quando longam litem, quæ inter Compostellanum & Bracarensem Episcopos versabatur, diremit, *primum*, & *secundum* Concilium Bracarense appellet, quæ *Theodemiro*, & ejus filio dominantibus habita sunt, ut anno 563. num. 4. ostendi, imo *Nitigisus* Lacensis sedis Episcopus Concilium Bracarense anno 572. indictum, *secundum* nuncupet, ut videre est, etiam anno 563. num. 4. Concilium Bracarense hoc anno a Labbeo conjugatum, nec primum, nec forte genuinum dici potest. Hic enim articulus fidei, qui in eo legitur. *Credo in Spiritum Sanctum procedentem a Patre & Verbo*, suppositionem satis prodit; cum hoc circiter tempore Sancto Cyrillo crimini datum sit, quod similem propositionem probasset, adeo ut se se de ea purgare coactus fuerit. Scriptum itaque illud in Episcopi Bracarensis gratiam editum: cum in eo dicatur illum præsedisse non solum Episcopis Gallæciæ, in quos sæculo quinto legitimam jurisdictionem exercebat; sed etiam Episcopis Lusitaniæ, tanquam Metropolitam Episcopi Emeritensis, qui tamen Episcopo Bracarensi per hac tempora nunquam cedere voluit, & Episcopis Conimbriæ, Lamacensi, & Egitano in Lusitania, imo & Numantino in Arevacis, quamvis *Numantia* jamdiu solo æquata, nunquam postea readificata fuisset. Nec *Conimbria*, *Colimbria*, uti in eo Concilio appellata ante sæculum XI. vel XII. quo Episcopus Bracarensis de totius Hispaniæ Primatu contendere cœpit. Denique qui hoc Concilium supposuit, anno 415. aut circiter illud affigere intendit; cum *Aribertus* in Epistola laudata scribat: *Doleo super te, super caput nostrum Pancratianum* (Bracarensem Episcopum.) *Colimbria capta est, Olysippo libertatem suam auro redemit, &c. Quomodo actum sit in Gallæcia a Suevis, inde collige qualiter Alani agant in Lusitania.* Quare Alanis tunc parebat Lusitania, e qua tamen anno 417. aut insequenti ut infra videbimus, expulsi sunt, & qui remanserant cum Vandalis, qui in Gallæcia erant, se se adjunxere. Alanis vero extinctis, non multo post *Vandali* in Africam trajecere, ut suo loco ostendemus, sicque utrinque nationis nomen in Hispania solum remansit. Labbeus, qui Concilium istud legerat tantum in secunda parte Monarchiæ Lusitanæ, omisit alteram Epistolam ab *Aribertо* ad Samerium Archidiaconum datam, quam refert Rodericus de Cuna Episcopus Portuensis in Catalogo Episcoporum Portuensium lingua Lusitana scripto, in qua Concilium istud tanquam legitimum tuetur. In hac Epistola dicit Aribertus: *Transeuntes Colimbriam novam, audimus ibi multos Dei ministros, laborantes jussu Alani in constructione murorum novæ urbis*, &c. quare qui istud Concilium supposuit, illud ante annum 418. congregatum esse voluit. Sed quo magis Acta & has duas Epistolas discutio, eo minus mihi probantur. Quod si quis argumenta in medium afferat, quæ istud Concilium genuinum, & germanum esse ostendant, eo lubentius peritiorum judicio stabo, quo in unam veritatem e tenebris eruendam omnia mea consilia dirigo.

ANNO CHRISTI 411. aut potius sequenti 412.

CONCILIUM CARTHAGINENSE

ANNO CHRISTI 411. aut potius sequenti 412.

Contra Pelagianos I.

In quo Cælestius Pelagii hæresiarchæ discipulus a Paulino diacono hæresis convictus ad Innocentium Papam appellavit.

EJus concilii acta exciderunt, solumque superest illius fragmentum apud sanctum Augustinum libro 2. de Gratia Christi & peccato originali capitibus secundo, tertio, & quarto in hæc verba: *Et Cælestius quidem in hoc extitit errore liberior, usque adeo ut neque in episcopali judicio apud Carthaginem damnare voluerit eos, qui dicunt*, quod peccatum Adæ ipsum solum læserit & non genus humanum: *& quod infantes qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Et in urbe Roma in libello suo, quem beatissimo Papæ Zosimo dedit id asseveravit expressius, quod* parvulorum neminem obstringat originale peccatum. *De gestis enim ecclesiasticis Carthaginensibus hæc ejus verba descripsimus.*

Cap. 1.

Aurelius episcopus dixit: Sequentia recitentur, & *recitatum est:* quod peccatum Adæ ipsi soli obfuerit, & non generi humano. *Et cum recitatum esset, Cælestius dixit*: Dixi de traduce peccati me dubium esse: ita tamen ut cui donavit Deus gratiam peritiæ consentiam, quia diversa ab eis audivi qui utique in ecclesia catholica constituti sunt episcopi. *Paulinus diaconus dixit*: Dic nobis nomina eorum. *Cælestius dixit*; Sanctus presbyter Ruffinus Romæ qui mansit cum sancto Pammachio. Ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit. *Paulinus diaconus dixit*: Et aliquis alius? Cælestius dixit: Audivi & plures dicere. *Paulinus diaconus dixit*: Die nomina ipsorum? *Cælestius dixit:* Non tibi sufficit unus sacerdos? Et

Cap. 2.

1 Sub Aurelio XV.

ANNO CHRISTI 411. aut potius ſequenti 412.

Et poſt aliqua alio loco: Aurelius epiſcopus dixit: Reliqua libelli legantur: *Et recitatum eſt*, quod infantes qui naſcuntur in eo ſtatu ſint, in quo fuit Adam ante tranſgreſſionem: *uſque in finem libelli minoris ſuperius inſerti.*

Cap 1. *Aurelius epiſcopus dixit*: Docuiſti, Cæleſti, aliquando, ut dixit diaconus Paulinus; quod infantes qui naſcuntur in eo ſtatu ſint, in quo fuit Adam ante tranſgreſſionem. *Cæleſtius dixit*: Exponat quid dixit ante tranſgreſſionem. *Paulinus diaconus dixit*; Tu nega hoc te docuiſſe. Unum eſt ex duobus, aut neget ſe docuiſſe, aut jam damnet illud. *Cæleſtius dixit*: Jam dixi: exponat quomodo dixit ante tranſgreſſionem. *Paulinus diaconus dixit*: Nega te illa docuiſſe. *Aurelius epiſcopus dixit*. Rogo B quid collegerim ego ex hujuſmodi objectione, dico, Adam conſtitutus in paradiſo, quod ante dicatur inexterminabilis factus, poſtea per tranſgreſſionem præcepti factus ſit incorruptibilis. Hoc dicis frater Pauline? *Paulinus diaconus dixit*: Hoc domine. *Aurelius epiſcopus dixit*: Status certe infantium hodie baptizandorum utrum talis ſit qualis fuit ante tranſgreſſionem Adæ, an certe de eadem origine peccati, de qua naſcitur, tranſgreſſionis culpam trahat? Hoc vult Paulinus diaconus audire. *Paulinus diaconus dixit*: Utrum docuit hoc an non, neget. *Cæleſtius dixit*: Jam de traduce peccati dixi, quia intra catholicam conſtitutos plures audivi deſtruere, necnon & alios adſtruere: licet quæ- C ſtionis res ſit iſta, non hæreſis: Infantes ſemper dixi egere baptiſmo ac debere baptizari. Quid quærit aliud? &c.

Cap 1. *In libello autem quem Romæ edidit, qui geſtis ibi eccleſiaſticis ablegatus eſt, ita hac de re loquitur &c.*

Cap 2. Hanc ejus prælocutionem venerabilis Papa Zoſimus tenens, egit cum homine, quem falſæ doctrinæ ventus inflaverat, ut ea, *quæ illi a Paulino diacono fuerant objecta damnaret*, atque, ut ſedis apoſtolicæ literis quæ a ſanctæ memoriæ ſuo præceſſore manaverant, præberet aſſenſum. At ille noluit quidem *diaconi objecta damnare*, ſed beati Papæ Innocentii literis non eſt auſus obſiſtere; *imo ſe omnia quæ ſedes* D *illa damnaret, damnaturum eſſe promiſit &c.*

Eiuſdem quoque concilii mentionem factam advertimus capite undecimo (ut omittam 35. libri de Geſtis Palæſt.) ubi poſt ſex capita doctrinæ Cæleſtianæ recenſita, iſta ſubjiciuntur aliaque nonnulla: *Hæc ita objecta ſunt, ut etiam apud Carthaginem a ſanctitate tua* (ſcribebat ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum Africæ primatem) *& ab aliis tecum epiſcopis dicerentur audita atque damnata. Ubi quidem, ut recolis ipſe, non fuiſſem. Poſtea cum veniſſem Carthaginem, eadem geſta recenſui, ex quibus aliqua memini, ſed neſcio utrum ejus hæc omnia teneantur.* Auguſtinus idem cap. 33. lib. 11. Retractationum. *Cæleſtius diſcipulus ejus jam propter tales aſſertiones, apud Carthaginem in epiſcopali judicio, ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat &c.*

ANNO CHRISTI 412. aut potius ſequenti 412.

Nullibi vero, quod hactenus legerim audiverimve, tempus celebratæ illius ſynodi habetur expreſſius deſignatum, quam in epiſtola ſynodali epiſcoporum 67. Carthagine anno 416. congregatorum ad Innocentium Papam, quæ eſt 90. inter Auguſtinianas: ſic enim ipſo ferme ejus initio: *His lectis* (Erotis & Lazari epiſtolis) *Pelagium & Cæleſtium auctores nefariis prorſus & anathematizandis ab omnibus nobis erroris advertimus. Unde factum eſt ut recenſendum peteremus,* a *quid ante ferme quinquennium ſuper Cæleſti nomine hic apud eccleſiam Carthaginenſem fuerat agitatum. Quo recitato ſicut ex ſubditis advertere poterit ſanctitas tua, quamvis judicatio manifeſta conſtaret, quia illo tempore epiſcopali judicio exciſum hoc tantum vulnus ab eccleſia videretur, nihilominus tamen id communi deliberatione cenſuimus &c.* quæ paulo poſt excudentur.

a ergo anno aut exeunte 411. aut ineunte 412.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Auditum hoc tempore tum primum infelicis Cæleſtii Pelagii hæreſiarchæ diſcipuli, κακῶς κόρακος κακὸν οὖν, initiaſtum eccleſiæ nomen admonet, ut publici juris faciam nondum hactenus editum Marii Mercatoris commonitorium anno Chriſti 529. elucubratum, conſulatum gerentibus VV. CC. Florentio & Dionyſio, paulo antequam ad ſuperos abiret S. Auguſtinus. Illud ex ſchedis V. C. Lucæ Holſtenii Hamburgenſis deſcriptum juſſu eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis Franciſci Barberini, in literatos omnes munificentiſſimi principis, Romæ ad me pro ſolita ſua humanitate miſit R. P. Petrus Poſſinus Narbonenſis, e ſocietate noſtra vir promovendæ rei literariæ, & ditandis concilliis noſtris natus.

MARII MERCATORIS SERVI CHRISTI
COMMONITORIUM

Super nomine Cæleſtii, & Juliani, eorumque hæreſi; ſcriptum ſub conſulatu Florentii, & Dionyſii VV. CC. a

a hoc eſt anno Chriſti 429.

Ex codice Palatino Vaticanæ bibliothecæ deſcripſit Lucas Holſtenius, poſt cujus obitum juſſu eminentiſſimi Card. Franc. Barberini, miſit Roma R. F. Petrus Poſſinus S. J. nos vero variis S. Auguſtini, aliorumque veterum teſtimoniis veſtitum ac illuſtratum tanquam accuratiſſimum hæreſis Pelagianæ, ex quo plurima ad hiſtoriam ſpectantia haurire quivis poterit, breviarium ſequentibus conciliis epiſtoliſque Romanorum pontificum præmiſimus.

CÆLESTIUS quidam, eunuchus matris E utero editus, ante viginti plus minus annos b, diſcipulus, & auditor Pelagii, egreſſus ex urbe Romana Carthaginem Africæ totius metropolim venit; ibique de infraſcriptis capitulis apud Aurelium epiſcopum memoratæ urbis per libellum a Paulino diacono ſanctæ memoriæ Ambroſii b Mediolanenſis epiſcopi eſt accuſatus, ſicut geſtorum confectio ſe habet, quibus idem libellus inſertus eſt (quorum geſto-

b jam ab anno minimum 410.

b cujus vitam & ipſe ſcripſit quæ legitur apud Surium.

ſtorum [a] exemplaria habemus in manibus) tanquam hæc non ſolum ipſe doceret, ſed & per provincias conſpirantes ſibi diverſos, qui hæc per populos diſſeminarent, miſiſſet, id eſt,

Adam [b] mortalem factum, qui ſive peccaret, ſive non peccaret, moriturus fuiſſet.

Quoniam peccatum Adæ ipſum ſolum læſit, non genus humanum.

Quoniam parvuli qui naſcuntur, in eo ſtatu ſunt, in quo fuit Adam ante prævaricationem.

Quoniam neque per mortem, vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, nec per reſurrectionem Chriſti omne genus hominum reſurgat.

Quoniam lex mittit ad regnum cœlorum quomodo & evangelium.

Quoniam & ante adventum domini fuerunt homines impeccabiles, id eſt, ſine peccato.

De quibus omnibus capitulis ſuprascriptis exemplaribus ſynodalium geſtorum patres, & episcopi [c] regionis illius reſtiterunt Cœleſtio, & juſſerunt, ut eadem condemnaret quia eſſent hæretici ſenſus. Sed Cœleſtius nullo modo adquieſcens, quin imo reſiſtens actis iiſdem, quibus frequenter auditus eſt, eccleſiaſtica communione privatus eſt: a qua ſententia ad Romani epiſcopi examen credidit [d] appellandum.

Quam mox idem ipſe appellatione neglecta Epheſum Aſiæ urbem [e] contendit, ibique uſus eſt per obreptionem locum presbyterii petere. Inde poſt aliquantos annos ſub ſanctæ memoriæ Attico [f] epiſcopo urbem Conſtantinopolitanam petiit, ubi in ſimilibus detectus, magno ſtudio ſancti illius viri ex prædicta alma urbe detruſus [g] eſt, literis ſuper ejus nomine in Aſiam, & Theſſalonicam, & Carthaginem ad epiſcopos miſſis: quarum exemplaria habentes proferre ſumus parati.

Prædictus tamen Cœleſtius etiam hinc ejectus ad urbem Romam ſub ſanctæ memoriæ Zoſimo epiſcopo tota feſtinatione perrexit: ubi actis, quorum exemplaria habemus, interrogatus, cum ab illo cognitore aliquatenus terreretur, crebris reſponſionibus, & proſecutionibus ſuis ſpem præſeminavit, condemnare ſe illa capitula, de quibus apud Carthaginem fuerat accuſatus, promittens. Id enim & inſtantius jubebatur, ab eoque vehementius [h] ut id faceret expectabatur; atque ob hoc ipſum nonnulla illius ſancti ſacerdotis [i] humanitate dignus eſt habitus: & ſic epiſtolam quamdam benignitatis plenam ad Afros epiſcopos meruit: qua ille abuſus eſt, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem.

Epiſcopis vero ex Africa reſcribentibus, omnemque cauſam, quæ apud eos facta fuerat exponentibus; miſſis etiam geſtis exinde, quæ fuerant tunc cum illo, vel de illo confecta, vocatur ad audientiam pleniorem, ut quæ promiſerat, feſtinaret implere, id eſt, ut damnatis prædictis capitulis [k], ſententia Afrorum pontificum qua fuerat communione privatus, abſolveretur; non ſolum non adfuit, ſed etiam ex memorata Romana urbe [l] profugit, atque ob hoc a beatæ memoriæ prædicto Zoſimo epiſcopo [m] ſcriptis ampliſſimis, vel longiſſimis perdamnatus [n] eſt. In quibus & ipſa capitula de quibus accuſatus fuerat continentur; & omnis cauſa tam de Cœleſtio ſuprascripto, quam de Pelagio magiſtro ejus praviore videtur eſſe narrata: quorum ſcriptorum & nos hic habemus exemplaria, & orientales eccleſias Ægypti diœceſim, & Conſtantinopolim & Theſſalonicam, & Hieroſolyma ſimilia, eademque ſcripta ad epiſcopos tranſmiſſa eſſe ſuggerimus.

Ut autem Pelagius cum iſto pariter damnaretur, iſtud in cauſa eſt. Auſus eſt memoratus ante vaſtationem urbis Romæ in apoſtolum Paulum commentarios condere, & his edere, de quorum amicitia præſumebat; explanare autem ſe putavit ſingula apoſtoli verba, vel ſenſus. In epiſtola igitur, quæ eſt ad Romanos, cum ad illa loca veniſſet, ubi vas electionis ita loquitur: *Propterea ſicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſivit.* Hactenus credidit exponendum: quem librum ejus habemus, & proferimus ad convincendum inimicum ejus errorem. Ita ergo idem ait [a]: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Exemplo*, inquit, *ſeu [b] imagine uſus eſt, quia ſicut cum non eſſet peccatum per Adam ſubintravit, ſic & cum non remanſiſſet juſtitia apud aliquem, vita per Chriſtum [c] reparata eſt; & in omnes homines mors pertranſiit: Cum ſic*, inquit, *qui peccant, ſimiliter & moriuntur. Neque enim aut in Abraham, aut Iſaac, aut Jacob mors pertranſiit, de quibus Dominus ait, hi omnes vivunt. Hic autem*, inquit, *propterea dicit omnes mortuos, quoniam [d] multitudine peccatorum non excipiuntur pauci, ſicut & ibi inquit: Non eſt qui faciat bonitatem non eſt uſque ad unum. Et iterum illud inquit: Omnis homo mendax. Aut certe in illos omnes pertranſiit*, inquit, *qui humano ritu non cœleſti ſunt converſati.*

Et poſt pauca. *Sed regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen etiam in eos qui non prævaricaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ: ſive cum non eſſet*, inquit, *qui inter juſtum, & injuſtum diſcerneret, putabat mors ſe omnium dominari, ſive in eos, qui mandatum tanquam Adam prævaricati ſunt: hoc eſt de filiis Noe, quibus præceptum eſt, ut animam in ſanguine non manducarent. Et de filiis Abrahamo, quibus circumciſio mandata eſt. Sed & in eos, qui præter mandatum legem contempſerant naturalem. Qui eſt forma futuri. Quoniam*, inquit, *ſicut Adam præter coitum a Deo formatus eſt, ſic & Chriſtus ex Virgine fabricante Spiritu ſancto proceſſit, ſive, ſicut quidam dicunt, forma a contrario; hoc eſt, ut ſicut ille caput peccati, ſic iſte caput juſtitiæ ſit; ſed non ſicut delictum ita & donum; ne in forma*, inquit, *æqualitas putaretur. Si enim in unius prævaricatione multi mortui ſunt, multo magis dono, & gratia Dei per unum hominem Chriſtum in multos abundavit; plus valuit*, inquit apoſtolus, *gratia in vivificando, quam peccatum in occidendo; Quia Adam ſe ſolum, & ſuos poſteros interfecit, Chriſtus vero & eos qui tunc erant in corpore, & hos qui poſtea futuri erant liberavit.*

Hic ſollicitus Catholicus lector notet, quod dicat, *Adam non ſibi ſoli, ſed & poſteris ſuis nocuiſſe.* Tene ſuperiorem definitionem ejus: poſteros enim hic dicit, non omnes ubique, & omnino totos homines læſos illius peccato, ſed illos tantum qui per imitationem ſimiliter ſuis peccatis, & propriis factis ſunt rei prævaricationis, ſicut Adam: qui ſine dubio ii ipſi pronepotes ejus, & poſteri eſſe inveniuntur.

[a] Quædam eorum excerpta mox exhibebimus.

[b] Eadem ſex capita habentur, tum cap. XI. lib. II. de peccato originali, tum cap. XI. I. 3 S. Auguſtini de geſtis Pelagii, ſed nec eodem ordine, nec iiſdem verbis in pluriſque ſervatis.

[c] Oroſius in apologia. Cœleſtium jam ad honorem presbyterii ſubrepentem apud Carthaginem plurimis epiſcopis judicantibus prodictum, auditum, convictum, confeſſum, detectatumque ab eccleſia ex Africa profugiſſe.

[d] Paulinus diaconus in libello ad Zoſimum mox excudendo.

[e] epiſt. ſynodorum Carthag. & Milevitana ad Innoc. I. etiam ad presbyterium in Aſia dicitur pervenisse. qui Proſpero carm. de ingratis dicitur doctis bonisque ore ſacerdos repulſe obducta teſtos forma.

[f] Auguſtinus l. 3 contra Iulianum cap. 8. Cœleſtium Conſtantinopoli debellatum. Hoc ad annum 423. referas licet, non vero 430. ex ep. Cœleſtini cap 18. Part. I. concilii Ephesini. Ab Epheſiis quoque pulſus docet Proſper cap. 8. Carminis de ingratis.

[g] Paulinus diac. in ſuo libello repetit verbum illud, damna.

[h] S Aug. c. 3. & 4. l. 11. ad Bonifacium Faſam contra duas epiſtolas Pelagianorum & alibi.

[i] fuerat quoque ab Innocentio auctoritate vigoſis apoſtolici recl. comm. privatus.

[k] S. Aug. eodem cap. 3. lib. 11. ad Bonifacium papam: *Cum ejus præſentia &c. ſe ſubtraxit & negavit examini.*

[l] De hac tradatoria epiſtola plura paulo poſt.

[m] S. Auguſt. epiſt. 177. ad Optatum: *Conciliorum epiſcopalium vigilantia a duobus ferme, antiſtitibus apoſtolicæ ſedis toto Chriſtiano orbe damnati ſupi.*

[n] Paucis mutatis eadem habentur in commentariolis in epiſt. ad Romanos, quæ extant Tom. VIII. operum S. Hieron. Ea vel hinc Pelagio aſſeras, etſi alia deeſſent argumenta, præſertim petitum ex cap 16. de geſtis Pelagii: *Sunt enim quædam expoſitiones epiſtolæ Pauli, quam ſcribit ad Romanos quæ ipſius eſſe Pelagii dicuntur &c.* lib. 3 de peccatorum meritis ad Marcellinum ipſo fere initio & alibi.

[a] forma.

[b] futura non præſens habent editi libri.

[c] quia in

Hi autem, inquit, *qui contra* [a] *traducem peccati ſentiunt, aliter eos, qui defendunt traducem impugnare conantur. Si peccatum*, inquit, *Adæ etiam non peccantibus nocuit; ergo, & Chriſti juſtitia non credentibus prodeſt: quoniam ſimiliter, imo plus dicit apoſtolus per unum liberari, quam per unum ante perierunt.*

Deinde dicunt, inquit, *ſi baptiſmus mundat antiquum illud, veternoſumque peccatum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: non enim poterunt ad poſteros tranſmittere, quod ipſi minime habuerunt. In hoc addunt*, inquit, *quoniam ſi anima non eſt ex traduce, ſicut nec eſt, ſed ſola caro habet traducem peccati, ſola & pœnam meretur. Injuſtum eſt enim ut hodie nata anima non ex maſſa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum. Quin & rationabile eſt, ut Deus qui propria peccata dimittit, non imputet alienum.*

Et iterum in alio termone ſuo idem Pelagius: *Si peccator genuit*, inquit, *peccatorem, ut parvulo ejus* [b] *peccatum originale in baptiſmi acceptione ſolvatur. Juſtus ergo juſtum gignere deberet. Si parentes*, inquit, *poſt converſionem propria peccata non læſunt, multo magis filii eorum per eos nocere* [c] *non potuerunt. Si priori homini contigit cauſam mortis feciſſe; ergo per Chriſti adventum mori jam non oportebat. Si per peccatum Adæ mors orta eſſet, nunquam poſt remiſſionem peccatorum, quam nobis liberator donavit, moreremur. Plus ergo valuit peccatum Adæ omnes omnino homines occidendo, quam Chriſti gratia in ſalvando, quæ non omnibus, ſed tantum credentibus profuit: neque enim omnes qui naſcuntur ex Adam, ii etiam renaſcuntur in Chriſto.* Et reliqua.

Quæ omnia ſuprascripta capitula, ut jam ſuperius dictum eſt, continet illa beatæ memoriæ epiſcopi Zoſimi epiſtola, quæ tractatoria dicitur [d], qua Cœleſtius, Pelagiuſque damnati ſunt, quæ & Conſtantinopolim, & per totum orbem miſſa, ſubſcriptionibus ſanctorum patrum eſt roborata. Cui Julianus, & reliqui complices ejus ſubſcribere detrectantes, conſentaneoſque ſe nolentes iiſdem patribus facere, non ſolum imperialibus [e] legibus, ſed & ſacerdotalibus ſtatutis depoſiti, atque exauctorati, ex omni Italia deturbati ſunt.

Ex quibus plurimi reſipiſcentes, & a prædicto errore correcti, regreſſi ſunt ſupplices [f] ad ſedem apoſtolicam, qui & ſuſcepti ſuas eccleſias receperunt.

Prædicti ſane Cœleſtius & Pelagius non tunc primo a ſanctæ memoriæ Zoſimo videntur eſſe damnati, ſed [g] ab ejus deceſſore ſanctæ recordationis Innocentio, a quo & Julianus fuerat ordinatus, quique poſt illorum damnationem, uſque ad prædicti Innocentii epiſcopi ceſſum e vita, in ejus communione permanens & perſeverans in ſincera ſententia, & communicans damnatori prædictorum, ipſe quoque ſine dubio Pelagium [h] Cœleſtiumque damnavit. Et quid nunc deſiderat, aut de quo queritur, ignoramus.

Ut autem a ſanctæ recordationis Innocentio damnarentur, talis extitit cauſa. Poſt Romanæ urbis vaſtationem in Paleſtina degebat Pelagius. Inventi ſunt a quibuſdam ſtudioſis [a] epiſcopis libri ejus, in quibus multa & varia adverſus fidem catholicam conſcripta eſſe videntur: hi cum literis in Africam patribus, & epiſcopis miſſi ſunt, ubi [b] tribus conciliis congregatis memorati lecti ſunt libri. Exinde relationibus Romam miſſis, ipſis quoque libris pariter deſtinatis, apoſtolica [c] ſententia reſcribentis ad prædicta concilia emanavit, quæ eoſdem ipſos Cœleſtium Pelagiumque eccleſiaſtica communione privavit, quorum ſcriptorum exemplaria habemus in manibus.

Adhuc etiam Hieroſolymis conſtitutus Pelagius accuſatus fuit apud [d] ſynodum, & primo quidem tergiverſando ambiguis quibuſdam ſe profeſſionibus tegens, & proſequens dubia, vel reſpondens, illam tunc videtur epiſcoporum audientiam deluſiſſe: ſed poſtmodum evidenter deprehenſus inſiſtentibus accuſatoribus a poſteriore ſynodo, cui ſanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præſedit epiſcopus, atque detectus, a ſanctis quoque, ac venerabilibus Hieroſolymorum locis eſt deturbatus. Ejus denique ſancti Theodoti ad reverentiſſimum urbis Romæ epiſcopum, & ſanctæ recordationis Praylii [e] Hieroſolymitani epiſcopi miſſa ſcripta teſtantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.

In ipſa autem accuſatione capitulorum, quæ eidem tunc Pelagio objecta ſunt, etiam hæc continentur cum aliis execrandis, quæ Cœleſtius ejus diſcipulus ſentiebat.

Id eſt, *infantes, etiamſi non baptizentur, habere vitam æternam.*

Illud quoque, quod ſuperius poſitum eſt capitulum ſentiri a Cœleſtio, & eſſe conſentaneum magiſtri ſui doctrinæ memoravimus: id eſt; *Legem ſic mittere ad regnum cœlorum, ſicut evangelium*, Pelagius quibuſdam ſcriptis ſuis aperte confirmat, ac pronunciat.

Denique libellus eſt ejus, quem habemus in manibus, ad quamdam Livaniam [f] Viduam ſermonem continens exhortatorium, in quo ita habetur; *Simplicitatem*, inquit, *ſequi Chriſti famulam decet; non hanc, quæ ſtultitia magis eſt quam ſimplicitas, ſed illam, de qua ſcriptura dicit*: Benedicta anima omnis ſimplex, *dicente alibi ſcriptura*: Maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea. *Hinc*, inquit, *oſtenditur non eſſe ſimplicitatem veram, quæ Dei mandata in ſenſata ſecuritate contemnit: ſed eam quæ legis præcepta ſapienti timore cuſtodit: Dicente enim* maledictum eſſe eum, qui non permanet in his, quæ ſcripta ſunt, *a contrario benedictum eſſe non vult, qui non omnia præcepta ſervaverit. Et ſi omnis ſimplex benedictus eſt; ergo ſimplex ille eſt, qui omnia præcepta legis implevit.*

Adſerere hunc illud (quod toties jam ſuperius dictum eſt) ad regnum cœlorum libros Moyſis ſicut evangelium mittere, nullus catholicorum, qui hoc capitulum legerit, dubitat: nec intelligendo difficultatem aliquam poterit ſuſtinere; & quia indiſcrete legem in eodem impiiſſimo capitulo nominavit, ſi Moſaicam, cujus teſtimonium maledicti poſuit, aperte nos ad Judaiſmum attrahere tentat. Quod ſi ad tegendum ſe per fallaciam, legis nomine evange-

---

a Vide lib. 3. de Peccatorum meritis ſive apiſt. S. Auguſtini ad Marcellinum capp. 2. 3. 12. &c. Pelag. in c. 9. epiſt. ad Romanos *Inſaniunt qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos omnes pertinere peccatum.*

b *Peccatum originale* dicitur in eodem teſtimonio cit. a S. Auguſt. c. 9. libri 2. de peccatorum meritis & remiſſione.

c Ibidem cap. 29.

d Hanc alii poſtea dicere dogmaticam, ſive conſtitutionem in materia fidei. De ea vide S. Auguſt. ep. 97. ad Valentinam, epiſt. 93. ad Optatum, c. 22. l. de peccato originali &c. Auctor ſententiarum poſt epiſt. Cæleſtini papæ ad Gallos epiſcopos, vocat cap. 5. *regularem authoritatem ſcriptam ad partes orbis epiſtolarem.* Videndus quoque Proſper in Chron. &c. 22. contra Cæſianum. *Quando Africanorum conciliorum decreta beatæ recordationis Papa Zoſimus ſententia ſua roborare adnexuit, & ad implorandam de tranſactionem Sedis Petri deuterat omnium animum armavit auctoritatem &c. ſubſcribentium ipſius decretoriæ epiſtolæ nec omittendus Poſſidius cap. 18. vitæ S. Auguſtini.* Bonifacius Papa pluſſimorum imperatorum catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Chriſti non ſolum apoſtolicis, ſed etiam regiis utebatur edictis &c. *Proſper loc. cit.*

[a] Erote, Lazaro &c.

[b] duo Carthaginenſia cum Milevitano intelligere videtur.

[c] Extant illorum duæ epiſtolæ, cum canonibus tertii.

[d] Dioſpolitanam ſive Lyddenſem de qua S. Auguſt. cap. 47. lib. 11. Retract. c. 31. 12. contra Julianum, toto libro de geſtis Palæſtini a Velſero primum edit. & infinitis aliis locis. SS. Hier. Proſper &c.

[e] Zoſimus c. 4 ad Afros: Ecce epiſt. Hier. epiſc. Praylii qui in locum quondam S. Joannis epiſcopus eſt ordinatus, accedimus, &c. ſed ea tum tantum erat commendatoria non condemnatoria.

[f] Quid ſi Julianam, aut certe ejus nomen anagrammatiſmo texerit?

[g] Quædam alia ad eandem viduam adulatorie ſcripta refert S. Aug. capp. 2. 8. & 36. libri de geſtis Pelagii, & S. Hier. lib. 3. contra Pelagianos. *Eidem adulans vidua &c.*

[g] Genadius c. 43. Catalogi virorum illuſtrium: Innocentius V. R. E. ſcripſit decretum occidentalium eccleſiarum & orientalium adverſus Pelagianos datum, quod poſtea ſucceſſor ejus Papa Zoſimus latius promulgavit.

[h] Beda lib. 8. ſeu præfat. in Cantica Cant. ait Julianum parvulum a Pelagio nutritum, quaſi regulum in caverna colubri: ſed & hic erraſſe videtur, aut dicendum diſſimulaſſe uſque ad obitum Innocentii.

[f] ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium redierunt, inquit Poſſidius c. 18. vitæ S. Aug.

gelium appellat, non errat, ſed in eo eſt impius, in quo ſub ſimili, & æquali nos maledicto, conſtituere non pertimeſcit, exæquans legis [a] circumciſionem, & omni Judaiſmo evangelicam gratiam.

[a] circumciſione.

Unde etiam diſcipulus ejus Cæleſtius aperte auſus eſt pronunciare, *Legem ſic mittere ad regnum cælorum, ſicut evangelium*. Manifeſtum eſt enim ſecundum Pelagium, quia ſi ſub eodem, vel ſimili adhuc ſumus vinculo, etiam ſub evangelii tempore, ut ſi quid tanquam homines erraverimus, aut unum de præceptis evangelii non impleverimus, eſſe nos maledictos. Quod ſi ita eſt, quod abſit, tamen ut ille vult, ſic dictum, exæquatum eſt legi veteri evangelium: & ubi erit dictum Pauli apoſtoli: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia ſcriptum eſt, maledictus omnis homo, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea.*

Gal. 3.

Quin etiam ſubdeſcendens hunc ipſum ſenſum latius in eodem ſermone libelli hujus exequitur, & latius eum commendat. Poſt multa enim ibi ait: *Odiſſe, maledicere, & invidere: mentiri, detrahere, & detrahentibus credere, leve, aut nullum putatur eſſe peccatum: ſed hi qui hoc putant, obliti ſunt, quoniam & levis præcepti obnoxios gehennæ legimus eſſe mancipandos: dixiſſe enim, inquit, dominum manifeſtum eſt*: Quicumque dixerit fratri ſuo fatue, vel racha, reus erit gehennæ.

Matth. 5.

Hos igitur in ejuſmodi ampliſſimis erroribus deprehenſos Pelagium ſcilicet, & Cæleſtium ad ſatisfactionem eccleſiæ Julianus, & ceteri ſui participes vel modo condemnent; & ſi quos confundunt adverſus catholicam fidem non recte ſentire nominatim deſignare non dubitent: & eccleſiaſtico ordine a nobis accipient pro noſtra poſſibilitate reſponſum, aut ab eo certe, quem dicunt [b] a ſenſu catholico deviare.

[b] S. Aug. hoſtem Pelagianorum acerrimum, ni fallor, intelligit, cui Julianus præ ceteris infenſus erat.

Sicut enim ſuperius præfati ſumus, jam multi [c] qui Cæleſtium, & Pelagium cum eo fuerant ſecuti, Juliani quoque participes, & ſocii facti derelicto eo, Pelagioque damnato, ſedi ſe apoſtolicæ ſubmittentes, & pœnitere ſuper his, quæ male ſenſerunt profitentes a ſanctis patribus digni habiti miſeratione ſuſcepti ſunt. *Hactenus Marius Mercator.*

[c] Poſſidius c. 18. vitæ S. Aug. & Julianus indignans teſte S. Aug. cap. ult. l. 4. ad Bonifacium querebatur, *de ſanctorum epiſcopi ſine congregatione ſynodi in locis ſuis ſedentibus extortam ſubſcriptionem.*

Observatio Philippi Labbe S. J.

Aureolum hocce commonitorium ſi veniſſet in manus eminentiſſimi annalium eccleſiæ ſcriptoris, ut diligentiſſimorum virorum Petavii, Voſſii, atque Uſſerii, qui poſt eum hiſtoriam Pelagianam texuerant, cum ex eo quamvis brevibus ſpatiis circumſcripto plurima illa veteris memoriæ monumenta, quæ magno ſtudio pluribuſque annis ex Auguſtino, Hieronymo, Oroſio, Proſpero, aliiſque hinc inde conquiſierunt, auctoritate convi ſcriptoris firmare potuiſſent, tum incognita hactenus atque alia indicta theologis hiſtoriciſque protuliſſent in medium. Ex quibus nonnulla ſelegi, quæ tibi lector antiquitatis ſtudioſe libens volenſque offero.

I. Cæleſtium eunuchum matris utero editum.

II. Ante urbem a Gothis captam auditorem Pelagii fuiſſe.

III. Ex urbe Romana egreſſum Carthaginem veniſſe, & diſcipulos multos habuiſſe.

IV. Paulinum, qui libellum accuſationis adverſus Cæleſtium obtulit patribus Africanis, quemque vulgo ajunt fuiſſe Carthaginenſem diaconum, illum ipſum eſſe S. Ambroſii Mediolanenſis epiſcopi diaconum, cujus & vitam ſcripſit.

V. Cæleſtium diverſos conſpirantes ſibi miſiſſe per provincias, qui ſex capita doctrinæ ejus per populos diſſeminarent.

VI. Eumdem ſæpius auditum ac reſiſtentem, ab epiſcopis Afris Carthagine congregatis eccleſiaſtica communione privatum ad ſententiam Romani epiſcopi appellaſſe.

VII. Ea vero appellatione mox neglecta Epheſum Aſiæ urbem contendiſſe, ibique auſum eſſe per obreptionem locum presbyterii petere.

VIII. Poſt aliquot annos Conſtantinopolim petiiſſe, ibique detectum ſtudio Attici epiſcopi ex illa urbe detruſum eſſe.

IX. Attici literas ſuper ejus nomine Theſſalonicam & Carthaginem, & in Aſiam ad epiſcopos miſſas.

X. Ejectum Conſtantinopoli ad urbem Romam ſub Zoſimo (an. 417.) tota feſtinatione perrexiſſe.

XI. Promiſiſſe Zoſimo condemnaturum ſe capitula illa, de quibus apud Carthaginem fuerat accuſatus, & ob hoc ipſum nonnulla papæ humanitate dignum fuiſſe habitum.

XII. Meruiſſe ab eo epiſtolam benignitatis plenam ad Afros epiſcopos, eaque abuſum (etiam an. 429.) ad multorum ignorantium deceptionem.

XIII. Poſt accepta quæ Afri miſiſſent acta ad pleniorem audientiam vocatum, ut damnatis capitulis quæ promiſerat feſtinaret implere, & abſolveretur a ſententia, qua fuerat primum ab Afris epiſcopis communione privatus, Roma profugiſſe.

XIV. A Zoſimo ſcriptis ampliſſimis longiſſimiſque cum magiſtro ſuo Pelagio perdamnatum eſſe, & ad epiſcopos orientis, Ægypti, CP. Theſſalonicæ, & Hieroſolymorum transmiſſa fuiſſe exemplaria.

XV. Pelagium ante vaſtationem urbis Romæ commentarios in apoſtolum Paulum condidiſſe, & edidiſſe, hoc eſt dicaſſe, aut obtuliſſe his, de quorum amicitia præſumebat.

XVI. Tractatoriam Zoſimi epiſtolam, in qua impia Pelagii Cæleſtiique dogmata continebantur, per totum orbem miſſam ſubſcriptionibus ſanctorum Patrum fuiſſe roboratam.

XVII. Julianum ejuſque complices ſubſcribere detrectantes non ſolum imperialibus legibus, ſed & ſacerdotalibus ſtatutis depoſitos atque exauctoratos ex omni Italia deturbatos fuiſſe.

XVIII. Plurimos ex iis reſipiſcentes ſupplices ad ſedem apoſtolicam regreſſos, & ſuſceptos, ſuas eccleſias recepiſſe.

XIX. Julianum ab Innocentio ordinatum, poſt Pelagii Cæleſtiique damnationem uſque ad obitum ejuſdem papæ perſeveraſſe in ſincera ſententia, & ſine dubio Pelagium Cæleſtiumque damnaſſe.

XX. Poſt Dioſpolitanam ſynodum evidenter deprehenſum inſiſtentibus accuſatoribus (Erotem puto Lazarumque intelligit) a poſteriore ſynodo, cui ſanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præſedit epiſcopus, a ſanctis Hieroſolymorum locis deturbatum.

XXI. Theodotum miſſis ſcriptis ad Papam iſta fuiſſe teſtatum, pariterque Praylium Hieroſolymitanum epiſcopum, quorum uterque anno 429. jam obierat.

XXII.

XXII. Pelagium libellum ſeu ſermonem exhortatorium ſcripſiſſe ad Livaniam (quid ſi Livianam aut ἀναγραμματικῶς Julianam?)

XXIII. Multos Juliani participes eo derelicto, Pelagioque damnato ſedi ſe apoſtolicæ ſubmiſiſſe, profitentes ſe pœnitere ſuper his quæ male ſenſerunt.

CIRTENSE CONCILIUM

IN CAUSA DONATISTARUM

SUB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXII.

Locus tempus & cauſa concilii.

CIrtenſe.) Hoc concilium habitum Cirtæ in Numidia, menſe Junio, anno ſalutis 412. qui eſt Innocentii undecimus. Cauſa habiti concilii iſta fuit, quod Donatiſtæ collatione victi & confutati atrocius graſſarentur, & verbis ſimul ac ſcriptis plura mendacia ſpargerent, quaſi noſtri judicem corrupiſſent: ſuæ factionis hominibus autem ne quidem loqui permiſſum fuiſſet. Ut his ergo mendaciis occurrerent, hoc loco Silvanus Numidiæ primas, S. Auguſtinus, aliive plures ejus provinciæ epiſcopi convenerunt, acturi & conſulturi de communi modo, quo Donatiſtis calumniantibus, ſuiſque mendaciis collationem habitam irritare conantibus, reſiſtendum foret. Quid vero inter eos tranſactum ſit, & communi ſententia decreverint, licet acta ipſa perierint, ſynodalis epiſtola inde ad Donatiſtas laicos ſcripta refert. Extat apud Auguſtinum epiſt. 150. De qua illud admonendum putamus, quod in fine ipſius octavus, pro nono conſulatu Honorii mendoſe poſitus ſit. Baronius ann. 412. num. 9. & 14.

Error in notam conſulatum irrepſit.

EPISTOLA SYNODALIS.

Silvanus ſenex. Valentinus, [1] *Aurelius. Innocentius, Maximinus, Optatus, Auguſtinus, Donatus, & ceteri epiſcopi de concilio* [2] *Cirtenſi ad Donatiſtas.*

Hanc epiſt. a ſe dictatam agnoſcit Aug. 2. retract. 40.

CUM in auribus noſtris fama crebreſceret, hoc vobis veſtros epiſcopos dicere [3] cognitorem præmio fuiſſe corruptum, ut contra eos ſententia proferretur; vos autem iſta facile credere, ac propterea multos veſtrum adhuc nolle acquieſcere veritati: placuit nobis cogente domini caritate ex concilio noſtro hæc ad vos ſcripta dirigere, quibus primitus admoneremini, illos vobis victos atque convictos hæc mendacia jactare: qui etiam in ſuo mandato, quod pro illa collatione fecerunt, & ſuis nominibus atque ſubſcriptionibus firmaverunt, nos illic traditores & perſecutores ſuos eſſe dicentes, in falſitate atque mendacio manifeſtiſſimo detecti atque convicti ſunt: ita ut volentes gloriari de multitudine coepiſcoporum ſuorum, inter aliquorum abſentium nomina, etiam mortui nomen inſererent: & cum quæreretur ubi eſſet, ſubita perturbatione cæcati, ipſi eum confiterentur in itinere defeciſſe. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginem ſubſcribere, qui in itinere jam defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio ſe obligaverunt, reſpondentes eum Carthagine redeuntem fuiſſe defunctum. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis vel de antiqua traditione, vel de cognitoris corruptione, qui mandatum ſuum ubi nobis objecerunt, crimen traditionis non potuerunt conſcribere ſine crimine falſitatis. Proinde quæ maxime neceſſaria credidimus, his literis tanquam breviario collecta inſeruimus, ne forte ad magna geſtorum volumina vel pervenire non facile poſſitis, vel ea legere laborioſum putetis. Carthaginem venimus & nos & epiſcopi veſtri, & quod prius nolebant, & indignum eſſe dicebant, in unum convenimus: electi ſunt ex nobis & ex ipſis, ſeptem hinc, & ſeptem inde, qui pro cauſa omnium loquerentur. Electi ſunt alii ſeptem hinc & ſeptem inde, cum quibus, ubi opus erat, conſilium pertractarent. Electi ſunt quatuor hinc & quatuor inde, qui geſtis conſcribendis cuſtodes eſſent, ne infalſatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati ſunt etiam a nobis & ab ipſis notarii quatuor hinc & quatuor inde, ut bini cum exceptoribus judicis alternarent, ne aliquis noſtrum ſe dixiſſe aliquid cauſaretur, quod non fuiſſet exceptum. Huic tantæ diligentiæ etiam illud eſt additum, ut & nos & ipſi, quemadmodum ipſe judex, verbis noſtris ſubſcriberemus, ne quiſquam diceret, in illis geſtis aliquid vel poſtea fuiſſe corruptum. Cum enim adhuc viventibus eis qui ſubſcripſerunt, innotuerint eadem geſta omnibus locis, in quibus oportet ut innoteſcant, ſic etiam ad poſteros confirmata veritas perduravit. Nolite ergo eſſe ingrati tantæ miſericordiæ Dei, quæ per iſtam diligentiam vobis miniſtrata eſt. Nulla excuſatio jam remanſit: nimium dura, nimium diabolica ſunt hominum corda, quæ adhuc tantæ manifeſtationi veritatis obſiſtunt. Ecce epiſcopi partis veſtræ, quos omnes elegerunt, ut pro omnibus loquerentur, conati ſunt, quantum potuerunt, ut omnino ipſa cauſa non ageretur, propter quam tantus numerus epiſcoporum utriuſque partis de univerſa Africa, & de tam

1 Aurelii nomen hoc loco exhibent omnes Mſſ. Auguſtinus illud non habet in lib. Retract. 2. cap. 40. *Hard.*
2 Mſſ. duo Vatic. *Xenſenſi*: alii omnes, *Zerteenſi*. Harduinus.
3 Marcellinum tribunum.

tam longinquis ſocis Carthaginem venerat. Et cum omnis anima ſuſpenſa expectaret in tanta collectione quid ageretur, illi vehementer inſtabant ut nihil ageretur. Quare hoc? niſi quia cauſam ſuam malam ſciebant, & facillime ſe poſſe convinci, ſi ageretur, dubitare non poterant? Ipſe ergo animus eorum, quo timebant ne cauſa ageretur, jam victos eos eſſe monſtrabat. Si enim extorquerent quod volebant, ut jam collatio ipſa non fieret, nec diſputationibus noſtris veritas appareret, redeuntes a Carthagine, quid vobis erant reſponſuri, quid demonſtraturi? Credo prolaturi erant geſta, & dicturi vobis: Nos inſtabamus ut cauſa non ageretur, illi inſtabant ut ageretur. Vos expectatis videre quid egerimus: Ecce legite, ubi eos vicimus, ut nihil ageremus. Forte & vos reſponderetis, ſi cor haberetis: Nihil ergo acturi, ut quid iſtis? vel potius, qui nihil egiſtis, ut quid rediſtis? Denique poſteaquam non potuerunt efficere quod conati ſunt, id eſt, ut cauſa non ageretur; ipſa actio demonſtravit quid timuerint, quando in omnibus victi ſunt. Confeſſi ſunt enim contra eccleſiam catholicam, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil ſe habere quod dicerent, quia divinis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis oppreſſi ſunt, quibus eccleſia deſignatur, incipiens ab Jeruſalem creviſſe per loca, in quibus apoſtoli prædicaverunt, & nomina eorumdem locorum in ſuis epiſtolis & actis conſcripſerunt, & inde diffundi per ceteras gentes: contra iſtam eccleſiam ſe non habere cauſam, manifeſta voce profeſſi ſunt: ubi eſt evidentiſſima in nomine Dei noſtri victoria. Cum enim confirmant eccleſiam, cui nos communicare, ipſos autem non communicare, manifeſtum eſt, olim ſe victos eſſe teſtantur; & vobis, ſi ſapitis, apertiſſime indicant, quid dimittere, & quid tenere debeatis; non in ea falſitate, qua vobis non ceſſant adhuc uſque mentiri, ſed in illa veritate, quam victi coacti ſunt confiteri. Quiſquis ergo ab hac catholica eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quod a Chriſti unitate disjunctus eſt, non habebit vitam, *ſed ira Dei manet ſuper eum*. Quiſquis autem in hac eccleſia bene vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata: *Quia unuſquiſque in ea proprium onus portabit*, ſicut apoſtolus dicit: *Et quicumque in ea corpus Chriſti manducaverit indigne, judicium ſibi manducat & bibit*. Nam etiam hoc ipſe apoſtolus ſcripſit. Cum autem dicit: *Judicium ſibi manducat*, ſatis oſtendit, quia non alteri judicium manducat, ſed *ſibi*. Hoc nos egimus & oſtendimus, & obtinuimus, quia communio malorum non maculat aliquem participatione ſacramentorum, ſed conſenſione factorum. Nam ſi in factis malis non eis quiſque conſentiat, portat malus cauſam ſuam & perſonam ſuam, nec præjudicat alteri, quem in conſenſione mali operis ſocium non habet criminis. Hoc [1] enim ipſi voce apertiſſima coacti ſunt confiteri, non tunc quando iſta dicebamus, ſed poſtea cum aliud ageretur. Nam cum ventum fuiſſet ad cauſam etiam Cæciliani, quam nos ab eccleſiæ cauſa diſtinguebamus, ut ſi forte malus eſſet inventus, ipſum anathematizaremus; non tamen propter ipſum eccleſiam Chriſti relinqueremus, cui per malam ſuam cauſam præjudicare non poſſet: cum ergo etiam ad ipſam Cæciliani cauſam ventum fuiſſet, & legiſſent illi concilium [2] Carthaginenſe, ubi recitabant ſeptuaginta plus minus epiſcoporum ſententias contra Cæcilianum abſentem latas; reſpondimus eis, ſic non obeſſe illud epiſcoporum concilium abſenti Cæciliano, quemadmodum non obfuit plurium epiſcoporum partis Donati [3] concilium abſenti Primiano, quando eum in Maximiani cauſa plus minus centum epiſcopi damnaverant. Tunc illi nominata cauſa Maximiani, unde ſciunt ſe etiam quos damnaverant in honore integro ſuſcepiſſe, & baptiſmum in ſacrilego Maximiani ſchiſmate datum ſe confirmaſſe, & non deſtruxiſſe, & in ſua Vagaitana ſententia, [4] qua eos damnaverunt, quibuſdam, qui in ipſo ſchiſmate fuerunt, dilationem dediſſe, & dixiſſe quod eos non polluerint ſacrilegi furculi Maximiani plantaria: iſta ergo cauſa poſteaquam eorum aures percuſſit, expaveſcentes & perturbati, & obliti unde ſuperius contra nos contendebant, continuo dixerunt: nec cauſa cauſæ, nec perſona perſonæ præjudicat: & confirmaverunt verbis ſuis quod nos antea de eccleſia dicebamus: quia non ſolum catholicæ tranſmarinæ, contra quam ſe confeſſi ſunt non habere quod dicerent, verum etiam catholicæ Africanæ, quæ illi unitatis communione conjungitur, cauſa & perſona Cæciliani, qualiſcumque fuiſſet, præjudicare non poſſet: ſi Maximianus, qui cum ceteris ſociis ſuis Primianum damnavit, ſi etiam Felicianus, qui ſimul Primianum damnavit, & poſtea in cauſa Primiani a Donati parte damnatus eſt, non præjudicat parti Donati, cui modo epiſcopus, ſicut antea fuerat receptus, adjungitur: ſic etiam ipſis ſociis ſuis Maximianus non præjudicat, quibus iſti dilationem dederunt, dicentes, eos ab illo, cum quo fuerunt, non fuiſſe pollutos, quia nec cauſa cauſæ præjudicat, nec perſona perſonæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidem verbis ſuperfluis geſta oneraverunt, & quia non potuerunt efficere ut cauſa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, ut quod actum eſt, difficile legeretur. Sed debent vobis etiam iſta eorum pauca verba ſufficere, ne propter neſcio quæ neſcio quorum hominum crimina oderitis unitatem catholicæ eccleſiæ: quia ſicut dixerunt, relegerunt, ſubſcripſerunt, nec cauſa cauſæ præjudicat, nec perſona perſonæ. Nam & in ipſa cauſa Cæciliani, quam licet ad eccleſiæ cauſam non pertinentem, tamen defendendam ſuſcepimus, ut etiam ibi calumniæ manifeſtarentur ipſorum, apertiſſime victi ſunt, nihilque eorum, quæ in Cæcilianum intendebant, probare potuerunt. Inſuper etiam de criminibus traditionis nos epiſcopalia geſta [5] protulimus, unde recitavimus aliquos eorum epiſcoporum, qui ſententias in abſentem dixerant Cæcilianum, manifeſtiſſimos fuiſſe traditores. Contra ipſa geſta illi, quia non habebant quod dicerent, falſa eſſe dixerunt, ſed nullo modo probare potuerunt. Inſuper etiam confeſſi ſunt, vel potius pro magna gloria profeſſi ſunt, Cæcilianum apud Conſtantinum imperatorem a ſuis

Nulla ſalus extra eccleſiam. 23. quæſt. 4. Si quis a catholica. *Gal.* 6. *Ibid.* 1. *Cor.* 11.

1 Al. *etiam*. 2 Anno Chriſti 312.
3 Concilium Carbaſuſſit. an. 393. De eo vide Auguſt. in Pſal. 36.
4 Anno Chriſti 394. Vide Auguſt. lib. 3. contra Creſconium cap. 53.
5 Concilium Cirtenſe anni 305.

ſuis præceſſoribus accuſatum. Et addiderunt mendacium, quod illis accuſantibus fuerit ab imperatore damnatus. Ecce & hinc victi ſunt, unde vobis ſolent nebulas erroris offundere, concitantes nobis invidiam, & in odium veſtrum nos adducentes, quia eccleſiæ cauſam apud imperatores agimus. Ecce majores eorum, de quorum nominibus gloriantur, eccleſiæ cauſam egerunt apud imperatorem, perſecuti ſunt accuſando Cæcilianum, apud imperatorem damnatum dixerunt. Jam non vos inducant vaniſſimis & mendaciſſimis verbis: redite ad cor veſtrum, timete dominum, cogitate veritatem, relinquite falſitatem. Quidquid enim jam paſſi fueritis imperialibus legibus, quod non pro juſtitia, ſed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere, ideo nos eſſe injuſtos, quia ſic vobiſcum agi non debuit, ut imperator vos ab iſta iniquitate compeſceret; epiſcopi enim veſtri confeſſi ſunt majores ſuos ſic egiſſe cum Cæciliano, quomodo vobiſcum agi non vultis; & tamen quod Cæcilianum apud imperatorem perſecuti fuerint, etiam ipſis confitentibus & profitentibus ſatis conſtitit. Quod autem Cæcilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non conſtitit: imo etiam conſtitit, eum accuſantibus & perſequentibus majoribus eorum, & bis [a] numero prius ab epiſcopis, & ab ipſo poſtea imperatore fuiſſe purgatum. Hoc etiam ipſi confirmaverunt, talia poſtea quaſi pro cauſa ſua proferendo, ut magis contra ipſos eſſe invenirentur, & pro cauſa Cæciliani etiam illa, quæ protulerunt, recitarentur. Quoſcumque ergo accuſare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quidquid autem nos & pro eccleſiæ cauſa, & pro Cæciliani cauſa diximus, & verbis ſuis lectionibus a ſe prolatis etiam ipſi confirmaverunt. Nam protulerunt primo codicem Optati, unde quaſi probarent Cæcilianum ab imperatore damnatum: qui codex cum contra illos legeretur, & magis oſtenderet Cæcilianum fuiſſe purgatum, ab omnibus riſi ſunt. Sed quia ipſe riſus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis ſuis apud acta riſos ſe eſſe teſtati ſunt. Iterum recitaverunt & protulerunt libellum imperatori Conſtantino a ſuis majoribus damnatum, ubi queſti ſunt, quod eos memoratus imperator graviter perſequeretur, ac ſic eodem libello manifeſtarunt ſe apud imperatorem a Cæciliano fuiſſe ſuperatos, falſumque eſſe, quod dixerant, eum ab imperatore damnatum. Tertio protulerunt literas ejuſdem Conſtantini ad vicarium Verinum datas, ubi eos graviter deteſtatur, & propterea dicit ſic exilio relaxandos, & furori ſuo dimittendos, quia jam Deus cœperat in illos vindicare. Ac ſic etiam iſtis imperatoris literis confirmaverunt ſe falſum dixiſſe, quod Cæcilianus ab imperatore damnatus ſit, cum potius imperator ipſos a Cæciliano victos eſſe monſtraverit, quando eos vehementer execratus, ideo juſſit ut de exilio dimitterentur, ut, Deo judice, ſicut etiam cœperant, punirentur. Poſtea Felicis Aptungenſis ordinatoris Cæciliani cauſam in medium miſerunt, dicentes eumdem Felicem fuiſſe traditorem, a quo Cæcilianus fuerat ordinatus: & ejuſdem Conſtantini imperatoris pro Cæciliano contra ſeipſos literas protulerunt, ubi ad proconſulem ſcripſit, ut ad comitatum ſuum mitteretur Ingentius. Iſte autem Ingentius confeſſus fuerat in cognitione Æliani proconſulis [b] falſum ſe feciſſe adverſus Felicem Cæciliani ordinatorem. Dicebant ergo iſti non ſine cauſa voluiſſe imperatorem ut ad ſe mitteretur Ingentius, niſi quia Cæciliani adhuc cauſa pendebat: & conabantur immittere ſuſpicionem vaniſſimam, quo poſteaquam Ingentius ad comitatum directus eſt, tunc imperator contra Cæcilianum protulerit judicare, & illud judicium ſuum quod nos recitaveramus, ubi inter partes cognoverat, Cæcilianumque purgaverat, ſententia poſteriore reſcindere. Sed dicebatur eis, ut hoc potius legerent, & nihil omnino proferebant. Illæ [c] autem literæ imperatoris, quibus, ad ſe mitti juſſit Ingentium, quas contra ſeipſos pro Cæciliano recitaverunt, hoc continent, quod Ælianus proconſul in cauſa Felicis audientiam præbuerit competentem, eumdemque Felicem a crimine traditionis innocentem fuiſſe conſtiterit. Sed Ingentium ad comitatum propterea jubere tranſmitti, ut illis, qui ibi erant, & diuturnis diebus eum interpellare non deſinebant, apparere & intimari poſſet, & fruſtra eos Cæciliano invidiam comparare, & adverſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Quis eos crederet iſta contra ſe recitaſſe pro nobis, niſi Dei omnipotentis nutu factum eſſet, ut non ſolum verba eorum geſtis tenerentur, ſed etiam manus ſubſcribentium legerentur? Nam & ordinem conſulum & dierum, qui geſtis expreſſus eſt, ſi quis nunc diligenter advertat, inveniet primo Cæcilianum epiſcopali judicio fuiſſe purgatum. Deinde non multo poſt Felicis [d] Aptungenſis cauſa ab Æliano proconſule examinata eſt, ubi eum conſtitit innocentem. In qua cauſa ad comitatum mitti juſſus eſt Ingentius, & longe poſtea ipſe imperator cauſam inter partes cognovit atque finivit. In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumnioſiſſimos judicavit. In quo ordine conſulum & dierum ſatis oſtenditur fallaciter eos & calumnioſe dixiſſe, quod imperator, miſſo ad comitatum Ingentio, judicium ſuum mutavit: & Cæcilianum, quem prius purgaverat, poſtea condemnavit. Non ſolum autem nihil de hac re legere potuerunt, & contra ſeipſos tanta legerunt; ſed etiam per ordinem conſulum evidentius convincuntur, poſt cauſam Felicis proconſulari judicio terminatam, in qua juſſum eſt, ut ad comitatum Ingentius mitteretur, nec parvo intervallo, ſed longe poſtea memorati imperatoris judicio inter partes habito, Cæcilianum fuiſſe purgatum. Non ergo vobis dicant, quia præmio corrupimus judicem. Quid enim aliud ſolent victi homines dicere? Aut ſi aliquid dedimus judici, ut contra illos pro nobis pronunciaret; ipſis quid dedimus, ut contra ſe pro nobis tanta non ſolum dicerent, verum etiam recitarent? An forte volunt, ut eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant judicem præmio a nobis eſſe corruptum, ipſi tam multa, quæ pro nobis contra ſeipſos dixerunt & recitaverunt, gratis

1 In Conc. Rom. primum, deinde in Arelat.
2 Mſ. *falſam fe. ſſe*, ſcilicet *Epiſtolam*.
3 Sunt ea in epiſt. LXVIII. Auguſtini inſerta.
4 Al. *Aptugenſis*.

gratis nobis omnia præſtiterunt? Aut certe ſi propterea dicunt, quod nos viceriat, quia melius egerunt cauſam Caeciliani quam nos, hoc plane credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo ſufficere putaveramus: illi autem quatuor protulerunt. Sed quid vos pluribus literis oneremus? Si vultis nobis credere, credite, & teneamus pariter unitatem quam jubet & diligit Deus. Si autem nobis non vultis credere, geſta ipſa legite, aut vobis ut legantur admittite, & an vera ſint quæ ſcripſimus vobis ipſi probate. Si autem nihil horum facere vultis, & manifeſtiſſima veritate convictam partis Donati falſitatem adhuc ſequi deſideratis, mundi erimus a pœna veſtra, quando vos ſero poſtea pœnitebit. Si vero id, quod vobis præſtitit Deus non contempſeritis, & poſt cauſam tam diligenter actam, & tam diligenter manifeſtatam, perverſam conſuetudinem relinquentes, paci Chriſti & unitati conſenſeritis, de veſtra correctione gaudebimus: & ſacramenta Chriſti, quæ in ſacrilegio ſchiſmatis ad judicium habetis, utilia & ſalubria vobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Chriſtum, *ubi caritas cooperit multitudinem peccatorum*. Hæc ad vos ſcripſimus [1] XVII. Kalendas Julias, piiſſimo Honorio Auguſto [2] VIII. conſule [a] ut, quando poſſunt, ad quoſque veſtrum iſtæ literæ pervenirent.

1. Prov. 4.

[a] Novum gerebat conſulatum Honorius, anno Chriſti 412. ut bene monuit Baron.

ANNO CHRISTI 414.

CONCILIABULUM DONATISTARUM IN AFRICA HABITUM

SUB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

Cauſa concilibuli.

[a] *Conciliabulum.*) Cum Honorius imperator in Africa anno Chriſti 414. lege quadam promulgata, Donatiſtas inteſtabiles, infames, hæreditatis adeundæ incapaces, exilio ac relegatione dignos fore declaraſſet, legiſque executionem Dulcitio demandaſſet, triginta Donatiſtarum Epiſcopi ſtatim in concilium convenerunt: atque in eo decreverunt, eccleſias nequaquam deſerendas eſſe: deportatos in exilium non obtemperare, ſed voluntaria ſui ipſius nece, unumquemque vim præfectorum antevertere debere; ideo quod ita futurum arbitrarentur, ut vel a ſuis tanquam martyres colerentur, vel ſaltem commiſeratione judicum talia exhorrentium, in ſuis ipſorum eccleſiis tolerarentur. Plures id fecerunt: adeo ut plurium nece voluntaria perterritus Dulcitius, quid ſibi agendum foret, Auguſtinum conſuluerit. Ex epiſtola ad Dulcitium ſcripta apparet, eum reſpondiſſe, præſtare, ut per mortem etiam voluntariam paucorum, plures ſervarentur. Hæc ex Auguſtino lib. 1. contra Gaudentium cap. 19. 37. 38. &c. lib. 2. cap. 59. retractat Baronius anno prædicto, n. 5. & ſeqq.

Donatiſtarum impia decreta.

ANNO CHRISTI 414.

SYNODUS IN MACEDONIA PROVINCIALIS

SUB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

Tempus & acta concilii.

[a] *Synodus.*) Ex hac, pro confirmatione rerum geſtarum, miſſa eſt legatio ad Innocentium papam per Vitalem archidiaconum. Idque actum eſt anno Chriſti 414. Nam epiſtola Innocentii, quam ad epiſcopos Macedoniæ reddidit, Conſtantio conſule ſcripta fuit.

OBSERVATIO.

Veneti editoris.

Concilium Macedoniæ, anno 414. habitum, quod ratum habuerit Innocentius papa epiſtola data Idibus Decemb. *Conſtantio V. C. Coſ.* id eſt anno 414. ad epiſcopos & Dioceſes Macedoneas, quæ eſt nu. 22. inter epiſtolas Innocentii I. poſt conciliorum collectores aſſerit etiam Pagius ad an. 414. nu. 12. quamvis in ea videatur nihil inſeſſa, quod ſynodum oleat. Sunt enim verba Innocentii I. *Unde de quibus jamdudum ſcripſiſſe me memini, nunc breviter formam argumentis evidentioribus relationis veſtræ geminata percontatio compellit.* Sequuntur deinde ſeptem reſponſa, ſive capitula, ibi legenda, cum antea conquerantur, *Sedi Apoſtolicæ, ad quam relatio quæſ ad caput eccleſiarum miſſa currebat, aliquam fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum ſententia duceretur.* Scripſerat autem antea ad Epiſcopos Macedones epiſtolam, quæ ſeptima eſt, de Rubello, & Taurino damnatis a Provincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Innocentius retractavit, attamen nihil de his duobus in ſecunda epiſtola. De hac ſynodo Macedonica loqui Innocentium epiſtola, quæ eſt 16. ad Maximianum epiſcopum de Attico Epiſcopo CP. ſcripta, ut advertit Pagius loc. cit. poſt illas quæ eſt 22. ideoque poſt illam collocanda, vult Pagius ibidem poſt Bollandum ad diem 8. Januar. in elogio hiſt. S. Attici Ep. CP. §. 5. In ea enim negat Innocentius Atticum in communionem recipiendum, quod D. Chryſoſtomum ſacris tabulis nondum adſcripſiſſet: ibi igitur ait: *a quo*, (ſc. Attico) *nec miſſas ullas ſaltem epiſtolas ad nos, vel ad veſtram ſynodum*, (Macedoniæ nempe) *utique perſolviſſi*: & in fine; *nam de omnibus plenioſſimas ad ſanctam noſtrorum fratrum ſynodum dudum literas proceſſi.*

1 In alio MS. XIX. 2 IX. Ita MSS. octo: quidam habent VIII. contra Faſtos. *Harduinus.*

ANNO CHRISTI 415.

CONVENTUS HIEROSOLYMITANUS

ANNO CHRISTI 415.

Cui præſens interfuit Oroſius, celebratus a Joanne epiſcopo Hieroſolymitano cum presbyteris ſuis in cauſa Pelagii, die 30. Julii anni 415. diebus 47. ante 14. Septemb. ſeu primum Encæniorum * diem, quæ per octo dies peragi quotannis ſolebant.

Niceph. Call. l. 9. c. 1. lib 8.

Ex Oroſii presbyteri apologia pro libertate arbitrii cap. 3. & 4.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Mirati ſunt, nec immerito, viri percruditi, qui factum ſit, ut neque illuſtriſſimus annalium eccleſiaſticorum conditor Baronius, neque ſolidiſſimus hæreticorum debellator Bellarminus, neque utriuſque breviator Binius, ullam omnino fecerint apologiæ celeberrimæ, quam Paulus Oroſius pro libertate voluntatis humanæ adverſus Pelagium ſcripſit, anno Chriſti 415. cum in Paleſtina ab Auguſtino ad Hieronymum miſſus moraretur. Ex ea rem ab a noſtra ducimus ad Pelagianam controverſiam diu ſcrutandam apprime neceſſaria, tum conventum Hieroſolymitanum, cui ipſemet interfuit Oroſius præſide Joanne Hieroſolymitano maximo per ea tempora Pelagii fautore, ut mox diſcemus relatis autoris illius eruditiſſimi verbis, quem Sancti Hieronymus atque Auguſtinus tot præconiis extulerunt. Neque enim hic locus eſt acerbius invehendi, ſive in Cornelium Janſenium epiſcopum Iprenſem, ſive in Petrum Wadelincum Carmelitam, qui futilibus, ſed fucatis in ſpeciem argumentis eximium illud opus apologeticum in ſuſpicionem vocare, adducere voluerunt contrahente eruditorum fere omnium virorum exercitio.

PAtres, & qui jam quieverunt martyres, & concordes Cyprianus, Hilarius & Ambroſius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne neceſſarium eſt, qui ſunt columnæ & firmamenta Eccleſiæ catholicæ Aurelius Auguſtinus, & Hieronymus, multa jam adverſus hanc nefariam hæreſim abſque deſignatione nominum hæreticorum ſcriptis probatiſſimis ediderunt: quamquam & hæc venenatiſſimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viventes mortuos, mortuoſque viventes. Nam Origenes & Priſcillianus, & Jovinianus olim apud ſe mortui, in his vivunt, & non ſolum vivunt, verum etiam leguntur: nunc vero Pelagius, & Cæleſtius, ſi in his perſeveraverint, viventes mortui, ecce adversus eccleſiam, quod miſerum eſt, & quod multo miſerius eſt, in eccleſia palam ſibilant impiiſque ſerpentes virulentis inſecta linguis ora lambentes, dum Petram & munitiſſimam ſedem, cui ſubtiliter irrepere, obſident; eundes fideles, ne ad illud firmiſſimum quondam in Sion refugium convolemus exterrent. Contra hunc ſerpentem, &c.

Vos me participem certaminis veſtri eſſe voluiſtis, ut auxiliator, non autor accederem. Latebam ſibquidem in Bethleem ignotus adveha pauper: traditus a patre Auguſtino ut timorem domini diſcerem, ſedens ad pedes Hieronymi. Inde Hieruſalem vobis accerſentibus vocatus adveni. Dehinc in conventum veſtrum una vobiſcum, Joanne epiſcopo præcipiente, conſedi.

Illico a puſillitate mea poſtulaſtis univerſi, ut ſi quid ſuper hac hæreſi, quam Pelagius, & Cæleſtius ſeminarunt, in Africa geſtum eſſe cognoſcerem, fideliter ac ſimpliciter indicarem. Expoſui coronæ veſtræ breviter, ut potui, Cæleſtium jam ad honorem presbyteri ſubrepentem apud Carthaginem plurimis epiſcopis judicantibus [b] proditum, auditum, convictum, contectum, deteſtatumque ab eccleſia, ex Africa profugiſſe: contra libitum vero [c] Pelagii beatum Auguſtinum diſcipulis ipſius Pelagii prodentibus [d] ac petentibus plenilime reſpondere: extare etiam in manibus meis epiſtolam ſupra memorati epiſcopi quam nuper ad Siciliam [e] ordinaſſet, in qua multas quæſtiones hæreticorum retulit. Quam etiam ibidem ut legerem præcepiſtis, & legi.

Ad hæc Joannes epiſcopus ut Pelagius coram intromitteretur expetiit. Cui & propter paternitatis ipſius reverentiam, & propter actionis utilitatem, dum præſentem ab epiſcopo reſtius crederetis confutandum, intromittendi conniventia præſtita eſt.

Intromiſſum Pelagium unanimiter omnes interrogaſtis: an hæc quibus Auguſtinus epiſcopus reſpondiſſet, ſe docuiſſe cognoſceret. Illico ille reſpondit. Et quis eſt mihi Auguſtinus? Cumque univerſi acclamarent blaſphemantem in epiſcopum, ex cujus ore dominus univerſæ Africæ indulſerit [f] ſanitatem, non ſolum a conventu illo, verum ab omni eccleſia pellendum, epiſcopus Joannes illico cum hominem, videlicet laicum, in confeſſu presbyterorum, reum hæreſeos [g] manifeſtæ in medio catholicorum ſedere præcepit. Et deinde ait: Auguſtinus ego ſum: ut ſcilicet perſona quaſi præſentis aſſumpta liberius ex auctoritate ejus qui lædebatur, ignoſceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox a nobis dictum eſt: ſi Auguſtini perſonam ſumis, Auguſtini ſententiam ſequere.

Tunc idem epiſcopus nobis omnibus ait: Hæc quæ leguntur, in alios dicta ſunt, aut de Pelagio ſuggerendum putas? Si in ipſum autem Pelagium quid dicatis, expromite. Ego autem vobis

a corruptores.

b offerente libellum Paulino diacono an. 412.

c de natura.

d Timotheo & Jacobo.

e eſt ep. ad Hilarium.

f contra Donatiſtas

g manifeſte.

---

1 De hac Synodo ne verbum quidem Baronius, quod ſine dubio eam ſineeram, & genuinam non putaret. Imo Acta ejus ab Oroſio recitata Wiſtellius Carmelita tom. 2. Vindic. lib. 5 ſect. 3. ab hæretico quopiam Novatiano ſcripta aſſerit, & Janſenius Yprenſis eam apologiam Oroſio ſuppoſitum fuiſſe autumat. At cum omnia, quæ Oroſius in ſua Apologia habet, itaret quoque Auguſtinus in lib. de Geſtis Pelagii poſt Baronii mortem publicato, nullus fere hodie hunc Hieroſolymitanum conciliam coram Joanne Epiſc. Hieroſolym. in dubium revocat. Fuit ille presbyterorum duntaxat non item Epiſcoporum, quorum coepiſcoporum tunc temporis nulla fuit auctoritas penes Joannem, cum neque diœceſim haberet, imo neque provinciam, ſed in Antiochena diœceſi cenſeretur, & Cæleſtienſi Epiſcopo totius Paleſtinæ Metropolitano libellet. *Pagius ad ann. C. h.* 415. *n.* 3.

vobis annuentibus dixi : Pelagius mihi dixit : A docere ſe, hominem poſſe eſſe ſine peccato, & mandata Dei facile cuſtodire ſi velit. Reſpondit Pelagius hoc & dixiſſe me & dicere, negare non poſſum. Ego illico profecutus ſum; Hoc in Cæleſtio Africana [a] ſynodus deteſtata eſt : hoc Auguſtinus epiſcopus [b] ſcriptis ſuis, ſicut audiſtis, exhorruit : hoc in ipſius nunc Pelagii [c] ſcriptis ſua reſponſione condemnat : hoc & beatus Hieronymus, cujus eloquium univerſus occidens ſicut ros in vellus expectat, & in epiſtola ſua quam nuper ad [*] Cteſiphontem edidit, condemnavit. Similiter & in libro, quem nunc ſcribit, collata inmodum dialogi altercatione confutat. Hoc eſt enim lubricum in anciſtro (*id eſt hamo, ſive unco, ὁ ἀγκίστρῳ non vero in antichriſto, ut quidam inepte legunt*) draconem tenere ne poſſit effugere.

a an. 411.
b epiſt 89 ad Hilarium.
c lib. de natura.
* M. Theſiphontem. Hard

Porro autem epiſcopus Joannes nihil horum audiens a nobis exigere conabatur, ut accuſatores nos ipſo judice, fateremur. Reſponſum ſæpiſſime eſt ab univerſis: Nos accuſatores ejus non ſumus: ſed quid fratres tui, patres noſtri ſenſerint, & decreverint ſuper hac hæreſi, quam nunc [d] laicus vulgo prædicat, intimamus: ne eccleſiam tuam præſertim, ad cujus ſinum convolavimus, te ignorante conturbet.

d monachus dumtaxat erat Pelagius

At ille, cum ſæpe nos docendi ſimulatione in aliquam profeſſionis ſpeciem tentaret inducere, dicebat: quia, ad Abraham dictum eſſet a domino, *Ambula coram me, & eſto, ſine macula* : & Zachariam & Eliſabeth pronunciatos eſſe juſtos ambos ante dominum *incedentes in omnibus juſtificationibus domini ſine querela*: quod quidem ab Origene dictum ab eo proferri compluribus nobis notum erat.

Gen. 17. Luc. 1.

Cui reſponſum per me eſt: Nos filii eccleſiæ catholicæ ſumus. Non exigas a nobis, pater, ut doctores ſuper doctores eſſe audeamus, aut judices ſuper judices. Patres quos univerſa per orbem eccleſia probat, quorum communioni vos adhærere gaudetis, damnabilia hæc eſſe dogmata decreverunt. Illis probantibus nos obedire dignum eſt. Cur interrogas filios, quid ſentiant, cum patres audias quid decernant?

Ad quod ille diu diſputans: & noſtris propter imperitiam ignoti nobis interpretis (quem ſæpiſſime viri primarii, & religioſi Paſſerinus & Avitus [e] presbyteri & Domninus ex-Duce, vel prave interpretantem vel plura ſupprimentem, vel alia ex aliis ſuggerentem confutaverunt) noſtris, ut dixi, actionibus vel interpolatis plerumque, vel tacitis, epiſcopus Joannes ait: Si ſine adjutorio Dei hoc hominem poſſe diceret, peſſimum & damnabile erat. Nunc autem cum adjicit poſſe hominem eſſe ſine peccato, non ſine adjutorio Dei, vos quid dicitis? An forte vos Dei adjutorium denegatis?

e Vitalis quoque presbyter paulo poſt additur.

Cui reſpondi ego, teſtibus, & teſtificantibus etiam nunc vobis, & ſupra memoratis viris: Anathema ei qui negat adjutorium Dei: Ego certe non nego, præcipue cum e contrario in hæreticos confutarim. Deinde cum intellecto judice, & interprete prodito clamaremus Latinum eſſe hæreticum, nos Latinos hæreſim Latinis magis partibus notam Latinis judicibus differendam.

Ac ſe pene impudenter ad judicandum (cum quidem nos accuſatores non eſſemus) & unus, & ſuſpectus ingereret, dici a pluribus neceſſarium fuit: Non poteſt quiſquam idem, & hæreticus eſſe, & advocatus, & judex.

Multiſque aliis adhibitis Joannes epiſcopus noviſſimam ſententiam protulit confirmans tandem poſtulationem intentionemque noſtram, ut ad beatum Innocentium papam Romanum [f] fratres & epiſtolæ mitterentur, univerſi, quod ille decerneret ſecuturi? ſed ut hæreticus Pelagius impoſito ſibi eatenus ſilentio conficeſceret, & ut noſtri ab inſultatione convicii Joannis, confuſique temperarent, univerſi in hanc ſententiam conſenſimus gratiarum actione celebrata, pace facta, & conſummata ad pacis teſtimonium oratione diſceſſimus.

f partes leg. arbitror.

Nunc autem poſt dies quadraginta & ſeptem cum primo [g] Encæniorum die, ut ſolitus eram, quando aderam, ad obſequium Joannis epiſcopi convenirem, ſtatim ab eo notam falſi criminis pro gratia ſalutationis accepi. Ait enim mihi: Quare ad me venis homo, qui blaſphemaſti? Volens ut credo intelligi: *Noli me tangere, quia mundus ſum* & abſque peccato. At ego nihil mihi conſcius interrogavi, quando, aut quo audiente, aut cujuſmodi illud eſt dictum, quod blaſphemiæ poſſit adſcribi. Epiſcopus dixit: Ego te audivi dixiſſe; quia nec cum Dei adjutorio poſſit eſſe homo ſine peccato.

g 14 Sept.

Ego quidem, beatiſſimi ſacerdotes, ſicut & vos teſtes eſtis, & univerſa fraternitas, & præterea ſancti viri, qui hunc teſtimonio, amore veritatis aſſiſtunt, ſtatim teſtificatus ſum, dixiſſe, quia ejuſmodi verbum, quod nunc a me dictum epiſcopus intenderit, nunquam de ore meo antea proceſſiſſet, &c.

Mirari nemo debeat & conqueri exiſtere falſos teſtes in Jeruſalem a ſacerdotibus atque ſenioribus: Hoc ſanguis Stephani clamat: hoc dominicæ crucis vexilla ſignificant: Hoc etiam nunc excitata per eos perſecutio manifeſtat (*videtur alludere ad ea quæ & Innocentius papa in poſtremis epiſtolis & S. Auguſtinus narrat extremo libro de Geſtis Pelagii*) ſed hæc utrum, &c.

Mearum iſta partium non ſunt latius indagare: præſertim unde beatiſſimi patres Auguſtinus & Hieronymus pleniſſimam convictæ hæreſeos probationem occidentalibus provinciis tradiderunt.

Dominus Chriſtus ſummo præmio fidei dignum judicat, ſi quis hæc filium Dei poſſe crediderit, & Britannicus noſter mox ut voluerit ſe poſſe confidit. Deinde vocat eum *novum magiſtrum, miniſtrumque menſarum, inflatum ſpiritu carnis ſuæ, libero ſuperbum arbitrio, ἀναπεπταμένον, ἀνεῳγμένον, mutilum, lævem in fronte, μεμορφωμένον, cæcum & malignum, poſt multam crapulam noviſſime expergefactum, cui neque natales dederunt; ut honeſtioribus ſtudiis erudiretur, balneis epuliſque nutritum, latos humeros geſtare, robuſtamque cervicem, præferre etiam in fronte pinguedinem*, &c.

Univerſis in hoc mundo gentibus propter longanimem ſui æternamque clementiam ſubminiſtrare, non ut tu aſſeris cum diſcipulo tuo Cæleſtio (cui jam apud Africanam ſynodum occulta illa impiorum dogmatum natura concluſa eſt) in ſolo naturali bono & in libero arbitrio generaliter univerſis unam gratiam contributam: Sed ſpeciatim quotidie per tempora, per dies, per momenta & cunctis & ſingulis miniſtrare &c.

Ego teſte Jesu Christo, odiſſe me fateor hære-

hæresim, non hæreticum: sed sicut justum est, A interim propter hæresim hæreticum vito: quia & probavi & corripui. Detestetur & damnet ore pariter ac manu, & cunctis fraternitatis vinculo hærebit: quia scriptum est; invicem onera vestra portate & sic adimplebitis legem Christi. *Quæ, modo profint novatoribus nostris,* Gal 6 *excerpsisse nunquam pigebit.*

Eiusdem porro conventus Hierosolymitani, quem absque Orosio vix tenuis ad nostras aures sonus attulisset, meminit haud dubie, (quod vix ullus hactenus advertit) S. Augustinus capite 14 libri de gestis Palæstinis: *Merito quod gesta indicant*, inquit, *etiam hoc usus est testimonio sanctus Joannes Hierosolymitanæ antistes ecclesiæ, sicut interrogatus, quæ APUD ILLUM ANTE JUDICIUM gesta fuerant, coepiscopis nostris, qui simul in illo judicio præsidebant, ipse narravit. Ast enim tunc quibusdam susurrantibus & dicentibus quod sine Dei gratia diceret Pelagius*, &c. tum cap. 16. *Nam quidquid dixit episcopus Joannes de absentibus fratribus nostris, B sive coepiscopis, Erote scilicet ac Lazaro, sive presbytero Orosio, sive de aliis, quorum ibi non sunt nomina expressa, credo quod intelligat ad eorum præjudicium non valere. Si enim præsentes essent, possent eum fortasse, absit, ut dicam, convincere de mendacio; sed forte commemorare, quid forte fuisset oblitus, aut in quo eum fefellerat Latinus interpres, & sine studio mentiendi, certe alienæ linguæ minus intellecta nonnulla difficultate, præsertim quia non in gestis agitatur quæ improbi ne mentiantur, boni autem ne aliquid obliviscantur, utiliter instituta sunt. Si quis autem memoratis fratribus nostris ex hoc aliquid quæstionis intulerit, eosque ad judicium episcopale vocaverit, sibi ut poterunt aderunt: nobis vero labore quid opus est, quando ne ipsi quidem judices post coepiscopi nostri* (Joannis) *narrationem aliquid inde pronunciare voluerunt?* Quæ in defensionem Orosii a Joanne falso blasphemiæ accusati ipsis ferme apologetici verbis dicta fuisse (nam quid Eroti Lazarove objecerit aliisque incompertum) plane nullus ambigo.

CONCILIUM DIOSPOLITANUM

XIV. EPISCOPORUM.

I. quo Pelagius, post a hæreses e suo judicio d damnatas, fideique catholicæ professionem emissam, absolutus fuit, sub Innocentio Papa I. anno Christi CCCCXV.

a *Absolse ac fraudulenter*

Extat in collectione Cresconiana, & apud Augustin. de peccato originali l. 2. c. 11. & ep. 106 ad sanctum Paulinum Nolæ episcopum. Et fusius libro de Gestis Palæstini, ut Prosper vocat, sive quemadmodum alii vulgo nuncupant Pelagii, dicemus paulo post

b *anathematizasse ipse anathematizatus esset*. Sic proloquium illud concludit ep 106. S. Aug unde ista pene ad verbum Patres Pelagii ab ipso in concilio condemnati.

INCIPIUNT capitula excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis ejus, quæ in Palæstina synodo sibi objecta damnare compulsus est.

Quod ad Jerusalem volentem colligere filios suos dominus clamat, hoc nos clamamus adversus eos, qui filios volentes ecclesiæ colligi, nolunt; nec saltem post judicium, quod de ipso Pelagio factum est, collegerunt: de quo damnatus exisset, nisi objecta contra Dei gratiam dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim quæ, quoquo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, objecta sunt quædam quæ nisi remota omni tergiversatione b anathematizaret, ipse anathema sit factus.

Primo, objectum est enim, cum diceret, Adam mortalem factum; qui sive peccasset, sive non, mortuus esset.

Secundo, quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, & non genus humanum.

Tertio, & quod infantes nuper nati, in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

Quarto, & quod per mortem, vel prævaricationem Adæ, non omne genus humanum moriatur: & quod non per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

Quinto, infantes, etiamsi non baptizentur, vitam æternam habere possunt.

Sexto, & divites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.

Septimo, & gratiam Dei atque adjutorium non ad singulos actus donari, sed de libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

Octavo, & gratiam Dei secundum merita nostra dari.

Nono, & filios Dei non posse vocari, nisi omni modo absque omni peccato fuerint effecti. C

Decimo, & non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, vel non facere.

Undecimo, & victoriam nostram non esse ex Dei adjutorio, sed ex libero arbitrio.

Duodecimo, & quod b petentibus veniam non detur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Hæc c omnia Pelagius sic anathematizavit, (quod satis gesta ipsa testantur) ut nihil ad ea D quoque modo defendenda disputationis attulerit. Unde fit consequens, ut quisquis sequitur episcopalis auctoritatem judicii, & in ipsius Pelagii confessione tenere debeat quæ tenuit catholica ecclesia.

b *Pœnitentibus*, legendum: tum ex fide libri mox citati de Gestis Pelagii a S. Aug. ad Aurelium scripti, tum ex ipsa censura hujus XII. articuli quæ paulo post sequitur.

c Hæc itidem sunt ipsissima S. Augustini verba epist. 106

Sequitur catholica Pelagii confessio post recensita ex libello adversariorum capita in eum objecta, quæ omnia confutavit.

Primo, quod Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.

Secundo, quod peccatum ejus non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

Tertio, quod infantes nuper nati, non sint E in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

Quarto, ut ad ipsos etiam pertineat, quod breviter ait apostolus: *Per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* 1. Cor. 15.

Quinto, quod infantes non baptizati, non solum

Catholicæ assertiones adversus Pelagianos. Vide tu, amabo lector epist. 106. S. Aug. ad Paulinum sub finem, &c.

lum regnum cœlorum, verum etiam vitam æternam non habere poſſint.

Sexto, ut confiteatur, divites baptizatos, etiamſi divitiis ſuis non careant, & ſint tales quales ad Timotheum deſcribit apoſtolus, dicens: 1. Tim. 6. *Præcipe divitibus hujus mundi non ſuperbe ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum ſuarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum: divites ſint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam*: non eos a regno Dei poſſe privari.

Septimo, ut fateatur gratiam Dei & adjutorium etiam ad ſingulos actus dari, eamque non dari ſecundum merita noſtra.

Octavo, ut revera ſit gratia, id eſt, gratis data per ejus miſericordiam, qui dixit: Rom. 9. *Miſereor cujus miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſertus fuero.*

Nono, ut fateatur filios Dei vocari poſſe illos, qui quotidie dicunt: Matth. 6. *Dimitte nobis debita noſtra*; quod utique non veraciter dicerent, ſi eſſent omnino abſque peccato.

Decimo, ut fateatur eſſe liberum arbitrium, etiamſi divino indigeat adjutorio.

Undecimo, ut fateatur, quando contra tentationes concupiſcentiaſque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, ſed ex adjutorio Dei provenire victoriam: non enim aliter verum Rom. 9. eſt, quod apoſtolus ait: *Non volentis, non currentis, ſed miſerentis eſt Dei.*

Duodecimo, ut fateatur ſecundum gratiam & miſericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non ſecundum merita eorum: quemadmodum etiam ipſe pœnitentiam, donum Dei dixit apoſtolus, ubi ait, 2. Tim. 2. *Ne forte det illis Deus pœnitentiam*. Hæc omnia ſimpliciter ſine ullis fateatur ambagibus.

Si quis contra auctoritatem catholicam, & ipſius Pelagii expreſſa eccleſiaſticis geſtis verba conſentit, [a] atque in illa quæ his ſunt contraria veraciter credit; anathema eſſe tenendum eſt, niſi quæ illis contraria ſunt fido corde teneantur, & aperta confeſſione promantur.

[a] Paullo aliter apud Aug. ep. [c] Neque enim illa quæ h. ſ. c. veraciter anathematizata eſſe credendum eſt, niſi hæc quibus ſ. c. fidei c. t. &c.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Ejuſdem concilii Dioſpolitani meminerunt plures veteris memoriæ ſcriptores, atque imprimis ipſe Auguſtinus libro de Geſtis Palæſtinis contra dogmata Pelagii ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum, in præfatione: *Poſtequam in manus noſtras*, ſancte papa Aurelii, *eccleſiaſtica geſta venerunt, ubi Pelagius ab epiſcopis quatuordecim provinciæ Palæſtinæ catholicus eſſe pronunciatus*, &c. tum cap. 1. *Denique in his quæ libelle, quem dederunt ſancti fratres & coepiſcopi noſtri Galli Eros & Lazarus, qui propter gravem* (ſicut poſtea probabilius comperimus) *unius eorum agritudinem, præſentes eſſe minime potuerunt, recitata ſunt objecta Pelagio, illud eſt primum, quod in libro ſuo quodam ſcripſit*, non poſſe eſſe ſine peccato, niſi qui legis ſcientiam habuerit; Illud etiam repetit c. 25. ejuſdem libri quod conſule. *Quæ recitato ſynodus dixit*: Tu hoc edidiſti Pelagi? *At ille reſpondit*. Ego quidem dixi, ſed non ſicut illi intelligunt: Non dixi non poſſe peccare qui ſcientiam legis habuerit; ſed adjuvari per legis ſcientiam ad non peccandum, ſicut ſcriptum eſt. *Legem in adjutorium dedit illis. Hoc audito ſynodus dixit*: Non ſunt aliena ab eccleſia quæ dicta ſunt a Pelagio. *Plane aliena ſunt quæ reſpondit: illud vero quod de libro ejus prolatum eſt, aliud ſonat. Sed hoc epiſcopi Graci homines, & ea verba ſine interpretem audientes diſcutere non curarunt, hoc tantum intuentes, quod ille qui interrogabatur, confeſſe ſe diceret, non quidem verbis, eadem ſententia in ejus libro ſcripta diceretur*. Deinde pluribus omiſſis cap. 16. *Nam quidquid dixit epiſcopus Joannes de abſentibus fratribus noſtris, ſive coepiſcopis, Eroto ſcilicet ac Lazaro, ſive presbytero Oroſio, ſive de aliis*, &c. Poſtremo cap. 36. eoque ultimo (ne hic integrum librum qui in Germania primum anno 1613. excuſus circumfertur in poſterioribus Sancti Auguſtini editionibus, & in ſupplemento Rev. P. Hieronymi Vignierii pag. 413. Tomi primi, deſcribere videar) recapitulando, ut alt, attentius ſtrictiuſque recenſet, in quibus tota hæreſis iſta conſiſtat.

Hæc ſunt quibus hæreſis illius dumeta quotidie pullulare; imo jam ſilveſcere dolebamus.

I. Adam mortalem factum, qui ſive peccaret, ſive non peccaret, moriturus eſſet.

II. Quod peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum.

III. Quod lex ſic mittat ad regnum quemadmodum & evangelium.

IV. Quod infantes nuper nati in illo ſtatu ſint, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

V. Quod neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per reſurrectionem Chriſti omne genus hominum reſurgat.

VI. Quod infantes etſi non baptizentur, habent vitam æternam.

VII. Quod divites baptizati niſi omnibus abrenuncient, ſi quid boni viſi fuerint facere, non eis reputetur, neque regnum Dei poſſint habere.

VIII. Quod gratia Dei & adjutorium non ad ſingulos actus detur, ſed in libero arbitrio ſit, & in lege atque doctrina.

IX. Quod Dei gratia ſecundum merita noſtra detur, & propterea ipſa gratia in hominis ſit poſita voluntate, ſive dignus fiat ſive indignus.

X. Quod filii Dei non poſſint vocari niſi omnino abſque peccato fuerint affecti.

XI. Quod oblivio & ignorantia non ſubjaceat peccato, quoniam non eveniant ſecundum voluntatem, ſed ſecundum neceſſitatem.

XII. Quod non ſit liberum arbitrium ſi indigeat auxilio Dei, quoniam propriam voluntatem habeat unuſquiſque aut facere aliquid aut non facere.

XIII. Quod victoria noſtra ex Dei non ſit adjutorio, ſed ex libero arbitrio.

XIV. Quod ex illo quod ait Petrus divinæ nos eſſe conſortes naturæ, conſequens ſit; ut ita poſſit eſſe anima ſine peccato quemadmodum Deus.

XV. *In extremo autem objectorum poſitum eſt*: Quod pœnitentibus venia non detur ſecundum gratiam & miſericordiam Dei, ſed ſecundum meritum & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint miſericordia.

Hæc omnia ſua negantem & anathematizantem Pelagium judices approbaverunt, & ideo pronunciaverunt eum contraria eccleſiaſticæ fidei reprobando & anathematizando damnaſſe.

Subdit vero nonnulla S. Auguſtinus, quibus epiſtolæ Innocentii papæ 32. 33. & 34. quæ ſupra editæ ſunt plurimum illuſtrari queant, & qualis fuerit etiam in extremo vitæ actu Joannes, omnes intelligant.

De his autem quæ poſt hoc judicium (Dioſpolitanum) ibi a neſcio quo cuneo perditorum, qui valde in perverſum perhiberetur Pelagio ſuffragari, incredibili audacia perpetrata dicuntur; ut Dei ſervi & ancillæ ad curam ſancti Hieronymi presbyteri pertinentes ſceleratiſſima cæde afficerentur, diaconus occideretur, ædificia monaſteriorum incenderentur; vix ipſum ab hoc impetu atque incurſu impiorum in Dei miſericordiam turris munitior tueretur: tacendum nobis potius video & expectandum quid illic fratres noſtri epiſcopi de his tantis malis agen-

dum

dum exiſtiment : quibus eos diſſimulari poſſe A quis credat? &c.

Notæ Severini Binii.

Dioſpolis urbs Palæſtinæ. Cur miſerabilis ſynodus appellata ab Hieronymo.

a Concilium Dioſpolitanum.) Sic dictum a Dioſpoli, quæ eſt civitas in Palæſtina, antiquo nomine Lidda appellata. Hanc ſynodum S. Hieronymus epiſt. 79. miſerabilem ſynodum vocat : tum quod ea, quæ hic Pelagius geſſiſſe dicitur, doloſe egerit ; tum etiam quod vere miſerabilis fuerit ipſi Pelagio iſta ſynodus, in qua ſuam impiam hæreſim, cujus intrinſecus obſtinatus aſſertor erat, condemnare coactus fuerit. Acta hujus concilii Innocentius nequaquam probare ac confirmare voluit. *Non aſſumus*, inquit in epiſt. ſua 26. ſupra extante, *illorum epiſcoporum nec probare nec culpare judicium : cum neſciamus, utrum vera ſint geſta ; aut ſi vera ſint, illum conſtet magis ſubterfugiſſe, quam ſe tota veritate purgaſſe.* Baron. ann. 415. num. 19. & 20.

Acta concilii a pontifice neque probata neque improbata.

Epiſcopi qui, quot, qualeſve interfuerint.

b Quatuordecim Epiſcoporum.) Qui, quot, qualeſve epiſcopi huic ſynodo interfuerint S. Auguſt. l. 2. de reſtract. cap. 47. deſcribit his verbis : *Per idem tempus in oriente, hoc eſt in Syria Palæſtina, Pelagius a quibuſdam catholicis fratribus ad epiſcopalia geſta perductus : eiſque abſentibus, qui de illo libellum dederant, quandam ad diem ſynodi non paturunt occurrere, ab epiſcopis quatuordecim auditus eſt : apud eum cum dogmata ipſa damnantur, quæ inimica gratiæ Dei adverſus eum de libello lecta, quæ jubebantur, catholicorum pronunciaverunt.* Item contra Julianum lib. 1. cap 5. ait : *Habemus alios orientales epiſcopos quatuordecim : 1 Eulogium, 2 Joannem, Ammonianum, 3 Porphyrium, 4 Eutonium, Porphyrium, Eleuthedum, Zoſimum, 5 Zebanum, Nymphidium, Chromatium, 6 Jovinum, 7 Eleutherium, Clematium, quos illum, 8 Hieruſalem introducere vanum loco ſimul inventos reſtitum conſeſſum introducere vanum ſcamus, illos ipſos, qui Pelagio judices præſederunt : eumque ut hominem, nulla ex ultera parte urgente adverſario, putantes catholicum, tanquam catholicum pronunciaverunt.* Eulogius, qui primus ordine recenſetur, totius provinciæ Palæſtinæ metropolitanus epiſcopus Cæſarienſis fuit, qui ſucceſſit in locum Joannis ſucceſſoris Gelaſii. Joannes ordine ſecundus eſt epiſcopus Hieroſolymorum, de quo ſupra multis in locis. Eleutherius Sebaſtiæ, Euthonius Hierichuntinæ civitatis antiſtites 8 fuerunt. Alter Porphyriorum fuit ille ſanctitate celebris Gazenſis epiſcopus, qui per legationem ab Imperatore impetravit, ut Marnæo Jovis templo, aliiſve adeorum fanis occluſis, omnia ſimulacra dejicerentur, nec amplius conſulerentur. Zebennus titulo ſanctitatis clarus, Eleutheropolis epiſcopus eſt, cui teſte Sozomeno veneranda ſanctorum prophetarum, Habacuc, & Michææ corpora divinitus revelata fuerunt. Jovinus hic nominatus, ut auctor eſt Palladius, Aſcalonis epiſcopus fuit.

a Cæſarienſem ipſum quidem.
2 Hieruſ.
3 Gazenſem
4 Hierichuntinum ex epiſtola Luciani.
5 Eleutheropolitanum, ex eadem
6 Aſcalonenſem.
7 Sebaſtienſem.
8 Eulogius Joannes Hieroſolymitanus.

8 ut conſtat ex epiſtola Luciani presbyteri de inventione reliquiarum SS. Stephani, &c. hoc eodem exeunte anno facta.

Pelagius quis

c Pelagius.) Pelagius natione Britannus & vagus, ex impio monacho iſtius hæreſeos propugnator, cujus teſte Hieronymo, & Auguſtino, Rufinus ſeminator fuerat. Eo tempore quo urbs a Gothis capta fuit, abſente Innocentio, clanculo hæreſes ſuas velamento quæſtionum occultatas diſſeminare cœpit. Demetriadi, aliiſve viduis nobilibus per ſcripta blanditus, ut eas ſeduceret, pes Jacobum, & Timaſium, quos ſeduxerat, manifeſtatus, cum in hoc concilio ſua ſcripſum ſententia per ſimulationem fidei catholicæ doloſe condemnaſſet, a concilio Carthaginenſi, ac decreto ſummorum pontificum non ſemel damnatus fuit. Quod cum ille intelleXiſſet, ad Innocentium papam literas dedit, quibus profitebatur ſe catholicum eſſe. Quo effectu, infra dicemus in Zoſimo. Baron. an. 405. 410. 411. 414. 415. &c.

Hæreſes Pelagii quæ.

d Hæreſes.) Præter hæreſes de libero arbitrio, gratia, &c. quæ ſupra recenſentur, docuit homines ante adventum Chriſti fuiſſe ſine peccato : orationem non eſſe neceſſariam, poſſe hominem vi liberi arbitrii non tantum non peccare, ſed etiam non tentari ; fœminas craſſioribus veſtibus, quibus utuntur monachi, omnes homines indui debere. Hæc ex S. Auguſtino, & Hieronymo duobus inſenſiſſimis Pelagianæ hæreſeos impugnatoribus. Baron. an. 415. num. 24. & ſeqq.

Pelagius ſe ipſum condemnavit doloſe.

e Suo judicio damnatus.) Confirmantur auctoritate verborum S. Auguſtini quæ ſupra recenſuimus. Id cum veteratorie, & per ſimulationem egiſſe, teſtatur idem Auguſtinus de peccato origin. lib. 8. & 9. his verbis : *Eceſſit enim judicium Palæſtinum ipſe Pelagius, propterea ibi videtur eſſe purgatus. Romanum vero Eccleſiam, ubi eum notiſſimum eſſe ſcitis, fallere uſquequaque non potuit ; quamvis & hoc fuerit utrumque conatus.* Qua de re pluribus infra in notis concilii Carthaginenſis.

EADEM SYNODUS DIOSPOLITANA

IN CAUSA PELAGII.

Ex Nova Baluzii Collectione.

Editio Vigneriі collata cum codice 1907 bibliothecæ Colbertinæ.

Hieron. epiſt. 29.

Auguſt. lib. 1. contra Julian. cap. 5

Famoſum illud ac miſerabile, ut verbo Hieronymi utar, Dioſpolitanum Concilium ; ubi Pelagius, *ut ſcribit ſanctus Auguſtinus*, ab Epiſcopis quatuordecim provinciæ Palæſtinæ catholicus eſt pronunciatus, *celebratum eſſe Honorio X. & Theodoſio VI. Auguſtis Conſſ. exeunte anno recte monuit vir doctiſſimus Henricus de Noris, argumento ſumpto ex libro Luciani Presbyteri de inventione reliquiarum ſancti Stephani. Interfuere huic ſynodo Eulogius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, Joannes Hieroſolymorum, Ammonianus, Porphyrius, Eutonius, (ſive Eleutherius Sebaſtenus) Porphyrius alter, Fidus, Zoſimus, Zoboennus, Nymphidius, Chromatius, Jovinus, Eleutherius Hierichuntinus, & Clematius. Interfuit etiam ac Pelagium acerrime defendit Antonius Diaconus Celedenſis, quem viri docti putant non eſſe diverſum ab eo qui Latinitate donavit aliquot homilias ſancti Joannis Chryſoſtomi. Hujus ſynodi geſta nobis conſervavit ſanctus Auguſtinus in libro de geſtis Pelagii, ex quo & ex libro ejuſdem ſecundo de peccato originali nos ſequentia delibavimus.*

Primum Pelagio objectum eſt dixiſſe eum in quodam libro ſuo non poſſe eſſe ſine peccato niſi qui legis ſcientiam habuerit. Quo recitato, ſynodus dixit. Tu hæc edidiſti, Pelagi? *At ille reſpondit.* Ego quidem dixi ; ſed non ſicut illi intelligunt. Non dixi non poſſe peccare qui ſcientiam legis habuerit, ſed adjuvari per legis ſcientiam ad non peccandum, ſicut ſcriptum eſt : Legem in adjutorium dedit illis. *Hoc audito, ſynodus dixit.* Non ſunt aliena ab Eccleſia quæ dicta ſunt a Pelagio.

Synodus dixit. Legatur & aliud capitulum. *Et lectum eſt in eodem libro poſuiſſe Pelagium omnes voluntate propria regi. Quo lecto, Pelagius reſpondit.* Et hoc dixi propter liberum arbitrium, cui Deus adjutor eſt eligenti bona. Homo vero peccans, ipſe in culpa eſt, quaſi liberii arbitrii. *Quo audito, Epiſcopi dixerunt.* Neque hoc alienum eſt ab eccleſiaſtica doctrina. *Item recitatum eſt quod in libro ſuo Pelagius poſuit, in die judicii iniquis & peccatoribus non eſſe parcendum, ſed æternis eos ignibus exurendos. Sed cum reſpondiſſet Pelagius hoc ſecundum evangelium ſe dixiſſe, ubi dicitur de peccatoribus.* Illi ibunt in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam, *& addidiſſet*, Si quis aliter credit, Origeniſta eſt, *ſancta ſynodus dixit.* Neque iſtud alienum eſt ab Eccleſia.

Objectum eſt & illud Pelagio, tanquam in ſuo libro ſcripſerit malum nec in cogitationem venire. Reſpondit autem, Hoc non ita poſuimus ; ſed

ſed diximus debere ſtudere Chriſtianum, ne male cogitet, *quod Epiſcopi approbarunt*.

Cum ergo & hanc Pelagii reſponſionem judices approbaſſent, recitatum eſt aliud quod in ſuo libello ſcripſit, regnum cœlorum etiam in veteri teſtamento promiſſum. Ad quod Pelagius: Hoc & per ſcripturas probare poſſibile eſt. Hæretici autem in injuriam veteris teſtamenti hoc negant. Ego vero ſcripturarum auctoritatem ſecutus dixi, quoniam in propheta Daniele ſcriptum eſt: Et accipient ſancti regnum altiſſimi. *Quæ ejus accepta reſponſione, ſynodus dixit*. Neque enim hoc alienum eſt a fide eccleſiaſtica.

Poſt hæc objectum eſt quod Pelagius in eodem libro ſuo dixerit poſſe hominem, ſi velit, eſſe ſine peccato, & quod ſcribens [2] *ad viduam adulatorie dixerit*: Inveniat apud te [3] pietas, quæ uſquam invenit, locum. Inveniat ubique [4] in peregrinatione ſedem juſtitia; veritas, quam jam nemo cognoſcit, domeſtica tibi, & amica fiat; & lex Dei, quæ ab omnibus prope hominibus contemnitur, a te ſola honoretur. *Et iterum ad ipſam*: [5] O te felicem & beatam, ſi juſtitia, quæ in cœlo tantum eſſe credenda eſt, apud te ſolam inveniatur in terris! [6] *Et in alio ad ipſam libro, poſt orationem Domini & ſalvatoris noſtri, docens* [7] *quemadmodum debeant ſancti orare, ait*: Ille ad Deum digne elevat manus, orationem bona conſcientia effundit qui poteſt dicere: Tu noſti, Domine, quam ſanctæ & innocentes & mundæ ſint ab omni malitia & iniquitate & rapina quas ad te extendo manus, quemadmodum juſta & munda labia & ab omni mendacio libera quibus offero tibi deprecationem ut mihi miſereris. *Ad hoc autem Pelagius reſpondens ait*: Poſſe quidem hominem ſine peccato eſſe, & Dei mandata cuſtodire, ſi velit, diximus. Hanc enim poſſibilitatem Deus illi dedit. Non autem diximus, quod inveniatur aliquis ab infantia uſque ad ſenectam qui nunquam peccaverit, ſed quoniam a peccatis converſus, proprio labore, & Dei gratia adjutus poſſit ſine peccato, nec propter hoc tamen in poſterum erit inconvertibilis. Reliqua vero quæ ſubjecerunt, neque in libris noſtris ſunt, neque talia unquam diximus. *His auditis, ſynodus dixit*. Quoniam negas te talia ſcripſiſſe, anathematizas illos, qui ſic tenent? *Pelagius reſpondit*. Anathematizo quaſi ſtultos, non quaſi hæreticos. Siquidem non eſt dogma. *Deinde judicaverunt Epiſcopi dicentes*. Nunc quoniam propria voce anathematizavit Pelagius inſertum ſtultiloquium, recte reſpondens hominem cum adjutorio Dei, & gratia poſſe eſſe ſine peccato, reſpondeat & ad alia capitula.

Aliud capitulum in doctrina Cæleſtii diſcipuli Pelagii, ex eis quæ Carthagine a ſancto Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo cum aliis Epiſcopis audita ſunt & commemorata. Adam mortalem factum, qui ſive peccaret, ſive non peccaret, moriturus eſſet. Quoniam peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum. Quoniam lex ſic mittat ad regnum quemadmodum & evangelium. Quoniam ante adventum Chriſti fuerint homines ſine peccato. Quoniam infantes nuper nati in eo ſtatu ſint in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quoniam neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per reſurrectionem Chriſti omne genus humanum reſurgat. Quoniam ſanctus Epiſcopus Auguſtinus adverſus diſcipulos ejus in Sicilia reſpondit Hilario ad ſubjecta capitula, ſcribens librum in quo iſta continentur; poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi velit; infantes, etſi non baptizentur, habere vitam æternam; divites baptizatos, niſi omnibus abrenuntient, ſi quid boni viſi fuerint facere, non reputari illis, neque regnum Dei poſſe eos habere. Pelagius dixit. Poſſe quidem hominem ſine peccato eſſe dictum eſt ſuperius. De eo autem quod fuerint ante adventum Domini homines ſine peccato, dicimus & nos, quoniam ante adventum Chriſti vixerunt quidam ſancte, & juſte ſecundum ſcripturarum ſanctarum traditionem. Reliqua vero etiam ſecundum ipſorum teſtimonium a me dicta non ſunt, pro quibus ego ſatisfacere non debeo; ſed tamen ad ſatisfactionem ſanctæ ſynodi anathematizo eos qui ſic tenent aut aliquando tenuerunt. *Poſt hanc ejus reſponſionem ſynodus dixit*. Ad hæc quæ dicta capitula ſufficienter, & recte ſatisfecit prætens Pelagius anathematizans ea, quæ non erant ejus.

Objectum eſt deinde Pelagio quod diceret Eccleſiam hic eſſe ſine macula, & ruga. Pelagius reſpondit. Dictum eſt a nobis ſcilicet ita, quoniam lavacro ab omni macula, & ruga purgatur Eccleſia, quam velit ita Dominus permanere. *Ad quod ſynodus dixit*. Hoc & nobis placet.

Deinde objecta ſunt de libro Cæleſtii, quid in unoquoque capitulo contineat, magis ſecundum ſenſum quam ſecundum verba; quæ quidem ille latius exequitur, ſed tunc ſubjicere omnia, qui libellum adverſus Pelagium dederunt, ſe non potuiſſe dixerunt. Ergo in primo capitulo libri Cæleſtii hoc ſcriptum eſſe poſuerunt, quoniam plus facimus quam in lege & evangelio juſſum eſt. Ad

[a] Auguſtin epiſt. 217.

---

1 *Enim*) pro *etiam*. Addita autem eſt hæc vox ex codice Colbertino.

2 *Ad viduam*) Livaniam, ut docet Marius Mercator in commonitorio ſuper nomine Cæleſtii. *Denique libellus eſt ejus*, id eſt, Pelagii, *quem habemus in manibus, ad quamdam Livaniam viduam, ſermonem continet exhortatorium &c.* Facile autem aſſentior Labbeo, qui tomo 3. Concilior. pag. 293 ſuſpicatur eam epiſtolam ſcriptam eſſe ad Julianam, id eſt, Olybrii Conſulis viduam, quam Pelagius, ut conſilium ſuum occultaret, Livaniam vocarit. Nam & illam fuiſſe viduam eo tempore patet ex epiſtola octava Hieronymi, & familiaritatem inter eam, & Pelagium fuiſſe ſatis oſtendit ejus epiſtola ad Demetriadem Julianæ filiam. Ad eamdem Julianam extat epiſtola 13. Innocentii Papæ, & epiſtola 143. ſancti Auguſtini.

3 *Pietas*) Hujus loci meminit Hieronymus in fine dialogi tertii adverſus Pelagium. *Eidem adulans vidua non erubeſcis dicere pietatem; quæ uſquam reperitur in terra, & veritatem, quæ usque peregrina ſit, in illa potiſſimum commorari.*

4 *In peregrinatione*) Codex Florentinus, *peregrinante*, ſed iſtud eſt mendoſum.

5 *O te felicem*) Et hunc quoque locum refert Hieronymus; ſed paulo aliter. *O te felicem nimium, & beatam, ſi juſtitia, quæ eſſe jam nonniſi in cœlo creditur, apud te ſolam inveniatur in terris.*

6 *Et in alio*) Hinc collegit vir clariſs. Joannes Garnerius duos ad viduam libros ſcripſiſſe Pelagium, quorum unus fuit conſolatorius, ex quo deſumpta ſunt fragmenta quæ relata ſunt in Concilio Dioſpolitano & ab Hieronymo, alter exhortatorius, ex quo Mercator ſua decerpſit.

7 *Quemadmodum*) Hieronymus paulo ante. *Scribens ad viduam quomodo ſancti debeant orare, pronuntians.* Ille enim merito ad Deum extollit manus, ille preces bona conſcientia fundit qui poteſt dicere. Tu enim noſti, Domine, quam ſanctæ, quam innocentes, quam puræ ſint ab omni fraude & injuria & rapina quas ad te expando manus, quam juſta & immaculata labia & ab omni mendacio libera quibus tibi ut mihi miſereris preces fundo.) Probabile eſt hæc eſſe ipſa verba Pelagii, ea vero quæ referuntur in Concilio Dioſpolitano, verſa eſſe ex Græcis.

Ad quod Pelagius reſpondit. Hoc quaſi noſtrum poſuerunt. Dictum eſt vero a nobis ſecundum Apoſtolum de virginitate, de qua Paulus dicit: Præceptum Domini non habeo. *Synodus dixit*. Hoc & Eccleſia recipit.

Objecta ſunt etiam Pelagio alia Cæleſtii capitula capitalia, & ſine dubitatione damnanda, nimirum in tertio capitulo ſcripſiſſe Cæleſtium gratiam Dei, & adjutorium non ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe vel in lege ac doctrina. Et iterum, Dei gratiam ſecundum merita noſtra dari, quia ſi peccatoribus illam det, videtur eſſe iniquus, & his verbis intuliſſe: Propterea & ipſa gratia in mea voluntate poſita eſt, ſive dignus fierem, ſive indignus. Si enim per gratiam omnia facimus, quando vincimur a peccato, non nos vincimur, ſed gratia Dei, quæ voluit nos adjuvare omnimodo & non potuit. *Et iterum ait*. Si gratia Dei eſt quando vincimus peccata, ergo ipſe eſt in culpa quando a peccato vincimur, quia omnino cuſtodire nos aut non potuit aut noluit. *Ad iſta Pelagius reſpondit*. Hæc utrum Cæleſtii ſint, ipſi viderint qui dicunt ea Cæleſtii eſſe. Ego vero nunquam ſic tenui; ſed anathematizo qui ſic tenet. *Synodus dixit*. Recipit te ſancta ſynodus ita verba reproba condemnantem.

Poſtea objectum eſt ei de quinto capitulo libri Cæleſtii, ubi affirmat unumquemque hominem omnes virtutes poſſe habere & gratias, ac præterea in eo auſert diverſitatem gratiarum quam Apoſtolus docet. Ad quod Pelagius reſpondit. Dictum eſt a nobis, ſed maligne, & imperite reprehenderunt. Non enim auferimus gratiarum diverſitatem, ſed dicimus donare Deum ei qui fuerit dignus accipere omnes gratias, ſicut Paulo Apoſtolo donavit. *Ad hæc ſynodus dixit*. Conſequenter & eccleſiaſtico ſenſu, & ipſe ſenſiſti de dono gratiarum quæ in ſancto Apoſtolo continentur.

Suſurrantibus autem interea quibuſdam & dicentibus quod ſine Dei gratia diceret Pelagius poſſe hoc perfici, id eſt, quod ſuperius dixerat, eſſe poſſe hominem ſine peccato, Joannes Epiſcopus Hieroſolymitanus ait: Culpam ſuper hoc etiam intuli, quia & Apoſtolus Paulus multum laborans, ſed non ſecundum ſuam virtutem, ſed ſecundum gratiam Dei, dixit: Amplius omnibus illis laboravi, non ego autem, ſed gratia Dei mecum: & iterum: Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: Et illud: Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. *In eumdem modum multa de ſcripturis ſanctis protulit idem Joannes: quæ cum non ſuſciperentur ab aſtantibus, dixit Pelagius*. Et ego ſic credo. Anathema ſit qui dicit abſque adjutorio Dei poſſe hominem ad profectum omnium venire virtutum.

Deinde objectum eſt ex capitulo ſexto libri Cæleſtii, filios Dei non poſſe vocari niſi omni modo abſque peccato fuerint effecti: unde ſecundum ipſum dictum eſt neque Apoſtolum Paulum eſſe filium Dei, qui dixit: Non quod jam acceperim, aut quod jam perfectus ſim. *In ſeptimo, oblivionem & ignorantiam non ſubjacere peccato, quoniam non ſecundum voluntatem eveniunt, ſed ſecundum neceſſitatem, cum David dicat*. Delicta juventutis meæ ne memineris & ignorantiæ meæ; *& cum in lege ſacrificia pro ignorantia ſicut pro peccato offerantur. In decimo capitulo, non eſſe liberum arbitrium, ſi Dei indigeat auxilio, quoniam in propria voluntate habet unuſquiſque aut facere aliquid aut non facere. In duodecimo capitulo, victoriam noſtram non ex Dei eſſe adjutorio, ſed ex libero arbitrio, quod inferre dictum eſt his verbis*. Noſtra eſt victoria, quoniam propria voluntate arma ſuſcepimus; ſicut e contrario noſtrum eſt quando vincimur, quoniam armari propria voluntate contempſimus. *Et de Apoſtolo Petro poſuit teſtimonium, divinæ nos eſſe conſortes naturæ. Et ſyllogiſmum facere nititur, quoniam ſi anima non poteſt eſſe ſine peccato, ergo & Deus ſubjacet peccato; cujus pars, hoc eſt anima, peccato obnoxia eſt. In tertio decimo capitulo dicit quoniam pœnitentibus venia non datur ſecundum gratiam & miſericordiam Dei, ſed ſecundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerunt miſericordia*.

His recitatis, ſynodus dixit. Quid ad hæc quæ lecta ſunt capitula dicit præſens Pelagius monachus? Hoc enim reprobat ſancta ſynodus & ſancta Dei catholica Eccleſia. *Pelagius reſpondit*. Iterum dico quia hæc etiam ſecundum ipſorum teſtimonium non ſunt mea, pro quibus, ut dixi, ſatisfactionem non debeo. Quæ vero mea eſſe confeſſus ſum, hæc recta eſſe affirmo. Quæ autem dixi non eſſe mea, ſecundum judicium ſanctæ Eccleſiæ reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti ſanctæ catholicæ Eccleſiæ doctrinis. Ego enim in unius ſubſtantiæ trinitatem credo, & omnia ſecundum doctrinam ſanctæ catholicæ Eccleſiæ. Si quis vero aliena ab hac ſapit, anathema ſit.

Synodus dixit. Nunc, quoniam ſatisfactum eſt nobis proſecutionibus præſentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis conſentit, contraria vero eccleſiaſticæ fidei reprobat & anathematizat, communionis eccleſiaſticæ eum eſſe & catholicæ confitemur.

Hactenus geſta Concilii in Paleſtina habiti in cauſa Pelagii. Quæ vero de hoc argumento leguntur in vulgatis Conciliorum editionibus, edita primum a Baronio ex collectione Creſconiana, ea ad verbum ſumpta ſunt ex epiſtola CVI. *ſancti Auguſtini data ad Paulinum Epiſcopum Nolanum, & continent tantum breviarium eorum quæ nos ſupra retulimus ex geſtis. Ea nos emendatiora inveneramus in tribus antiquiſſimis & optimæ notæ codicibus manuſcriptis; quorum unus extat in bibliotheca regia, alter eſt Eccleſiæ Bellovacenſis, tertius monaſterii Corbejenſis. Verum ſupervacaneum arbitrati ſumus iſtis inutilibus retardare diligentiam ſtudioſorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cum exhibeamus illa ipſa geſta, ex quibus reliqua abbreviata ſunt*.

CON-

CONCILIUM CARTHAGINENSE

CONTRA PELAGIANOS II.

LXVII. EPISCOPORUM. [a]

In quo Pelagius & Cœlestius hæretici c Theodosio VII. & Palladio consulibus, ann. domini CCCCXVI. *damnati fuerunt jub Innocentio Papa I.*

[a] ab episcopis provinciæ Carthaginensis seu proconsularis habitum docebunt mox patres Milevitani.

[b] Habetur inter epistolas sancti Augustini ordine 90. S. Aug. ep. 47. ad Valentinum. hæc paucis : Quod scriptum est ad Papam Innocentium R. V. E. de concilio provinciæ Carthaginensis, & de concilio Numidiæ, & aliquanto diligentius a quinque episcopis, & quæ ipse ad tria ista rescripsit : item quod Papæ Zosimo de Africano concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum : & quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus, &c.

Acta omnia exciderunt. Epistola synodalis ad Innocentium Papam scripta extat hæc [b].

Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio Papæ [c] *Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Evagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pannonius, Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius,* [1] *Avinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Serotinus, Majorinus, Posthumianus, Crispulus, Victor, alius Victor, Lucius, Marianus, Fructuosus, Faustinianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus,* [2] *Macarius, Rusticus, Rufinianus, Proculianus, Thomas, Januarius, Octavianus, Prætextatus, Sixtus, Quodvultdeus, Pentadius, Quodvultdeus, Cyprianus, Servilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Bizacenus, Germanus, Germanianus, Juventius, Majorinus,* [3] *Juventius, Candidus, Cyprianus, Æmilianus,* [4] *Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.*

[c] Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Evagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pannonius, Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Avinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Serotinus, Majorinus, Posthumianus, Crispulus, Victor, alius Victor, Lucius, Marianus, Fructuosus, Faustinianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus, Macarius, Rusticus, Rufinianus, Proculianus, Thomas, Januarius, Octavianus, Prætextatus, Sixtus, Quodvultdeus, Pentadius, Quodvultdeus, Cyprianus, Servilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Bizacenus, Germanus, Germanianus, Juventius, Majorinus, Juventius, Candidus, Cyprianus, Æmilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.

Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam solenniter [d] veniremus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum & consacerdotum nostrorum dedit [e] Averothis [e] & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. [f] His ergo lectis, Pelagium & Cœlestium auctores nefarii prorsus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris advertimus. Unde factum est, ut recensendum peteremus, [g] quid ante ferme quinquennium super Cœlestii nomine hic apud ecclesiam Carthaginensem fuerat agitatum. Quo recitato, sicut ex subditis advertere poterit sanctitas tua, quamvis judicatio manifesta constaret, quia illo tempore, episcopali judicio, excisum hoc tantum [h] vulnus ab ecclesia videretur, nihilo minus tamen id communi deliberatione censuimus hujusmodi persuasionis auctores, quamvis & ad presbyterium idem Cœlestius postea [i] pervenisse dicatur nisi hæc apertissime anathematizaverint, ipsos [i] anathematizari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt ab illis, vel decipi possunt, cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum, domine frater, sanctæ caritati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis, etiam apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, & quorumdam etiam perversitate corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, qua & idipsum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente domino: *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Jesu domino nostro. Illi autem asserunt (sicut a fratribus, qui [a] eorum libros legerunt, cognovimus) in eo Dei gratiam deputandam, quod talem [b] hominis instituit creavitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive naturaliter in corde conscriptam, sive in literis datam. Eamdem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adjutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua (ut dictum est) Christiani sumus, cujus apostolus prædicator est, dicens: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Jesum Christum dominum nostrum*, nolunt cognoscere omnino, nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus, non percipientibus quæ sunt spiritus Dei, persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque justitiam, & Dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes, quod scriptum est; *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Et: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Et: *quod unum corpus sumus in Christo Jesu, singuli autem alter alterius membra, habentes dona diversa secundum gratiam, quæ data est nobis.* Et: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et: *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam, per dominum nostrum Jesum Christum.* Et: *Quia idonei non sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et: *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Et innumerabilia, quæ de scripturis omnibus si colligere velimus [*] tomus non sufficit. Et veremur, ne apud te ipsa ista commemorando, qui majore gratia de sede apostolica

[a] etiam

[b] hominibus

Joan. 8.

Rom. 7.

Rom. 8.

Rom. 9.

Rom. 11.

1. Cor. 15

Ibidem.

2. Cor. 3.

2. Cor. 4.

[*] Al. tem. non sufficit.

[d] venissemus Nerothii, [e] alias Anciothis, mendose; utrumque scribendum Erotis aut Herotis.

[f] Desideratur ex litera.

[g] quod

[h] ulcus

[i] quoque

Nota auctoritatem sedis Romanæ.

1 In al. Mss. *Ambibius*. Hard.
2 In Rescripto Innocentii pro *Macario Magnesio* legitur.
3 In Rescripto Innocentii *Romanianus*.
4 Epheli ex Mario Mercatore. *Hard.*

ſtolica prædicas, inconvenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores ſumus, (quaquaversus quiſque noſtrum, verbum Dei prædicando, putatur attentior) crebrius eos patimur & audacius [a] insurgentes. Si ergo Pelagius epiſcopalibus geſtis, quæ in oriente confecta dicuntur, etiam tuæ veneratioñi juſte viſus fuerit abſolutus, error tamen ipſe & impietas, quæ jam multos aſſertores habet per diverſa diſperſos, etiam apoſtolicæ ſedis auctoritate anathematizanda eſt. Conſideret [b] enim ſanctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus, quam ſit peſtiferum & exitiale ovibus Chriſti, quod iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſario ſequitur, ut nec orare debeamus, ne intremiſ in tentationem, quod [c] diſcipulos monuit, & poſuit in oratione, quam docuit, aut ne deficiat fides noſtra, quod pro apoſtolo Petro ſe rogaſſe, ipſe teſtatus eſt. Si enim poſſibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in poteſtate ſunt conſtituta, quis non ea videat inaniter a domino peti, & fallaciter orari, cum orando poſcuntur, quæ naturæ, jam ita conditæ, ſufficientibus viribus obtinentur: nec debuiſſe dicere dominum Jeſum. *Vigilate & orate*: ſed tantummodo: *Vigilate ut non intretis in tentationem*: nec beatiſſimo Petro primo apoſtolorum: *Rogavi pro te*, ſed moneo te, vel impero ac præcipio: *ne deficiat fides tua*. Contradicitur etiam iſtorum contentione benedictionibus noſtris, ut incaſſum ſuper populum dicere videamur, quidquid eis a domino precamur, ut recte ac pie vivendo, illi placeant, vel illa quæ pro fidelibus precatur apoſtolus dicens: *Flecto genua mea ad Patrem domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum ejus*. Si ergo voluerimus, benedicendo, ſuper populum dicere: Da illi virtutem, domine, corroborari per ſpiritum tuum, iſtorum nobis diſputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, ſi hoc a Deo poſcitur, quod in noſtra eſt poteſtate. Virtute enim corroborari, ſi volumus, inquiunt, poſſumus, ea poſſibilitate naturæ, quam non nunc accipimus, ſed quam cum crearemur, accepimus. Parvulos etiam, propter ſalutem, quæ per ſalvatorem Chriſtum datur, baptizandos negant, ac ſic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes, etiamſi non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus dominus ait: *venit enim Filius hominis quærere & ſalvare quod perierat*. Quia, inquiunt, iſti non perierant, nec eſt quod in eis ſalvetur, vel tanto pretio redimatur, quia nihil eſt in eis vitiatum, nihil tenetur ſub diaboli poteſtate captivum, nec pro eis fuſus eſſe ſanguis in remiſſionem legitur peccatorum, quamquam per baptiſmum Chriſti etiam parvulorum fieri redemptionem libello ſuo Cœleſtius in Carthaginenſi eccleſia jam confeſſus eſt. Sed multi qui eorum perhibentur eſſe vel fuiſſe diſcipuli, hæc mala, quibus fundamenta Chriſtianæ fidei conantur evertere, quæcumque poſſunt aſtutia affirmare non ceſſant. Unde etiamſi Pelagius Cœleſtiuſque correcti ſunt, vel ſi iſta nunquam ſenſiſſe ſe dicunt, & quæcumque ſcripta contra eos prolata fuerint ſua eſſe negabunt, nec eſt, quemadmodum de mendacio convincantur: generaliter tamen, ſibi ad vincenda peccata & Dei mandata facienda ſufficere poſſe naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ ſanctorum evidentius orationibus declaratur, adverſarius invenitur: & quicumque negat parvulos per baptiſmum Chriſti a perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit. Quæcumque autem alia eis objiciuntur, non dubium, venerationem tuam, cum geſta epiſcopalia perſpexerit, quæ in oriente in eadem cauſa confecta dicuntur, id judicaturam, unde omnes in Dei miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatiſſime Papa.

[a] in nos

[b] ergo

[c] dominus

Matth. 26. *Luc.* 22. *Ibid.* *Eph.* 3. *Luc.* 19.

RESCRIPTUM INNOCENTII

AD CONCILIUM CARTHAGIN. II.

Innocentius Aurelio & omnibus ſanctis epiſcopis, &c.

Extat ſupra inter epiſtolas Innocentii, eſtque ordine 24. *In requirendis*, &c. five, *Inquirendo de his rebus*.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii

a Concilium Carthaginenſe.) Qua occaſione hæc ſynodus Carthagine in Africa celebrata ſit, quidve in ea actum fuerit, ex ſynodali epiſtola ſupra ex S. Auguſtino huc tranſlata, cognoſcere licet. Sumitur autem, quod cum ex Oroſii presbyteri relatu, literiſque S. Hieronymi ad Auguſtinum redditis, aliorumque epiſcoporum Galliæ intellexiſſent, Pelagium a patribus Dioſpolitani concilii in Paleſtina, eo quod hæreſim ſuam fraudulenter diſſimulaſſet, condemnatum, catholicæ communioni redditum eſſe: omnino neceſſarium fore exiſtimarunt, ut concilio deſuper indicto Africanæ eccleſiæ epiſcopi congregentur, cauſa Pelagii, & Cœleſtii ſynodali epiſcoporum judicio iterum examinetur: tum quod Dioſpolitanæ ſynodi patres ſuo decreto reſcidiſſe viderentur ea quæ ipſi jam ante quinquennium adverſus Cœleſtium ſtatuiſſent: tum etiam quod Pelagius a prædictis patribus in communionem eccleſiæ receptus, cum magno periculo fidelium, ut catholicus cum fidelibus converſaretur. Initio conſeſſus epiſtolæ Herodis & Lazari epiſcoporum in Gallia exhibitæ, & perlectæ fuerunt. Poſt cauſam Pelagii & Cœleſtii propoſitam, pro meliore informatione, acta eccleſiaſtica ante quinquennium adverſus Cœleſtium Pelagii anteſignanum Carthagine confecta, edi & publice legi mandatum fuit. Quibus diligenter inſpectis & examinatis, utriuſque damnatio ibidem proclamata eſt, niſi parati eſſent ſuas ipſorum hæreſes damnare. Quibus peractis, per ſynodicam ab Innocentio actorum ſuorum confirmationem petiverunt; addentes, ut ſi induci non poſſet ad damnandum hominem, quem Paleſtina ſynodus tanquam catholicum abſolviſſet, ſaltem hæreſes ejus damnare non recuſaret. Canones quoſdam in hoc concilio editos fuiſſe S. Proſper de ingrat. indicat carminibus illis, quibus Africanorum conventum incomparabili quodam zelo adverſus Pelagianam hæreſim accenſus deſcribit. Vide Baronium anno 416. num. 4. 5. 6. 7. 8.

Acta concilii.

Pelagius & Cœleſtius condemnati.

An ab hac ſynodo canones editi?

b A ſexaginta ſeptem epiſcopis.) Omnium nomina recenſentur in titulo epiſtolæ ſynodicæ præcedentis.

Epiſcopi qui?

c Theodoſio VII. *& Palladio conſulibus anni domini* 416. *damnati fuerunt*.) Hoc concilium allegatis conſulibus, anno nimirum Chriſti 416. & Innocentii XVI. tempore autumnali celebratum fuiſſe, Innocentii epiſtola ad Milevitanum concilium, Honorio II. & Conſtantino II. conſulibus, anno Chriſti 417. ſexto Kalendas Februarii reſcripta, evidentiſſime demonſtrat. Per eumdem Julium legatum, utraque ſynodus, Carthaginenſis & Milevitana, ad Innocentium ſcripſit, & pontificis reſcriptum accepit. Cum itaque pontifex ſuas epiſtolas prædictis conſulibus, menſe Januario, anno 417. reddiderit, dubium non eſt, quin in cauſa Pelagii, prædicta concilia circa initium autumni anno 416. habita fuerint. Hoc concilium Carthagine paulo ante Milevitanum conſtitum fuiſſe, ſynodica concilii Milevitani II. indicat his verbis: *Hæc ad ſanctitatem tuam de concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginenſe provinciæ coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem apoſtolicam, quam beatus illuſtrat, hac de cauſa ſcripſiſſe cognovimus.*

Tempus concilii.

CON-

[a] CONCILIUM MILEVITANUM [b] II.

[c] CONTRA PELAGIUM ET CÆLESTIUM

[d] LX. EPISCOPORUM. [1]

[a] Aut etiam plurium habitum Milevi in urbe Numidiæ eodem anno 416 exeunte autumno poſt Carthaginen ſe præcedens.

[e] Theodoſio VII. & Palladio conſulibus.

Celebratum ſub Innocentio Papa I. anno Chriſti CCCCXVI.

[f] TITULI CANONUM.

I. *Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam ſine peccato mori potuiſſe Adam.*

II. *Quod juxta apoſtoli teſtimonium, etiam parvuli, qui nihil peccati adhuc commiſerunt, omnes in peccatorum remiſſione veraciter baptizentur.*

III. *Quod gratia Dei non ſolum peccata dimittit, ſed etiam adjuvat, ne committantur.*

IV. *Quod per gratiam Dei ſciamus, quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.*

V. *Quod gratia Dei præſtet, ut lex impleatur; non (ſicut ait Pelagius) facile, quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri.*

VI. *Quod juxta ſententiam Joannis evangeliſtæ nemo ſit qui eſſe poſſit ſine peccato.* B

VII. *Quod unicuique, etiam juſto, non ſolum pro aliis, ſed & pro ſemetipſo dicere oporteat: Dimitte nobis debita noſtra.*

VIII. *Quod a ſanctis veraciter dicatur: Dimitte nobis debita noſtra.*

IX. *Quod ad communes cauſas eccleſiæ generale concilium congregari oporteat, in privatis vero cauſis ſpeciale uniuſcujuſque provinciæ.*

X. *Ut epiſtolas ad concilium evocandum metropolitanus ſubſcribat & dirigat.*

XI. *Ut de hæreticis & infidelibus quidquid in concilio conſtituitur, a principe impetretur.*

XII. *Ut preces & orationes compoſitæ, niſi probatæ fuerint, in concilio non dicantur.*

XIII. *Ut poſteriores anterioribus epiſcopi non præferantur, nec inconſultis primatibus ſuis, aliquid agere præſumant.*

XIV. *Ut epiſcopi, pro tempore conſecrationis ſuæ, literas, ab ordinatoribus habeant.*

* eligitur. XV. *Ut ubi primum quis * legerit, ibi permaneat clericus.*

XVI. *Ut pro cauſis eccleſiarum executores vel advocati a principe poſtulentur.*

XVII. *Ut neque dimiſſus, neque dimiſſa, alteri conjungantur.*

XVIII. *De his qui in ſua provincia non communicant, ut alibi non communicent.*

XIX. *De clericis qui apud principem ſæculare judicium, aut ſynodale * impleverint.*

XX. *Ut ſine formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, & qualiter formatæ fiant.*

XXI. *De epiſcopis qui, quod repetere poterant, prætermiſſa ſynodo, incaſſerunt.*

XXII. *De clericis qui de judicio epiſcoporum ſuorum conqueruntur.*

XXIII. *De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.*

XXIV. *De epiſcopis negligentibus adverſus hæreticos.*

XXV. *Unde ſupra.*

XXVI. *De virginibus quæ infra viginti quinque annos, neceſſitate cogente, velantur.*

XXVII. *De epiſcopi qui poſt acta Carthaginenſis ſynodi retenti ſunt ad reliqua peragenda.*

PRÆFATIO.

[g] GLorioſiſſimis imperatoribus Arcadio & Honorio Auguſtis viris clariſſimis conſulibus VI. Kalendas Septembris, in civitate Milevitana, [a] in ſecretario baſilicæ, cum Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginis in concilio univerſali conſediſſet, adſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam eccleſiæ ſanctæ unum eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt unum, factum eſt, volente domino, ac noſtram infirmitatem juvante, ut ad hanc eccleſiam conveniremus, dilectionis & C fraternitatis gratia invitati. Unde quæſo caritatem veſtram, quia ita credendum eſt, quod noſter acceſſus ad vos, nec inſuavis eſt cunctis, ideoque patiter quædam de cauſis fidei, unde nunc quæſtio [b] Pelagianorum imminet, in hoc cœtu ſanctiſſimo primitus tractentur: deinde ſubſequantur & aliqua, quæ diſciplinæ eccleſiaſticæ neceſſaria exiſtunt.

[a] Hæc ſpectat Præfatio ad concilium primum Milevitanum anno 402. celebratum. Vide ſupra pag. 1441.

[b] Hæc prava a ſcioli inſerta.

[h] CANONES. [c]

I.

PLacuit ergo omnibus epiſcopis, qui fuerunt in hac ſancta ſynodo, conſti-

[c] Hos canones ab hocce Milevitano concilio ſubductos mente ad Carthaginenſe univerſale an. 418. celebratum viri pereruditi retulerunt & meritiſſime, ut dicemus alias.

---

1 Plurium Conciliorum Canones ſub unius Milevitani Concilii nomine edidit collector Iſidorus. Ad quænam autem Concilia ſinguli pertineant, ex Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ intelligetur, & adhuc hic adnotabimus. Emendationes, & varias lectiones ſubjicimus ex Mſſ. Scorial. quas ad nos olim Roma tranſmiſit D. Schelſtrate. item ex collect. Mſſ. annorum 700. Dionyſii Exigui, quæ eſt in B.bl. collegii Pariſ. Soc. Jeſu, aliſque Mſſ. *Hardouinus*, cujus etiam ſunt notæ ſequentes.

2 Forte, *implorauerint*.

3 Octo priores ſequentes Canones hujus Milevitani Concilii eſſe poſt Baronium putat Binius infra in notis. Verum hi quoque in Cod. Africanæ Eccleſiæ aliis conciliis tribuuntur; rectèque ſcripſit Garnerius in Diſſert. 2. de Synodis in cauſa Pelagian. præter Epiſtolam ſynodicam nihil Synodi Milevitanæ II. remanere, & canones iſtos eo nomine tantum vocatos eſſe propter ſolam veteris Collectoris præjudicatam auctoritatem. Addit Schelſtratius in diſſert. 3. de Eccleſia Africana cap. 11. Patres Milevitanos in ſua ad Innocent. I. ſynodica duo tantum hæreſis Pelagianæ capita retuliſſe, non octo, ſubdentes reliqua, quæ ad Pelagium ſpectaret ex Synodica Carthaginenſi Pontificem poſſe cognoſcere. Denique Em. Card. Noriſius l. 1. hiſt. Pelag. c. 10. pluribus oſtendit, octo illos Canones contra Pelagianos adſcribi non poſſe Synodo poſteriori Milevitanæ, quem conſule, vel ſi mavis, adi Pagium ad an. Chr. 416. n. 7. & ſeqq.

ſtituere hæc quæ in præſenti concilio definita ſunt: Ut quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut ſive peccaret, ſive non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Cod can cap. 109. Conc. Afr. cap. 76. De conſecr. diſt. 4. Placuit igitur omnibus epiſcopis

II.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur: unde fit conſequens, ut in eis forma baptiſmatis, in remiſſionem peccatorum, non vere, ſed falſe intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait apoſtolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit in quo omnes peccaverunt*, niſi quemadmodum eccleſia catholica ubique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum intemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Cod can cap. 110. Conc. Afr. cap. 77. De conſecr. diſt. 4. Placuit, ut parvulos.

Rom. 5.

III.

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, in qua juſtificamur per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit.

Cod can cap. 111. Conc. Afr. cap. 78 De conſecr. diſt. 4. Placuit, ut quicumque dixerit.

IV.

Item, quiſquis dixerit eamdem gratiam Dei, per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipſam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium eſt, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, ad eam quæ ædificat, non habere; cum ſit [a] utrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus: ut ædificante caritate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt: *Qui docet hominem ſcientiam*: ita etiam ſcriptum eſt: *Caritas ex Deo eſt*.

Cod can cap. 112. Conc. Afr. cap. 79. De conſecr. diſt. 4. Qui jam dixerit.

1. Cor. 8

a Proſper c 5.

contra collatorem : *Errorem Africanæ epiſcoporum concilio, quo decretis fuit conſtitutum utrumque Dei donum eſſe, &c.*

Pſal. 93. 1. Joan. 4.

V.

Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam juſtificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam, etiamſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere divina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius poteſtis facere: ſed ait: *Sine me nihil poteſtis facere*.

Cod. can. cap. 113. Conc. Afr. cap. 80. De conſecr. diſt. 4. Placuit, ut quicumque dixerit.

Joan. 15.

VI.

Item placuit, quod ait S. Joannes apoſtolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*: quisquis ſic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem [1] oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim apoſtolus, & adjungit: *Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate*. Ubi ſatis apparet, hoc non tantum humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim apoſtolus dicere: *Si dixerimus quia non habemus peccatum*, nos ipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt: ſed cum ait: *Noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt*, ſatis oſtendit, eum qui ſe dixerit non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

Cod. can. cap. 114. Conc. Afr. c. 81.

1. Joan. 1.

Ibidem.

VII.

Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos: *Dimitte nobis debita noſtra*, ut non pro ſeipſis hoc dicant, quia non eſt eis jam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis qui ſunt in ſuo populo peccatores: & ideo non dicere unumquemque ſanctorum: Dimitte mihi debita mea, ſed: *Dimitte nobis debita noſtra*, ut hoc pro aliis potius, quam pro ſe juſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim & juſtus erat Apoſtolus Jacobus, [2] cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes*. Nam quare additum eſt, *omnes*, niſi ut iſta

Cod. can. cap. 115. Conc. Afr. cap. 82.

Matth. 6.

Jacob. 3.

1 Mſ. & Merlin. *non oportere dici, nos non habere.*
2 Deeſt ea vox *Jacobus* in Mſ.

ista sententia conveniret & psalmo, ubi legitur: *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo* [1] *quia non peccet.* Et in libro Job: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Unde etiam Daniel sanctus & justus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei domino Deo nostro*: noluit dicere, peccata nostra, sed & *populi sui* dixit, & *sua*: quia futuros istos, qui tam male intelligerent, tanquam propheta prævidit.

Psal. 142. Eccl. 7. Job. 37. Dan. 9. Ibid.

VIII.

Item placuit, ut quicumque verba ipsa dominicæ orationis, ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, sed debita non habere?

Hucusque de fide [2] *contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.*

Cod. can. cap. 116. Conc. Afr. cap. 85. Matth. 6.

IX.

[3] Placuit, ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, undecumque ad hanc sedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia, ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ communes non sunt in suis provinciis judicentur.

Cod can. cap. 95. Conc. Afr. cap. 82.

X.

Placuit etiam petitu omnium episcoporum ut epistolis omnibus, de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat.

Cod can. cap. 106. §. ult. Conc. Afr. c. 73. §. ult.

XI.

Placuit & illud adversus hæreticos vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio, quidquid utile providerint a gloriosissimis principibus impetrent.

Cod. can. & conc. Afr. eodem cap.

XII.

Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

Cod. can. cap. 105. Conc. Afr. c. 70.

XIII.

[4] * Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequar ea quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. [5] Scimus enim, sic inviolate permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis * legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem jubeat sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, ut hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuavit frater & coepiscopus noster, ut unusquisque nostrum, ordinem sibi decretum a Deo cognoscat: & posteriores anterioribus deferant, [6] nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos, qui putaverint, spretis majoribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Universi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a majoribus est servatus, & a nobis Deo propitio servabitur, [7] salvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

Valentinus Placentinus Cod. Can. cap. 86. * caritatis

XIV.

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum

Conc. Afric. cap 16. Cod. Can. cap 89.

---

1 Mſ. *qui non peccet tibi.*
2 Mſ. addit, *capitula.* Eſt hæc adnotatio Iſidori.
3 Pertinent ad Concilium Africanum anni 407. hic, & tres ſequentes Canones.
4 Pertinent ad Milevitanum I. anni 402. hic, & duo ſequentes Canones.
5 Al. *Scimus enim in hac Eccleſia Carthaginenſi inviolate.*
6 *Nec inconſultis primatibus*, Mſ.
7 *Salvo* &c. deſunt in Mſ.

rum ſubſcriptas, continentes conſulem & diem, ut nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur.

XV.

Cod. Can. cap 90. Dist. 72. Placuit, ut quicumque dixerit in eccleſia. * ſuſcepto officio eligatur.

Item placuit, ut quicumque in eccleſia primum vel ſemel * legerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur.

XVI.

Cod. Can. cap 96. & 97. Concil. Afric. cap 64. * dari

' Placuit præterea, ut executores in omnibus juſtis deſideriis impertiatur. Placuit etiam, ut petatur a glorioſiſſimis imperatoribus, ut jubeant judicibus * dare petitos ſibi defenſores ſcholaſticos, qui in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſarum eccleſiaſticarum, more ſacerdotum provinciæ, ut iidem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem, pro negotiis eccleſiarum quoties neceſſitas flagitaverit, vel ad obſiſtendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi judicum ſecretaria.

XVII.

Cod can cap. 108. Conc Afr c 69 33 quæſt 7. Placuit, ut ſecundum. a. Can. 7.

Placuit, ut ſecundum evangelicam & apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito, alteri conjungantur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. [1] In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari. [2]

XVIII.

Cod. can. cap 107. Conc. Afr. cap 72.

Placuit, ut quicumque non communicat in provincia propria, & in aliis provinciis vel tranſmatinis partibus ad communicandum obrepſerit, jacturam communionis vel clericatus excipiat.

XIX.

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur. Si autem epiſcopale judicium ab imperatore poſtulaverit, nihil ei obſit.

XX.

Placuit, ut quicumque clericus, propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab epiſcopo accipiat. Quod ſi ſine formata voluerit pergere, a communione removeatur. Quod ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit, ad comitatum pergendi, alleget apud epiſcopum loci ejus ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta ejuſdem epiſcopi deferat: formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuſcumque epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem paſchæ. Quod ſi adhuc ejusdem anni paſchæ dies incerta eſt, ille præcedens adjungatur quomodo ſolet, poſt conſulatum, in publicis geſtis adſcribi.

XXI.

Cod. can. cap. 120. Conc. Afr. cap. 87. 16. quæſt. 6. Placuit, ut quicumque epiſcopi eccleſias. judicibus

' Item placuit, ut quicumque epiſcopi, quaſcumque eccleſias vel plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetierint, ut cauſas ſuas, epiſcopis judicantibus, agant: ſed alio retinente irruerint, ſive volentibus, ſive nolentibus plebibus cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, ſi nondum eſt inter epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt; ille diſcedat, quem conſtiterit, prætermiſſis * judiciis eccleſiaſticis, irruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi a primate, ut retineat, literas impetrarit: ſed, ſive habeat literas, ſive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut eum apparet pacifice tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per epiſcopos judices cauſa finiatur, ſive quos eis primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſultu primatis delegerint.

XXII.

Cod. can. cap 123. Conc Afr. cap. 91. 2. quæſt. 6. Placuit, ut presbyteri.

m Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant: & inter eos quidquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quod ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent, niſi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem, qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

XXIII.

' Placuit, ut quicumque converſus ab hæreticis, dixerit ſe apud eos pœnitentiam

---

1 Pertinent ad Concilium plenarium Carthaginenſe anni 407. hic, & quatuor ſequentes Canones.
2 Mſſ. *in omnibus deſideriis, quæ habet Eccleſia, ab Imperatore poſtulentur, qui ſingulis Eccleſiis impertiatur.*
3 Hic deſinit Mſ. Scorial.
4 Hic, & ſequens ſunt Concilii plenarii anni 418. 5 Citatur a Ferrando cap. 50. ex Concil. Carthag. tit.
a. Cujus ſit Concilii non liquet. Non eſt in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ.

tiam accipere, unuſquiſque catholicus episcopus requirat, ubi & ob quam cauſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit: ut cum documentis certis hoc ipſum approbaverit, ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem episcopo catholico viſum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

XXIV.

Cod. can. c. 122. Conc. Afr. c. 88. 16. quæſt. 3. placuit, ut quicumque.

[a] Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia, in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, uti id agere non morentur. Quod ſi intra ſex menſes a die conventionis, non hoc fecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant: ita ſane, ut ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune ut ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præventam, ut eo modo ejus cura * ſolertior * vitaretur, cum hoc judices episcopi cognoverint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sane, ſi episcopi, inter quos cauſa verſatur, diverſarum ſunt provinciarum, ille primas det judices, in cujus provincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut * duo eligantur, aut tres. Quod ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum. A judicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare. Et quiſquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ ſedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

* ſolicitior. * videretur, al. vetaretur.

* unus aut tres eligantur, aut duo. Cod. can. c. 122. Conc. Afr. c. 89. 2. quæſt. 6. A judicibus 3. quæſt. 6. Quiſquis.

XXV.

Cod. can. c. 123. & ſeq. Conc. Afr. c. 90 & 91.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adverſus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, ut ſe excuſare non poſſit. Quod ſi ex die, quo convenitur, intra ſex menſes, ſi in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos, eo ſciente, non communicaſſe conſtiterit, etiam episcopatum amittat.

XXVI.

In dec. Ivo. lib. 9. Cod. can. c. 126. Conc. Afr. c. 93. Carthag. 3. c. 4.

[a] Item placuit, ut quicumque episcoporum, neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculoſo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velaverit virginem, ſeu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

XXVII.

Cod. Can. cap. 127.

Item placuit, ne diutius univerſi episcopi, qui ad concilium congregati ſunt, tenerentur, ab univerſo [a] concilio ternos judices de ſingulis provinciis eligi. [n] Et electi ſunt de provincia Carthaginenſi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de provincia Numidiæ, Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus: de provincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano primate, Creſconius, Jocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitiphenſi, Severianus, Aſiaticus, & Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus eſt miſſus; qui omnes cum ſancto ſene Aurelio univerſa cognoſcant. A quo petiit [b] univerſum concilium, ut cunctis ſive geſtis, quæ confecta jam ſunt, ſive epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt.

[a] Ultimus hicce canon aperte indicat verbis iſtis, non ad particularem Milevi ſynodum, ſed ad concilium univerſale Carthagine habitum regulas iſtas omnes referendas.

Conc. Afr. cap. 94.

[b] Notetur hoc verbum *univerſi* concilii electis e quinque provinciis judicibus ſubmittendum.

Aurelius episcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & perlecto ſubſcripſi.

Donatianus Teleptenſis primæ ſedis ſubſcripſi.

Auguſtinus Hippone-Regienſis ſubſcripſi.

Similiter & omnes episcopi ſubſcripſerunt.

[o] EPISTOLA CONCILII MILEVITANI AD INNOCENTIUM PAPAM.

De cohibendis Pelagianis. [c]

[c] Eſt pars inter Auguſtinianas In nov. edit. 166

Domino beatiſſimo, meritoque venerabili & in Chriſto honorando Papæ Innocentio, Silvanus ſenex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Reſtitutus, Lucianus, Alypius, Auguſtinus, Placentius,

1 Eſt Concilii plenarii anno 418. atque ac tres ſequentes.

2 Citatur in Turon. II. anni 567. cap. 20. ex Milevitano · atque adeo jam tum ex hac collectione, quæ Iſidoriana dicitur.

tius, Severus, Fortunatus, Possidius, Novatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Crescenius [a], *Innocentius, Felix, Antoninus, Gigantius, Crescenius, Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, Asiaticus, Rusinianus, Faustinus, Victor, Antoninus, Malchus, Victorius* [b], *Fortunatus, Donatus, Fontianus, Saturninus, Crescenius, Possidonius, Lucius, Honorius, Severus, Terentius, Crescenius, Speratius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Crescenius, Victor* [c], *Honoratus, Donatus, Petrus, Præsidius, Crescenius, Lampadius, Delphinus, ex concilio Milevitano, in domino salutem.* (*a*)

a Honorius Crescenius, Lucius.

b Litorius.

c Gigantius, Possidonius, Antonius, Innocentius, Felix, Antonius, Victor, *Verum hæc nomina admodum confusa in cod. mss.*

QUIA te dominus gratiæ suæ præcipuo munere in sede apostolica collocavit, talemque nostris temporibus præstitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro ecclesia sunt suggerenda, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quæsumus, adhibere digneris. Nova quippe hæresis, & nimium [1] perniciosa tentat assurgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit, ut dicamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* isti dicunt, posse hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiæ, sine adjutorio gratiæ salvatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non sit jam necessarium dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Illud vero quod sequitur: *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tanquam divinum adjutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis voluntatem, tanquam frustra apostolus dixerit: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Et: *Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere.* Fruſtra etiam dominus dixerit apostolo Petro: *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua:* & omnibus suis: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem*: si hoc totum est potestatis humanæ. Pueros quoque parvulos (si nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramentis) habituros vitam æternam, nequaquam Christiana præsumptione contendunt, evacuantes quod dicit apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Et alio loco: *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur.* Ut ergo alia omittamus, quæ contra scripturas sanctas plurima differunt, hæc interim duo (quibus omnino, totum quod Christiani sumus, conantur evertere) quæ fidelia corda sustineant, non esse rogandum Deum, ut contra peccati malum, atque ad operandam justitiam sit noster adjutor: & non opitulari parvulis, ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ sacramentum. Hæc insinuantes apostolico pectori tuo, non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum procul dubio te ista permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, (dum sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant) omnino dissimulare non possis. Hujus autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius & Cælestius, quos quidem in ecclesia sanari [a] maluimus, quam desperata salute, ab ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorum unus, id est, Cælestius, etiam ad presbyterium in Asia [b] perveniſſe dicitur. De quo, ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruitur. Pelagius vero (sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ) Hierosolymis constitutus, nonnullos fallere asseritur. Verumtamen multo plures, qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro Christi gratia, & catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus, frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur (adjuvante misericordia domini Dei nostri Jesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur) auctoritati sanctitatis tuæ de claro scripturarum lumine depromptæ, facilius eos (qui tam perversa & perniciosa sentiunt) esse cessuros, ut de correctione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel aliis, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua, instanter & celeriter providendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensem ecclesiam, & Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. *Et alia manu*: Memor nostri in domini gratia augearis, domine beatissime, meritoque venerabilis, & in Christo honorande, sanctissime Papa.

a malumus.

b Ephesi, *ex Mario Mercatore.*

D. Hieronymi encomium.

Matth. 6. Luc. 11.

Ibid.

Rom. 9. 2. Cor. 13.

Luc. 22.

Matth. 26. Luc. 22.

Rom 5.

1. Cor 15.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Ad hanc Milevitanæ synodi epistolam rescripsit Innocentius Papa VI. Kalendas Februarias anni proxime sequentis Honorio Augusto, & Constantio V. C. consulibus. Hæc verò epistola incipit *Inter ceteras Romanæ ecclesiæ curas &c.* habeturque supra pag. 1075. ordine 23. & 93. inter Augustinianas, cujus hic meminisse debuerat Binius. Sequentis porro epistolæ meminit sæpe S. Augustinus cum epist. 47. ad Valentinum, ut supra monuimus, tum etiam 106. ad Paulinum hisce verbis: *Missa sunt ex duobus concilliis Carthaginensi, & Milevitano relationes ad apostolicam sedem, antequam gesta ecclesiastico, quibus apud episcopos provinciæ Palæstinæ Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam pervenissent. Scripsimus etiam ad b. m. Papam Innocentium, præter conciliorum relationes, literas familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat apostolicæ sedis antistitem &c.* Literas vero Innocentii ad quinque illos episcopos legisti supra pag. 1078. hoc initio: *Fraternitatis vestræ literas, plenas fidei &c.*

EPI-

[1] Al. *pernicies tempestas surgere inimicorum gratiæ Christi cœpit.*

(*a*) In editione Benedictinorum hæc nomina & aliquanto plura sunt & in multis ordine diverso collocantur.

EPISTOLA FAMILIARIS QUINQUE EPISCOPORUM AD SUPRADICTUM PAPAM

a *patri* in codice Mſ. Jueſtelli.

Domino beatiſſimo, meritoque honorandiſſimo a *fratri Innocentio Papæ, Aurelius, Alypius, Auguſtinus, Evodius & Poſſidius, in domino ſalutem.*

DE conciliis duobus provinciæ Carthaginenſis atque Numidiæ ad tuam ſanctitatem a non parvo epiſcoporum numero ſubſcriptas literas miſimus, contra inimicos gratiæ Chriſti, qui *confidunt in virtute ſua*, & creatori noſtro quodammodo dicunt: Tu nos creaſti homines, juſtos autem ipſi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem: ideo ſalvam, ut indicent ſuperfluum ſalvatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut ſuis viribus, ſemel in origine ſuæ creationis acceptis, poſſint per liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante illius gratia qui creavit, domare & extinguere omnes cupiditates, tentationeſque ſuperare. *Multi eorum inſurgunt adverſum nos, & dicunt animæ noſtræ: non eſt ſalus illi in Deo ejus.* Familia Chriſti (quæ dicit: *Quando infirmor, tunc fortis ſum*: & cui dicit dominus ejus: *Salus tua ego ſum*) ſuſpenſo corde, cum timore & tremore adjutorium Dei, etiam per caritatem tuæ venerationis, expectat. Audivimus enim eſſe in urbe Roma [2] ubi ille diu vixit, nonnullos qui diverſis cauſis [b] ejus faveant. Quidam ſcilicet, quia [c] vos talia perſuaſiſſe perhibent: plures vero: qui eum talia ſentire non credunt: præſertim quia in oriente, [d] ubi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe jactantur, quibus putatur eſſe purgatus: ubi quidem ſi epiſcopi eum catholicum pronunciarunt, non ob aliud factum eſſe credendum eſt, niſi quia dixit ſe Dei gratiam confiteri, & ita poſſe hominem ſuo labore ac voluntate juſte vivere, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antiſtites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, niſi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare conſueverunt: eam utique, de qua dicit apoſtolus: *Non irritam facio gratiam Dei. Nam ſi per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Sine dubio gratiam, qua juſtificamur ab iniquitate, & qua ſalvamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum propria voluntate. Nam ſi intellexiſſent illi epiſcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines ſumus; negare vero eam, qua Chriſtiani & filii Dei ſumus: quis catholicorum ſacerdotum eum patienter, non dicimus, audiret, ſed ante oculos ſuos ferret? Quapropter non cul-

Pſal. 48.

Pſal. 3.

2. Cor. 12.

Pſal. 34.

b ei

c vobis talia intermiſſum ſcature non credunt.

d S. Auguſt. ejus epiſtolæ mentmit lib. de peccato originali cap 9. *Cum enim nos in epiſtola quam ei quinque epiſcopi ſcripſimus*, eorundem geſtorum Paleſtinorum, quorum ad nos jam fama pervenerat, commemorationem feciſſemus dicentes, in oriente &c.

Gal. 2.

A pandi ſunt judices, qui eccleſiaſtica conſuetudine gratiæ nomen audierunt, neſcientes quid hujuſmodi homines vel in ſuæ doctrinæ libris, vel in ſuorum ſolent auribus ſpargere. Non agitur de uno Pelagio, qui jam fortaſſe correctus eſt, quod utinam ita ſit: ſed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas, velut [3] convictas, trahentibus, firmas autem & in fide ſtabiles, ipſa contentione fatigantibus, uſquequaque jam plena ſunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accerſendus eſt Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, qua fateatur, ſi tamen jam fateatur, ad non peccandum, juſteque vivendum, homines adjuvari: aut hoc ipſum cum eo per literas agendum. Et cum inventus fuerit hanc dicere, quam docet eccleſiaſtica & apoſtolica veritas, tunc ſine ullo ſcrupulo eccleſiæ, & ſine latibulo ambiguitatis ullius abſolvendus eſt, tunc eſt revera de ejus purgatione gaudendum. Sive enim dixerit, gratiam eſſe liberum arbitrium, ſive gratiam eſſe remiſſionem peccatorum, ſive gratiam eſſe legis præceptum, nihil eorum dicit, quod per ſubminiſtrationem Spiritus ſancti pertinet ad concupiſcentiam tentationeſque vincendas, quem ditiſſime effudit ſuper nos, *qui aſcendit in cœlum, & captivavit captivitatem, deditque dona hominibus.* Hinc enim oramus, ut peccatorum tentationem ſuperare poſſimus, *ut ſpiritus Dei*, unde pignus accepimus, *adjuvet infirmitatem noſtram.* Qui autem orat & dicit: *Ne nos inferas in tentationem*: non utique id orat, ut homo ſit, quod eſt natura; neque orat id, ut habeat liberum arbitrium, quod jam accepit, cum crearetur ipſa natura: neque orat remiſſionem peccatorum, quia hoc ſuperius dicitur; *Dimitte nobis debita noſtra*: neque orat, ut accipiat mandatum, ſed plane orat, ut faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc eſt, in tentatione defecerit, facit utique peccatum, quod eſt contra mandatum. Orat igitur, ut non peccet, hoc eſt, ut ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat apoſtolus, dicens: *Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali.* Unde ſatis apparet, quod ad non peccandum, id eſt, ad non male faciendum, quamvis eſſe non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen ejus poteſtas non ſufficiat, niſi adjuvetur infirmitas. Ipſa igitur oratio, clariſſima eſt gratiæ teſtificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus ſive rectum, ſive correctum. Diſtinguenda eſt lex, & gratia. Lex jubere novit, gratia juvare. Nec lex juberet, niſi eſſet voluntas; nec gratia juvaret, ſi ſatis eſſet voluntas. Jubetur, ut habeamus intellectum, ubi dicitur: *Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus*, & tamen oramus, ut habeamus intellectum, ubi dicitur, *Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua.* Jubetur ut habeamus ſapientiam, ubi dicitur:

Pſal. 48.

Ephſ. 4.

Rom 8.

Matth. 6

Ibid.

2. Cor. 13.

Pſal. 31.

Pſal. 118.

1 Eſt epiſtola 95. inter epiſt. Auguſtini, Ordine novo 177. qualis eſt in Collectione Iſidori. Fuit datam eſſe in tertio Concilio incerto loco hoc anno celebrato putat Garnerius in diſſert. 2. de Synod. in cauſa Pelagian. eo quod Marius Mercator in Commonitorio ſcribat: *Illi* (Pelagii libri) *cum literis in Africam Patribus, & Epiſcopis miſſi ſunt, ubi tribus Conciliis congregatis, memorati libri ſunt lecti. Exinde relationibus Romam miſſis &c.* Verum tria illa Concilia alia non ſunt, quam Carthaginenſe an. 412. habitum, & Carthaginenſe & Milevitanum II. hoc anno celebrata, ut Queſnellus tom. 2. oper. S. Leonis diſſert. 13. & Schelſtratius Diſſert. 3. de Eccleſ. Afric. cap. 11. jam obſervarunt. Licet enim prior illa ſynodus relationem ad Innocentium non miſerit, ejus tamen geſta ab altera Carthaginenſi directa ſunt ad eundem, ut clare habetur in utraque ſynodo. Ceterum recte obſervat Queſnellus citatus eam epiſtolam ubique & in excuſis, & in Mſſ. codicibus familiarem inſcrib., & ita eam appellat Auguſtinus ipſe in Epiſt. 186. alias 106. ad Paulinum n. 2. Quare cum non ſit ſynodica, ſed familiaris, commentitia eſt ſynodus illa. *Pagius ad an. Ch.* 416. *n.* 10. & 11.

2 Pelagius ſcilicet, tametſi nondum in hac epiſtola nominatus.

3 Mſ. *victas*.

Stulti aliquando ſapite: & tamen oratur, ut ſapientiam habeamus, ubi dicitur: *Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei*. Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur: (Hic [a] (*a*) aliquid deeſt ejuſmodi:) *Sint lumbi veſtri præcincti*: & tamen oramus (*b*) eam dari nobis ubi dicitur: *Cum ſciremus quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cujus eſſet hoc donum, adii dominum, & deprecatus ſum illum*. Poſtremo, ne nimium longum ſit cuncta percurrere, jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur: *Declina a malo*, & tamen oratur ut non faciamus malum, ubi dicitur: *Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali*. Jubemur ut faciamus bonum, ubi dicitur: *Declina a malo, & fac bonum*, & tamen oratur ut faciamus bonum, ubi dicitur: *Non ceſſamus, pro vobis orantes & poſtulantes*, atque inter cetera quæ pro illis orat, dicit: *Ut ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere & ſermone bono*. Sicut ergo agnoſcimus voluntatem, cum hæc præcipiuntur: ſic & ipſe agnoſcat gratiam, cum petuntur.

Miſimus reverentiæ tuæ librum [b], quem dederunt quidam religioſi & honeſti adoleſcentes, ſervi Dei, quorum etiam nomina non tacemus, nam Timaſius & Jacobus vocantur. Qui, ſicut audivimus, & etiam noſſe dignatis, ipſius Pelagii exhortatione, ſpem, quam habebant in ſæculo, reliquerunt, & nunc continentes Deo ſerviunt. Qui cum errore eodem tandem aliquando per qualemcumque operam noſtram, domino inſpirante, caruiſſent, protulerunt eumdem librum, Pelagii eſſe dicentes, & ut ei reſponderetur, impendio rogaverunt. Factum [c] eſt: ad eoſdem reſcripta eſt ipſa reſponſio. Agentes gratias, reſcripſerunt, Utrumque miſimus, cui reſpontum eſt, & quod reſpontum eſt. Et ne nimium eſſemus oneroſi, ſigna fecimus his locis, ubi [d] (petimus) inſpicere non graveris, quemadmodum ſibi objecta quæſtione, quod gratiam Dei negaret, ita reſpondit, ut eam eſſe non diceret niſi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc eſſe ſuum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus. Anathematizet [e] illa, & eam confiteantur apertiſſime gratiam: quam doctrina Chriſtiana demonſtrat & prædicat eſſe propriam Chriſtianorum, quæ non eſt natura, ſed qua ſalvatur natura, (*c*) non auribus doctrina ſonante, vel aliquo adjumento viſibili, (*d*), ſicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinſecus, ſed ſubminiſtratione ſpiritus & occulta miſericordia, ſicut ille facit *qui dat incrementum Deus*. Etſi enim quadam non improbanda ratione, dicitur gratia Dei, qua creati ſumus, ut nonnihil eſſemus: nec ita eſſemus aliquid, ut cadaver quod non vivit, aut arbor quæ non ſentit, aut pecus quod non intelligit, ſed homines qui & eſſemus, & viveremus, & ſentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori noſtro gratias agere valeamus: unde merito & gratia iſta dici poteſt, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita bonitate Dei donata eſt: alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, juſtificamur, glorificamur, ut dicere poſſimus. *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio ſuo proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*. De hac gratia quæſtio vertebatur, quando ab his, quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam ſuis diſputationibus oppugnaret, quibus aſſereret, non ſolum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina, per liberum arbitrium ſibi humanam ſufficere naturam. Hanc apoſtolica doctrina gratiam iſto nomine appellat, qua ſalvamur & juſtificamur ex fide Chriſti. De hac ſcriptum eſt: *Non irritam facio gratiam Dei*. *Nam ſi per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*. De hac ſcriptum eſt: *Evacuati eſtis a Chriſto. Qui in lege juſtificamini, a gratia excidiſtis*. De hac ſcriptum eſt: *Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non eſt gratia*. De hac ſcriptum eſt: *Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum, qui juſtificat impium, deputatur fides ejus ad juſtitiam*. Et multa alia, quæ melius potes ipſe meminiſſe, & intelligere prudentius, & illuſtrius prædicare. Illam vero gratiam, qua creati ſumus homines, etiamſi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum eſt tamen, ſi ita appellatam in ullis legitimis, propheticis, evangelicis, apoſtoliciſque literis legimus. Cum itaque de hac gratia, Chriſtianis fidelibus catholiciſque notiſſima, illi objiceretur quæſtio, ut eam oppugnare deſineret: quid eſt, quod cum hoc ſibi in libro ſuo, velut ab adverſante perſona, idem ipſe objeciſſet, ut ſe reſpondendo purgaret; nihil aliud reſpondit, niſi naturam creati hominis referre [a] gratiam creatoris; atque ſe ita dicere, ſine peccato implere poſſe juſtitiam, per liberum arbitrium cum adjutorio divinæ gratiæ, quod Deus hoc dederit homini, ipſa poſſibilitate naturæ? Cui merito reſpondetur: *Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis: Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*. Num enim, ſi non moreretur propter delicta noſtra, & reſurgeret propter juſtificationem noſtram, nec *aſcendens in altum, captivans captivitatem, daret dona hominibus*, iſta naturæ poſſibilitas, quam defendit, non eſſet in hominibus? An forte Dei mandatum deerat, & ideo Chriſtus mortuus eſt? Imo etiam & hoc erat ſanctum, & juſtum, & bonum. Jam dictum fuerat: *Non concupiſces*: jam dictum fuerat: *Diliges proximum tuum tanquam teipſum*. In quo ſermone apoſtolus omnem legem dicit impleri: & quoniam niſi diligat Deum, nemo diligit ſeipſum, ideo dominus in his duobus præceptis totam legem dixit prophetaſque [b] pendere. Quæ duo præcepta jam erant hominibus divinitus data. An æternum præmium juſtitiæ promiſſum nondum erat? Hoc ipſe non dicit, qui in ſuis literis poſuit, etiam in veteri teſtamento regnum cœlorum eſſe proximum. Si ergo ad faciendam perficiendamque juſtitiam, jam erat naturæ poſſibilitas per liberum arbitrium, jam erat legis Dei ſanctum, & juſtum, bonumque mandatum, jam erat promiſſum præmium ſempiternum: *Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt*: ergo neque per legem

Pſ. 93. *Jacob. 1.* *Luc. 22.* *Sapient. 8.* *Pſ. 33.* *2. Cor. 13.* *Pſ. 33.* *Coloſſ. 1.* *1. Theſſ. 2.* *Rom. 8.* *Galat. 2.* *Galat. 5.* *Rom. 11.* *Rom. 4.* *Galat. 5.* *Rom. 4.* *Exod. 20.* *Matth. 5.* *Galat. 2.* *2. Cor. 3.*

a quæ anſulis claudimus videntur gloſſema.

b Pelagii de natura.

c Extat liber de natura & gratia, tom. VII. operum S. Aug.

Videntur non neceſſariæ anſulæ, ubi petimus, inſpicere non graveris &c.

c anathemet ea

a referri ad

b impleri

(*a*) Quæ hic anſulis includuntur non legerunt PP. Maurini in ſuis Codicibus.
(*b*) Inſerunt Benedictini: *ut habeamus continentiam, ubi dicitur.*
(*c*) Inſerunt Bedict. *quæ naturam.*
(*d*) Inſerunt: *foveri.*

gem juſtitia, neque per naturæ poſſibilitatem, ſed ex fide ac dono Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, unum mediatorem Dei & hominum. Qui niſi in plenitudine temporis mortuus eſſet propter delicta noſtra, & reſurrexiſſet propter juſtificationem noſtram, profecto & antiquorum fides evacuaretur, & noſtra. Fide vero evacuata, quæ homini juſtitia remaneat: *cum juſtus ex fide vivat? Ex quo enim per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſit, in quo omnes peccaverunt:* procul dubio *a corpore mortis hujus, ubi lex alia repugnat legi mentis*, neminem liberavit aut liberat ſuæ poſſibilitas naturæ: quæ perdita, redemptore indiget; ſaucia, ſalvatore; ſed gratia Dei per fidem unius mediatoris Dei & hominum, hominis Jeſu Chriſti, qui & Deus cum eſſet, hominem fecit, & manens Deus, homo factus, refecit ipſe quod fecit. Puto autem, quod eum lateat, fidem Chriſti (quæ poſtea in revelationem venit) in occulto fuiſſe temporibus patrum noſtrorum, per quam tamen etiam ipſi Dei gratia liberati ſunt, quicumque omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto judicio Dei, non tamen vituperabili. Unde dicit apoſtolus: *Habentes autem eumdem ſpiritum fidei*, utique eumdem quem & illi, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Credidi propter quod locutum ſum*: & nos credimus, propter quod loquimur. Inde eſt, quod ait ipſe mediator: *Abraham concupivit videre diem meum: vidit, & gavisus eſt*. Inde Melchiſedech prolato ſacramento menſæ dominicæ, novit æternum ejus * ſacerdotium figurare. Jam vero data in literis lege quam dicit apoſtolus ſubintraſſe, ut abundaret delictum, & de qua dicit: *Si ergo ex lege hæreditas, jam non ex promiſſione: Abrahæ autem per repromiſſionem donavit Deus. Quid igitur lex? Transgreſſionis gratia poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum eſt, diſpoſitum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non eſt, Deus autem unus eſt. Lex ergo adverſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet vivificare, omnino ex lege eſſet juſtitia. Sed concluſit ſcriptura, omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus.* Nonne ſatis oſtenditur hoc actum eſſe per legem, ut peccatum agnoſceretur, & prævaricatione augeretur? *Ubi enim lex non eſt, nec prævaricatio.* Et ſic adverſus victoriam peccati, ad divinam gratiam (quæ in promiſſionibus eſt) confugeretur: atque ita lex non eſſet adverſus promiſſa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex prævaricatione legis abundantia peccati, ut ad liberationem quęrantur promiſſiones Dei, quod eſt gratia Dei, & incipiat eſſe in homine juſtitia, non ſua, ſed Dei, hoc eſt, data dono Dei. Quam etiam nunc quidam (ſicut tunc de Judæis dictum eſt) *ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* Per legem quippe & illi juſtificari ſe arbitrantur, ſufficiente ſibi ad eam cuſtodiendam libero arbitrio, hoc eſt; juſtitia ſua, prolata ex natura humana, non donata ex gratia divina, propter quod juſtitia Dei dicitur. Unde item ſcriptum eſt: *Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata per legem & per prophetas*, cum dicit: *Manifeſtata eſt*: oſtendit quia & tunc erat: ſed tanquam illa pluvia quam Gedeon impetravit; tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifeſta. Cum ergo lex ſine gratia, non mora peccati potuiſſet eſſe, ſed virtus: ſic enim dictum eſt: *Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex*: ſicut conſurgiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam, velut in aream, nunc patentem: ita pauci ad eam confugiebant, velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum diſtributio refertur ad altitudinem divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, de qua dictum eſt: *Quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus?* Quapropter ſi & ante tempus legis, & tempore ipſo legis, juſtos patres ex fide viventes, non poſſibilitas naturæ infirmæ & * indignæ ac vitiatæ, & ſub peccato venumdatæ, ſed Dei gratia per fidem juſtificabat, & nunc eadem, in apertum jam veniens, revelata juſtificat, anathematizet * ergo Pelagius ſcripta ſua, ubi contra eam, etſi non per contumaciam, tamen per ignorantiam diſputat, poſſibilitatem defendendo naturæ, ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut ſi ea ſua eſſe negat, aut ſcriptis ſuis ab inimicis ſuis dicit immiſſa; quæ ſua eſſe negat, anathematizet ea tamen, & damnet paterna exhortatione & auctoritate ſanctimoniæ tuæ. Si ergo vult, onerоſum ſibi, & pernicioſum diſcat, eccleſiæ ſcandalum inferre, quod ſcandalum auditores, & in perverſum dilectores ejus, uſqueqnaque ſpargere non quieſcunt. Si enim cognoverint eumdem librum, (quem illius vel putant eſſe, vel norunt) epiſcoporum catholicorum auctoritate, & maxime ſanctitatis tuæ, quam apud eum eſſe majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipſo eſſe anathematizatum atque damnatum; non eos ulterius æſtimamus auſuros, loquendo contra gratiam Dei, quæ revelata eſt per paſſionem & reſurrectionem Chriſti, pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana turbare; ſed potius, adjuvante miſericordia Dei, concertantibus nobiſcum caritate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, (non ſolum ut in æternum beati, verum etiam & juſti & ſancti ſint) non in ſua virtute, ſed in eadem gratia confiſuros. Unde & ad ipſum ſcriptam ab uno noſtrum epiſtolam, ad quem, per quemdam orientalem diaconum, civem autem Hipponenſem, tanquam purgationis ſuæ quædam ſcripta tranſmiſit, tuæ beatitudini potius credidimus dirigendam, melius judicantes, & petentes, ut eam mittere ei ipſe digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui miſit, quam qui ſcripſit, attendens. Illud vero, quod dicunt, poſſe hominem eſſe ſine peccato, & mandata Dei facile cuſtodire, ſi velit, quamvis cum hoc per adjutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem unigeniti ejus revelata atque donata eſt, dieitur, tolerabilius dici videatur, tamen quoniam [b] non immerito movere poteſt, ubi & quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, ut ſine ullo prorſus peccato ſimus, (utrum in hac vita, quando *caro concupiſcit adverſus ſpiritum*, an vero in illa, cum fiet ſermo qui ſcriptus eſt: *Ubi eſt mors victoria tua? Ubi eſt mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum eſt*) diligentius pertractandum eſt propter alios quoſdam, qui ſenſerunt, atque in ſuis literis memoriæ mandaverunt, etiam in hac vita eſſe poſſe hominem ſine peccato, non ab initio nativitatis ſuæ, ſed converſione a peccatis ad juſti-

Heb. 10. Rom. 5. — Rom. 7. — 1. Cor. 4. — Pſ. 115. — Joan. 8. Gen. 14. — Gal. 3. — Rom. 4. — Rom. 3. — Jud. 6. — 1. Cor. 15.

* al. *ſacrificium*. — * al. *indigæ*. — a Anathemet.

[b] merito quo

Luc. 3. ſtitiam, & a via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia, & Eliſabeth ſcriptum eſt, ambulaſſe eos in omnibus juſtificationibus domini ſine querela. Hoc, quod dictum eſt, ſine querela, ſine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam (quod aliis locis in literis eorum invenitur) pie confitentes adjutorium gratiæ domini noſtri, non per naturalem ſpiritum hominis, ſed per principalem Spiritum Dei. Qui

Hebr. 7. parum videntur conſideraſſe ipſum Zachariam fuiſſe utique ſacerdotem. Omnes autem tunc ſacerdotes neceſſe habebant ex lege Dei primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populo. Sicut ergo nunc per orationis ſacrificium convincimur non eſſe ſine B peccato, quoniam juſti ſumus dicere: *Dimitte*

Matth. 6. *nobis debita noſtra*: ita & tunc per ſacrificia victimarum animalium, convincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis jubebantur offerre. Quod ſi res ita ſe habet, ut per gratiam ſalvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, caritate creſcente, perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, caritate completa: profecto illud quod ſcriptum eſt: *Qui natus eſt ex Deo, non peccat*, ſecundum ipſam caritatem dictum eſt, quæ ſola non peccat. Ad nativitatem quippe, quæ ex Deo eſt, augenda & perficienda caritas pertinet: non ea, quæ minuenda eſt, & conſumenda, cupiditas: quæ tamen, quamdiu eſt in membris noſtris, lege quadam ſua repugnat legi mentis. Sed natus ex Deo, nec obediens deſideriis ejus, nec exhibens membra

Ibid. Rom. 6. Rom. 7. ſua arma iniquitatis peccato, poteſt dicere: *Jam non ego operor illud, ſed illud quod habitat in me peccatum*. Sed quoquo modo ſe habeat illa quæſtio, quia etſi non invenitur homo in hac vita ſine peccato, id tamen dicitur poſſe fieri per adjutorium gratiæ & Spiritus Dei: quod ut fiat, conandum atque poſcendum eſt: tolerabiliter in id quiſque fallitur: nec diabolica impietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & optanda affirmare, etiamſi, quod affirmat, non poſſit offendere. Id enim credit fieri poſſe, quod certe laudabile eſt velle. No-D bis autem ſufficit, quod nullus fidelium in eccleſia Dei reperitur quolibet [a] profectu excellenti atque juſtitia, qui audeat dicere ſibi non neceſſariam precationem orationis dominicæ: *Dimitte nobis debita noſtra*, & dicat *ſe non habere peccatum, ne ſeipſum decipiat, & in eo veritas non ſit*, quamvis jam ſine querela vivat. Non enim qualecumque etiam tentationis humanæ, ſed grave peccatum eſt, quod in querelam venit. Cetera quæ illi objecta ſunt, ſicut geſtis deſenſa perviderit, ita de his procul dubio tua beatitudo judicabit. Dabit ſane nobis veniam ſuavitas mitiſſima cordis tui, quod prolixiorem epiſtolam fortaſſis quam velles tuæ

a profectu Matth. 6. a. 1. Joan. 1. Luc 1.

miſimus ſanctitati. Non enim rivulum noſtrum tuo largo fonti augendo refundimus, ſed in hac non parva tentatione temporis, unde nos liberet cui dicimus: *Ne nos inferas in tentationem*, utrum etiam noſter, licet exiguus, ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, & tuis reſcriptis de communi participatione unius gratiæ conſolari [a]. [1] Matth. 6.

[a] addit Mſ. Iuſtelli & conſ. lib.

Notæ Severini Binii.

Acta concilii. [a] *Concilium Milevitanum*.) Dum patres hujus concilii Pelagianam hæreſim octo canonibus adverſus eam editis unanimi conſenſu condemnaſſent, ſynodicam ad Innocentium Romanum Pontificem per eumdem Julium legatum, quem concilium Carthaginenſe cum literis ſynodalibus Romam miſerat, dederunt. Quinque epiſcopi hi, Aurelius, Alypius, Auguſtinus, Evodius, & Poſſidius, ſuas privatas familiares literas addiderunt; quibus illum admonuerunt, ne, quod jactitabant Pelagiani, cum iiſdem Romæ degentibus communicaret, aut ſaltem conniveret: idque privatis, iiſdemque familiaribus literis præſtiterunt, ne verenda patris retegere viderentur. Quas vero Innocentius reddiderit: quomodo ſe iiſdem expurgarit, omnemque ſuſpicionem e cordibus Africanorum epiſcoporum ſuſtulerit, patet ſupra ex epiſtolis ad concilium Milevitanum, & quinque epiſcopos redditis.

Duo Milevitana concilia incuria librariorum in unum conflata. [b] *Secundum*.) Hoc concilium a priore Milevitano diſtinctum eſſe, ſupra dixi in concilio Milevitano priore verbo: *Primum*. Qua ratione contigerit, ut vitio librariorum, ſeu potius collectorum incuria, duo Milevitana in unum ſint conſtituta, ibidem annotavimus.

Cœleſtius hæreſiarcha, quis & qualis? [c] *Contra Pelagium & Cœleſtium*.) De Pelagio ſupra egi in notis concilii Dioſpolitani. Cœleſtius Pelagii armiger, & claſſicus fuit, ejuſdem hæreſeos auctor, qui licet illius foret diſcipulus, tamen ab Hieronymo magiſter, & auctor totius exercitus impietatis nominatur. Paulinus diaconus contra hunc diſputavit Carthagine; qua diſputatione ſe Rufinum Aquilejenſem ſequi profeſſus fuit. Ibi aliiſve in locis deinceps condemnatus, ad ſedem apoſtolicam appellavit.

[d] *Sexaginta epiſcoporum*.) Quorum nomina recenſentur in principio epiſtolæ ſynodalis ad Innocentium pontificem ſcriptæ.

Tempus concilii. [e] *Theodoſio, & Palladio conſulibus*.) De tempore hujus concilii Milevitani idem dicendum eſt quod paulo ante dixi in notis Carthaginenſis concilii immediate præcedentis, verbis iiſdem *Theodoſio VII. & Palladio*.

Canones hujus concilii, qui & quot ſint? [f] *Tituli canonum*.) Octo canones anteriores, contra octo Pelagii diverſas hæreſes editi ad hoc concilium pertinent: reliqui vero, qui deinceps uſque ad finem ſequuntur diverſorum Africanorum conciliorum canones eſſe apparent. Baronius anno 510. num. 3.

Præfatiuncula hæc turpiter hic addita. [g] *Gloriosiſſimis imperatoribus Arcadio, &c.*) Hæc præfatiuncula, in cujus exordio habetur præfixa nota diei & conſulis, uſque ad illa verba excluſive: *Ideoque pariter quædam de cauſis fidei, &c.* eſt Milevitani concilii primi; cui Aurelius Carthaginenſis epiſcopus interfuit. Baronius prædicto loco.

Can. 9 [h] *Placuit ut non ſit ultra faſtigandis*.) Hæc quæ deinceps ſequuntur, non Milevitani, ſed diverſorum potius conciliorum canones ſunt, ut ſupra dixi.

Can. 17 An conjux innocens poſt factam ſeparationem adulteri conjugis, aliud matrimonium contrahere poſſit. [i] *Sed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur*.) Manifeſte indicatur quod ne quidem conjugi innocenti aliud matrimonium contrahere conceſſum fuerit quamdiu ſuperet adultera. Quod cum Sanctus Auguſtinus, qui Africanis conciliis hoc tempore habitis interfuit, integris libris confirmaverit, mirum eſt qua ratione hæretici hunc canonem ad ſuam hac de re pravam, & erroneam opinionem ſtabiliendam, allegare præſumant. Bellarm. lib. 1. de matrimonio cap. 17. objecl. 10.

Petitur ab [k] *An ſua cauſa legem imperialem petendam promulgaverit*.)

---

1 Huic epiſtolæ reſpondit Innocentius literis ſupra allatis pag. 1077. quas ſicut & reſcriptas ad Patres Concil. Carthaginenſis & Milevitani in ſynodo aliqua Romana ab eo coacta datas fuiſſe putavit Garnerius in diſſert. de ſynodis in cauſa Pelag. hoc unum fundamento, quod prædeceſſoribus, ſive ſucceſſoribus ejus ſolemne fuerit decretales Epiſtolas, de dogmatibus præſertim, in Concilio ſcribere, & inde in univerſum orbem mittere. Has literas etiam in Synodo Romana ſcriptas exiſtimat Marca lib. 7. de Concordia cap. 12. num. 5. Sed quia hujus Synodi Romanæ nullus antiquorum meminit, neutri hac in re aſſentio; cum Auguſtinus lib. 4. ad Bonifacium cap. 12. reſpondens ad Pelagianos, qui poſtquam a Zoſimo damnati fuiſſent, provocabant ad Concilium, tradat: *Aut vero congregatione ſynodi ejus erat, ut aperta perniciſie damnaretur: quaſi nulla hæreſis aliquando niſi ſynodi congregatione damnata ſit, cum ſcitu rariſſima inventantur, propter quas damnandas neceſſitas talis extiterit. Multoque jam usque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbatæ, damnatæque meruerunt, atque inde per ceteras terras declinandæ innotuiſſe potuerunt.* Imo ipſi Pelagiani, poſtquam ab Innocentio, & poſtea a Zoſimo hæretici declarati ſunt, de Romanis Clericis tantum queſti inveniuntur, ut videre eſt apud Auguſtinum l. 2. ad Bonifac. cap. 3. & 4: *Pagius ad an. Ch. 416. n. 19.*

imperatores ut adulteri punientur.

vi.) Patres hujus concilii legem imperialem deſiderave- A runt, non qua declararetur novum conjugium poſt divortium utroque adhuc conjuge vivente illicitum eſſe, (id enim ex evangelio & apoſtolo conſtare ipſimet patres hic affirmant) ſed qua a poteſtate temporali severe etiam punirentur, qui crimen illud admitterent. Bellar. lib. 1. de matrimonio cap. 17. obiect. decima.

Can. 22. Clericis minoribus in Africa ad ſedem apoſtolicam appellare prohibitum.

Item placuit, ut prohibeatur, &c.) Quod ſupra canone 17. concilii Sardicenſis utiliter conſtitutum fuit, ut presbyterorum & minorum clericorum cauſa apud vicinos epiſcopos terminentur iiſque ad ſedem apoſtolicam appellantibus non deferatur; idem hoc loco a patribus alterius cujuſdam Africani concilii confirmatum eſt. De epiſcopis ad ſedem apoſtolicam appellantibus, nihil hic conſtitutum fuit. Sanctus Auguſtinus, qui plurimis Africanis conciliis interfuit, epiſtola 162. teſtatur, Africanis ultra mare ad Romanum pontificem appellare conceſſum: clericis vero minoribus idem prohibitum fuiſſe. Cum itaque hic canon non de epiſcopis, ſed tantum de presbyteris, & minoribus clericis loquatur,

Gratianus taxatur.

Gratianus 2. quæſt. 6. hunc canonem citans, non ſatis convenienter eidem hanc limitationem addidit: *Niſi forte Romanum jidem appellaverunt, &c.* quaſi Africani trans mare appellantes, alio quam ad Romanum Pontificem appellare conſuevisſent. Dices, ſi clericis inferioris ordinis ab epiſcoporum ſuorum ſententia ad ſedem apoſtolicam appellare prohibitum fuit, quo jure Romani Pontifices Apiarium presbyterum ex Africa appellantem ſuſceperunt, &, quod referunt Africani patres in epiſtola ad Bonifacium & Cæleſtinum, in gradum ſuum reſtitui fecerunt. Reſpondeo, licet ipſis clericis ab epiſcopis ſuæ provinciæ appellare prohibitum fuerit, non tamen prohibitum fuit, neque etiam prohiberi potuit ſummo Pontifici, ne, ſi vellet, eos admitteret. Præterea Romani Pontifices appellationem Apiarii non tam admiſerunt, quam ejus querelas audierunt & Africanis mandarunt, ut eius cauſam diligenter cognoſcerent, & fideliter judicarent. Ex prædictis enim duabus epiſtolis patet, Apiarium bis Romam venisse, atque utraque vice in Africam remiſſum, poſt reditum ab urbe ibidem in concilio judicatum eſſe. Vide Bellarmin. lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 24. obiect. 3. item quæ notavimus ſupra can. 3. & 17. concilii Sardicenſis,

Dubitatur ob jectio.

Apiarius presbyter Africanus an ad ſedem apoſtolicam appellare audiri fuerit?

quæque infra dicemus in notis concilii Carthaginenſis VI. cap. 6.

Can. 23. Subſcripta nomina epiſcoporum in fine addita, ſintne hujus concilii?

Et cloſi ſunt de provincia Carthaginenſi Viminenſes, &c.) Nomina epiſcoporum, hic ad finem adſcripta & appoſita, diverſa ſunt fere omnia ab iis quæ in principio epiſtolæ ſynodalis præfixa habentur. Unde ſatis evidenter apparet, ſubſcriptionem hic appoſitam, a concilio Milevitano diverſam eſſe: adeo ut hoc concilium videas eſſe corpus ex diverſis membris compactum, cujus caput, pedes & membra ſint ex aliis diverſis corporibus compaginata. Quæ niſi quis accurate perſpexerit, in ambages inextricabiles, & nodos inſolubiles incidat, neceſſe eſt. Vide Baronium anno 416. num. 3. & 10.

Can. 2.

Epiſtola ſynodica.) Qua occaſione hæ duæ epiſtolæ ſcriptæ fuerint, diximus ſupra in principio & notis epiſtolarum ab Innocentio redditarum.

VARIÆ LECT. FRONTONIS DUCÆI SOCIETATIS JESU.

Non vere, ſed falſe intelligatur.) *Non vera, ſed falſa intelligatur.* Ita quoque legitur apud Gratianum de conſecratione diſt. 4. cap. Placuit. Ita demum Græcus interpres apud Photium in nomocanone Carthaginenſis concilii can. 112. ὁ τύπος τῶν μὴ ἀφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτιζομένοις διδόντων, ἀλλὰ πλάνης ὄντων.

Item quiſquis dixerit.) *Item placuit ut quiſquis dixerit.* In aliis etiam canonibus repetitur verbum *placuit*, ſed interpres tamen Græcus hoc legiſſe non videtur, can. 112. Ὅσοις ὄκτοις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν οὐκ ἔδωκε χάριν. Item poſt pauca vertit φανερωσιν τῶν ἁμαρτημάτων, *aperitur intelligentia peccatorum*, non ut hic legitur, *intelligentia mandatorum*, quæ tamen verior eſt lectio: ſequitur enim, *ut ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus.*

Can. 4.

Domino Deo noſtro.) *Domino Deo meo*, quo pacto legitur & apud Danielem capite nono verſ. 20. & Græcus interpres vertit, καὶ ἐξομολογούμενος ἐξηγούμην τῷ Θεῷ μου ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι μου καὶ ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ μου, quæ poſtremam reddit Latinus Photii interpres in nomocanone, *Noluit dicere peccata mea*, pro *peccata noſtra.*

Can. 7.

ANNO CHRISTI 417.

ANNO CHRISTI 417.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA ZOSIMI PAPÆ.

Ex libro Pontificali.

a Apamio

b palliis

c cereа

d Proſper in Chronico docet ſediſſe an. unum menſes novem, dies novem, ideoque a die 18. Martii anni 417. ad 26. Decembris. unde corrigendi Baronius, Binius, atque alii pluribus dicemus in notis.

* Imo. Zoſimus quando Pontifex factus.

a ZOSIMUS natione Græcus, ex patre Abrahamio, b ſedit annum unum, menſes duos, dies undecim. Hic conſtituit multa in eccleſia. Et conſtituit ut diacones lævas teſtas de b pallis linoſtimis haberent. Et c per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum paſchalem. Et præcepit, ut nullis clericis poculum in publico propinaretur, niſi tantum in cellis fidelium, maxime clericorum. Hic fecit ordinationem unam per d menſem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, epiſcopos per diverſa loca numero octo. Sepultus eſt via Tiburtina, juxta corpus beati Laurentii martyris, ſeptimo Kalendas * Januarii. Et ceſſavit epiſcopatus dies undecim.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Zoſimus.) Poſt obitum Innocentii, interlapſis viginti duobus diebus interregni, Zoſimus factus eſt Pontifex decimanona Auguſti, anno Domini 417. qui eſt Honorii XXIII. Theodoſii X. Pelagius & Cæleſtius ab Africanis condemnati, ad Pontificem appellarunt, oblatoque Zoſimo fidei libello plane catholico, ſe in omnibus paratos eſſe dixerunt, eadem de fide ſentire, quæ Romanus Pontifex ſentienda proponeret. Quibus perſuaſus Pontifex de utroque, ut videri poterat catholico reddito, ad eoſdem Africanos epiſcopos literas dedit, quas infra ex codice Vaticano cum libello fidei ſubjungemus. Baptiſmalis fontis benedictio, ut eſt apud Leonem epiſt. 65. miraculo eſt confirmata. Quid in cauſa Pelagii inter Zoſimum & Africani concilii patres actum ſit, infra dicemus. Interea Romæ Cæleſtius in judicium vocatus, de fide & doctrina examinatus, peccatum originale cum Pelagio negaſſe repertus fuit: qua de cauſa in utrumque facer patrum conſenſus hanc ſententiam damnationis protulit, ut niſi correcti pœnitentiam agerent, toto orbe terrarum damnati conferentur. Sixtus Romanus presbyter, Cæleſtini in pontificatu ſucceſſor, quem Pelagianæ hæreſeos fautorem ac patronum eſſe calumniati fuerant, primus in illos anathema proclamavit, & commentarium adverſus eoſdem ſcripſit, teſte Auguſtino epiſt. 104. & 105. Honorius imperator edicto promulgato eoſdem proſcripſit. Fautores Pelagii ex clero Romano, tanquam rebelles & perturbatores omnium a Zoſimo excommunicati, cum ad Honorium Imperatorem de Pontifice conqueſturi ſe contuliſſent, ſub pœna excommunicationis vitandi juberentur, ſer epiſtolam Zoſimi ad presbyteros, & diaconos Ravennates perſcriptam. Damnati hæreſiarchæ, Pontificem, clerum Romanum, Auguſtinum, aliosque catholicos clamoribus immanibus, Auguſtinum, aliosque catholicos clamoribus immanibus, petierunt, & Eccleſiam Romanam orientalibus odiosam reddere laboraverunt: ſed fruſtra. Ob offentionem quamdam Africanorum epiſcoporum cum Romano Pontifice obortam, de proſecutione appellationum a Pelagiano ap-

Pelagius & Cæleſtius condemnati ad Pontificem appellarunt. Fontis benedictio miraculo confirmata. Judicium Cæleſtii Romæ renovatum. Cæleſtius & Pelagius condemnati. Ab imperatore proſcribuntur Pelagius & Cæleſtius. Romanam eccleſiam infecturi. Legatio in Africam miſſa cur fuerit?

apoſtolicam interpoſitum, Fauſtinum epiſcopum Potentinum in Piceno, Aſellum & Philippum, legatos a latere, anno domini 418. Carthaginem miſit. Quoniam vero inter hæc Zoſimum mori, reinque ad Bonifacium ſucceſſorem ejus devolvi contigit, quid in cauſa perdifficili quinquennio agitata, geſtum ſit, infra dicemus. Baron. prædictis annis.

Quamdiu ſederit.

b *Sedit annum unum, menſes duos, dies undecim.*) Anno uno, menſibus quatuor, diebus ſeptem pontificiam ſedem tenuiſſe, patet ex initio & fine pontificatus. Anno præcedente 417. Innocentium adhuc ſuperſtitem fuiſſe, indicat ejus epiſtola ad concilium Milevitanum ſcripta. Ad finem anni 418. Zoſimum non ſupervixiſſe & acta concilii Carthaginenſis VI. & epiſtola Bonifacii ſucceſſoris ad epiſcopos Galliæ, ſub conſulata Monaxii ſcripta, teſtantur. Cum ergo juxta auctoritatem libri pontificalis, obitus Zoſimi contigerit 7. Kalendas * Februarii, conſtetque ex relatione Symmachi ad Honorium IV. Kalendas Februarii data, Bonifacium eidem ſubrogatum fuiſſe, dicendum eſt Zoſimum non tribus, ſed uno tantum anno ac prædictis menſibus, & diebus tredecim apoſtolicam gubernaſſe. Baron. ann 418. num 75.

* Januarii.

Decretum Zoſimi.

c *Per parœchias conceſſit licentiam.*) Zoſimus hoc tantum conſtituit, ut iidem ceteras, qui in majoribus dumtaxat baſilicis incendi ſolerent, æque ſingulis parochiis concederentur. Benedictionem enim cerei paſchalis in eccleſia antiquiorem eſſe, docet Prudentius, qui de eo hymnum ſcripſit. Baron. ann 418. num. 28.

I. ZOSIMI PAPÆ.

AD HESYCHIUM SALONITANUM EPISCOPUM.

I. *Quod monachi vel laici, niſi per gradus eccleſiaſticos, non debent ad ſummum ſacerdotium pervenire.*

II. *Quod is quis interdicta deſperaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit.*

III. *Quæ in ſingulis clericorum gradibus tempora ſunt præfixa.*

a Heſichio

Zoſimus epiſcopus mittit Romæ, [a] Heſychio epiſcopo Salonitano.

I.

EXIGIT dilectio tua præceptum apoſtolicæ ſedis, in quo patrum decreta contentiunt; & ſignificas, nonnullos ex monachorum [b] populari cœtu, quorum ſolitudo quavis frequentia major eſt, ſed & laicos ad ſacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper a nobis interdictum conſtat literis ad Gallias [c] Hiſpaniaſque tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio, quamvis nec Africa ſuper [d] hac admonitione noſtra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum præcepta, qui eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione divinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumeret; & non ſolum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum. Unde miramur, ad dilectionem tuam ſtatuta apoſtolicæ ſedis non fuiſſe perlata. Laudamus igitur [e] conſtantiam propoſiti tui, frater cariſſime, nec aliud de [2] pontificis tui veteri cenſura auctoritatis genus expectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus, pro præceptis

b hoc epiſt abeſt a cod. Lat.

c Spaniaque

d hoc

Diſt 25 Qui eccleſiaſticis Et diſt 25 Qui eccleſiaſticis

e propoſitum conſtantiæ tuæ.

A patrum, in procinctu fidei conſtitutus, occurreres. Igitur ſi quid auctoritati tuæ (quod nos non opinamur) æſtimas defuiſſe, ſupplemus. Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta patrum, tecum apoſtolicæ ſedis auctoritas. Si enim officia ſæcularia [a] principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus (*a*) examinatis, temporibus deferunt; quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda; ſtatim dux eſſe deſideret, cum tiro ante non fuerit? & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat B in domini caſtris, in lectorum primitus gradu divini rudimenta ſervitii: nec illi vile ſit, exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Jure inde ſummi pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, ubi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſ C ſunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe judicii. Rarum eſt enim omne quod magnum eſt.

a principalem.

II.

Proinde nos, ne quid meritis dilectionis tuæ [1] derogaremus, ad te potiſſimum ſcripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam, non tantum eorum, qui in [b] ea provincia ſunt, ſed etiam qui vicinis dilectioni tuæ provinciis adjunguntur. Sciet (quiſquis hoc, [c] propoſita patrum & apoſtolicæ ſedis auctoritate, neglexerit) a nobis diſtrictius vindicandum, ut loci D ſui minime dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impune poſſe tentari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quidquid interdictum toties uſurpatur.

b tua

c poſtpoſita.

III.

Hæc autem in ſingulis gradibus obſervanda ſunt tempora. Si ab infantia eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores uſque ad vicеſimum ætatis annum continuata obſervatione perduret. Si major jam & grandævus acceſſerit, ita tamen ut poſt baptiſmum ſtatim ſe divinæ militiæ deſideret mancipari, ſive inter lectores, ſive inter exorciſtas quinquennio teE neatur: exinde acolythus, vel ſubdiaconus, quatuor annis: & ſic ad benedictionem diaconatus (ſi meretur) accedat, in quo ordine quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis presbyterii facer-

Diſt 77 In ſingulis & in decr. Sirici ad Himerium Tarraconen. c. 8. & 9.

---

1 Mſ. Dionyſ. Colleg. Pariſ. Soc. Jeſu *Heſiæ*. Iſidor. Mſ. ejuſdem collegii *Eſicio*. Hard.

2 Dionyſ. *de pontificii cenſura veteris auctoritatis &c.* Hard.

3 Mſ. *derogamus*. Hard.

(*a*) Mſſ. apud Couſtant, *examinato*.

ſacerdotium promereri. De quo loco (ſi eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum [a] pontificatum ſperare debebit. Hac tamen lege ſervata, ut neque bigamus, neque pœnitens, (*a*) neque viduæ maritus ad hos gradus poſſit admitti. Sane, ut etiam defenſores eccleſiæ, qui ex laicis ſiunt, ſupradicta obſervatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine clericatus. Dato octavo Kalendas Martias [b], Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus. [c]

[a] pontificium.
[b] d. domino noſtro.
[c] Ann. Chriſti 418.

EJUSDEM EPISTOLÆ Excerptum

Ex veteriſſimo Cod. Luc.

Ex Epiſtola Zoſimi Papæ ad Eſicium Epiſcopum.

Si non fuerit doctus Scripturas non fiat Epiſcopus.
Qui ordinaverit non doctum Epiſcopum deponatur.
Si de infantia tonſus fuerit XX. *annorum promoveatur.*
Lector exorciſta intra V. *annos, Acolytus, & Subdiaconus* III. *ſint; Diaconus* V. *annos.*
Ordo Clerici: Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Presbyter, Epiſcopus.
Bigamus, vel Pœnitens in clero non recipiatur.

II. AD CLERUM ET AD PRESBYTEROS RAVENNATUM.

Excommunicat eos qui contra ſe ad comitatum ierunt.

Zoſimus epiſcopus urbis Romæ commonitorium presbyteris & diaconibus qui Ravennæ ſunt.

EX relatione fratris noſtri Archidami presbyteri, qualiter ſuſcepti ſitis, vel quid egeritis, cognovimus, vel qualiter illi ſuſcepti ſint, qui contra canones [d] adverſum nos ad comitatum (neſcio qua [e] audentes temeritate) ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc miſimus, olim ſcripta feceramus, eorum, quas inuriote miſerant, reſpondentes, epiſtolis. Sed quoniam non potuerunt rei in ſua, hoc eſt, in noſtra eccleſia Romana, cum noſtris compresbyteris commorari, has ad vos illis tradendas literas deſtinavimus, in quibus decreto noſtro ſanximus, memoratos perturbatores omnium ab apoſtolicæ noſtræ ſedis communione alienos fuiſſe, atque noſtra ſubſcriptione prolatam ſententiam ſuſcepiſſe. Illos etiam qui effrænato huic facto conſilioque aſſenſum commodare voluerunt, veſtræ caritatis eſt æſtimare qualiter habeantur. Quibus hoc obiicere vos debetis, quod [f] juxta canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles exiſtere tentaverunt. Vos tamen monemus in ſpeculis eſſe debere, ne qua eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos ſcit ſancta & apoſtolica eccleſia. De his vero, qui eorum ſe ſocietati junxerunt, quid agere debeamus, cum reverſi fueritis, conſilio meliori tractabimus: Et alia manu: Datum v. Nonas Octobris, Honorio duodecimum, & Theodoſio octavum Auguſtis conſulibus.

[d] Sardicenſis concilii can. 3 & 20 & 21.
[e] audaci.
[f] contra.

NOTA SEVERINI BINII.

Qua occaſione Zoſimus pontifex hanc epiſtolam ſcripſerit, dixi ſupra in notis ad vitam Zoſimi: nimirum quod a pontifice excommunicati ad comitatum profecti fuerint, contra Sardicenſis concilii decreta. Vide quæ iſtiſdem notavimus, Baron. ann. 418. n. 19.

III. [a] AD AFRICANOS EPISCOPOS.

Cæleſtium, prout videri poterat, catholicum redditum eſſe nunciat.

Zoſimus Aurelio & univerſis epiſcopis per Africam conſtitutis dilectiſſimis fratribus, in domino ſalutem.

MAGNUM pondus examinis magna deſiderat, ut non ſit rebus ipſis quæ geruntur inferior libra judicii. His accedit apoſtolicæ ſedis auctoritas, cui in honorem beatiſſimi Petri patrum decreta peculiarem quamdam ſanxere reverentiam. Orandum igitur, & inceſſanter orandum, ut continua gratia, perennique adjutorio Dei pax ex hoc fonte in totum orbem fidei & catholicæ ſocietatis nullis nubibus interfuſcata mittatur. Caritas enim, *quæ* (ſicut ſcriptum eſt) *Deus eſt*, perfecta plenitudinis abundantia gratulatur: cum ſi quid vel ſuſpicionis habuerit fidei intentionis ſolicita, vel in longum perducta contentione, aut emendatione corrigitur.

Cæleſtius presbyter noſtro ſe ingeſſit examini expetens ea, quæ de ſe apoſtolicæ ſedi aliter quam oportuit, eſſent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes majoribus vinculis eccleſiaſticorum negotium curam noſtram, ſolicitudinemque diſtraherent: tamen ne paternitatis veſtræ de adventu ac diſcuſſione prædicti diutius penderet expectatio, poſthabitis omnibus, die cognitionis reſedimus in ſancti Clementis baſilica, qui imbutus beati Petri apoſtoli diſciplinis, tali magiſtro veteres emendaſſet errores, tantoſque profectus habuiſſet, ut fidem, quam didicerat, & docuerat, etiam martyrio confecraret: ſcilicet ut ad ſalutiferam caſtigationem, tanti ſacerdotis auctoritas præſenti cognitioni eſſet exemplo. Omnia igitur quæ prius fuerant acta diſcuſſimus, ſicut geſtorum huic epiſtolæ cohærentium inſtructione diſcetis. Intromiſſo Cæleſtio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti, utrum hæc quæ ſcripſiſſet, corde loqueretur, an labiis, ſæpe numero exploravimus, cum de occultis animorum ſolius Dei noſtri poſſit eſſe judicium, cui non tantum cogitata, ſed cogitanda etiam præſto ſunt. Quid voces eius contineant, compendioſius duximus ad ſanctitatem veſtram legenda cognoſci. Unum ſane movet nos, ut cum in præſenti ibi Cæleſtium habueritis, nihil liquido judicatum ſit. Ad literas Herotis & Lazari priori relatione deſtinatas, equidem hoc ſervore fidei præſeſtinarum eſſe, promptiſſimum eſt.

Sed cum de his interrogaretur, aſſeruit nullum ſibi de talibus contentionibus unquam cum antedictis fuiſſe ſermonem, nec ante ſibi, quam de

Conſiſtorium in S. Clementis baſilica.

De cauſa Herotis & Lazari epiſcoporum Gallorum.

[a] Dionyſ. *Zoſimus commonit.* Hard.
(*a*) Illud *nec viduæ maritus* deeſt in pleriſque Mſſ. *Conſtant.*

de ſe ſcriberent, viſu fuiſſe compertos ; Lazarum ſane in tranſitu cognitum, Herotem vero etiam ſatisfactione interpoſita, quod ſecus de ignoto & abſente ſenſiſſet, cum gratia receſſiſſe. (*a*) Jam caduca ad nulla fundamina criminationis ignotæ procul dubio ire ſuit, ut perſona taliuin, quæ tam ventoſa & levis extiterat, quæreretur, ſi ſaltem illis loci ſui ratio vitæque conſtaret, ut fides abſentibus in abſentes debuerit adhiberi tantumque pondus in literis eorum, ut auctoritatem teſtimonii merentur. Patuit hos in obſervatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias ſacerdotia vendicaſſe, quibus ſe ipſi propria abdicavere ſententia ; noſque licet & alia tum eorum de ſe pœnitudinem B ſecuti, ſacerdotali eos loco & omni communione ſubmovimus. Satis urget cauſam, a talibus proceſſiſſe per literas in abſentes (*b*) ejus accuſationem qui ſe præſens tuetur, qui exponit fidem, qui provocat accuſantem, numquam piguit in melius retorſiſſe judicium. Adoleſcens & ſancti ſpiritus executor qui Suſannam ſenorum falſitate damnatam invenit innocentem, reducitur a ſuppliciis caſta per pueruin, quæ per grandævos fingitur impudica. Non ergo omni (ſicut cautum eſt) ſpiritui credendum, ſed diu appenſius examinandum eſt, præſertim de fide hominis, ubi ſtatus ejus & vita perpetua eſt. Nec Salomonem fefellit in puerperii rixa C mentis indago : non enim duabus fœmiveritatis. nis inter ſe jurgantibus unum pignus induxit ; ſed ibi arbiter fide cunctabundus invenit, ubi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam rarum ſit, ut longa & caſtigata cunctatione ad veri cubile perveniat. Optimæ mentis indicium eſt, prava difficilius credere : nam plerique, quorum de ſe bonæ confeſſionis pignus adhibetur fides, in nullius erroris abruptum neceſſitate coguntur, & irremediabile vulnus efficitur, quod deſperatur ſanari.

Unde in præſenti cauſa nihil præcox immaturumque cenſuimus, ſed innoteſcere ſanctitati veſtræ ſuper abſoluta Cæleſtii fide noſtrum exaAfricam inter Cæleſtium & accuſatores men ; cui etiam prior libellus ab eo intra Africam teſtimonio apud nos eſſe debuiſſet ; ne D inexploratis, famaque jactantibus tam facile crederetur. Quare intra ſecundum mentem aut veniant, qui præſentem redarguant aliter ſentire, quam libellis & confeſſione contexuit ; aut nihil poſt hæc tam aperta & manifeſta quæ protulit, dubii ſanctitas veſtra reſcidiſſe cognoſcat. Ipſum ſane Cæleſtium, & quoſcumque qui eo tempore ex divertis regionibus aderant ſacerdotes, admoni, has tenticulas quæſtionum & inepta certamina, quæ non ædificant, ſed magis deſtruunt, ex illa curioſitatis contagione profluere, dum unuſquiſque ingenio ſuo & intemperanti eloquentia ſupra ſcripta abutitur ; cum in hoc etiam magnorum virorum nonnunquam cum ipſis auctoribus ſcripta periclitantur poſt permultam temporis (*c*) miſeriam, interpretantis arbitrio : ut divine profectum ſit : *Ex multiloquio non vitari peccatum*. Prov. 10. Et ſanctus David poſtularet *circumſtantiam labis ſuæ, atque cuſtodiam*. Pſal. 140. Caritatem veſtram tam apoſtolicæ ſedis auctoritate, quam mutua amoris affectione commoneo, ut jam ingenia veſtra ſanctarum omnium ſcripturarum, quæ ſecundum traditionem patrum atque majorum præcepta ſunt, præceptis, obſervationibuſque ſufficiant. Quid illic non abundans ? quid non Dei Spiritu & vocibus plenum ſit ? niſi libet unumquemquem plus ſibi credere, ſuoque de ſe uti judicio. Data ..... Honorio Auguſto XI. & Flavio Conſtantio conſulibus. a Ann. Chr. 417.

Notæ Severini Binii.

a *Epiſtola.*) Cæleſtius ab Africanis damnatus, ad ſedem apoſtolicam appellavit : mortuo Innocentio Romam ſe contulit, non ut appellationem defertam proſequeretur, ſed potius ſuas adverſus Africanos accuſatores querelas deponeret. Cum metueret ſe a pontifice damnatum iri, ſi ſuam, quam corde tenebat, hæreſim virulentam manifeſtaret, ea arte libellum quemdam fidei concinnavit, ut ſi etiam vellet Zoſimus, ab ipſo reijci non poſſet, utpote qui, poſt enarrata quæ de fide ſentiret, ejuſmodi verba ad finem appoſuit : *Si forte (ut hominibus) quiſpiam ignorantia errore obrepſerit, veſtra ſententia corrigatur*. Auguſtinus de peccato originali c. 6. & 7. interrogatus a pontifice, utrum epiſtolæ Innocentii adverſus errores Pelagii ſcriptæ aſſentiretur, teſte Auguſtino lib. 2. contra Pelagium profeſſus eſt ſe illi conſentire. Hac de cauſa Zoſimus ſpem concipiens, Cæleſtium eccleſiæ catholicæ reſtituendum, levius cum eo agere voluit, ut errantem luctaretur, antequam ad catholicam communionem admitteretur, neve ab eo decipertur. eam ex abundanti cautelam adhiberi voluit, ut in Africam ſcriberet, & ab ipſis per literas poſtularet, ad ſe Romam mitti quidquid contra Cæleſtium obtucere poſſent, aut vellent. Hæc eſt occaſio, qua ad Africanos epiſcopos Zoſimus pontifex hanc epiſtolam ſcripſit. Ex hac Cæleſtium hominem verſipellem eſſe apparet, ut catholicus videri poſſet, mendaciis cuncta involvit. Excuſis larva, a Zoſimo detectus, & hæreticorum ſceleſtiſſimus poſſeo oſtenſus fuit. Quod ad Lazarum & Herotem ſpectat, quos adeo vehementer Cæleſtius infamat, quam inſigniter mentitus ſit, intelligere poſſumus de utroque ex illis, quæ de Herote dumtaxat enarrat Proſper in chr. his verbis : *Herot vir ſanctus, B. Martini diſcipulus, cum Arelatenſis oppido epiſcopus præſideret a populo ipſius civitatis inſons, & nullis infamationibus notatus, pulſus eſt*, &c. Vide Bar. ann. 417. num. 17. 18. 19. & 23.

Cæleſtius cur Romam profectus.

Cæleſtius catholicam fidem oblato libello profitetur.

Zoſimus cur cum Cæleſtio levius egerit ?

Occaſio hujus epiſtolæ ſcriptæ.

Lazarus & Herot a Cæleſtio injuſte diffamati.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Multa apud S. Auguſtinum variis in locis extant teſtimonia, quibus circumventum a veteratore Cæleſtio Zoſimum papam aſſerit ; ſed nullum mihi videtur luculentius eo, quod extat capite tertio lib. 12. ad Bonifacium papam contra duas epiſtolas Juliani & epiſcoporum Pelagianorum : *Pelagiani ſpe falſe putaverant novum, & execrabile dogma Pelagianum vel Cæleſtianum perſuaderi quorumdam Romanorum catholicis mentibus poſſe ; quando illa tagnata quamvis nefando errore perverſa, non tamen contemptibilia, cum ſtudioſe corrigenda potius quam facile damnanda videntur, aliquanto lenius, quam ſeverior poſtulabat eccleſiæ diſciplina tractanda ſunt. Tot enim & tantis inter apoſtolicam ſedem & Afros epiſcopos currentibus, & recurrentibus ſcriptis eccleſiaſticis, etiam geſtis de hac cauſa apud illam ſedem Cæleſtio præſente, & reſpondente confectis, quanam tandem epiſtola venerandæ memoriæ papa Zoſimi, qua inſerlocutis reperitur*, &c. quæ profuerit non omiſiſſe curioſis lectoribus uſque ad illa verba. *Correctionis fuit clementiſſima ſuaſio, non approbatio exitioſiſſima pravitatis. Et quod ab eodem ſacerdote poſtea Cæleſtius & Pelagius repetita auctoritate damnati ſunt, paululum in ermiſſa, tam neceſſarie proferenda ratio ſeveritatis fuit*. Recolenda quoque moneo quæ de his ſupra nos docuit Marius Mercator pag. 352. A. Nec abludunt verba Facundi Hermianenſis epiſcopi E cap. 3. lib. 7. pro defenſione trium capitulorum concilii Chalcedonenſis quæ aurea clauduntur ſententia : *Non debet crimini deputari ſimplicium non intellecta verſutia malignorum*.

(*a*) Locus obſcurus quem ſic reformat P. Conſtant : *Tam caduco ac nullo fundamine criminationis ignotæ procul dubio ire ſuit* &c.
(*b*) Conſt. *in abſentes*.
(*c*) Conſtant, *ſortem*.

IV. AD AFRICANOS.

Pelagium catholicum videri ſcribit.

Zoſimus epiſcopus Aurelio & univerſis epiſcopis per Africam conſtitutis dilectiſſimis fratribus, in domino ſalutem.

POSTQUAM nobis Cæleſtius presbyter auditus eſt, & quid de fide ſentiret evidenter expreſſit; eadem quoque, quæ in libello contulerat, repetitis crebro profeſſionibus roboravit: de ejus nomine plenius ad dilectionem veſtram ſcripta direximus. Ecce epiſtolam Hieroſolymitani epiſcopi [a] Praylii, qui in locum quondam ſancti [b] Joannis epiſcopus eſt ordinatus, accepimus, qui cauſæ Pelagii enixius adſtipulator intervenit. Literas quoque ſuas idem Pelagius purgationem continentes abundantiſſime miſit, quibus & profeſſionis ſuæ fidem, quid ſequeretur, quidve damnaret, ſine aliquo fuco, ut ceſſarent totius interpretationis inſidiæ, cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem ſenſu ſententiiſque formata, quæ Cæleſtius ante protulerat, continebant. Utinam ullus veſtrum, dilectiſſimi fratres, recitationi literarum intereſſe potuiſſet. Quod ſanctorum virorum, qui aderant, gaudium fuit? Quæ admiratio ſingulorum? Vix fletu quidam ſe & lacrymis temperabant. Tales etiam abſolutæ fidei infamari potuiſſe? Eſtne ullus locus, in quo Dei gratia vel adjutorium prætermiſſum ſit? quod quiſquis poteſt præter eamdem vel mente concipere, nec illi ſupernæ ſententiæ ſubjectus, quæ de ſancto Spiritu lata eſt, quod neque hic, neque in futuro venia vel remiſſione donetur?

Video etiam hunc Pelagium, [c] Herote & Lazaro ſcribentibus, infamari. Itane, fratres dilectiſſimi, ad aures veſtras, qui ſint iſti turbines eccleſiæ vel procellæ, nec opinione pervenit? Ita vero vos latuit [*] vita horum atque damnatio? Et quamquam ſpecialis illos apoſtolicæ ſedis auctoritas omni communione ſubmoverit: diſcit & in hac epiſtola, licet ſtrictim, hominum mores. Vetus Lazaro conſuetudo eſt innocentiam criminandi: per multa concilia in ſanctum Britium coepiſcopum noſtrum Turonicæ civitatis diabolicus accuſator inventus eſt. A Proculo Matilionſi in ſynodo Taurini oppidi ſententiam calumniatoris exceſſit. Ab eodem Proculo fit poſt multos annos ſacerdos, tyrannici judicii defenſor civitatis Aquenſium: cum contraheret afflicto, in ipſum penetrabile (*a*) & ſacerdotale ſolium ſanguine innocentis pene reſperſum irrupit: ſtetitque in eo hactenus umbra ſacerdotii, donec [d] tyranno imago ſtaret imperii: quo loco poſt internecionem patroni ſponte ſe exuit, & propria ceſſione damnavit.

De Herote vero omnia ſimilia, idem tyrannus, patronus cædis, turbæ presbyterorum contradicentium, vincula & cuſtodiæ, & totius civitatis addictio, ſimilis pœnitentia de abdicatione ſacerdotii. Mirum eſt ſi iſti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum ſervitute

[a] Ab eo poſtea plenius edocto damnatum Pelagium in poſteriore tynodo refert ſupra Marius Mercator.

[b] Obiit Januarii die 23. an. 417. ideoque error irrepſit in chronicon Idatii.

[*] Hæc ſuggerente Patroclo Arelatenſi epiſcopo amiciſſimo Erotis ac Lazari hoſte, ut & quædam alia ſcripta a Zoſimo fuiſſe arbitror. [*] vitia. Herote & Lazarus accuſatores Pelagii quales.

[d] Conſtantino qui ann. 411 cum filio Conſtante periit.

Anitentem falſis literis percellere noluerunt, qui in fratres & coepiſcopos tanta machinati ſunt, qui tot tempeſtates eccleſiæ reddiderunt. Non decet epiſcopalem auctoritatem, & præcipue prudentiam veſtram, ad levium ſuſurronum ſcripta pendere. Ecce Pelagius, Cæleſtiuſque apoſtolicæ ſedi in literis ſuis & confeſſionibus ſuis præſto ſunt. Ubi [a] Heros? Ubi [b] Lazarus? erubeſcenda factis & damnationibus nomina. Ubi illi adoleſcentes [c] Timaſius & Jacobus, qui ſcripta quædam, ut aſſerebatur (*b*).. ....*....? Vos conjicite, ſi qui talia in ſede apoſtolica confitentur, illa quæ de iiſdem a pravis ac levibus auctoribus, ac dubio rumore jactata ſunt, oporteat credi. Amate pacem, diligite caritatem, ſtudete concordiæ, nam ſcriptum eſt; *Diliges proximum tuum tanquam teipſum*. Qui magis alter alteri proximi ſumus, quam omnes qui in Chriſto unum eſſe debemus? Non omnis qui aures veſtras ventus ingreditur, nuncius eſt veri: Ideoque animo præſule & in excubiis conſtituto ſemper opus eſt, ne totum famæ, totum teſtibus liceat. Recenſete ſacras literas & divina tabularia: maximam partem falſi teſtes occupavere, ubi ſanctorum aut accuſationem, aut pericula reperimus: maximam dico, imo totam, cum id ipſum dominum noſtrum ſalvatorem totius mundi hoſtiam & pontificem ſalutarem falſi teſtes inſurrexerunt, qui ſe ejus blaſphemiam audiſſe confingerent. Æſtimate quid jam poſſit præterire fallaciam, quæ in Deum fidei, imo in ipſam fidem ac veritatem perjuriis impetum fecit.

Hæc ideo ſcripſimus, ut de cetero, ſi qui abſentes, minuſque noti de quolibet talia ex libidine mentientur, fixi ſint pedes veſtri adverſus arietem fraudulentiæ. Unde & *lucernam pedibus ſuis ac lumen ſemitis ſuis* vir ſanctus exorat? ſcilicet ne interfallaces tenebras ſint cæca nobis & errabunda veſtigia. Et in evangelio: *Numquid lex noſtra judicat hominem, niſi ab ipſo audierit prius, & cognoverit?* Etiam in veteri Teſtamento: *Non credas auditui vano, & non conſenſeris cum iniquo fieri teſtis injuſtus*. Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem judicii crederetur, addit, dicens: *Non eris cum pluribus in malitia; & non accipies per eos peccatum*. Et iterum alibi: *Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe juſte*. Et iterum: *Quæ viderint oculi tui, loquere*. Et in actibus apoſtolorum adverſus principes ſacerdotum, & ſeniores Judæorum poſtulantes abſentis Pauli apoſtoli damnationem, juſtiſſimam ſententiam gentilis Feſtus tribunus protulit, quam convenit etiam nos in facie credentium objicere ad verecundiam, dicens: *Non eſt conſuetudo Romanis, damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*. Si hanc igitur moderationem extra ſeptum fidei noſtræ poſitus tenuit (*c*) contra ſacerdotalem pudorem inclinatio, [d] crudelitas de abſentibus in abſentes: quotus quiſque immunis invenietur a vulnere, ſi ad omnem ſerientis ictum credulum pectus aperitur?

Doceat nos terrena moderatio, quæ ſæcularibus arbitriis & cauſis primum de ipſis judi-

[a] Hunc Proſper in chronico vocat virum ſanctum & beati Martini diſcipulum qui ab Arelatenſi populo intortus & nullis intimulationibus notatus pulſus eſt Patroclo in ejus locum ſubſtituto.

[b] Ille Aquenſis urbis epiſcopus fugere quoque compulſus poſt recepta Conſtantini. [c] Ad quos ſcripſit S. Auguſtinus lib. de Natura & Gratia anno ſequenti, qui ſi teſtis eſt in apologia ſua Orosius.

Matth. 7.

De judicio exhibendo magna cautela.

Joan. 7.

Deut. 19.

Eccleſ. 32.

Eccl. 32.

Act. 25.

[d] credulitas

Exemplo judicum ſæcularia ſæpe crimina reorum tranſeunda.

(*a*) Apud Conſtant: *penetrale* &c.
(*b*) P. Conſtant ſupplet ex Epiſt. quinque Epiſcoporum apud Innocentium: *Pelagii ſeculerunt*.
(*c*) Conſtant: reſtituit: *tenuit contra ſacerdotalem pudorem, indigne omnino credulitas* &c.

cibus eligendis, repudiandisque sit. Et quanta cunctatio, quot interpositæ dilationes? quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare judicia cum innocenti ręo? confugitur ad mare & extramarina documenta; ut fides, quæ in præsenti plerumque arctioribus strangulatur angustiis, saltem eminus veniat. Hæc omnia mentior, nisi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta sint. Tolerabilius est enim innocentem quemlibet tardius inveniri, quam cito pro nocente damnare. Grave fuit Lazaro & Heroti, literarum suarum pedisequos esse. An nesciebant dilectionem vestram ad tedem apostolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio navigassent. Ubi de episcopatu (*a*) abdicando agitur, maria terræque lustrantur, nec ulla suffragia prætermittunt: ubi vero innocentium fama percellitur, otiosi & delicati, sive accusatores, sive testes, (in utroque enim fallentibus nomen infame est) in cubilibus & lectulis suis literis abutuntur; & totam Africam, universumque tranquillum catholicæ serenitatis innubilant ad libidines suas duæ pestes. Ante tribunal Christi omnes stabimus, nemo illic abesse poterit, nec domini, cujus immensitas omnibus locis ac rebus intervenit, declinare judicium.

Pelagius probatus catholicus.

Si Deo nostro cordi fuit, propter oves perditas, Verbum carnem fieri, & ex domino formam servientis induere, ut diu interceptam redderet libertatem: sit vobis gaudium, eos quos falsi judices criminabantur, agnoscere a nostro corpore & catholica veritate numquam fuisse divulsos. Certe hoc quod nostra expectatio desiderabat, eluxit, ut damnanda damnarent, & sequenda sequerentur. Si paterfamilias reditu filii gratulabatur, *qui mortuus fuerat & revixit: perierat & inventus est*; & jubet in usum ejus stolam mundam, hoc est, insigne candidæ mentis asferri, & vitulum saginatum: quantum hæc uberior exultatio est fidei, non mortuos esse, nec periisse, de quibus falsa vulgata sunt? Misimus igitur ad dilectionem vestram exemplaria scripturarum quas Pelagius misit, quarum lectionem non ambigimus parituram vobis in domino de absoluta ejus fide esse lætitiam. Data xi. Kalendas Octobris.[a]

Luc. 15.

[a] Eodem ut videtur an. Christi 417.

Nota Severini Binii.

Pelagius & Cælestius, eadem fuligine tincti, eadem arte fallendi sedem apostolicam: ambo usi fuerunt. Sicut enim Cælestius, ita Pelagius in literis, quas ad Innocentium scriptas eo defuncto Zosimus accepit, nihil prætexere magis conatus est, quam ab ipso Romano Pontifice catholicus videri atque probari. Et ne posset velut hæreticus rejici, addita fidei confessione ac libello quem ex antiquo Vaticano codice acceptum infra subjungimus, professus est se in omnibus paratum esse eadem de fide sentire, quæ Romanus Pontifex sentienda proponeret. Has literas una cum libello fidei adjuncto, dum Zosimus accepisset, sicut præcedentem epistolam de Cælestio, item hanc de Pelagio jam catholico (prout videri poterat) reddito, ad eosdem Africanos episcopos scripsit.

Occasio epistolæ.

Libellus fidei Pelagii ad Innocentium [b] *cum epistola transmissus.*

[b] *quem defunctum esse asserebat*, ut ait S. Aug. libro I. de Gratia Christi & peccato originali adversus Pelagium & Cœlestium c.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem conditorem omnium visibilium & invisibilium. Credimus in Dominum nostrum Jesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum Deum unigenitum, & verum Dei filium, non factum, aut adoptivum, sed genitum, & unius cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, atque ita per omnia æqualem Deo Patri, ut nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre Filium divina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus adscribimus; sed nec Patrem aliquando cœpisse, nec Filium. Nec enim aliter conteri possumus æternum Patrem, nisi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit.

[a] Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus alsquis in Trinitate gradus; nihil quod inferius superiusque dici possit; sed tota deitas sui perfectione æqualis est; ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quidquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes Arium, unam eamdemque dicimus Trinitatis esse substantiam, & unum in tribus personis confitemur Deum: ita impietatem Sabellii declinantes, distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes; sed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse personam; non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas: velut Græci exprimunt ὑποστάσεις, hoc est, subsistentias, confitemur. Nec Pater Filii, aut Spiritus sancti personam aliquando excludit; nec rursus Filius, aut Spiritus sanctus Patris nomen personamque suscipit: sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius est, Spiritus sanctus semper Spiritus sanctus est. Itaque substantia unum sunt, personis, ac nominibus distinguuntur.

[a] Idem cap. 32. ejusdem libri I. mox citati: *Cum enim ab initio trinitatis usque ad resurrectionem carnis, quod ab illo nemo quærebat, disputationem, quantum volo, terminasse, & baptisma*, &c.

Ipsum autem Dei Filium, qui absque initio æternitatem cum Patre & Spiritu sancto possedit, dicimus in fine sæculorum perfectum nostræ naturæ hominem suscepisse ex Maria semper virgine; & Verbum carnem esse factum, assumendo hominem, non permutando deitatem; nec (ut quidam sceleratissime opinantur) Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia, ac virtute creatoris operatum. Sic confitemur in Christo unam [b] Filii esse personam, ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atque ut condemnamus Photinum, qui solum & nudum in Christo hominem confitetur, ita anathematizamus Apollinarem & ejus similes, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem his, propter quos assumptus est, fuisse dissimilem: quem absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur esse conformem.

[b] Hæc videntur quibusdam dicta partim adversus Nestorianos partim adversus Eutychianistas, ideoque posita adjecta.

Illorum quoque similiter execramur blasphemiam, qui novo sensu asserere conantur a tempore susceptæ carnis, omnia, quæ erant deitatis, in hominem demigrasse, & rursum, quæ erant humanitatis, in Deum esse transfusa, ut (quod nulla nunquam hæresis dicere ausa est)

(*a*) Constant ex Vatic. Cod. *ambiendo*.

eſt) videatur hac confuſione utraque exinanita ſubſtantia, deitatis ſcilicet & humanitatis, & a proprio ſtatu in aliud eſſe mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confitentur, ut nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus, ſuſceptum ita a Deo Filio paſſibile noſtrum, ut deitas impaſſibilis permaneret; paſſus eſt enim Dei filius non putative, ſed vere, omnia quæ ſcriptura teſtatur, id eſt, eſuriem, ſitim, laſſitudinem, dolorem, mortem, & cetera hujuſmodi. Secundum illud. paſſus eſt quod pati poterat, id eſt, non ſecundum illam ſubſtantiam, quam aſſumpſit, ſed ſecundum illam, quæ aſſumpta eſt. Ipſe enim Dei Filius ſecundum divinitatem impaſſibilis eſt ut Pater, incomprehenſibilis ut Pater, inviſibilis ut Pater, inconvertibilis ut Pater. Et quamvis propria perſona Filii, id eſt, Dei Verbum ſuſcepit paſſibilem hominem: ita tamen ejus habitatione ſecundum ſuam ſubſtantiam deitas nihil paſſa eſt, ut tota Trinitas, quam impaſſibilem confiteri neceſſe eſt. Mortuus eſt ergo Dei Filius ſecundum ſcripturas, ſecundum id, quod mori poterat. Reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlum. Sedet ad dexteram Dei Patris; manente ea natura carnis, in qua natus, & paſſus eſt, in qua etiam reſurrexit: non enim exinanita eſt humanitatis ſubſtantia, ſed glorificata, & in æternum cum deitate manſura. Accepta ergo a patre omnium poteſtate quæ in cœlo ſunt & in terra, venturus eſt ad judicium vivorum ac mortuorum, ut & juſtos remuneret, & puniat peccatores.

Condemnatio Origenis errorum &c.

Reſurrectionem etiam carnis confitemur, & credimus: ut dicamus, nos in eadem qua nunc ſumus veritate membrorum eſſe reparandos; qualeſque ſemel poſt reſurrectionem fuerimus affecti, in perpetuum permanſuros. Unam eſſe vitam ſanctorum omnium, ſed præmia pro labore diverſa: e contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque eſſe ſupplicia. Baptiſma [a] unum tenemus, quod iiſdem ſacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, aſſerimus eſſe celebrandum. Hominem, ſi poſt baptiſmum lapſus fuerit, per pœnitentiam credimus poſſe ſalvari. Novum, & vetus teſtamentum recipimus, in eo librorum numero quem ſanctæ catholicæ eccleſiæ tradit auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipſo factas dicimus; anathematizantes omnes, qui animas quaſi partem divinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas ante peccaſſe, vel in cœlis converſatas fuiſſe dicunt, quam in corpore mitterentur. Execramur etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini a Deo præceptum eſſe, & mandata Dei non a ſingulis, ſed ab omnibus in communi poſſe ſervari: vel qui primas nuptias cum Manichæo, vel ſecundas cum Cataphrygis damnant.

a Idem S. Auguſt. c. 23. libri mox citati: *baptiſma*, inquit, *unum tenemus*, &c. & c. 25. lib. II. qui inſcribitur de peccato originali.

Condemnatio Joviniani errorum.

Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium neceſſitate carnis mentitum eſſe dicunt, & eum propter aſſumptum hominem non omnia facere potuiſſe quæ voluit. Joviniani quoque damnamus hæreſim, qui dicit nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam, noſque eas ibi habituros eſſe virtutes, quas hic habere neglexerimus. [b] Liberum ſic eſſe confitemur arbitrium, ut dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio; & tam illos errare qui cum Manichæis dicunt hominem peccatum vitare non poſſe, quam illos qui cum Joviniano aſſerunt hominem non poſſe peccare; uterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus, hominem ſemper & peccare, & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides, Papa beatiſſime, quam in eccleſia catholica didicimus, quamque ſemper tenuimus & tenemus. In qua, ſi minus perite, aut parum caute aliquid forte poſitum eſt, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui judicio comprobatur, quicumque me maculare voluerit, ſe imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

b Idem Aug. cap. 33. lib. cit. De adjutorio gratiæ in libello fidei ſuæ quam Romam miſit, quid Pelagius ſenſerit, attendamus. *Liberum*, inquit, *ſic confitemur arbitrium*, &c.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Priuſquam miſſas a Pelagio ex oriente ad Innocentium Papam literas cum libello, ſeu profeſſione fidei ſucceſſor Innocentii Zoſimus accepiſſet, jam ſuum libellum porrexerat eidem Pontifici Cæleſtius Pelagii diſcipulus: & ab eo fuerat ſæpius auditus, ut ex epiſtolis Zoſimi tertia ac quarta compertum eſt. Verum is Cæleſtii libellus integer ad nos uſque non pervenit, cogimurque nonnulla illius fragmenta ex variis Sancti Auguſtini locis deprompta tibi repræſentare. Tu ſi alia uſpiam repereris, & nobis ſignificaveris, ſpicilegio, aut appendici non inutilem materiam ſubminiſtrabis.

Cap. 2. *libri ſecundi de gratia, & peccato originali ad Albinum Pinianum, & Melaniam*: Cæleſtius quidem in hoc extitit errore liberior, &c. in urbe Roma in libello ſuo quem beatiſſimo Papæ Zoſimo dedit id aſſeveravit expreſſius: *quod parvulorum neminem obſtringat originale peccatum.*

Cap. 5. In libello autem, quem Romæ edidit, qui geſtis ibi eccleſiaſticis allegatus eſt, ita de hac re loquitur, ut hoc ſe credere oſtendat, unde hic dubitare ſe dixerat. Nam verba ejus iſta ſunt: *Infantes autem*, inquit, *debere baptizari in remiſſionem peccatorum ſecundum regulam univerſalis eccleſiæ, & ſecundum evangelii ſententiam confitemur, quia dominus ſtatuit regnum cœlorum non niſi baptizatis poſſe conferri; quod quia vires naturæ non habent, conferre neceſſe eſt per gratiæ libertatem.*

Cap. 6. *In remiſſionem autem peccatorum baptizandos infantes non ideirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur, quod longe a catholico ſenſu alienum eſt; quia peccatum non cum homine naſcitur, quod poſtmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, ſed voluntatis eſſe demonſtratur. Et illud ergo confiteri congruum ne diverſa baptiſmatis genera facere videamur; & hoc præmunire neceſſarium eſt, ne per myſterii occaſionem ad creatoris injuriam malum antequam fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam.* Atque ut omittam tum hoc, tum ſequentia, in quibus multa & præclara de iiſdem Pelagio atque Cæleſtio.

Cap. 23. Item in libello quem Romæ dedit, cum fidem ſuam a Trinitate unius deitatis uſque ad reſurrectionem, qualis futura eſt, mortuorum (de quibus eum nullus interrogaverat, & unde illi nulla quæſtio movebatur) quantum dicere libuit, explicaſſet: ubi ad id quod agebatur ejus ſermo pervenit: *Si quæ vero*, inquit, *præter fidem quæſtiones natæ ſunt, de quibus eſſet inter pleroſque contentio: non ego quaſi auctor alicujus dogmatis definita hoc auctoritate ſtatui: ſed ea quæ de prophetarum & apoſtolorum fonte ſuſcepi veſtri apoſtolatus offerimus pro-*

probanda esse judicio; ut si forte ut hominibus quis-piam ignorantiæ error obrepserit, vestra sententia corrigatur. Quæ pluribus exagitat ibidem sanctissimus doctor.

Neque vero silentio prætereundum est alium quoque libellum a Cælestio intra Africam fuisse scriptum, de quo Zosimus papa loquitur in ep. ad Afros episcopos.

V. [a] AD EPISCOPOS GALLIÆ.

[a] Cod. Palatinus, qui est in Bibl. Vaticana antiquissimus, eam tribuit Sylvestro papæ, & sedis apostolicæ constitutionem vocat, *ut in scheda mss. observatum est Holstenio.*

De privilegiis ecclesiæ Arelatensis.

I. *Ut qui Romam e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi.*

II. *Ut metropolitanus Arelatensis episcopos ordinet per provinciam Viennensem, & per utramque Narbonensem.*

III. *Ut ecclesiæ Arelatensi suæ parochiæ restituantur.*

Zosimus universis episcopis per Gallias & septem provincias constitutis.

I.

PLacuit apostolicæ sedi, ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire disponit, non alitet proficiscatur, nisi metropolitani Arelatensis episcopi formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus adstipulatione perdoceat. Quod ea gratia statuimus, quia plures episcopi, sive presbyteri, sive ecclesiastici simulantes, quia nullum documentum formatarum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur, fratres carissimi, prætermissa prædicti formata, sive episcopus, sive presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori gradu sit, ad nos venerit, sciat se omnino suscipi non posse. Quam auctoritatem [b] ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat, id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem hæc salubriter constituta temerare tentaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium formatarum sanctо [c] Patroclo fratri & episcopo nostro meritorum ejus speciali contemplatione concessimus. [d]

[b] Vide ep. 3. epistolam.

[c] Reclius dicitur in cod. Palatino minus recte, ut apparet.

[d] Desinit in his verbis in supradicto c. Palat. cui quæ addita, *Bene valete fratres.*

II.

Justimus autem præcipuam, sicuti semper habuit, metropolitanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem. Viennensem, *b* Narbonensem primam, & Narbonensem secundam, provincias ad pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra apostolicæ sedis statuta, & præcepta majorum, omisso metropolitano episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare præsumpserit, vel is qui ordinari se illicite sciverit, uterque sacerdotio se carere cognoscat. Quomodo enim potest auctoritatem summi pontificis obtinere, qui quæ erant pontificis servare contempsit?

III.

Omnes sane admonemus, ut quique finibus territoriisque suis contenti sint: de qua re, ne ad nos querela ulterius redeat, admonemus. Dedit enim exemplum Arelatensis ecclesia, quæ sibi Citharistam & Gargariam parochias in territorio suo sitas incorporari jure desiderat, ne de cetero ullus sacerdos in alterius sacerdotis præsumat injuriam. Sane quoniam metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est: idcirco quascumque parochias in quibuslibet territoriis, etiam extra provincias suas, ut antiquitus habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen. Data XI. Kalend. Apriles, Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus. [a]

[a] Anno Christi 417. exeunte Martio: non ergo tantum die 19. Augusti electus est Zosimus.

Privilegia Arelatensis ecclesiæ quæ & unde accepta.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

1. *Citharistam & Gargariam.*) Lege *Gargarium*. Vetus tabula nondum edita, quæ extat Arelate. *Pagani pagi Lucreti qui sunt finibus Arelatensium loco Gargario.* Atque ita codices antiqui, Arelatensis & Lirinensis, quibus maxime, ac tertio Pithœano, in recensendis Zosimi epistolis usi sumus. At Citharistana parochia mentio est itidem in libro 2. vitæ sancti Cæsarii Arelatensis.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ.

Per Gallias & septem provincias.) Septem provincia hoc loco, & in aliis similibus, intelliguntur, quas vetus Notitia civitatum Galliæ sejunxit a reliquis provinciis Gallicanis; Viennensis nimirum, Aquitania I. Aquitania II. Novempopulana, Narbonensis I. Narbonensis II. & Alpes maritimæ. Quas easdem intellexit Honorius in constitutione proximo ab hinc anno edita ad Agricolam PP. Galliarum, cum statuit ut Arelate bis quotannis conventus fierent e septem provinciis. De his enim loquitur, lapsumque esse memoria Hincmarus, qui inter septem provincias pro Aquitania prima numerat Lugdunensem. Sicut ergo Galliarum, & quinque provinciarum antea nomine Gallicanas omnes provincias complectebantur: ita nunc cum Galliæ & septem provinciæ dicuntur, omnes designantur. Hoc solum fuit discrimen, quod in illa ratione sola Narbonenses provinciæ a communi Galliarum vocabulo secernantur, in hac vero etiam Aquitanicæ. Aquitanos autem a Gallis interdum solitos distingui, Ausonii, Sulpitii Severi, & allorum hujus ævi scriptorum exempla demonstrant.

Ex Tabul. Apparitor. tom. 2.

Arelat. episcopi formatas.) Formatas, seu communicatorias epistolas, sine quibus peregrini clerici ad communionem non admittebantur, accipere solebant, cum alio proficiscebantur, presbyteri, diaconi, & ceteri deinceps ab episcopo suo episcopi a metropolitano, metropolitani a primate seu Patriarcha. Quod sanctus Maximus in disputatione cum Pyrrho sub finem docet, cum Pyrrhi synodum ullam fuisse negat, ad quam συστατικὰς litteras, nec episcopi a metropolitanis suis attulerint, nec metropolitani a patriarchis, Συστατικὰς, inquit, οἱ συνελθόντες ἐκ ἄχρι, ἢν οἱ ἐπίσκοποι παρὰ τῶν μητροπολιτῶν, ἢν οἱ μητροπολῖται παρὰ τῶν πατριαρχῶν. At Zosimus hoc loco singulare privilegium Patroclo Arelatensium episcopo tribuit in Gallia, ut cujuslibet gradus ecclesiastici, sive Romam, sive alio terrarum proficiscuntur extra Galliam, omnes ab eo formatas accipiant, & sine his alibi non suscipiantur.

In ordinandis sacerdotibus.) Episcopis Ecclesiæ Arelatensis episcopo vetus, ut alt, privilegium, & auctoritatem confirmat, ut in ordinandis episcopis metropolitanis jus habeat per tres provincias, Viennensem, & utramque Narbonensem: ita ut honore careant, qui in his provinciis, omisso metropolitano, id est, Arelatensi, episcopos ordinarint, vel episcopi fuerint ordinati. Qua de re iterum alias sapius.

Citharistam & Gargarium.) Citharista in ora Massiliensium promontorii meminit etiam Plinius lib. 3. cap. 4. Gargarii vero loci vetus inscriptio antiqua tabula, quæ extat Arelate: PAGANI PAGI LUCRETI QUI SUNT FINIBUS ARELATENSIUM LOCO GARGARIO, & quæ sequuntur.

No-

Notæ Severini Binii.

Narbonenſis eccleſia Arelatenſi ſubdita.

a Epiſtola.) Quia per S. Trophimum, ſancti Petri Apoſtoli diſcipulum, in Gallias evangelium allatum, ſedeſque Arelatenſis erecta fuit, ideo eidem eccleſiæ olim ea privilegia a ſede Apoſtolica conceſſa fuerunt, ut primaria Galliis eccleſia haberetur, epiſcopi illius non ſolum pallium acciperent a Romano pontifice, ſed etiam vicem ejus agerent, ipſiuſque vicarii dicerentur. Hoc præter epiſtolas Zoſimi ex vetuſto codice Arelatenſis eccleſiæ acceptas, teſtatur Gregorius in epiſtola ad Virgilium Arelatenſem epiſcopum, nec non in epiſtola ſequente ad univerſos Galliarum epiſcopos ſcripta. Bonifacium & Cæleſtinum Pontifices, hac de re aliter ſenſiſſe infra dicemus.

b Narbonenſem primam.) Canone 1. Concilii Taurinenſis ſub Siricio conſtitutum fuerat, ut provincia Narbonenſis Maſſilienſi epiſcopo ſubderetur. Hoc Zoſimus Pontifex, ut Arelatenſis eccleſiæ privilegia ſalva manerent, hic plane irritavit. Vide epiſtolam Zoſimi ad Viennenſis & Narbonenſis provinciæ epiſcopos ſcriptam infra: item Baronium anno 417. num. 40. & 43.

VI. AD EPISCOPOS AFRICÆ, GALLIÆ, ET HISPANIÆ.

De Urſo & Tuentio epiſcopis a Proculo Maſſilienſi in eccleſiæ Arelatenſis præjudicium illicite ordinatis.

Zoſimus Aurelio & univerſis epiſcopis per Africam conſtitutis, univerſis epiſcopis per Gallias & ſeptem Provincias conſtitutis, univerſis epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, a pari.

CUm adverſus ſtatuta patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque ſententiæ, qui in ævum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fidei catholicæ diſciplinæ irrogatur injuria. Quid enim tam ſanctum atque venerabile eſt, quam penitus non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica inſtituta veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei jacta ponderibus? Sed nihil [a] minus ab Urſo & [b] Tuentio, quorum unus, aſſidua ſedis hujus medicina curatus, ad emendati erroris pervenire non potuit ſanitatem: alter vero ante aliquot annos objecta criminatione ſummotus, ſicut civium ſcripta teſtantur, vel ingeſta docuerunt, etiam ab eo ipſo gradum ſummi ſacerdotii accepit, a quo fuerat ante damnatus. Cæcus error in utroque, ut quod eſt potiſſimum in omnibus, nec velit aliorum de Tuentio, nec ſuam de Urſo tenere ſententiam. Sed fac ut honeſti mores hominibus eſſent, & probata ſuffragia. Quid illud, quod prætermiſſo fratre noſtro Patroclo metropolitano epiſcopo Arelatenſium civitatis, ſine cujus auctoritate, juxta majorum canones, nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuoſe & turbide indebitis ſacerdotia impinguntur? Nec ſaltem comprovinciales epiſcopi corrogantur, ut error velamento aliquo tegeretur: ſed Lazarus, dudum in Taurinenſi concilio graviſſimorum epiſcoporum ſententus pro calumniatore damnatus, cum Bricu innocentis epiſcopi vitam falſis objectionibus appetiſſet, poſt vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros in ſynodo * damnationis ejus aſſederat, ſacerdotium conſecutus, a quo ſe ipſe vitæ ſuæ conſcientia, datis literis in abdicationem ſui, ſponte ſubmovit. Revera incongruum fuit, ut illicitum ſacerdotio, omiſſo metropolitano, ſua confeſſione ſpoliatus ſacerdotem pariter ordinaret. Et ne nihil non intempeſtive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adſciſcitur: ſcilicet ut quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deeſſet. Quid his tot tantiſque improba uſurpatione poſthabitis addi poteſt, niſi illud extremum, quod totum tranſcendit errorem, ut territoriis indebitis ad Arelatenſem civitatem antiquitus pertinentibus locarentur? Unum vitium ſi in cauſis talibus eveniſſet, apoſtolicæ ſedis auctoritas etiam cetera deſtruxiſſet. Hic multa concurrunt, improborum & damnatorum ordinatio, prætermiſſio metropolitani, nec non provincialium ſacerdotum, locorumque alienorum impudentiſſima uſurpatio, nec ſaltem diei cuſtodita ſolennitas, & Lazarus in conſortio illicitæ ordinationis adſcitus. Hæc omnia apud nos geſtis teſtimoniiſque diſcuſſa ſunt. Atque utinam in Tuentio pravi tantum mores, non etiam Priſcilliana ſuperſtitio patuiſſet: quæ ſedis hujus dudum humanitas & miſericordia in hoc illi conſulere voluit, ut emendatior de cetero permaneret. Quod beneficium, ſibi pene præter exemplum præſtitum, ſi diligentius obſervare voluiſſet, erroris illum anteacti oportuit pœnitere, non ita præcipiti impetu ad ſacerdotium feſtinare; ut nec diei veterem ſolennitatem, quæ præcipue cuſtodienda fuerat, obſervaret, nec indebito loco crederet abſtinendum. Qua de re ad ſanctitatem veſtram, & per totum orbem, ubicumque, & in quacumque terrarum ſonus catholicæ religionis exiit, ſcripta direximus, fratres cariſſimi, ne Tuentium & Urſum in communione eccleſiæ, in quocumque eccleſiaſtico gradu, a qua in totum anathematizati ſunt, ſuſcipiendos eſſe ducatis. Dicuntur enim circulatores eſſe, quod nos ex ſententiis agnovimus in eorum damnatione ſacerdotali auctoritate prolatis, quas in diverſis regionibus exceperunt. Removendæ ſunt a ſancto corpore putridæ carnes, & a maſſa ſanctificationis acidum execrandumque fermentum. De quibus plura ſcribere pudoris fuit, cum illis pudori non ſit tanta feciſſe. (*) Data ſub die x. Kalendas Octobris Honorio Auguſto XI. & Conſtantio II. Conſulibus. [a]

a mirum
b Hujus meminit Cæleſtinus Papa epiſt. 1.
* damnationi ejus conſenſerat.
a eodem anno 417.

Nota Severini Binii.

Epiſtola.) Hæc epiſtola circularis eſt, qua univerſos epiſcopos de irritatione ordinationum epiſcopalium duarum certiores reddit. Ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum ſcribendi ea fuit occaſio, quod in hac epiſtola agitur etiam de Lazaro, a Proculo Maſſilienſi, qui unus ex Pelagii accuſatoribus, prædam nacto. Epiſtola circularis cur ſcripta?

Notæ poſthumæ JACOBI SIRMONDI S. J.

ORdinarat Proculus Maſſilienſium epiſcopus, aſſecto ſibi collega Lazaro Aquenſi, Urſum, ac Tuentium epiſcopos, apud Cithariſtam, opinor, & Gargarium, quæ parochiæ erant epiſcopi Arelatenſis. Has ordinationes Zoſimus encyclica epiſtola multis nominibus redarguit. Primum, quod ordinati ſint homines jam ante damnati, quos ordinari nefas erat. Deinde quod prætermiſſo metropolitano Arelatenſi ordinati ſunt, quod provinciales epiſcopi adſciti non fuerint, quod Laza- Ex Labbei Appendice Tom. 2.

(*) In Miſſ. teſte P. Couſtant ſequentia verba adjecta reperiuntur: *Juſſimus autem præcipuam, ſicut ſemper habuit metropolitanus epiſcopus Arelatenſium &c.* & cetera ut ſupra in Epiſt. V. ad epiſcopos Galliæ cap. III. tum poſt illud: *requiras examen*, reſumitur: *Omnes ſane admonemus ut quique finibus ſuis contenti ſint, nam barbara & impia iſta confuſio eſt, aliena præſumere. De qua re ad nos &c.* ut in eodem Capite, uſque ad datam quæ ſignatur ut hic.

Lazarus ex alia provincia evocatus, quod aliena loca uſurpata, quod denique legitimus ordinationum dies non obſervatus. Tuentium itaque, & Urſum, ut ejectos ab eccleſia, nuſquam ad communionem ſuſcipiendos ſignificat.

Lazarus in Taurinenſi concilio.) Eadem de Lazaro leguntur in altera Zoſimi epiſtola, quam per hoſce dies ad Africanos epiſcopos de Pelagio ac pro Pelagio ſcripſit: quam cum altera pro Cæleſtio item ſcripta primus in lucem protulit, annalibuſque ſuis inſeruit Cardinal. Baronius. Et quamquam in actis ſynodi Taurinenſis nullum hodie Briccianæ iſtius accuſationis ſit veſtigium, nullam tamen ibi fuiſſe non dixerim. Sed quod Lazarum hoc loco, & in altera illa epiſtola cum Lazaro Herotem, epiſcopum Arelatenſem, virum, ut Proſper in chronico teſtatur, ſanctum & inſontem, tam acerbe traduxit Zoſimus; vereor ne Cæleſtii dolo, & fraude illi perſuaſum ſit. Qui cum ægre ferret ſuam ac Pelagii hæreſim ab his maxime duobus Gallicanis epiſcopis deprehenſam; eorumque judicio, & literis, quæ paſſim proferebantur, divulgatam, omni ope ad nitendum putarit, ut illorum fidem atque famam apud Zoſimum in ſuſpicionem vocaret. Nec mirum de aliis fallere potuiſſe, qui de ſeipſo callide impoſuerat, ut catholicus a Zoſimo crederetur. Quod enim viro docto nuper in mentem venit, duas illas Zoſimi epiſtolas, ne fucum illi factum concederet, falſi damnare, mihi certe probari non poteſt: nec Sancto Auguſtino, ni fallor, aut Facundo Hermianenſi probaretur. Enim vero quænam alia eſt epiſtola Zoſimi, in qua libellum Cæleſtii catholicum dixerit, ut narrat Auguſtinus lib. II. contra epiſtolas Pelagianorum cap. III. ſi hæc non eſt, quam priore loco edidit Baronius? aut quænam alia, in qua de damnato Cæleſtio, ut ſcribit Facundus, damnet Africanos, ſi eam negamus, quæ poſterior eſt apud Baronium? Sed præſtat integrum Facundi locum audire, libro 7. de tribus capitulis ad Juſtinianum: *Inveniet*, inquit, *poſtremo, beatum quoque Zoſimum apoſtolicæ ſedis antiſtitem, contra ſanctæ Innocentii decreſorit ſui ſententiam, qui primus Pelagianam hæreſim condemnavit, fidem ejus Pelagii, ejusque complicis Cæleſtii, quem in eccleſia Carthaginenſi conſiſtum, atque appellantem apoſtolicam ſedem & ipſe geſtis diſcuſſerat, tanquam veram & catholicam laudantem, inſuper & Africanos culpantem epiſcopos, quod ab illis hæretici crederentur, cum, necdum ipſi Africanis epiſcopis dolus eorum multo manifeſtius detegentibus, memoratos Pelagium, & Cæleſtium putaret orthodoxos. Et tamen nec Athanaſium, & Damaſum, nec illos Paleſtinos epiſcopos, (de his omnibus jam dixerat) & Zoſimum, hæreticos credit eccleſia, quia de hæreſibus bene ſenſerunt: ſed potius pro merito ſuæ fidei catholicos judicat & honorat: quoniam non debet crimini deputari ſimplicium, non intellecta verſutia malignorum.*

VII. AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS II.

Ut metropolitanus Arelatenſis in provincia Viennenſi, & in utraque Narbonenſi, ordinandorum epiſcoporum habeat poteſtatem.

Zoſimus epiſcopis provinciæ Viennenſis & Narbonenſis ſecundæ, a pari.

MUlta contra veterem formam Proculus uſurpaſſe detectus eſt in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numeroſa cognitione diſcuſſimus: licet ipſe diu expectatus faſtidioſe ferens ſibi inducias attributas convenire diſſimulet. Attamen illa præſumptio nos admodum movit, quod in ſynodio Taurinenſi, cum longe aliud ageretur, in apoſtolicæ ſedis injuriam ſubripiendum putavit, ut ſibi concilii illius emendicata præſtaret obreptio ordinandorum ſacerdotum, veluti metropolitano, in Narbonenſi ſecunda provincia poteſtatem. Et ne ſolus impudenter indebita poſtulando huic ſedi videretur intuliſſe convicium, ſocium ſibi Simplicium [a] Viennenſis civitatis adſcivit: qui non diſſimili impudentia poſtularet, ut ſibi quoque in Viennenſium provincia creandorum ſacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens auſus, & in ipſo veſtibulo reſecandus, hoc ab epiſcopis ob certas cauſas concilium agitantibus extorquere, quod contra ſtatuta patrum, & ſancti Trophimi reverentiam, qui primus metropolitanus Arelatenſis civitatis ex hac ſede directus eſt, concedere vel mutare ne hujus quidem ſedis poſſit auctoritas. Apud nos enim inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum ſanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem ſuum intermiſſa præcipimus, metropolitanus Arelatenſis civitatis epiſcopus, jam inde a Trophimo ordinationis ſeriem temporibus roboratam inviolabili in utraque Narbonenſi & Viennenſi auctoritate poſſideat. Data III. Kalendas Octobris, Honorio Auguſto XI. & Conſtantio II. conſulibus. [a]

Conc. Taurin. cap. 1.

[a] Greg. Tur. II. 1. ex S. Paulini epiſtola.

Ivo p. 4. cap. 206.

[a] Eodem anno 417.

Nota poſtuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Multa contra veterem.) Reſcindit privilegium quod Proculus Maſſilienſis epiſcopus perperam a ſynodo Taurinenſi expreſſerat, ut epiſcopos in Narbonenſi II. velut Metropolitanus ordinaret. Simplicium etiam Viennenſem perſtringit, quod Viennenſis provinciæ ordinationes ambiat: ſtatuitque, ut metropolitanus Arelatenſis, priſcam, ut ait, jam inde a S. Trophimo in utraque Narbonenſi & Viennenſi ordinandorum epiſcoporum auctoritatem poſſideat.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

Simplicium Viennenſis civitatis.) Paulinus presbyter apud Gregorium Turon. lib. II. hiſt. cap. 13. *Si enim hos videas dignæ Domino ſacerdotes, vel Exuperium Tolo, vel Simplicium Vienna, vel Amandum Burdegaleſa, vel Diogenianum Albiga, vel Dynamium Engoliſma, vel Venerandum Arvernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrocoriis, utcumque ſe habent ſæculi mala, videbis profecto dignißimos totius fidei, religioniſque cuſtodes.*

VIII. AD HILARIUM EPISCOPUM NARBONENSEM.

Primæ Narbononſis epiſcopos a metropolitano Arelatenſi ordinandos eſſe.

Zoſimus Hilario epiſcopo Narbonenſis primæ provinciæ.

MIrati admodum ſumus, dum nobis ſtudioſius requirentibus relatio tua de ordinandis in provincia Narbonenſi prima ſacerdotibus legeretur, quod dum aſſertioni & deſideriis tuis cupis eſſe conſultum, prætermiſſa veri fide, relationem tuam ſub honeſtatis ſpecie coloraſti, aſſerens in aliena provincia ab alio non debere fieri ſacerdotes: cum utique debueris, non quid tibi rectum videatur, ſed quid habuerit antiqua conſuetudo ſuggerere. Ideoque vacuato eo quod obtinuiſſe a ſede apoſtolica ſubreptitie comprobaris, quia ſatis conſtitit Arelatenſis eccleſiæ ſacerdoti priſca id inſtitutione conceſſum, ut non ſolum in provincia Viennenſi, ſed etiam per duas Narbonenſes, epiſcopos faciat. Nam ſanctæ memoriæ Trophimus, ſacerdos quondam Arelatenſi urbi ab apoſtolica ſede tranſmiſſus, ad illas regiones tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in alios non immerito ea quam acceperat auctoritate tranſfudit. Atque hanc ordinandi conſuetudinem, pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & juſtus, cuſtoditum uſque in proximum tempus, geſtis apud nos habitis, multorum conſacerdotum teſtimoniis approbatur. Ergo licet ſola, quæ in ſede apoſtolica habita ſunt, potuiſſent geſta ſufficere; tamen

men etiam hac te auctoritate constringimus, ut præsumptioni tuæ, quam extulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum noveris justæ præscriptionis indictum, neque æstimes tibi ulterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum: cum hoc videas Arelatensis episcopo civitatis, & per apostolicam sedem, & per S. Trophimi reverentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti evidentissima definitione deferri. Si quid contra hæc, frater carissime, quæ a nobis sunt sub Dei judicio statuta, tentaveris, non solum quos faciendos credideris, episcopatum obtinere non posse, sed etiam ipse catholica communione discretus, sero de illicitis præsumptionibus ingemiscas. Data sub die (a) III. Kalendas Octobris Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus. [a]

[a] Eodem anno.

Nota postuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

EXceptioni quam Hilarius objecerat, in aliena provincia ab alio non debere fieri episcopos, opponit antiquam consuetudinem episcoporum Arelatensium, qui non solum in Viennensi provincia, sed per duas etiam Narbonenses, episcopos ordinare soleant. Quocirca inhibet, ne ea potestate in Narbonensi I. utatur, quam subreptitie a sede apostolica obtinuerat. Si secus fecit, non solum episcopatus honorem non habituros quos ordinarit, sed ipsum etiam catholica communione caritutum. Contra hoc Zosimi interdictum, facit epistola secunda Bonifacii ad Hilarium eumdem.

IX. AD PATROCLUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Adversus Proculum, & repentinas neophytorum promotiones.

Zosimus Patroclo episcopo Arelatensi.

QUid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesses examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diversa loca direximus. Unde metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam apostolicæ sedis auctoritate considera, in quem furtive locum (b) pro indebita synodo Proculus usurpatum irrepserat. Quicumque igitur ex Gallicanis undeunde regionibus veniunt, sub quovis ecclesiastico nomine vel gradu formatas per te commoniti mittendas esse cognoscant: alioquin sibi imputabunt, si inefficaciter, hac solennitate postposita, te incontulto ad nos venire tentaverint: quod ab episcopis usque ad ultimum ecclesiasticum gradum observari conveniet, frater carissime. Et quia nonnulli ex quacumque militia se ad ecclesiam conferentes, statim saltu quodam summatem locum religionis affectant, qui gradatim per ecclesiastica stipendia venientibus explorata solet discussione differri: idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus, si qui jam ordinati sunt, in eo gradu, ad quem saltu subito pervenerunt, perdurare debebunt. Si enim apostolus neophytum sacerdotio non statim cumulari jubet, & hoc idem canonum statuta sanxerunt; hoc addimus nostra sententia, ut quisquis de cetero vel summo sacerdotio, vel presbyterii gradu, vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat & se gradus sui subire jacturam, nec in illum valitura esse quæ contulit: ut saltem ab ordinatione præcipiti metus iste summoveat, quos examinata [a] discussio coercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies notitiam pervenire, ut nec hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. Data (c) III. Kalendas Octobris Honorio XI. & Constantio II. consulibus. [b]

[a] dissensio

[b] Eodem anno.

Nota Postuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Ex Labbei Appendice Tom 2.

DAmnatum exauctoratumque Romæ a Zosimo Proculum fuisse, litteras etiam encyclicas de ejus damnatione scriptas, hac epistola testatur. Confirmat autem Patroclo privilegium formatarum, & metropolitani in Narbonensi II. dignitatem, in quam Proculus irrepserat, tum deinde ordinationes episcoporum ne per saltum fiant edicit in posterum.

Saltu quodam) In sacris ordinationibus duo inter cætera semper spectavit ecclesia. Unum, ut gradatim fierent per singulos gradus ordinum: ita ut non ante jam quam ad superiorem ascenderet, quam inferiores suscepisset. Quod qui non servabat, verbi gratia qui ex subdiacono repente, prætermisso diaconatu, presbyter fiebat, per saltum promoveri dicebatur. Alterum, ut justa quisque ac legitima in singulis gradibus stipendia expleret, præfixaque singulis tempora observaret. De quibus Zosimus idem scribit in epistola ad Hesychium Salonitanum. Quod si quando contrahi hæc temporum spatia necessitas cogeret; prius tamen illud, ut ordines gradatim irent, religiose semper tenuerunt. Ut de sancto Ambrosio, qui catechumenus ad episcopatum sublatus adsciti, innuit ejus vita Paulinus: *Baptizatus itaque fertur omnia ecclesiastica officia implesse, atque ultima die episcopus ordinatus est cum summa gratia, & latitia omnium.*

X. AD CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Judicium Cælestii se catholicum profitentis, usque ad meliorem informationem ab Africanis expetitam dilatum esse enunciat.

Zosimus Aurelio ac ceteris qui in concilio Carthaginensi adfuerunt, dilectissimis fratribus, in domino salutem.

QUamvis patrum traditio apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque servaverit; & currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomine, a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet, exsolvat: tantam enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut & ligata solveret, & soluta vinciret; par postestatis data conditio in eos qui sedis hæreditatem, ipso annuente, meruissent. Habet enim ipse cum omnium ecclesiarum, tum hujus maxime, ubi sederat, curam; nec patitur aliquid privilegii aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa sui nominis firma, & nullis hebetata motibus constituit fundamenta, & quæ sine periculo temere nullus incesset. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium majorum studia firmaverit, ut tam humanis quam divinis legibus & disciplinis omnibus firmetur Romana ecclesia, cujus locum

Sedis apostolicæ & Romanorum pontificum summa auctoritas.

(a) Mss. Gallic. apud Coustant VI. Kal. Octob.
(b) P. Coustant ex Mss. emendat: *per indebita a Synodo.* (c) Coust VI.

lorum nos regere, & poteſtatem nominis obtinere non latet vos, ſed noſtis, fratres cariſſimi, & quemadmodum ſacerdotes, ſcire debetis: tamen cum tantum nobis eſſet auctoritatis, ut nullus de noſtra poſſit retractare ſententia: nihil egimus, quod non ad veſtram notitiam noſtris ultro literis referremus; dantes hæc fraternitati, ut in commune conſulentes, non quia quid deberet fieri neſciremus, aut faceremus aliquid quod contra utilitatem eccleſiæ veniens diſpliceret, ſed pariter vobiſcum voluimus habere tractatum de illo qui apud vos (ſicut ipſi per literas dicitis) fuerat accuſatus, & ad noſtram, qui ſe aſſereret innocentem, non refugiens judicium ex [a] appellatione priſtina venerit ſedem, accuſatores ſuos ultro depoſcens, & quæ in ſe crimina per rumorem falſo dicebat illata condemnans: omnem ejus petitionem prioribus literis, quas vobis miſimus putavimus ac novimus explicatam, ſatiſque illis ſcriptis, quæ ad illa reſcripſeratis, credimus eſſe reſponſum.

[a] Marius Mercator, tom. I. concil. Ephesini, cap. 9.

Sed poſt miſſæ per Marcellinum ſubdiaconum veſtrum epiſtolæ omne volumen volvimus: quo aliquando perlecto, ita totum literarum comprehenditis textum, quaſi nos Cæleſtio commodaverimus in omnibus fidem, verbiſque ejus non diſcuſſis, ad omnem (ut ita dicam) ſyllabam præbuerimus aſſenſum. Nunquam temere, quæ ſunt diu tractanda ſinuntur; nec ſine magna deliberatione ſtatuendum eſt, quod ſummo debet diſceptari judicio. Idcirco noverit veſtra fraternitas, nihil nos poſt illas, quas ſuperius vel literas veſtras accepimus, immutaſſe, ſed in eodem cuncta reliquiſſe ſtatu, in quo dudum fuerant, cum hoc noſtris literis veſtræ indicavimus ſanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos miſſa erat obteſtatio, remaneret. Subſcripſi. Bene valete. Data XII. Kalendas Aprilis. Honorio Auguſto XII. conſule. [b] Accepta tertio Kalendas Majas.

De literis Carthaginenſium ad Zoſimum tertio datis.

[b] Anno Chr. 418

XI. AD PATROCLUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Adverſus Proculum eumdem, ejuſque ordinationes.

Zoſimus Patrocło epiſcopo Arelatenſi.

CUm & in præſenti cognoveris, & frequentibus a nobis literis ipſe ſis monitus, ut auctoritate metropolitani, quam tibi apoſtolicæ ſedis pronunciatione firmavimus, Proculi auſibus conatibuſque illis, quibus adhuc ſe putat aliqua poſſe turbare, hujus rei oppreſſu occurreres, renitens rigore cenſuraque, quam pro regularum confirmatione ſuſceperas: quippe cum & tibi noſtrum delegatum noſtes officium, & illum ſcires eſſe damnatum; miror quid poſt iſta Proculo liceat, aut vacet illa quæ conſueverat, aut peiora committere. (a) Quidnam putant unde iſtam habeas poteſtatem tuam, frater cariſſime, ut cenſuerimus cenſeamuſque quicumque de illis ad noſtras regiones venerint, ſine tua non ſuſcipiendos eſſe formata, nec probandum, quem non in provincia poſitus ipſe probaveris? Poſt iſtum ecce delegationem ad nos rumor advenit, Proculum quaſi conſuetis ludere, & uti moribus ſuis, junxiſſe ſibi quoſdam idoneos turbationibus homines, & poſt illa quæ illi interdiximus ordinaſſe. Sed ſciant, quibus hanc epiſtolam volumus in notitiam pervenire, ſuſcipi ſe nullatenus poſſe, qui aut contra regulas repente, aut poſtquam interdiximus illi, ſunt ordinati. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus. [a]

[a] Eodem anno.

XII. AD MASSILIENSES.

Patroclo eſſe commiſſum, ut Proculi loco alium epiſcopum accipiant.

Zoſimus clero, & ordini & plebi conſiſtenti Maſſiliæ.

NOn minor Proculum in conſueta adhuc fronte durare, & oblitum penitus pudoris quotidie digna damnatione committere, nec aliquando deſiſtere, ut toties commonitus prohibituſque non ceſſet. Ecce cœtum veſtræ dilectionis ſua, qua ſola notus eſt, turbatione confundit: nec eccleſiam patitur eſſe concordem, cum ſuis id agat ſemper officiis, quatenus aggerens poſtrema prioribus, malum aliquod quod ante commiſerat in pejus emendet. Cum ipſe jam non ſit epiſcopus, epiſcopos facit, & humanus largitor aliis ſe dicit poſſe præſtare, quod datum ſibi aliquando immerito, tenere non potuit. Addens ſibi jungitque inquietæ mentis homines, & qui ſoli poſſunt favere damnato, per quos quæcumque turbarum ſtudioſus cogitat, hac ſua fidens ſocietate conficiat. Sed habeo, fratres cariſſimi, veſtri curam, moleſte ferens, quidquid ille quotidianis auſibus facit, id vos Chriſtianum populum, & qui in noſtra caritate perſiſtat, poſſe perferre, nec ejus obviare factis, aut repugnare conatibus. Idcirco curam veſtri licet & prioribus commiſerim literis veſtræ metropolitano provinciæ, fratri & coepiſcopo noſtro Patroclo, tamen iterum committo, ut ipſius tuti conſilio, & pro diſciplinarum ratione formati, ejus obtemperantes nutibus dignum poſſitis accipere ſacerdotem. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus. [b]

[b] Eodem anno.

Nota poſtuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Clero, ordini, plebi Maſſil.) Invehitur in Proculum, qui licet exauctoratus, tamen pro epiſcopo, ut antea, ſe gerebat, & inquietorum quorumdam auxilio fretus eccleſiam turbabat. Significat ſe ipſorum curam Patroclo Arelatenſi demandaſſe, ut ejus, velut epiſcopi ſui, conſilio, & nutibus obtemperarent. Cesſerintne Patroclo tandem Proculus, exploratum non eſt. Sed de Zoſimo ſubit iterum mirari, qui factum ſit, ut Proculo infenſior videatur, quem ſanctum pontificem Hieronymus appellat epiſt. 4. faveat contra Patroclo, cujus ad epiſcopatum Arelatenſem fœdas actus, fœdior adminiſtratio memoratur. Pulſo ſiquidem a civibus Herote, ut Proſper in chronico ſcribit, viro ſancto & infonte, in ejus locum ordinatus eſt anno Chriſti 412. quod amicus & familiaris eſſet Conſtantii magiſtri militum, cujus per ipſum gratia quærebatur. *Itaque reſ*, inquit, *cujus per ipſum gratia quærebatur. Itaque reſ, cujus per ipſum gratia quærebatur. Itaque reſ, inquit, cujus per ipſum gratia quærebatur. Itaque reſ, inquit, cujus per ipſum gratia quærebatur. Itaque reſ, inquit

ecclesiæ Arelatensis, plurimum momenti apud Zosimum habuisse, ut de Patrocli artibus nihil dicam, Constantii magistri militum, mox Cæsaris, qui Patrocło, & Arelatensibus favebat, auctoritatem & gratiam. De funesta vero Patrocli ejusdem cæde, Prosper idem agit in chronico vulgari ad annum Christi 426.

XIII. AD EPISCOPOS PER BYZANTIUM CONSTITUTOS.

Ut sacerdotes præsentibus laicis non judicentur.

Zosimus episcopis per [a] *Byzantium constitutis, dilectissimis fratribus, in domino salutem.*

[a] Byzacium

Ex codice manuscripto vetustissimi monasterii VVeingartensis: sed diversitas styli maxima, eam de fide suspectam reddit, & aliquibus in locis mendosa est.

Miror vos nullam reverentiam nostri nominis præstare fastigio, nec honorem episcopatui talem deferre, qualis debet ab his servari, quorum hic honor est. Judicaturi laici de episcopis sedent, & hoc vestrum dicitis esse concilium, ubi non sacerdos laicum, sed laicus permissione vestra judicaturus interest sacerdotem: non enim sibi poterit, quamvis honoratus fuerit, laicus tantum de quovis honore blandiri, ut merito interfuisse videretur, quod erat constitutum ecclesiasticum. Adde quod telonariorum sive demonariorum etiam nomen inseritur, & judicium in episcopum ab hac congregatione collegitur. Sedent publicani homines, & auditur episcopus, & talibus, quid fas non est facientibus: vobis auditur illud quoque, quis non rideat, imo non doleat, cum taliter ecclesiasticam videat regulam titubare, & vigorem canonum ad hoc esse dejectum: quando hoc, & ubi factum docetur exemplum? quæ ætas meminit? quis sacerdos audivit? cum fuerint innumeri, qui amplissimis abdicatis honoribus ita potentiam refutaverint sæcularem, ut vel minimi nominis clerici maluerint sustinere, nec aliquid prioris dignitatis ambitu judicari, & cede judicibus vera & certa præscriptio: quid vultis de consensu judicem laicorum vel clerici, qui hoc solum nomen sine pristinas ne sæcularitates gloria erubescit audire: quid vobis certe indulgete, si dicam, cum judicaturi cum talibus consideris; illud autem non nobis prætermittendum videtur, præsertim cum hoc nulla acervitas fecerit judiciorum: nullus ordo meminerit, ut quærendi adversarium suum alicui necessitas imponatur, & ad judicium deducendi, cum ille ultro se debet inferre, qui arguit. Unde hoc invicem scriptum ad vestram tranmissimus caritatem per fratrem & coepiscopum nostrum Numunianum. Bene valete, fratres, & ad latus, XVI. Kalendas Decembris, Honorio XII. & Theodosio VIII. consulibus Augustis. [b]

[b] Anno Christi 417

DECRETUM EJUSDEM ZOSIMI PAPÆ EX GRATIANO DESUMPTUM.

Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet.

Huius canonis expositionem vide supra quæst. 1. contra statuta.

Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec hujus quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

Tractatoriam Zosimi Papæ epistolam, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt longissimam amplissimo sinu suo continuisse omnia prava dogmata, de quibus fuerant accusati, omnemque causam eorum in illa fuisse narratam, atque per totum orbem catholicum, ad omnes quaquaversum episcopos ecclesiasque dimissam affirmat noster Marius Mercator, & cum eo Augustinus, Prosper, aliique complures, ex quibus hæc quæ supersunt fragmenta collegimus.

S. Augustinus ep. 157. ad Optatum de peccato originali edisserens hæc inseruit: Nam ut jam verbis utar, quæ in ipsa epistola beatissimi antistitis Zosimi leguntur: *Fidelis dominum in verbis suis, ejusque baptismus re ac verbis, id est opere, confessione, & remissione vera peccatorum, in omni sexu, ætate, conditione generis humani eamdem plenitudinem tenet. Nullius enim nisi qui peccati servus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captivus; sicut scriptum est:* si vos filius liberaverit, vere liberi eritis. *Per ipsum enim renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo, ipsius morte mortis ab Adamo omnibus nobis introducta, atque transmissæ universæ animæ illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius.* In his verbis apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata, certa, & clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christianos. De eadem epistola plura dicens ex eumdem S. Augustini capp. 8. 17. 21. aliisque lib. 11. de gratia & peccato originali ad Albinum, Pinianum atque Melaniam, atque ut Possidium, Gennadium, aliosque fileam, Prosper cap. 21. contra Collatorem: *Quando Africanorum conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & adimpiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum*, cum ei subscribere scilicet omnes ubique catholici aggressi sunt, ut cum ex aliis, tum ex Mario nostro didicimus. In chronico quoque ad annum 418. ista referuntur: *Concilio apud Carthaginem habito 214. & amplius episcoporum ad Papam Zosimum synodi decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.*

Idem quoque Prosper, sive quis alius, inter auctoritates, sive sententias præteritorum sedis apostolicæ pontificum epistolæ S. Cælestini Papæ ad Galliarum episcopos subjici solitas, hæc habet:

Cap. v. Quod omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo, quod ipse donaverit, in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zosimi regularis auctoritas cum scribens ad totius orbis episcopos, ait: *Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt unde manarunt) ad fratrum & coepiscoporum conscientiam universum retulimus.* Hunc autem sermonem sinceritatis veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum scriberent. *Illud vero quod in literis, quas in universas provincias curasti esse mittendas, postulasti dicens:* Nos tamen instinctu Dei &c. *sic accipimus dilectum ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt*

[a] Eadem habentur in libris contra Collatorem

lunt humani arbitrii libertatem diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens amputaret: quid enim tam libero &c. quæ poſtea ſubjicientur primæ Cæleſtini epiſtolæ: non ſecus ac caput VI. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cum ad totius orbis epiſcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus conſiſque, cogitationibus, motibus adjutor & protector orandus eſt: ſuperbum eſt enim ut quicquam ſibi humana natura præſumat clamante apoſtolo.* Non eſt nobis, & quæ ſequuntur ſuo poſtea ordine integre reddenda.

ANNO CHRISTI 417.

CONCILIUM THUSDRITANUM

Habitum circa annum Chriſti CCCCXVII.

Ex Nova Balluzii Collectione

Habitum in Africa fuiſſe Concilium iſtud patet ex præfatione Concilii Teleptenſis, in qua Vincentius & Fortunatianus legati provinciæ proconſularis ita loquuntur: Etiam cum Thuſdrum fuiſſemus, ſicut mecum recolit memorialis auditio veſtra, & epiſtolas ſanctæ memoriæ Sericii ſedis apoſtolicæ Epiſcopi dedimus recitandas; ex quibus ex eum unam relegeret ſanctimonium fratris noſtri Epiſcopi Latonii, utrumque nos nunc referre ſuggeſſit indicat. *Apud Thuſdrenſem itaque conventionis acta eſt epiſtola Papæ Sericii, vila ipſa fortaſſis quæ hodie extat in actis Concilii Teleptenſis. Duos ejuſdem, ut videtur, ſynodi canones nobis conſervavit brevialio canonum Ferrandi Diaconi, qui ſic habent.*

Ut exceptis ſenibus, qui loco moveri non poſſunt, & infirmis Epiſcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. Ferrand. c. 26.

Ut Epiſcopus qui, non ſuſcepta legatione, universali Concilio intereſſe præſumpſerit, ab eis Epiſcopis qui legationem ſuſcipiunt, ad ipſum Concilium non admittatur. Ibid. c. 27.

SYNODUS ROMANA I.

IN CAUSA CÆLESTII.

Ex Codice P. Pithœi Arelatenſi pag. 499

CÆleſtius audita morte Innocentii PP. ex Oriente Romam ſtatim advolavit; quo cum perveniſſet, Zoſimus Papa in S. Clementis Baſilica confeſſum habuit, & quidquid ad eam uſque diem in ejus cauſa actum fuerat, excuſſum eſt, introductuſque etiam Cæleſtius, ac lectus libellus, quo fidem ſuam teſtabatur, ut ſcribit Zoſimus in Epiſt. ad Aurelium & univerſos Epiſcopos Africæ data & ſupra pag. 350. allata. Ejus profeſſio Zoſimo viſa eſt catholica, non quod, quæ dogmata Cæleſtii continebat, ipſe approbaret, ſed quod Apoſtolicæ ſedis judicium ampleſti ſe paratiſſimum ille exhiberet: *In homine acerrimi ingenii*, ait Auguſtinus lib. 2. contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap. 3. *qui profecto, ſi corrigeretur, parata ſe promiſiſſet, voluntati emendationis, non fidei dogmatis approbata eſt.* Non putavit tamen Zoſimus ejus libellum ſibi debere ſufficere, ſed variis interrogationibus ejus animum exploravit, ut liquet ex laudata Zoſimi ad Epiſcopos Africanos Epiſtola. Is vero Cæleſtium excommunicationis vinculis, quibus innodatus erat, abſolvendum eſſe non judicavit: *ſed interpoſito duorum menſium tempore, donec reſcribcretur ex Africa, reſpiſcendi ei locus ſub quadam medicinalis ſententiæ cenſitate conceſſus eſt*, inquit Auguſtinus lib. 2. de Peccato Orig. cap. 7. quod Aurelio ceteriſque Epiſcopis Africanis per literas Zoſimus ſignificavit datas XI. Kal. Octob. & ſupra allatas p. 354. Zoſimus autem magis ipſe præcipitem in cauſa Herotis Epiſcopi Arelatenſis, & Lazari Epiſcopi Aquenſis, qui ſevere in prædictis literis præſtringuntur, præbant, quippe quos abſentes & Epiſcopatu & communione privavit, ſive Cæleſtii criminationibus, ſive Patrocli tum temporis ſedem Arelatenſem pro Herode occupantis querimoniis motus. De Herote, & Lazaro Pelagii, ac Cæleſtii accuſatoribus conſule quæ e veteribus monumentis congeſſit Card. Norifius lib. 1. hiſt. Pelag. cap. 12.

Poſtquam Zoſimus pro Cæleſtio ſcripſit ad Epiſcopos Africanos, Pelagius ſuam quoque Epiſtolam, qua hæreſis crimen a ſe depelleret, miſit cum adjuncta fidei Profeſſione, in qua ſincere quid crederet, quidve reſpueret, ſe ſe declarare prædicabat. In ea Cæleſtium imitatus, ea capita, quorum nemo illum poſtulabat, multis diſputat, ſed ubi ad Baptiſmi quæſtionem venit, *baptiſma*, inquit, *unum temnat, quod iiſdem Sacramenti verbis in infantibus quibus etiam in majoribus, aſſerimus eſſe celebrandum*: quæ verba nihilominus ipſum ad originalis culpæ confeſſionem non adſtringebant. Sic neque exprimebat qualem gratiam agnoſceret neceſſariam, & ex iis quæ Auguſtinus de Pelagianorum fraudibus tradit, intelligimus illam fidei expoſitionem, in qua nihil eſſe prorſus videtur niſi orthodoxum, ianuam eorum omnibus erroribus patefacere. Ea tamen accepta Zoſimus ſcripſit ad Epiſcopos Africanos ſupra citatam Epiſtolam XI. Kal. Octob. datam, in qua ait, liquido ſe purgare Pelagium, ac fidem ejus tanta perſpicuitate exponere, ut locum malignis interpretationibus nullum relinqueret. Hæc igitur acta in hac Romana Synodo, e qua emanarunt duæ ad Africanos Epiſcopos Zoſimi Epiſtolæ ſupra allatæ pag. 350. & 354. quas ſinceras aſſerit Garnerius in notis ad Marium Mercatorem contra M. Antonium Cappellum, qui easdem adulterinas putavit.

CON-

ANNO CHRISTI 418.

CONCILIUM AFRICANUM CARTHAGINE CONTRA PELAGIANOS.

Habitum initio anni Chriſti CCCCXVIII.

Ex Pagi Critica ad An. Chr. 418. n. 7. & ſeqq.

CUm Africani Epiſcopi Zoſimi literas de Cæleſtio & Pelagio bene ſentientibus accepiſſent, ad Synodum Carthagine indictam convenerunt, non illam quidem, quæ Kalendis Maiis iterum Carthagine habita fuit, de qua mox poſt Baronium Conciliorum editores, ſed ad alteram huic anteriorem. Duo ſiquidem anno 418. Concilia contra Pelagianos Carthagine coacta fuiſſe, in dubium revocari non poteſt. Epiſtola enim Zoſimi P. data 12. Kal. April. hujus anni, & ſupra allata p. 416. hanc præfert inſcriptionem: *Zoſimus Aurelio ac ceteris qui in Concilio Carthaginenſi adfuerunt*. Quare die 21. Martii, quo eæ literæ datæ, Concilium Carthaginenſe jam finitum erat, ideoque illud, quod die prima Maii habitum, ab illo diverſum fuit. Præterea Auguſtinus in epiſt. 115. alias 47. ad Valentinum, ait: *Item quod Papæ Zoſimo de Africano Concilio ſcriptum eſt, ejuſque reſcriptum ad univerſos totius orbis Epiſcopos miſſum; & quod poſteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipſum errorem breviter conſtituimus &c.* Vides Auguſtinum teſtari, Zoſimo Eccleſiam Romanam adminiſtrante duo Concilia adverſus Pelagianos in Africa indicta fuiſſe. Ab Auguſtino Proſper in Chronico non diſſentit, ut obſervavit Card. Noriſius lib. 1. hiſt. Pelag. cap. 4 quem conſule.

Non convenit autem inter Autores, an utrumque Concilium anno 418. habitum fuerit. Queſnellus enim in diſſert. de concil. contra Pelag. & Patres Benedictini in Præfatione ad Tomum X. operum S. Auguſtini num. 16. autumarunt, Concilium Africanum 214. Epiſcoporum autumno ſuperioris Chriſti anni celebratum fuiſſe. Sed non dubito, quin Card. Noriſius, & Garnerius rectius cenſuerint, hanc Synodum indictam fuiſſe Carthagine ab Aurelio prope Kalendas Januarias, ut habet Card. Noriſius, non vero ante quadrageſimam die 20. Februarii hoc anno inchoatam, ut putavit Garnerius, qui animum non advertit ad Concilium Zellenſe die 24. Februarii celebratum cui ſine dubio intereſſe debebant aliqui ex Epiſcopis ad Concilium Africanum vocatis, quod ideo circa medium Februarium abſolvi debuit. Parte alia prior Zoſimo ad Afros Epiſtola anno præcedenti data, qua eos monuit, ut mitterent aliquos intra ſecundum menſem, qui Cæleſtium reum peragerent, conſignata fuit Baſiliſco ſubdiacono Rom. Eccleſiæ, qui ipſo menſis Novembris initio Carthaginem pervenit, ut liquet ex libello Paulini, in quo dicitur, eum IV. Nonas Novembris cum geſtis apoſtolicæ ſedis directis Paulinum ſermone convenïſſe; neque enim verosimile Baſiliſcum, ubi Carthaginem advenit, omnia Zoſimi mandata ſtatim executioni non dediſſe. Queſnellus quidem, qui contendit hanc Synodum habitam fuiſſe menſe Octobri, vel Novembri an. 417. ex laudatis Paulini verbis infert, Baſiliſcum adhuc Carthagine IV. Nonas Novembr. verſatum eſſe, jamdiuque antea in eam urbem perveniſſe. Verum ex illis verbis manifeſte patet, ea ad Baſiliſci adventum, non vero ad ejus in urbe Cathaginenſi commorationem referenda eſſe. Certe ad congregandam Synodum adeo numeroſam, 214. Epiſcoporum, eo longius temporis ſpatium magis neceſſarium fuit, quo plures Epiſcopi e remotis Africæ regionibus vocandi erant, & aliunde mos non ferebat, ut Antiſtites extra ſuas eccleſias Natalem Domini celebrarent. Quare cum die 15. Februarii jam ea Synodus abſoluta eſſe debuerit, ut mox oſtendo, congregata fuit medio menſe Januario, quia ſi tardius inchoata fuiſſet, ante medium Februarium abſolvi non potuiſſet; qua tamen de re dubitare non licet. Ex tertiis quippe Zoſimi ad Afros literis anno 418. Romæ die 21. Martii datis, apparet Marcellinum Carthaginenſis Eccleſiæ ſubdiaconum literarum hujus concili perlatorem fuiſſe, ideoque & ex urbe Carthaginenſi ante medium Februarium, finito jam concilio, Romam profectum eſſe. Cum enim poſt eius Romam adventum Zoſimus die 21. Martii ad Concilii Africani literas reſponderit, jam ab octo ad minus diebus Marcellinus Romam adventarat, quia prolixiſſima ſcripta Concilii fuiſſe teſtatur ipſe Zoſimus in ea epiſtola: *poſt miſſæ*, inquit, *per Marcellinum ſubdiaconum veſtrum epiſtolæ omne volumen evolvimus, quo aliquando perlecto &c.* prolixitatis enim indices ſunt voces iſtæ. Ex quo ſequitur Marcellinum circa medium Februarium Carthagine diſceſſiſſe, poſtquam ſcilicet Synodus Africana ad finem perducta fuit.

Concilio Africano ſuo tempori reddito, quæ in ea geſta ſint, videamus, quæ, monumentis deperditis, nonniſi ex literis Zoſimi, ac libris Auguſtini, Proſperi, ac Marii Mercatoris, & ex parte tantum, erui poſſunt. Ex laudata Zoſimi Epiſtola die 21. Martii ſcripta diſcimus Synodum bis ad Zoſimum ſcripſiſſe, in principio ſcilicet, & in fine. *Noverit Fraternitas veſtra*, inquit Zoſimus *nihil nos poſt illas, quas vel ſuperius, vel nunc literas* [1] *veſtras accepimus, immutaſſe, ſed in eo cuncta reliquiſſe ſta-*

1 Carthaginenſe ſub Aurelio XVI.

2 Garnerius nec Zoſimi loco innixus duplicem Synodum conſtituit, quæ celebratæ fuerint inter primam Zoſimi Epiſtolam anno 417. ad Afros datam, & tertiam eiuſdem die 21. Martii hujus anni ad illos ſcriptam: priorem menſe Decembri, vel etiam Novembri anni 417. poſteriorem ante quadrageſimam anni 418. quod ex prima dicatur Zoſimus literas accepiſſe cum obteſtatione Afrorum, inſtrumentiſque cauſæ, quibus literis non reſpondit; ex poſteriori vero Synodica miſſa ſit, cui reſponſum illud dedit die 21. Martii. Verum unicam Synodum intra menſem Octobris anni ſuperioris & Kalendas Maii hujus anni habitam ex ipſo Garnerii fundamento verbiſque

in, ut illa, quæ a vobis ad nos missa erat obtestatio, remaneret: reſcribit enim ſe priores & poſteriores Africanorum literas accepiſſe. Cum priores illæ Concilii Africani literæ ad Zoſimum perierint, quid eæ continerent, ex ipſis Zoſimi tertiis literis 21. Martii datis cum Queſnello expiſcandum. Cum enim utriſque Africanorum literis iſtæ reſpondeant; priori patre prioribus; poſteriori, eaque breviſſima, poſterioribus ſatisfacit. Apparet igitur duo maxime prioris Africanæ Synodi Epiſtolæ capita fuiſſe: unum, quo graviter expoſtulabant adverſus Zoſimum, quod poſthabito & Africanæ Eccleſiæ & Romanæ per Innocentium judicio, quo finita Cæleſtii cauſa fuerat, ad novum eum examen revocaſſet. Huc enim ſpectare videtur privilegiorum apoſtolicæ ſedis commendatio, quæ totam fere Zoſimi implet epiſtolam. Secundum epiſtolæ caput erat Africanorum Epiſcoporum obteſtatio. Scilicet cum intelligerent ex epiſtola Zoſimi hunc ad Pelagium Cæleſtiumque abſolvendos feſtinare, niſi accuſatores Romam accurrerent, & ſuæ accuſationis capita probarent, obteſtatorium libellum interpoſuerunt, quo ſuum ſibi jus ſervari poſtulabant, & ut nihil de ſententia in utrumque illum prolata immutaretur, ſaltem donec unum e ſuis Romam mitterent cum idoneis cauſæ inſtrumentis quibus hæreticorum artes aperirentur, docereturque quam legitime & canonice damnati eſſent.

Poſtquam priores iſtæ literæ ad Zoſimum miſſæ ſunt, Epiſcopi in Synodo Africana coacti matura deliberatione inter ſe inquiſiere, quidnam facto opus eſſet, ut hæretici artibus occurreretur. Huic itaque Concilio tribuenda, quæ apud Auguſtinum, Proſperum, & Marium Mercatorem ex Africano Concilio profecta annotantur, quia ex Synodo Kalendis Maii habita ad Rom. Pontificem ſcriptum non eſt ab Africanis Patribus niſi Epiſtola, qua Patres gratias reddebant Pontifici, quæ ad nos non pervenit. Ad hæc conſtat ex D. Auguſtino in epiſt. 115. ad Valentinum, cujus verba ſupra retulimus, Zoſimi reſcriptum ad univerſos totius orbis epiſcopos miſſum, datum eſſe poſt Concilium Africanum, & ante poſtremum Plenarium.

A Quare Concilium illud, ex quo omnia cauſæ geſta miſſa dicuntur ad Zoſimum, primum eſt Carthaginenſe, ſeu Africanum, non vero ſecundum ſeu plenarium, ut perperam ſcribunt Garnerius diſſert. de Syn. & Marca in diſſert. de veter. Collect. Can. cap. 16.

Ad hoc igitur concilium referendum eſt, quod ſcribit Auguſtinus lib. de Peccato Orig. cap. 7. & 8. illud ſcilicet revocaſſe in memoriam Papæ Zoſimo, quod ejus prædeceſſor Innocentius de geſtis Palæſtinæ ſynodi judicaſſet, & poſt cujus reſcripta in Cæleſtium juſtiſſima ſententia eſt prolata. Procuſa quoque in eodem eſt inſtructio ad Zoſimum, qua Pelagianam hæreſim melius poſſet cognoſcere, ut annuit Auguſtinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. ubi de Cæleſtio per Africanos convicto ait: *Hoc ut plenius, & manifeſtius in illo fieret, expectabatur, venturis ex Africa literis* &c. Ejuſdem concilii pars eſt, quod ſcribit Proſper cap. 5. contra Collatorem: *Erraverunt ducenti XIV. Sacerdotes, qui in epiſtola, quam ſuis conſtitutionibus prætulerunt, ita Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem beatum Zoſimum allocuti ſunt: Conſtituimus in Pelagium atque Cæleſtium per venerabilem epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Petri ſede prolatam manere ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur, Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolum ad cognoſcendam, verum etiam ad faciendam juſtitiam, nos per actus ſingulos adjuvari, ita ut ſine illa nihil veræ ſanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus.* Ubi obſerva epiſtolam Concilii Synodicam ab ejuſdem conſtitutionibus minime diſtinguendam, ut perperam exiſtimavit Queſnellus: concilia enim in ſuis Synodicis referebant ad ſummum Pontificem, quæ a ſe geſta fuerant, & quibus moti rationibus id egiſſent. Alteram igitur, omnibus probe perpenſis, epiſtolam ſcripſere patres hujus Concilii, quod cum geſtis, aliiſque ad cauſam Pelagianam pertinentibus Marcellino Carthaginenſis Eccleſiæ ſubdiacono, ut eam quamprimum ad Zoſimum deferret, conſignarunt; poſt quam plenariam Synodum circa Kalendas Maii habendam Carthagine indixiſſent.

SYNODUS ROMANA II.

ZOSIMI IN CAUSA PELAGII.

EX priori Carthaginenſi Synodo cum Marcellinus Romam medio circiter Martio perveniſſet, Zoſimus P. perlectis geſtis, omnibuſque inſtructionibus quæ prolixiſſimæ erant, a patribus Africanis confectis, XII. Kal. Aprilis tertiam ad Afros miſit Epiſtolam, allatam ſupra p. 370. in quas eos certos facit rem adhuc eſſe integram, ſe eorum obteſtationis rationem habuiſſe, omniaque ſuſpendiſſe. Examinatis deinde, quæ hactenus adverſus Cæleſtium tam Romæ, quam in Africa facta fuerant, eum ad pleniorem audientiam, ſummumque judicium vocavit; ſed hæreſiarcha cum artes ſuas patere, nullumque ſupereſſe tergiverſandi modum videret, ſeſe examini ſubduxit, ſive latuerit in urbe apud ſuos, ſive in proximis Romæ locis ſubſtiterit. Cujus fuga, ubi innotuit, continuo lata in eum ac Pelagium decretoria ſententia, ſcriptaque univerſis mundi epiſcopis grandis illa epiſtola quam *Tractoriam* Mercator vocat, & cujus aliqua tantum nobis fragmenta reſtant. Hæc de hac re Mercatoris in Commonitorio verba: *Epiſcopis vero ex Africa reſcribentibus, omnemque cauſam, quæ*

Inudaris demonſtrat Queſnellus. Nam literæ, quas ex diverſis ſynodis miſſas Garnerius putat, ex una eademque ſcriptas docet Zoſimus in epiſt. die 21. Martii data. Eamdem enim Synodum alloquitur cum ait, *poſt illas, quas vel ſuperius, vel nunc literas veſtras accepimus*: & infra: *a vobis ad nos miſſa obteſtatio*. Reſcribit quippe acceptis poſterioribus literis, & tamen eidem Synodo obteſtationem, quæ ad primas literas attinet, attribuit. *Pag. ad an. Chr.* 418. *num.* 14.

quæ apud eos facta fuerat, exponentibus: missis etiam gestis exinde, quæ fuerant tunc cum illo, vel de illo confecta, vocatur ad audientiam plenioremⁿ, ut quæ promiserat, festinaret implere, ideſt, ut damnatis prædictis capitulis, ſententia Afrorum Pontificum, qua fuerat communione privatus, abſolveretur, non ſolum non adfuit, ſed etiam ex memorata Romana urbe profugit: atque ob hoc a beatæ memoriæ prædicto Zoſimo Epiſcopo ſcriptis ampliſſimis vel longiſſimis perdamnatus eſt; in quibus & ipſa capitula, de quibus accuſatus fuerat, continentur, & omnis cauſa tam de Cæleſtio ſuprascripto, quam de Pelagio Magiſtro ejus præviore, videtur eſſe narrata, (quorum ſcriptorum & nos hic habemus exemplaria) & ad Orientales eccleſias, Ægypti diœceſim, & Conſtantinopolim & Theſſalonicam, & Hieroſolyma, ſimilia, eademque ſcripta ad Epiſcopos tranſmiſſa eſſe ſuggerimus.

CONCILIUM AFRICANUM

SUB ZOSIMO.

Anno Chriſti CCCCXVIII. a

a 217 epiſcoporum, mendoſe apud Proſperum in chronico: nam cap. 3. libri contra Collatorem 414 tantum dehgnat, aliique omnes conſentiunt. Huic conſentit alius quidam perverſus codex, adde Pith. & alios. * quatuordecim, & amplius. *ut ait Mariana. Scotus ſub an. 419.*

In vetuſto quodam codice monaſterii ſancti Bavonis in Gandavo, inſignis Flandriæ urbe, tale habebatur initium.

HOnorio Auguſto XII. conſule, Kalendis Maiis, Carthagine in baſilica Fauſti, cum Aurelius epiſcopus ſimul cum Donatiano Teleptenſis primæ ſedis epiſcopo provinciæ Byzacenæ, & aliis ducentis * tribus coepiſcopis ſuis, tam ex provincia Byzacena, quam Mauritania b Stiphenſis, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæſareenſi, & Hiſpania, in concilio conſediſſet, adſtantibus diaconibus, placuit omnibus in ſancta ſynodo Carthaginenſis eccleſiæ conſtitutis, ut quicumque dixerit, Adam primum hominem, &c. *ut infra in concilio ſub Bonifacio* c, *can. 76.*

b Stiphenſi.

c & Cæleſtino quod Africanum dicunt. Vide quæ ſupra Milevitanum II. can. 8. & ſeqq. Hoc certum nullas tunc fuiſſe conſtitutiones illas ad Zoſimum papam cum epiſtola quæ periit.

Verum in codice impreſſo Moguntiæ in ædibus Joannis Schorffet, circa annum 1525. atque ſecundum exemplar Anglicanum veteriſſimum monaſterii Vintonienſis, tale fuit initium.

GLorioſiſſimis imperatoribus, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus, Kalendis Maiis, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius epiſcopus in univerſali concilio conſediſſet, adſtantibus diaconibus, placuit omnibus epiſcopis, quorum nomina & ſubſcriptiones inditæ ſunt, in ſancta ſynodo Carthaginenſis eccleſiæ conſtitutis, ut quicumque dixerit, Adam primum hominem, &c. *ut infra in concilio ſub Bonifacio* d, *canone 76. ac deinceps, usque ad canonem 94. inclusive.*

d & Cæleſtino. Ut volunt habito, quod vulgo Africanum appellatur.

Notæ Severini Binii.

Cauſa concilii.

Quo tempore habitum fuerit?

Acta concilii.

a Concilium Africanum.) Cauſa habiti concilii hæc eſt. Cum Africani epiſtolas Zoſimi de Cæleſtio & Pelagio de fide catholica bene ſentientium accepiſſent ad ſynodum Carthagine indictam patres ducenti & quatuordecim, vel ſeptemdecim ut alibi Proſper ſcribit, convenerunt, Honorio duodecimum, & Theodoſio octavum conſulibus anno Chriſti 418. veris initio; quod epiſtola Zoſimi 12. Kal. April. data, & 3. Kal. Maias accepta ſignificat. Ad menſem Majum prorogatam, & continuatam fuiſſe, canonum editio indicat. In hac ſynodo, ne quid ab adverſariis obici poſſet profeſſi ſunt patres, ſe decretum Innocentii papæ conſectari atque amplecti, quod circa finem vitæ illius ab ipſo promulgatum fuit: idque ideo, ut uno quaſi ictu validò utrumque hæreticum Cæleſtium, & Pelagium confodere, eorumque errores prorſus extinguere poſſent. Hanc conſtitutionem ſuam, ipſos per literas Zoſimo indicaſſe teſtatur S. Proſper adverſus Collatorem. *Erraverunt ducenti quatuordecim ſacerdotes, qui in epiſtola, quam ſuis conſtitutionibus præmiſerunt, ita apoſtolicæ ſedis antiſtitem B. Zoſimum ſunt allocuti: "Conſtituimus in Poſitum

arbitrii libertatem diſtricto gladio veritatis, velut cur-ſim tranſiens amputaret &c. quæ idem Proſper, ſive quis alius auctoritatibus aliquot ſententiis præteritorum apoſtolicæ ſedis antiſtitum epiſtolæ Cæleſtini ad Gallos ſubjungi ſolitis inſeruit cap. 3. ut infra ſuo loco docebimus.

Meminit ejuſdem Carthaginenſis ſynodi Photius bibliotheca cod. 52. ubi interpres male accepit hæc verba τὸν μεγάλην τακλωτὸν Φαύστου, Ὀνορίῳ τῷ τοῦ Θεοδοσίου βασιλεύσαντι ἐφωνομασμένῳ ἐξάρχῳ, dum Honorio quaſi epitheton *Felicis* titulum adſcripſit. Ibidem pro Ἀβρόλιος ſubſtituendus Ἀβρόλιος, & reponendus Δομνιανὸς τῷ Τελεπτηνῷ &c. Donatianus Teleptenſis, non Ptetenſis epiſcopus primæ ſedis Byzacenæ provinciæ de quo mox agendum.

CONCILIUM TELEPTENSE

SUB ZOSIMO PAPA.

a Agendum ſub Arcadii hujuſce anni Coſſ. Honorio XII. & Theod. VIII.

b Erro hoc pertinet ad ſequens Concilium, ſed ſuperiori quod Cal. Maii habitum.

c POſt conſulatum glorioſiſſimi Honorii XI. & Conſtantii II. [a] 6. [2] Kalendas Martias [b], congregato in eccleſia apoſtolorum concilio plebis Teleptenſis, beatus pater primæ ſedis epiſcopus Donatianus civitatis Teleptenſis, cum reſediſſet conſidentibus ſecum Januario, Felice, Secundo, Fortunio, item Porphyrio, Maximo, Maximino, Jocundo, Eunomio, Cyrino, Quintiano, Donato, Donatiano, Romano, Sopatro, Maximiano, Victore, [3] Capione, Papiniano, Baſilio, Tertiolo, Reſtituto, Donato, Secundiano, Juliano, Januario, Porphyrio, [4] Micilio, Juliano, Creſconio, Geta, Tuto, & ceteris epiſcopis, nec non etiam Vincentio & Fortunatiano, legatis provinciæ proconſularis ad Byzacenum concilium directis, & reliquis: Vincentius & Fortunatianus dixerunt: Etiam cum eſſemus Tuſdrum, ſicuit mecum recolit memorialis auditio veſtra, & epiſtolas ſanctæ memoriæ Siricii ſedis apoſtolicæ epiſcopi dediſſemus, unaque earum recitata eſſet a ſanctimonia fratris noſtri epiſcopi Latonii, utraſque nos referre ſuggeſtio indicavit; has recitari donate. Epiſcopi dixerunt: Recitentur epiſtolæ venerabilis memoriæ Siricii, ut noverimus, quid earum textus contineat. Cumque traderentur, Privatus notarius dixit: Exemplum [c] tractoriæ epiſcopi urbis Romæ.

c tractatoria.

EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Dilectiſſimis fratribus & coepiſcopis per Africam Siricius.

CUm in unum plurimi fratres conveniſſemus ad tanſti apoſtoli Petri reliquias, per quem, *Extat* [d] *ſupra inter epiſtolas Siricii Papæ in ordine* IV.

d Vide pag. 668 B.

CANONES.

CONCILII TELENSIS *ſive* ZELLENSIS

Habiti anno Chriſti cccclxviii.

Ex nova Baluzii Collectione.

FUit nuper vir doctus qui totum illud Concilium, cujuſmodi habetur in vulgatis editionibus Conciliorum, ſuppoſititium eſſe pronunciavit, & canonum quidem qui ex eodem citantur a Ferrando partem ſuſciperet, partem repudiaret. Nos eam controverſiam omittimus, damuſque ſimpliciter canones uti exſtant in breviatione Ferrandi.

Ut qui poſt baptiſmum ſæculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur. Ferrand. cap. 3.

Ut Epiſcopus a tribus ordinetur, conſentientibus aliis per ſcripta, cum confirmatione Metropolitani vel Primatis. Ibid. c. 4

Ut unus Epiſcopus Epiſcopum non ordinet, excepta Eccleſia Romana. Ibid. c. 6

Ut Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi ab uxoribus abſtineant. Ibid. c. 16.

Ut Epiſcopi qui in digna cauſa judices dantur, ipſi locum audientiæ diligant. Ibid. c. 65.

Ut Epiſcopus qui ſecunda vel tertia auctoritate conventus fuerit, & venire contempſerit, ab Epiſcoporum conſortio ſuſpendatur. Ibid. c. 68.

Ut mulierem clericus non ducat uxorem. Ibid. c. 190.

Et ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

Ut abjectum clericum alia Eccleſia non admittat. Ibid. c. 138.

Ut venientes a Novatianis vel Montenſibus per manus impoſitionem ſuſcipiantur. Ibid. c. 179.

Ut Conciliorum ſtatuta priſcorum ab omnibus obſerventur. Ibid. c. 218.

IIDEM CANONES,

Prout extant in Codice vetuſtiſſimo Lucenſi.

Ex Synodo Teleptenſi.

I.

Sine ſede Apoſtolica, ideſt Metropoli, nullus ordinetur Epiſcopus. Plurimorum Epiſcoporum ſententia teneatur.

II.

Ne unus Epiſcopus Epiſcopum ordinare præſumat.

III.

Poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſi (quis) præſumpſerit, in Clero nullatenus admittatur.

IV.

Viduam Clericus non ducat uxorem.

V.

Laicus qui viduam duxerit uxorem, non admittatur in Clero.

VI.

Clericum alienum nullus audeat ordinare.

VII.

Abjectum Clericum alter non ſuſcipiat.

VIII.

Venientes a Novatianis, vel Montenſibus per manus impoſitionem ſuſcipiantur.

IX.

---

1 Duo Mſſ. Collegii Pariſienſis Soc. Jeſu ſic habent: *Incipiunt Capitula Concilii Telenſis. I. Nomina Epiſcoporum, & ſuggeſtio legati ſedis Apoſtolicæ & Epiſtola Papæ urbis Romæ. II. De ordinatione Epiſcoporum vel Clericorum, & clericis alienis, & hæreticis convertentibus: & hæreſes caſtitatis. Incipit Concilium Telenſe, per Tractatum ſancti Siricii Papæ urbis Romæ per Africam. Poſt Conſulatum &c.* Harduinus.

2 In Mſ. noſtro, VII. Kal. Mart. Harduinus.

3 Mſ. *Capione, Papione.* Hard.

4 Mſ. *Meliche . . . . . Creſcente.* Harduinus.

IX.

Levites, Presbyteri, Diaconi, Episcopi cum uxoribus non misceantur.

JOANNIS DOMINICI MANSI

In hos Canones admonitio.

OLim ego in meo Conciliorum supplemento tom. 1. pag. 532. titulum hujus Concilii ex meo Codice hunc dederam: ex Synodo *Leptense*; sed nunc diligentius eo inspecto reperi ponendum fuisse *Teleptense*. In his Canonibus animadversione dignum est metropolitanas Sedes hic obtinere titulum *Sedis Apostolicæ*, quod non ita facile apud veteres reperiretur, quamquam scio apud S. Hirenæum Sedes, vel Ecclesias Apostolicas alias etiam præter Romanam, illas scilicet, quas fundarunt Apostoli, nuncupari. Hic pariter Levitæ, & Diaconi tanquam duo Ordines distinguuntur, quæ facile vitiosa repetitio est imperito librario tribuenda. Demum animadversione dignum duco ex his Canonibus plerosque quamquam non iis omnino verbis expositos contineri inter Canones, quos a Canonibus Concilii Arelatensis I. in vetusto Codice meo admixtos reperi, atque in hac edit me inferai.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quid in hoc concilio actum fuerit.

a Concilium.) In hoc concilio nihil aliud actum reperitur, nisi quod ad definitionem causæ, de qua controversia agitabatur, jussa est recitari decretalis epistola Siricii Romani Pontificis ad Africanos episcopos data. Unde quanta Africana ecclesia erga Romanum pontificem observantia fuerit, nemo non intelligit. Quid præterea in hac synodo actum sit, non apparet.

Loci concilii habiti. In Africa alia metropolis sedes.

b Teleptense.) Sic dictum a Telepte, quæ est urbs Africæ D. Augustino & Cypriano, eratque metropolis & prima sedes provinciæ Byzacenæ, cui episcopus nomine Donatianus præerat, ille idem, qui etiam huic concilio præfuisse, Milevitanæ synodo subscripsisse, & concilio Carthaginensi præcedenti hoc anno celebrato interfuisse, apud acta allegatorum conciliorum legitur: *Donatianus Teleptensis prima sedis subscripsi*, habet concilium Milevitanum 11. Dubium itaque nullum est, quin hactenus mendose Telense pro Teleptensi nominatum fuerit.

Donatianus quis? Donatus Prætesii mendose dicitur apud Photium ut mox docuimus.

c Post consulatum gloriosissimi Honorii XI. & Constantii II.) Anno nimirum Christi nati 418. Zosimi Pontificis secundo, Honorii imperatoris 24. & Theodosii undecimo, nam hic annus primus est post consulatum Honorii undecimum, & Constantii secundum. Baron. ann. 418. num. 31.

Tempus celebrati concilii.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI
Ad Ann. Christi 418. num. 64. & seqq.

Concilium *Zellense*, quod a Baronio *Teleptense* perperam appellatur, habitum fuit post Consulatum Honorii XI. & Constantii *Sexto Kal. Martii*, ideoque hoc anno die 24. Februarii. *Teleptense* vero a Baronio, Sirmondo, aliisque vocatum fuit, quia ei *Donatianus* Episcopus Teleptis, urbis in Byzacena Provincia sitæ, præfuit. Verum *Teleptis* quidem dicitur prima sedes Provinciæ Byzacenæ, sed ea tantum de causa, quod Donatianus, qui huic Ecclesiæ præsidebat, *Senior* Episcopus erat illius Provinciæ: aliam enim apud Afros fuisse Metropolim a prima sede, pluribus ostendit Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 5. qui & cap. 23. lib. 1. *Adumetum* fuisse civilem Metropolim Byzacii demonstrat. Hoc autem Concilium *Zellæ*, quod oppidum erat Byzacii, habitum fuisse liquet ex Ferrando in Breviario Canonum, ubi Canones ex Siricii Epistola in Synodo Præside Donatiano hoc anno habita recitatos, attribuit Concilio Zellensi. Nam tit. 6. 130. & 138. Canonibus recitatis, ait: *Concilio Zellensi ex Epistola Siricii Papæ*: hæc autem Epistola cum illidem decretis lecta est in Synodo Donatiani Primatis, ut ex Actis patet. Mirum itaque videri non debet, Donatianum Primatem in Episcopatu Zellensi sibi subdito synodum habuisse.

Quesnellus, qui in Dissert. 15. ad Opera S. Leonis M. pluribus contendit, tam Concilium hoc, quam Epistolam *Siricii* Papæ in eo recitatam suppositititiam esse, primum assertionis sum argumentum ex nomine Concilii repetit, quod scilicet in eo variant Eruditi, aliique *Teleptense* vocandum contendant, cum *Telense*, inquit, omnes Codices antiquiores habeant, & unicus Codex Trecensis a Chifletio in Notis ad Ferrandum habeat *Zellense*, quod ex litera T, facilis lapsus fit ad literam C, vel Z. Verum codices illi, in quibus hoc Concilium *Telense* appellatur, eo in nomine corruptos esse oportet, & literam Z. omissam. *Zellam* enim dici etiam *Tzellam* docet Holstenius in Notis ad Tabulas Ecclesiast. Caroli a S. Paulo. Neque enim Synodus hæc *Tela* haberi potuit, cum hæc urbs pertineret ad Provinciam Proconsularem, ut liquet ex Epistola Episcoporum Provinciæ Proconsularis ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, & Donatianus, qui eidem præfuit, Episcopus esset Teleptis omnium consensu Provinciæ Byzacenæ Oppidi. Porro cum Ferrandus decies Concilium Zellense memoret, ut fatetur Quesnellus, parum curandum, quod hujus concilii Mss. quæ ipse legit, habeant *Telense*: cum ea ex Ferrando, qui sæculo sexto vixit, corrigenda sint, non vero hic ab Exscriptoribus.

Ad alias Quesnelli conjecturas levissimis fundamentis innixas non respondebo, non solum quia Schelstratius in Dissert. 3. de Ecclesia Africana cap. 22. & Natalis Alexander in prima parte Sæculi quinti cap. 4. iis jam satisfecere: sed etiam quia Baluzius ostendit mihi Dissertationem, quam hac de re composuit, post belli cessationem juris publici faciendam. Fuit hoc Concilium Provinciale in eoque lecta Epistola *Siricii* Papæ, quam ad Africanos in Synodo Romana scripserat anno 386. Postea in Concilio Carthaginensi V. anno 398. habito, cum de incontinentia Clericorum referretur placuit Patribus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ab uxoribus abstinere, *secundum priora statuta*, id est, juxta definitionem Conciliorum antecedentium nempe Carthaginensis, anno 390. sub Genetlio habiti, & Carthaginensis V., cujus modo meminimus, in quibus Siricii litera lecta sunt. Verum cum magna esset Clericorum Afrorum incontinentia, duæ *Siricii* Epistolæ, ex quibus altera ad nos non pervenit, in Concilio Zellensi relectæ sunt, & juxta earum præscriptum, decreta iterum aliquot disciplinæ capita, quorum summam retulit Ferrandus in Breviatione Canonum, & habentur etiam in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ capite 60. De Canone IX. in quo *Siricius* Presbyteros hortatur ad continentiam, legendi Marca lib. 1. de Concordia cap. 8. & Schelstratius citatus.

PAULINI [a] DIACONI LIBELLUS

ZOSIMO PAPÆ

Oblatus in gratiarum actionem post damnatos apostolica auctoritate Pelagium atque Cælestium.

[a] edidit ex Vaticano codice Baronius ad ann. 418. num 12 13. 14. 15

BEATITUDINIS tuæ justitiam obsecro, domine Zosime Papa venerabilis. Nunquam fides vera turbatur & maxime in ecclesia apostolica, in qua pravæ fidei doctores ut deprehenduntur facile, ita veraciter puniuntur, ut moriatur in illis, nisi correxerint, quod deterius perpetrarint, ut in illis vera sit fides, quam apostoli docuerunt, & Romana cum omnibus catholicæ fidei doctoribus tenet ecclesia. Quod si ut ceteri auctores hæreseos qui jam dudum ab apostolica sede, vel a patribus judicati, & extra sinum matris catholicæ ecclesiæ effecti perpetua morte pereunt, etiam hi qui nunc deprehensi sunt vel deprehendentur, in perfidia sua permanent, spiritali gladio quo interimantur, tradantur: ut nunc Pelagius Cælestiusque, qui

qui a beatæ memoriæ præceſſore tuæ beatitudinis Papa Innocentio (ſi rectam reſpuunt fidem & in ſua perverſa doctrina perdurent) damnati ſunt. Cujus ſententiam ſecuta beatitudo tua, Cæleſtio cum a ſede apoſtolica audiretur, inter cetera præcepit his verbis.

Damnas ergo illa omnia quæ in libello Paulini continentur hoc eſt, de quæſtionibus? Et in alio loco: *Cognoviſti, quales literas dederit ſedes apoſtolica ad fratres & coepiſcopos Africanæ provinciæ.*

Et adjectum: *Damnas illa omnia quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus?* Et iterum: *Illa omnia damnas quæ jactata ſunt de nomine tuo?* Et iterum: *Vel ea quæ in libello ſuo expoſuit Paulinus*: Et cum me diceret poſſe ex his, quæ illi objecta ſunt, hæreticum approbari; ſancto repletus Spiritu apoſtolica auctoritate reſpuiſti inſanientis & calumniantis verba hujuſmodi proferendo ſententiam qua ipſe catholicus approbaret; illum, ſi ſanari vellet, curares, quæ hujuſmodi eſt: *Nolo nos circuitu ducas. Damnas ea omnia quæ tibi objecta a Paulino, ſive per famam jactata ſunt?* Cui non ſufficit iſta ſententia? Quis hanc tam ſalubrem, tam amplectibilem, tam piam reſpiceret alius, niſi qui a fide devius eſt? Et ille qui ſuperius profeſſus fuerat, ſe quæcumque illi objecta fuerant, ſi contra fidem vindicares, eſſe damnaturum: audi: *Damno*. Et non ſolum non damnat, ſed ad injuriam tantam * ſedis contendit. Unde non ignorat jam eccleſia Romana reum ſuum, qui tam audaci ſpiritu auſus eſt contradicere, & non damnare quæ beatitudo tua damnari decrevit.

Ego tamen Deo, & Chriſto domino gratias ago, quod eccleſiæ ſuæ cauſam ita agi voluit, ut ſedes apoſtolica, a qua oportuit ore duorum pontificum hæreſim condemnari, ea damnanda præcepit, quæ a me Cæleſtio fuerant objecta: cujus ego non damnationem, ſed correctionem ſemper optavi & opto, cui non jam mecum, ſed cum univerſa Dei eccleſia cauſa eſt, ſicut data ad beatitudinem tuam ſcripta teſtantur, cum contra apoſtolicam ſententiam venire nititur negando originale peccatum, quod in omnes homines pertranſiit, & uſque ad finem mundi tenet hæreditatem. Adæ illius qui primus peccavit: quod in infantibus niſi per ſacramentum baptiſmi dimittitur, vitam æternam & regnum cœlorum habere non poſſunt. Contra quæ etiam magiſter ſuus litigat Pelagius, qui illa ipſa damnavit in judicio orientali, quæ iſte in ſedis apoſtolicæ cœtu conatur adſtruere. Habet adverſum ſe etiam veteres eccleſiarum doctores catholicos plurimos orientales & occidentales, meridianæ partis & ſeptemtrionalis, qui in libris ſuis illum de originali peccato (ſi ſanari deſiderat) poſſunt docere. Habet beatum Cyprianum martyrem, beatum Ambroſium confeſſorem, Gregorium Nazianzenum, beatum Papam Innocentium. Habet etiam nunc qui in corpore ſibi colluctentur, ſi ille tamen hos tanto certamini habiles judicat, aut certe qui vos ſequi debeat, ſi vult magis recta diſcere quam prava docere. Habet, quod primum eſt, beatitudinem tuam, cujus illum oportuerat obedire ſententiæ, cum audiret, *Damna*. Habet poſtremo illos lactentes quibus miſereri debeat, ſi ſibi non vult: *quibus*, ut verbis martyris utar, *non propria, ſed aliena dimittuntur peccata.*

Unde oro beatum apoſtolatum tuum, ut hunc meum libellum ſuſcipi jubeas, quo gratias referam tantæ ſedi, & ſententiis juſtiſſimis pro parte mea latis: quem idcirco direxi, quia me licet ſermone Baſiliſcus ſubdiaconus a tua beatitudine cum geſtis ſedis apoſtolicæ directis Carthagine convenit quarto Nonar. Novembr. die, ut adeſſem ad apoſtolicam ſedem & tuæ judicio ſanctitatis: ad quam, me fugiſſe, fugeſtum eſt, nec defuturum fore promittere, ſi adverſum me, & non pro me fuiſſet lata ſententia. Ubi tunc igitur nihil agere potui; quia is, qui ad ſedem apoſtolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique merita ſuæ appellationis aſtruere: maxime, cum nihil agente appellatore, ſecundum etiam humanas leges, ſuperior eſt ſemper ille qui vicit. Quid enim jam mea intererat, ut etiam apud veſtram reverentiam pravæ eius doctrinæ adſtipulator exiſterem: de quo congaudere poſſem, ſi damnatis his, quæ illi a me objecta fuerant, ſic ea per apoſtolicæ ſedis judicium roborari, meruiſſet abſolvi, nec prius ſe ordinari quam purgari pateretur. Sed vulpecula fraudibus fuit ſemper ſtudens ingenium ſuum mutare neſcit. Non ſe credidit poſſe deprehendi, quoniam confidentiam ſemper in foveis habuit, in quibus demerſum caput conſcientiæ ſuæ nititur occultare. Quod jam diutius latere non potuit, ſed manifeſtius publicatum ſpiritali per tuam beatitudinem gladio reſecatur, ne amplius ferinis dentibus grex domini ſecetur in partes, quem paſtor bonus ſollicita & pervigili cautela cuſtodis. Hunc autem libellum direxi beatitudini tuæ per Marcellinum ſubdiaconum eccleſiæ Carthaginenſis. Datum 6. Idus Novembris.

* tanta

Observatio Philippi Labbe S. J.

Porro non ſoli Mario noſtro Mercatori referemus acceptum quis qualiſve fuerit Paulinus iſte diaconus, ut ſupra monebamus, S. Ambroſii adminiſter ac vitæ ſcriptor. Idem quoque memoriæ commendavit vetus ille ſcriptor, cujus de hæreſibus epitomen ex variis collectam edidit R. P. Jacobus Sirmondus addito illi Prædeſtinati nomine.

*Octogeſimam & octavam hæreſim in Pelagio ſe invenuiſſe ſedes apoſtolica ſub Papa ſancto Innocentio docuit, dum Cæleſtius Pelagii diſcipulus apud Carthaginem doceret poſſe homines ſine peccato eſſe, natura ſibi ſufficiente ſola humana. Reſtitit ei quidam Paulinus diaconus, defenſor & procurator eccleſiæ Mediolanenſis: cuique in conventu ſacerdotum multa capitula objecit &c. Tunc ad relationem pene omnium Aſrorum epiſcoporum Papa Innocentius damnationem & Pelagio & Cæleſtio conſcripſit &c. Contra hos ſuſcepit ſine ſcriptura quidam Conſtantius * tractator. Poſt hunc autem, ſcripſit contra hos & Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus, & Hieronymus presbyter Bethleetes &c. Pelagii quoque nonnulla verba ex commentario in epiſt. ad Romanos adſcribit, & alia, quæ omitto.*

* Is, ut reor, de quo Proſper in chronico & Mart. Rom. 10. Nov.

JU-

JUDICIUM ECCLESIASTICUM

Cæſareæ in Mauritania ab AUGUSTINO aliiſque epiſcopis peractum

Anno Chriſti CCCCXVIII.

Ex noviſſimo Veneto editore.

SAnctus Auguſtinus poſt Concilium Plenarium totius Africæ Kalendis Maiis celebratum, Legatus miſſus eſt a Zoſimo Papa in Mauritaniam Cæſarienſem, ut ſcribit Poſſidius in vita Auguſtini cap. 14. qui poſtquam locutus eſt de collatione Carthaginenſi ait: *Omnipotentis Dei præſtitit auxilium ut poſtea in Cæſarienſi Mauritaniæ civitate conſtitutus venerabilis memoriæ Auguſtinus, quo eum venire cum aliis ejus coepiſcopis ſedis Apoſtolicæ literæ compulerant, ob terminandas videlicet alias Eccleſiæ neceſſitates: hac ergo occaſione provenit, ut Emeritum ejusdem loci Donatiſtarum Epiſcopum, quem ſuæ ſectæ præcipuum in illa collatione habuerunt defenſorem, videret, & cum eodem publice in Eccleſia populo adſtante diverſæ communionis ex hoc ipſo diſputaret &c.* Quare Auguſtinus in Mauritaniam Cæſarienſem non pro collatione cum Emerito, ſed ob terminandas alias neceſſitates miſſus eſt. Conſonat D. Auguſt. epiſt. 193. ad Mercatorem num. 1. ubi ait: *Cum vero inde* (Carthagine) *digreſſi ſumus, perreximus uſque ad Mauritaniam Cæſarienſem, quo nos Eccleſiarum neceſſitas traxit*; & in epiſt. 190. alias 157. ad Optatum ſe apud Cæſaream ejus literas accepiſſe ſcribit, quo, inquit, *injuncta nobis a venerabili Papa Zoſimo Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo eccleſiaſtica neceſſitas traxerat*. Videtur in hoc judicio lata eſſe ſententia adverſus Epiſcopos tres, quam ipſe refert Auguſtinus in epiſt. 209. al. 261. circiter poſt quinquennium ſcripta ad Cæleſtinum Papam num. 8. ubi ait: *Exſiſtunt exempla ipſa ſede Apoſtolica judicante, vel aliorum judicata firmante, quoſdam pro culpis quibuſdam, nec epiſcopali ſpoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos. Quæ ut a noſtris temporibus remotiſſima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priſcus provinciæ Cæſarienſis Epiſcopus: Aut ad primatum locus ſicut ceteris & mihi patere debuit, aut Epiſcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejuſdem provinciæ Victor Epiſcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priſcus fuit nuſquam niſi in diœceſi ejus ab aliquo communicatur Epiſcopo: clamet, inquam, Aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejuſdem provinciæ Laurentius Epiſcopus, & prorſus hujus vocibus clamet; Aut in cathedra, cui ordinatus ſum, ſedere debui, aut Epiſcopus eſſe non debui. Sed quis iſta vituperet? niſi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda.* Scripſit Auguſtinus librum unum de Geſtis cum Emerito Cæſarienſi Donatiſtarum Epiſcopo, qui extat Tom. IX. novæ editionis ejus operum, in cujus initio, refert eam collationem habitam eſſe ſub hujus anni *Coſſ. XI. Kal. Octob. Cæſareæ in Eccleſia majori*. Unde liquet, die 20. Septembris apud Cæſaream Auguſtinus egiſſe.





VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA BONIFACII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali.

BOnifacius natione Romanus, ex patre Jocundo presbytero, *b* sedit annos tres, menses octo, dies septem. Hic sub contentione ordinatur cum Eulalio. Et fuit dissensio in clero menses 7. dies 15. Eulalius ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifacius autem in basilica Julii. Eodem tempore audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano Augusto, dum sederent Ravennæ, retulit Honorio Augusto Mediolani sedenti. Eodem tempore ambo Augusti, missa auctoritate hoc præceperunt, ut ambo exirent civitate. Qui cum pulsi exissent, habitavit Bonifacius in cœmeterio sanctæ Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius vero in civitate Antio ad sanctum Hermem. Veniente autem die proximo paschæ præsumpsit Eulalius, eo quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana, & introivit in urbem, & baptizavit, & celebravit pascha in basilica Constantiniana. Bonifacius vero, sicut consuetudo erat, celebravit baptismum paschæ in basilica sanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Augusti utrique miserunt, & ejecerunt Eulalium, & missa auctoritate, revocaverunt Bonifacium, & constituerunt episcopum, Eulalium vero miserunt foras in Campaniam. Et facta synodo, deponitur Eulalius a 252. episcopis, quia juste non fuerat ordinatus, & ex consensu omnium. Et sedit Bonifacius præsul, & constituitur Eulalius in civitate Nepesina episcopus. Post annos tres & menses octo defunctus est Bonifacius. Et petierunt clerus vel presbyteri Eulalium revocari. Quod tamen non consentit Eulalius, Romam scilicet reverti. Qui tandem in eodem loco Campaniæ, post annum mortis Bonifacii, defunctus est. Hic Bonifacius constituit, ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam contingeret, aut lavaret, aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister. Nec servum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei. Hic fecit oratorium in cœmeterio sanctæ Felicitatis, juxta corpus ejus, & ornavit sepulcrum sanctæ martyris Felicitatis, & sancti Silvani, ubi & posuit hæc: Patenam argenteam pensantem libras viginti. Scyphum argenteum pensantem libras tredecim. Calices minores duos pensantes libras quatuor. Coronas argenteas tres pensantes libras quindecim. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, episcopos per diversa loca triginta sex. Sepultus est in via Salaria in cœmeterio sanctæ Felicitatis martyris, juxta corpus illius octavo Kalendas Novembris. Et cessavit episcopatus dies novem.

Notæ Severini Binii.

a Bonifacius) Defuncto Zosimo, post interregnum duorum dierum quinto Kalendas Januarii, anno 418. Bonifacius presbyter in lege doctissimus, bonis moribus comprobatus, acclamatione totius populi, & plurimorum optimatum, invitus pontifex eligitur, & consecra- Bonifacius quando Pontifex factus?

Schiſma ob Eulalii ejectum.

tur. Cum Eulalius archidiaconus, ſtatim occupata Late- A ranenſi baſilica, cum diaconis, & pauciſſimis presbyteris, & multitudine turbatæ plebis, ſe ambitioſe eligendum curaſſet, adeoque novo ſchiſmati cauſam dediſſet, Symmachus urbis præfectus, in hujus favorem, relationem 4. Kalendas Januarii ſcriptam miſit, ex qua Honorius falſo & male perſuaſus, mandavit Bonifacium, ut intruſum, nec rite electum, expelli; verum accepta relatione presbyterorum urbis, ad cavendum tumultum & ſeditionem, præcepit utrumque Bonifacium, & Eulalium cum ſuis quemque ſautoribus intra 8iem ſextum Iduum Februarii Ravennæ adeſſe, & adſcitis pluribus epiſcopis mandat cauſam examinari. Qui cum inter ſe non convenirent, proſert negotium ad Kal. Majas, & interim jubet utrumque urbe abeſſe. & propter imminens paſcha, mittit Achilleam epiſcopum Spoletinum, qui Romæ ſacra myſteria celebraret. Ad ſchiſma tollendum imperator, Chriſtiana concordia ſtudioſiſſimus, concilium congregare decrevit, plurimoſque epiſcopos per literas evocavit. Verum

Eulalius ſchiſmaticus ſuis ſe damnat operibus.

juſto Dei judicio accidit, ut ipſe Eulalius ſuis ſelpſum operibus condemnarit, ſeque apoſtolico munere indignum B declararit. Nam contra mandatum imperatoris, & concilii, 15. Kalendas Aprilis horis meridianis Romam ingreſſus, occaſionem tumultus dedit, ut populus in duas factiones diviſus, propemodum inter ſe confligeret. Quo

Eulalius ab Imperatore urbe expelli-tur.

cognito imperator mandat Eulalium urbe excedere, & reluctantem vi expelli. Epiſcopi, quorum ducenti quinquaginta convenerant, juſſa imperatoris exequuntur, Eulalium cauſa cecidiſſe declarant, urbe expellunt, & Bonifacium tanquam verum & legitimum epiſcopum in urbem revocandum eſſe decernunt. Quod cum populus audiſſet, magnopere gavisus eſt, actiſque imperatori gratus, biduo poſt latam ſententiam, ſuuſtis acclamationibus eum in urbem introduxerunt. Introductus, ante omnia eccleſiam ſchiſmate diſſectam unire, & conciliare conatus fuit, eamque ob cauſam literas ad Honorium tranſmiſit: de quibus infra. Hujus tempore ingens perſecutio Perſica in Chriſtianos ſub Iſdegerde mota fuit, in qua centum miſſia Saracenorum a Perſis in auxilium evocata, immiſſo divinitus pavore, ſe in Euphratem præcipitaverunt. Theodoretus lib. 5. cap. 38.

Saracenorum in perſecutione Perſica divinitus immiſſa ſtrages.

Poſt S. Hieronymum clariſſimum eccleſiæ lumen pie, ſanctèque defunctum, Honorius religioſiſſimus imperator, hæreticorum zeloſus impugnator & hoſtis, tyrannorum fortiſſimus debellator, anno imperii ſui 28. poſt mortem patris exacto, Roma ex hac vita migravit. De quo illud obſervatu dignißimum notavit Oroſius lib. 7. cap. 34. quod undique bellis obrutus, & tyrannis obſeſſus, nihil antiquius habuerit, quam ut extirpandis hæreſibus catholicæ eccleſiæ opportunitatibus maxime conſuleret, Africamque præcipue ad unitatem eccleſiæ reduceret: ideoque a Deo illud beneficium valde mirificum acceperit, quod eodem ferme tempore crudeliſſimi tyranni, imperiique invaſores, Alaricus, Conſtantinus, Conſtans, Maximus, Jovinus, Sebaſtianus, Sarus, aliique plures cum iis extincti fuerint.

S. Hieron. & Honorii imperatoris obitus.

Bonifacius quamdiu eadem Romam obtinuerit.

h Sedit annos tres, menſes, &c.) Errat auctor pontificalis: quem enim conſtat cœpiſſe ſub conſulatu Honorii XII. & Theodoſii VIII., quinto Kalendas Januarii; perveniſſeque uſque ad anni 423. octavum Kalendas Novembris, ſediſſe oportet annos quinque minus duobus menſibus, & tribus diebus. Idem S. Proſper & Marcellinus in chronico teſtari videntur, dum ad conſulatum Mariniani, & Aſclepiodoti, ingreſſum ſucceſſoris referunt. Baronius anno 423. num. 8.

EPISTOLA I.

ROMANORUM PRESBYTERORUM ad Honorium imperatorem, ſeu exemplum precum presbyterorum pro Bonifacio.

Scripta anno 419 ante medium Januarium.

Bonifacii legitimam, Eulalii vero illegitimam fuiſſe ordinationem.

Ex Conſtant. pag. 1001.

PEtimus clementiam veſtram, piiſſimi & clementiſſimi imperatores Honori & Theodoſi ſemper auguſti. Poſt abſceſſum ſancti Zoſimi Papæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, ut fieri mos volebat, atque ipſa religionis diſciplina dictabat, plures in unum convenimus ſacerdotes; ut de conſtituendo ſucceſſore communi judicio tractaremus. Sed quoniam Lateranenſem eccleſiam, obſtructis pene omnibus ingreſſibus, archidiaconus Eulalius, contemtis impiæ ſummi ſacerdotis [1] exequiis, diaconibus & pauciſſimis presbyteris ac multitudine turbatæ plebis obſederat; altero die [2] ad eamdem eccleſiam, [3] ubi prius ab omnibus fuerat conventum, habita omnium collatione properavimus: ibique participato cum Chriſtiana plebe conſilio, quem Deus juſſit elegimus. Nam venerabilem virum **BONIFACIUM**, veterem [3] presbyterum, in lege doctiſſimum, ac bonis moribus comprobatum, & quod eum magis orC nabat, invitum, acclamatione totius populi ac conſenſu meliorum civitatis [4] adſcivimus divinæ inſtitutionis ordine conſecratum. Nam ſubſcribentibus plus minus LXX. presbyteris, adſtantibus novem diverſarum provinciarum epiſcopis, benedictionem competenti [5] tempore conſtat fuiſſe celebratam. Ac prius omnia, quæ ſollemnitas exigebat, [6] impleta ſunt.

Decemb. 28.

2. Sed cum ſupradictus Eulalius, qui antea per tres conſacerdotes noſtros fuerat ex multorum auctoritate conventus, ne quid ſibi temere præter conſcientiam cleri majoris aſſumeret, circumventis pauciſſimis presbyteris, male acceptis his ac diverſæ cuſtodiæ mancipatis qui ad prohibendum cum litteris venerant, exDhibito etiam cum aliis Oſtienſi [7] epiſcopo, quem prope mortuum conſtat accitum; nam tractum eſſe nolentem, ſenis ægritudo teſtatur; in locum ſibi non debitum, incuſtodito religionis ordine, per ambitum proruiſſet: cœpit factum ſuum per homines diſciplinæ inſcios ac reli-

1 Zoſimi ſcilicet. Qua de re prima Symmachi relatio hæc habet: *Eulalius ad eccleſiam Lateranenſem de exſequiis prioris epiſcopi a populo & clericis adductus, tot per biduum cum maxima multitudine & cum pluribus ſacerdotibus remoratus eſt, ut expectaretur dies conjunctus, quo poſſet ſolemniter ordinari.* Unde colligitur, Eulalium de ſpretis Zoſimi exſequiis ideo hic argui, vel quia ab iis non ſine tumultu abierit, vel potius quia eas prius, quam abſolutæ eſſent, diſmiſerit. Hinc & Eulalius biduo exſpectare compulſus eſt legitimum ordinationis diem, cum Bonifacius *altero die* ab exſequiis perſolutis in locum conditum ſecedens, nullum alium diem exſpectare coactus ſit.

2 Theodoræ nimirum nomine nuncupatam, ut prior Symmachi relatio docet. Verum Romani Pontificis in Lateranenſi baſilica, ſi tum licuiſſet, ordinationem faciendam fuiſſe vel hinc diſcimus: idque confirmat Honorius, dum Eulalii ordinationem eriam hinc, quia eam *loci qualitas* commendet, probat.

3 Is putatur Bonifacius presbyter, qui cum aliis legatis Honorii imperatoris epiſtolam, quæ apud Innocentium nona eſt, ad Arcadium auguſtum anno 406. pertulit, & ad quem, dum Conſtantinopoli legatione fungeretur, Innocentii epiſtola 23. exſtat. Bonifacium in eccleſia Marcelli ordinatum eſſe, prior Symmachi relatio tradit.

4 Editi, *aſſeruimus*: corriguntur ex archetypo Vatic.

5 Honorius imp. primum Eulalii ordinationem & inde legitimam aſſeruit, quod ſervata ſit *ſollemnitas temporis*. Antea Symmachus, uti ſuperius audivimus, *diem conſultum, quo poſſet ordinari*, expectatum eſſe ſcripſerat. Nunc presbyteri Romani teſtificantur, Bonifacii benedictionem *tempore competenti* celebratam. Bonifacii etiam deceſſor Zoſimus epiſt. 4. num. 2. Lazari ordinationem hinc reprobandam ſentiet, quod *ne diei quidem legitimæ ordinationis adſcripſerit*. Ex quibus teſtimoniis perſpicuum eſt, ad legitimam ordinationem certum diem fuiſſe, temporis fuiſſe præſcriptum. Hunc autem diem, quem illi ſilent, Leo in hac epiſtola 5. indicat, nempe Dominicum.

6 Ita exemplar Vatic. At editi, *celebrata ſunt*.

7 videlicet ut hinc ordinationi ſuæ auctoritas accederet: quia, ut obſervat Auguſtinus Bievic. conl. cum Donat. diſt. 3. cap. 16. num. 29. *nec Romana eccleſia* (præſulem) *ordinat aliquis, et ſuopte metropolitanus, ſed ac proximo Oſtienſi epiſcopus*.

religionis ignaros [1] indecenter tueri; æſtimans humanis perturbationibus ſe confundere ſententiam poſſe divinam.

3. Et quoniam clementiam veſtram conſtat fallidica [2] relatione deceptam, ut nescio quid in injuriam [3] divini judicii ſanciretis; (nam divinum eſt quidquid tantorum firmat electio:) Petimus pietatem veſtram, ut removeri priora conſtituta [4] jubeatis, atque Eulalium, qui in locum ſubreptit aliorum, ad Comitatum [5] perennitatis veſtræ cum auctoribus ſuis debere adduci. Nos enim profitemur ſanctum Papam Bonifacium noſtris cum ſacerdotibus adſinturum. [6] Relictis enim ſingulis per titulos presbyteris omnes aderunt, qui voluntatem tuam, hoc eſt Dei judicium proloquantur. Jubeat etiam veſtra clementia omnes adeſſe, quos cauſa conſtringit; ejici etiam civitate molentes, qui ſe non patientur adduci. Invenietis, cum cœperit agitari interna diſcuſſio, [7] quod non ſolum divinis legibus abhorreat, verum etiam diſplicere poſſit humanis: quo hoc conſecuti, agamus æterno Imperio veſtro maximas atque uberes gratias.

I. BONIFACII [8] PAPÆ I. AD HONORIUM AUGUSTUM.

Supplicatio Papæ Bonifacii, ut conſtituatur a principe, quatenus in urbe Roma nunquam per ambitum ordinetur antiſtes.

Bonifacius epiſcopus Honorio Auguſto.

Dist. 79. Eccleſiæ meæ. cui

ECCLESIÆ meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura conſtringit, ne cauſis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conventus, qui a ſacerdotibus univerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbatoribus agitantur, apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si quidem ſecus quam oporteat eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione compoſitis, ſed nos per noſtram tacentes deſidiam videbimur, quod civitatis quietem, & eccleſiæ pacem pervertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis, domino [a] favente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt divinis ſemper rebus animo promptiore faviſſe) firmo & ſtabili jure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem & ſub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, id eſt [*] (a) ut fidens [a] utar licitis, & ſub veſtræ imperio clementiæ, minime quæ ſunt illicita formidentur. Ipſa enim eccleſia devotionem tuam, Chriſtianiſſime imperator, [*] meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat [*] affectu, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector & gubernator imperii, [b] uni deſponſatam ſibi & intactam virginem ſervat, ne in eam [c] aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ tumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator Auguſte. Ipſa ergo (quæ uni deſponſata, veſtra tamen mater eſt) eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita præſentiaque repetit. Vobis, inquit, religioſe imperantibus, crevit meus, qui modo tuus eſt, populus, tam fidus Deo, quam tibi, qui es princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperii, teſte (apud quem & de cujus ſede agitur) ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſervantia vocibus clamat: cum ſolicita petitione miſcetur oratio, ne [d] (b) nos in varias res ſemel evulſa diſtrahat a Dei cultu ſolito, tentatore ſolicitante, [e] diſcordias Angeretur [f] pluribus, princeps Chriſtianiſſime, mater eccleſia, niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſarum: & niſi in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, divino cultu pariter cum imperio ſemper florente viciſſet. Habet refugium, pium tuæ manſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione conjunctum, cum quidquid [*] huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus & conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, a me & ab omnibus, qui eccleſiam faciunt iſtiuſmodi, legatis; quibus precamur, ſacræ cauſam religionis proſequentibus, in urbe veſtræ manſuetudinis, hoc animo, quo poſtulatis annuitis, in perpetuum ſtatui univerſalis eccleſiæ conſulatis. Datum Kalendis Juliis.

a jubeate

[*] ut licita ſerventur, &
[a] utatur
[*] al. non meo
[*] affatu effectu
[b] unum
[c] in
[d] vos
[e] diſcordia
[f] Ageret
[*] huic eccleſiæ

No-

---

1 Tacito nomine Symmachum perſtringunt, cujus pater a Chriſti cultu alienus contra Ambroſium pro ara victoriæ reſtituenda ac gentilibus ſuperſtitionibus revocandis decertarat, cujuſque profanam religionem ſequi ſe ipſe filius prodit, cum in relatione ad Conſtantium a Baronio ad ann. 419. edita, ſeſe ad Lateranenſem baſilicam, ut Eulelium inde expelleret, ideo non contendiſſe teſtatur: *ne quis*, inquit, *mihi æmulus faceret invidiam religionis*.

2 Scilicet Symmachi. Quocirca is præfectus in relatione VIII. Kal. Febr. data hæc Imperatorem rogat: *Supereſt ut apud clementiam veſtram nullis partium ſtudiis famuli veſtri appetantur abſentia, ſemper majeſtati veſtræ puris ſervitiis approbati* ubi ſe non obſcure innuit inſimulatum, quod in hac cauſa ſtudio partium falſa retuliſſet.

3 In vulgatis *divini muneris*, præter archetypi fidem.

4 Preci huic cedens Imperator, commonitorio miſſo, *declaravit, nulli parti præjudicium comparatum quod a nobis antea clarueret conſtitutum: cum & celeritas deſtinata juſſa propter quietem populi, pietatis noſtra ſecuta auctoritate ſummota ſint.*

5 Ita mſ. Vatic. At excuſi, *ſerenitatis veſtræ*. Poſtremis libelli hujus verbis, quibus *æterno Imperio*, non *ſereno* gratias agunt, facto noſtra firmatur. Et hanc precum partem tam habens Honorius, Bonifacium Eulaliumque cum omnibus, qui utriuſque ordinationis auctores erant, intra diem VI. Iduum Februarii Ravennam convenire juſſit, ea tamen conditione, ut ſimul accito e diverſis provinciis competenti numero ſacerdotum, qui de utriuſque ordinatione dicerent, inter judices illos, ut in commonitorio conſtitutum eſt, non conſederent, qui alterutrius ordinationi interfuiſſent ac poſtea ſubſcripſiſſent.

6 Editi, *relictis ſingulis titulis presbyteri omnes*. Archetypi lectionem revocamus.

7 In vulgatis, *quod omnibus divinis*. In exemplari Vatic. *quod non ſ. divinis*. Orationis ſeries poſtulat legi *quod non ſolum divinis*, ita ut *non ſolum* primis tantum litteris expreſſa fuerint. Poſtea in eodem mſ. exſtat *horreat*, non *abhorreat*, quod verbum particulam *a* ante *divinis* præponi exigit.

8 In Mſ. melioris notæ *Bonifacius* ſemper ſcribitur. *Harduinus*.

(a) Conſtant reponit ex conjectura *Ethicis*, & proſequitur *& ſub veſtra &c.*

(b) P. Conſtant *ne hoc*.

NOTA SEVERINI BINII.

Eulalius ſchiſmaticus Bonifacii mortem expectat.

a Epiſtola.) Cum Bonifacius in urbem regreſſus, eccleſiam ſchiſmate conſciſſam conſolidare, civeſque in unam concordiam reſtituere ac firmare non deſtitiſſet, & paulo poſt in morbum, unde nonnihil periculi obitus imminebat, incidiſſet, Eulalius cum ſuis, apud Antium non longe ab urbe in eccleſia S. Hermetis exulans, obitum illius, longa ætate ac mala valetudine fracti, expectabat. Verum divina gratia aliquantulum convaleſcens, cum hoc aliiſve experimentis didiciſſet, Romanæ eccleſiæ concordiam divulſam eſſe, eam quibus poſſet adminiculis fulcire curavit: & conſulens in futurum, ne poſt ſuum obitum eadem eccleſia graviore ſciſſura diſtraheretur, ad imperatorem Honorium hac de re ſolicitus præcedentem epiſtolam ſcripſit.

RESCRIPTUM HONORII AUGUSTI AD BONIFACIUM PAPAM I.

Statuit, ut ſi denuo Romæ epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo civitate pellantur.

Victor Honorius, inclytus, triumphator, ſemper Auguſtus, ſancto ac venerabili Bonifacio Papæ urbis [a] *æternæ.*

a Romæ

Diſt. 97. Victor Honorius inclytus

SCRIPTA beatitudinis tuæ, debita reverentiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo [*] revertentibus venerabilibus viris, gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus, ac petimus, uti quotidianis orationibus apoſtolatus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis [b] placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarum aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ, ut ne aliqua ratione poſſit evenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe proviſum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut ſi quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus ſacerdotem: ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum, nova ordinatione divinum judicium & univerſitatis conſenſus elegerit. Unde id obſervandum eſt, ut omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur, cum certum ſit, nulli partium ſua ſtudia profutura.

* reverentibus ita mſſ. Juſt.

b placuiſſe

Diſt. 79. Si duo forte.

II. [a] AD EPISCOPOS GALLIÆ

De Maximo, Valentinæ civitatis epiſcopo variis criminibus accuſato, ut in ſynodo provinciæ illius cauſa diſcutiatur.

Bonifacius epiſcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Severo, Valerio, Juliano, Caſtorio, Leontio, Conſtantino, Joanni, Montano, Marino, Mauricio, & ceteris epiſcopis per Gallias & ſeptem provincias conſtitutis.

VALENTINÆ nos clerici civitatis adierunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, teſte tota provincia, aſſerunt commiſiſſe. Delegata toties cognitione, illum conſtituta ſemper ſubterfugiſſe judicia, nec conſiſum conſcientia feſtinaſſe, ut ſi eſſet innocens examinatis omnibus purgaretur; quæ toties decreta, ex veſtrarum quoque chartarum inſtructione cognovimus. Qui e contrario probavit de ſe illa quæ dicta ſunt, qui ad ea confutanda, cum eſſent innumera, a deceſſoribus meis provinciali delegata cognitione, conventus etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minime voluiſſe. Et nullus dubitat quod ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur qui eſt innocens quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, nunquam innocentiæ nomen [a] accipiet. Confitetur enim de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille, qui talis perhibetur, in medium, nec proderit illi toties latuiſſe, toties ſubterfugiſſe, quem ſui actus & commiſſa, quocunque fugerit, & quæ objiciuntur illi, ſi vera ſunt, crimina perſequuntur. Debueram quidem jam nunc dignam pro ejus accuſatis in noſtro judicio actibus, qui cognitionem & decretum judicum ſæpe declinando credidit illudendum, ferre ſententiam. At ne aliquis præcoquam forſitan judicaret, & ſibi qui abſens eſt, licet ſit quæſitus a nobis, reſervatum eſſe nihil diceret; maluimus intercapedine temporis data differri: cum hæc etiam ejus accuſatores aſſererent, de (*a*) quorum intentionibus & moribus ſit ſecurum, Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius ſe conſtituto judicio præſentarit. Quem Manichæorum involutum caligine, arguunt turpi ſecta olim, ita ne eum poſſit abluere, animum ſordidaſſe, in probationem objectæ rei geſta ſynodalia proferentes: & commiſſis involutum undique flagitiis, nullum eum ſanitatis habuiſſe reſpectum: quem furore ſuo & inſana temeritate ad ſæcularium quoque judicum tribunalia ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque perſona turpiſſimum eſt, objicerent perveniſſe, & homicidii damnandum aſſerunt, geſtis prolatis in medium. Et hunc talem, poſt tanta taliaque commiſſa, epiſcopatus adhuc ſibi nomen in ſuis latibulis vindicare, in propriæ civitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur, & ſanctum nomen vindicando ſibi, velle polluere. Ideoque, fratres cariſſimi, quia audiendus hic præſentare ſi noluit, ne convictus forſitan ab accuſantibus ſe clericis, poſſet digna tandem aliquando præſentatus epiſcopali judicio pronunciationis congrue feriri ſententia:

1 vo part. 3. cap. 2.

a accepit

[a] Mſ. Dionyſ. *Maurino*. Harduinus.
(*a*) P. Couſtant emendandum cenſet *de ſuis*.

tia: (quam illi, cum hæc edocta fuerint, quæ poteſt hujus nominis eſſe jactura, qui pudorem nunquam ſacerdotii habuiſſe perhibetur, & locum ſuum ne modico quidem tempore cuſtodiſſe?) dilationem tamen dedimus, & decrevimus veſtrum debere intra provinciam eſſe judicium, & congregari ſynodum ante diem Kalendarum Novembrium; ut ſi adeſſe voluerit, præſens, ſi confidit, ad objecta reſpondeat: ſi vero adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur. [1] Nam manifeſtum eſt, confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato judicio, purgandi ſe occaſione non utitur. Nihil enim intereſt, utrum in præſenti examine [2] omnia quæ dicta ſunt comprobentur, cum ipſa quoque pro confeſſione procuta toties conſtet abſentia. Nos autem per omnes provincias literas dirigemus, ne excuſationem ſibi ignorationis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto prætentare judicio. Quidquid autem veſtra caritas de hac cauſa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, noſtra, ut condecet, neceſſe eſt auctoritate firmetur. Data ſub die Idus Junias, Monaxio viro clariſſimo conſule [a].

3 quæſt. 9. Decrevimus veſtrum.

a Anno Chriſti 419

Nota poſtuma Jacobi Sirmondi S. J.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

Valentina not.) Maximum Valentinæ civitatis epiſcopum, Manichæorum olim ſecta involutum, homicidiique in ſæculari judicio damnatum, & multis inſuper flagitiis coopertum, accuſarant apud Bonifacium clerici ejuſdem eccleſiæ, aſſerentes illum delegatis conſtitutiſque in provincia cognitionibus adeſſe minime voluiſſe, omniaque ſemper judicia ſubterfugiſſe. Pontifex, quia is Romam non venerat, intra provinciam judicandum decernens, ſynodum epiſcoporum die præfixo congregari jubet, in eaque Maximi cauſam diſcuti, & ſententiam ſive in prætentem, ſive in abſentem, proferri.

Nota Severini Binii.

a Epiſtola.) Hac epiſtola Bonifacius anno Chriſti 419. pontificatus ſui primo, interpellatus libello accuſationis a clericis Valentinæ eccleſiæ adverſus Maximum epiſcopum, Manichæorum ſectatorem, delegavit cauſam cognoſcendam epiſcopis ſeptem provinciarum. Unde patet accuſationes epiſcoporum ad Romanum Pontificem deferri ſolere. Baronius prædicto anno num. 207.

III. [a] AD HILARIUM EPISC. NARBONEN.

De Patroclo Arelatenſi, qui epiſcopum in eccleſia Lutevenſi ordinarat, ut nullus contempto metropolitano ordinetur epiſcopus.

Bonifacius epiſcopus urbis Romæ [1] Hilario epiſcopo Narbonenſi ſalutem.

Difficilem quidem fidem querimoniis commodamus, quarum ſacerdotes domini pulſat intentio: maxime cum eos loquuntur quippiam contra patrum ſtatuta tentaſſe. Sed frequenter aſſerit, ſicut nunc, multitudo [b] cauſantium. Ecce enim, ut caritas tua recognoſcit ex ſubditis, Lutubenſis eccleſiæ cleri ordo, vel plebis, preces ſuas & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miſerunt, dicentes coepiſcopum noſtrum Patroclum, ſua petitione ceſſante, in locum decedentis epiſcopi neſcio quem in alia provincia, prætermiſſo metropolitano, contra patrum regulas ordinaſſe. Quod nequaquam poſſumus ferre patienter, quia convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem proprie verba ponamus; Per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas. Quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum ſancto Spiritu ſuggerente ſibimet cenſuerunt. Unde, frater cariſſime, ſi ita res ſunt, & eccleſiam ſupradictam provinciæ tuæ limes includit, noſtra auctoritate [a] commonitus, quod quidem facere ſponte deberes, deſideriis ſupplicantium & voluntate reſpecta, ad eumdem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani jure munitus, & præceptionibus noſtris fretus accede: intelligens arbitrio tuo ſecundum regulas patrum quæcumque facienda ſunt a nobis eſſe conceſſa: ita ut peractis omnibus apoſtolicæ ſedi quidquid ſtatueris te referente clareſcat, cui totius provinciæ (*a*) ſuæ ordinationem liquet eſſe mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat: nec aliquis in illorum contumeliam partibus ſuis, quæ ſibi ab his non videntur conceſſa, defendat. Ceſſet hujuſmodi preſſa noſtra auctoritate præſumptio eorum qui ultra [b] licitum ſuæ limitem dignitatis extendunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum cautius præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra definiat, quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Data v. Idus Februarias, dominis noſtris Honorio XIII. & Theodoſio X. Auguſtis conſulibus [c].

1 Vide Hincmarum Epiſt. 54 ex codice Eccleſiæ Africanæ canone 79. *Harduinus.*
2 Gratianus, *non omnia.* Harduinus.
3 In Miſſ. *Hylario*, ſæpiſſime. *Harduinus.*
(*a*) P. Couſtant. *tua.*

a Epiſtola.) Hac epiſtola ad Hilarium Narbonenſem epiſcopum ſcripta juſſit Bonifacius, ut Hilarius, jure metropolitani, & præceptione apoſtolicæ ſedis, ad locum, ubi erat Patroclus, accedat; quæ agenda ſunt, videat, & apoſtolicæ ſedi referat. Dicebatur enim Patroclus favore Conſtantii ſedem Arelatenſem uſurpaſſe, & alienæ metropolis jura invadere, & in Narbonenſi provincia, ſedi paſtore carenti, de epiſcopo providere, & in locum decedentis alium epiſcopum ſubrogare, atque ordinare conatum fuiſſe. Baronius anno 422. numero primo.

a communitus.

b ultra limitem dignitatis ſuæ d. e

c Anno Chriſti 422.

Bonifacius Hilario demandat, ut quæ Patroclus agat, exploret, & ſedi apoſtolicæ referat.

Jacobi Sirmondi S. J. Nota poſtuma.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

Hilario Epiſcopo Narbonenſi.) Cum Lutevenſes in prima Narbonenſi provincia clerici conqueſti apud Bonifacium eſſent, Patroclum Arelatenſem, mortuo epiſcopo ſuo, alterum ſibi, cum in alia ſint provincia, prætermiſſo metropolitano ſuo, id eſt, Hilario Narbonenſi, ordinaſſe; de ea re ſcribit ad Hilarium Pontifex, mandatque ut Lutevam profectus, metropolitani jure arbitrioque utatur: & peractis omnibus, ſedi apoſtolicæ renunciet quid ſtatuerit. Itaque reſcindit quod Zoſimus nuper decreverat, primæque Narbonenſis ordinationem non ad Arelatenſem, ſed ad Narbonenſem epiſcopum, velut metropolitanum, pertinere declarat.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Lucas Holſtenius ſynodum Romanam a Bonifacio II. Papa habitam anno 531. inter cetera vetuſtatis eccleſiaſtica monimenta publicavit. In iis reperiuntur epiſtolæ

ſtolæ quædam Bonifacii Papæ I. earumve fragmenta, quæ ſuo loco exhibebimus, 1. 2 & 3. ad Rufum Theſſalonicenſem archiepiſcopum. 4. ad univerſos epiſcopos per Theſſaliam conſtitutos. 5. ad eumdem Rufum & cæteros epiſcopos per Macedoniam, Achaiam, Theſſaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Prævalim & Dardaniam conſtitutos. Sequuntur exemplar epiſtolæ Imper. Honorii ad Theodoſium Auguſtum, & ejuſdem Theodoſii ad eumdem Honorium reſcriptum.

AD JUSTUM HORROBERNENSEM EPISCOPUM,

Cui pallium tranſmittit.

DILECTISSIMO FRATRI JUSTO BONIFACIUS.

Ex Wilkins Conc. Brit. tom. 1. Ex Suppl. Manſionis 1. pag. 499.

PAllium per latorem præſentium fraternitati tuæ benignitatis ſtudiis invitati direximus, concedentes etiam tibi ordinationes epiſcoporum, exigente opportunitate, Domini præveniente miſericordia, celebrare; ita ut Chriſti evangelium plurimorum adnunciatione in omnibus gentibus, quæ, necdum converſæ ſunt, dilatetur, &c.

DECRETA BONIFACII PAPÆ I.

QUÆ NON HABENTUR IN PRIORI,

NUMERO QUINQUE.

Sunt autem deſumpta ex decretis Gratiani, & ex veteribus codicibus aliis.

PRIMUM.

Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

Dist. 79. Si quis triginta.

Luc. 3.

SI quis triginta ætatis ſuæ impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamſi valde ſit dignus. Et ipſe dominus triceſimo anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere. Oportet ergo cum, qui conſecrandus eſt, uſque ad hanc legitimam ætatem non conſecrari. *Eſt Can. II. Conc. Neocæſ.*

SECUNDUM.

Primati deferuntur negotia quæ metropolitanus explicare non valet.

6. quæſt. 4. Si inter epiſcopos eiuſdem.

Si inter epiſcopos ejuſdem concilii dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico jure, & de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibuſdam in concilio conſiderans rem, dijudicet. Et ſi non acquieſcat utraque pars judicatis, tunc primas illius regionis inter ipſos audiat: & quod canonibus & legibus conſentaneum ſit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo ejus contradicere. *Eſt excerptum ex Novell. Juſtiniani 123. cap. 22.*

TERTIUM.

Quicquid domino conſecratur, ad jus pertinet ſacerdotis.

11. quæſt. 2. Nulli liceat ignorare. Levit. 27.

Nulli liceat ignorare, quod omne quod domino conſecratur, ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, vel quidquid fuerit ſemel conſecratum, ſanctum ſanctorum erit domino, & ad jus pertinet ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui quæ a domino & eccleſia, cui competunt, aufert, vaſtat & invadit, vel eripit: & uſque ad emendationem, eccleſiaque ſatisfactionem, ut ſacrilegus judicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur. *Eſt fere totum, ex lib. VI. Capitular. cap. 405.*

QUARTUM.

11. quæſt. 1. Nullus epiſcopus.

Nullus epiſcopus, neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem, ſive civilem ſive militarem, producatur, vel exhibeatur. Magiſtratus enim qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione cinguli condemnatione plectetur.

QUINTUM.

Ex Burchardo

Ex libro IV. librorum quinque, capite 21.

De epiſcopis qui fratribus nocere deſiderant.

1. Joan. 4.

Sicut *omnis qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt*: ita & omnis qui odit proximum, ex diabolo eſt. Dilectione enim ſola diſcernimur, qui ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli: Omnis qui non facit juſtitiam, & qui non diligit fratrem ſuum, non eſt ex Deo: quoniam hæc eſt annunciatio, quam ab initio audiſtis, ut diligamus alterutrum.* Et poſt paululum: *Omnis qui odit fratrem, homicida eſt.* Et *ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.* Ecce homicida eſſe probabiliter declaratur, qui a fraterna ſocietate dividitur. Nam etſi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, & iſte jam interfector convincitur. Cum igitur his præceptis B. Apoſtolus Paulus conſona prædicatione concordet, dicens: *Non occidet ſol ſuper iracundiam veſtram*: Et, *Nolite locum dare diabolo*: relatæ ſunt nobis quorumdam ſacerdotum perſonæ in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, ut non ſolum illos ab ira occaſus ſolis non revocet, ſed ne annoſa quidem tranſactio temporis ad bonum caritatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem ſol juſtitiæ Chriſtus occubuit, ut ad lumen caritatis redire vix poſſint. Horum igitur & ſimilium diſcordantium fratrum oblationes, juxta antiqui canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſemus. Perſonis tamen diſcordantibus, id ſpeciali diffinitione præcipimus, ut eos ante reconciliatio vera innectat, quam ullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat: ſed germinato tempore per pœnitentiam compenſabunt, quo diſcordiæ ſervierunt. Quod ſi unus eorum, alio contemnente, ad ſatisfactionem caritatis cucurrerit,

Ibid.

Epheſ. 4.

rerit, ex eo tempore jam pacificus intra ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur. Sententia tamen superiori servata, ut tempus, quod in ira expendit, geminatum pœnitentiæ satisfactione persolvat.

SEXTUM.

Ex eodem, capite 13.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem.

Et annotatur, istud cap. haberi ex epistola ejusdem ad episcopos Galliæ.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem qua expulsus est, vel exire de loco in quo degere jussus est, jubemus eum in monasterio, in alia provincia constituto, tradi, ut qui in sacerdotio peccavit, degens in monasterio corrigatur.

Ex Suppl. P. Mansitom. I. Pag. 299. Extat in additionibus ad vetustum Ms.

EX DECRETIS BONIFACII I. PAPÆ

Ad Eleutherium comitem.

REquisivit pia tua intentio qualiter oblationes & decimæ fidelium debeant dispertiri. Decessorum itaque nostrorum statuta sequentes, jubemus de decimis & oblationibus quatuor fieri portiones, videlicet ut sibi primam episcopus habeat, secundam ecclesiæ tribuat, tertiam vero pauperibus concedat, quartam autem clericis noverit erogandam; ita scilicet ut pro persona, & loco, & merito fiat illis distributio partium, inde in majoribus ecclesiis militent, sive in civitatibus & villis ministrent, si enim unius ecclesiæ filii sunt, & unam matrem habent ecclesiam, cur non omnes unius matris stipendia sortiantur? Una est mater ecclesia sicut unus Dominus & una fides & unum baptisma, licet ubique sit per orbem terrarum diffusa, licet pro locorum diversitatibus, & majorum constitutionibus diversas sit dignitates sortita, ut aliæ dicantur matrices ecclesiæ, aliæ matricibus quasi matribus filiæ subditæ. Quæ cum ita sint, cur non omnes Clerici unius matris bonis communicent, quos constat unius matris filiabus utiliter ministrare?

codicem Gratiani faculi XII. ad causam XII. q. 2.

CONCILIUM RAVENNATENSE

Habitum Anno CCCCXIX.

Ex Nova Balurii Collectione.

Vacante sede apostolica post mortem Papæ Zosimi, magna contentione disceptatum est in clero quis in hunc celsissimum thronum ascenderet; aliis Bonifacium Presbyterum eligentibus, aliis Eulalium Archidiaconum. Divisa igitur Ecclesia Romana propter hanc causam, Episcopisque & Clericis partis Bonifacii petentibus ab Imperatore ut causæ illius cognitionem ad se revocaret, Honorius Imperator Episcopos Ravennam evocavit, ut in synodo examinarentur suffragia eligentium & merita electorum. Convenerunt ergo sub initium mensis Februarii; ita tamen, quemadmodum legimus in commonitorio Honorii ad Episcopos qui evocabantur, ut bi Episcopi quos interfuisse Bonifacii & Eulalii ordinationibus constabat & postea subscripsisse, sine injuria sui, & manente reverentia, judices non sederent, nec ullum præstare testimonium possent; ne non tam novam prolaturi sententiam quam servaturi factum præteritum viderentur. Præstat autem referre integrum commonitorium, quod ex veteri codice Vaticano edidit illustrissimus Cardinalis Baronius.

Omnia quidem clementia nostra in præsenti beatitudini vestræ congrua ordinatione mandavit, ut sequestratis * omnibus, vestro judicio quid observari propter quietem populi deceat sineretis. Meminimus quoque hoc a nobis in primis quod æquitas expectabat esse mandatum, ut hi Episcopi quos interfuisse eorum ordinationibus constat & postea subscripsisse, sine injuria sui, & manente reverentia, judices non sederent, nec ullum præstare testimonium possent; ne non tam novam prolaturi sententiam quam servaturi factum præteritum viderentur. Hi ergo, sicut superius diximus, ab ea disceptatione se abstinere debebunt. Illudque similiter custodiendum beatitudo vestra cognoscat, nulli parti præjudicium comparatum quod a nobis antea claruerat constitutum. Cum & celeriter destinata jussa propter quietem populi, pietatis nostræ secuta auctoritate, summota sint, nihil hinc aut vindicare pars altera poterit aut altera formidare. Attendentes ergo judicium Dei, quod in tali causa vobiscum simul residere manifestum est, examinatis omnibus, id vos custodire decet, quod, infundente cœlesti spiritu, habere Christianæ legis integram reverentiam possit.

* Videntur hoc deesse nonnulla.

In eodem codice Vaticano ex quo Baronius hoc commonitorium edidit, ista sequebantur, alio charactere exarata. Hæc synodus inter se dissentiens præsentem causam terminare non potuit. Unde venerabilis Imperator Honorius ad Majas Kalendas hoc credidit negotium differendum. Et interim, propter dies qui imminebant sancti Paschæ, utrosque, Bonifacium scilicet & Eulalium, ab urbe jussit abscedere, & Spoletinum Episcopum Achilleum Romæ sacra mysteria celebrare. *Extant epistolæ de ea re ab Honorio scriptæ ad Symmachum Præfectum urbis, & ad senatum populumque Romanum, quas qui legere voluerit, inveniet apud eumdem Baronium. Interim vero Imperator cogitavit de alia synodo propter eam causam celebranda post Paschæ; ad eamque invitavit Episcopos Italos, Africanos, & Gallos. Verum ea non fuit habita propter Eulalii temeritatem, quæ pluribus explicatur in relatione Symmachi missa ad Constantium Cæsarem. Hanc enim castigaturus Honorius, eum pelli jussit ex urbe; & sic finis impositus est huic magnæ controversiæ. Porro ex rescripto Honorii ad Symmachum dato* VIII. *Kal. Aprilis colligitur eum non proprio motu cepisse consilium de continendis extra urbem Bonifacio & Eulalio mittendoque Achilleo ad celebranda mysteria, sed id fecisse post judicium synodale, quod ille vocat moderatam synodi ordinationem.*

Addenda est autem epistola Imperatoris Honorii ad Largum Africæ Proconsulem scripta, quæ utriusque synodi, ejus nimirum quæ habita fuit & il-

& illius quæ indicta fuerat, mentionem fecit. Ea autem ſic habet apud eundem Baronium.

Victor Honorius inclytus, Imperator ſemper Auguſtus Largo Proconſuli.

Inter omnes curas nec illa nos minus ſollicitat quam pertinere ad ſacerdotium judicamus. Cum enim de confirmando Epiſcopo urbis æternæ controverſia tractaretur, atque hi qui in unum poſiti erant Epiſcopi, de tanto negotio paucos ſe eſſe exiſtimaverint ad ſententiam proferendam, placuerat, ſicut ſacri apices cucurrerunt, ut ex Africanis & Gallicanis provinciis plures Epiſcopi commearent; ea videlicet ratione, ne medio tempore quicquam præſumeretur (contra) id quod noſtra ſententia ordinaverat &, quod ſtatuiſſe ſynodi ſententia videbatur. Sed his omnibus deſpectis, Eulalius ſola uſurpatione moram credidit occupandam; quem, ſicut decebat, noſtra auctoritate conſtat expulſum, ac ſanctum Boniſacium Epiſcopum roboratum. Et quoniam conſumptum negotium eſt, incongruum noſtra clementia judicavit, ſi Epiſcopi navigationis & itineris injuriam paterentur. Unde ſciat ſpectabilitas tua ſynodum ſuiſſe ſolutam. Admone igitur, præmiſſis ſacris affatibus, auctoritate tua ſingulos ſacerdotes ut ſciant hanc ordinationem eſſe ſervandam, quæ continet ut quiſque in Eccleſia ſua orationibus vacet, ut convenit, propterea quod cauſa optimo judicio jam terminata videatur. Data ſub die VII. Idus Aprilis. Eſt XVII. ſub Aurelio.

CONCILIUM CARTHAGINENSE

b NOMINE VI. ORDINE TEMPOR. V.

c Tempore Zoſimi [a], *Boniſacii & Cæleſtini.*

a Hæc ſynodus CCXXIX. pontificum ſub Zoſimo & Bonifacio papatis Romanis Juvenale Hieroſolym. (non CP.) Cyrillo Alexandrino &c. ut habetur in v. c.

d De modo proſequendæ appellationis ad Sedem Apoſtolicam interpoſitæ, celebratum præſentibus Romanæ Sedis aliarumve eccleſiarum *e* legatis viginti duobus. *f* Eſtque provinciale.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Allocutio Aurelii epiſcopi ſancti ad ſynodum.*
II. *Reſponſio Fauſtini epiſcopi legati Romanæ eccleſiæ, de his quæ in eccleſia partim canone, partim conſuetudine ſunt firmata.*
III. *De commonitorio Romani Papæ recitato.*
IV. *Alypii epiſcopi reſponſio, pro veris exemplaribus Nicæni concilii perquirendis.*
V. *Ubi Fauſtinus epiſcopus dixit: ut Romano Papæ ſynodus, pro inquirenda Nicænæ ſynodi veritate, innoteſcat.*
VI. *De ſententia Sardicenſis concilii recitata a poſtulante Novato epiſcopo.*
VII. *Ubi Auguſtinus epiſcopus cum ſynodo Nicænum concilium ſervare promiſit.*
VIII. *Ubi Fauſtinus epiſcopus, pro dubietate recitati capituli, Romano Papæ petit ſcribendum.*
IX. *Ubi ſynodus exemplaria Nicæni concilii magis ab orientalibus competenda decrevit.*
X. *Profeſſio fidei Nicæni concilii.*

IN hoc concilio actum eſt, ut Nicænum concilium ab epiſcopis orientalibus peteretur, cui ſynodo interfuit legatio eccleſiæ Romanæ, Fauſtinus epiſcopus, Philippus & Aſellus presbyteri.

g POſt [2] conſulatum gloriciſſimorum imperatorum Honorii XII & Theodoſii VIII. Auguſtorum, VIII. Kalendas Junias, ſcripta

B hæc ſunt Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius Papa una cum Valentino primæ ſedis provinciæ Numidiæ, & Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, [a] (primæ ſedis) provinciæ Italiæ Piceni, legato eccleſiæ Romanæ ſed & legatis diverſarum provinciarum Africanarum, id eſt, Numidiarum duarum, Byzacenæ, [b] Mauritaniæ Sitiphenſis, & Mauritaniæ Cæſarienſis, ſed & [c] Tripolis, & Vincentio [d] Culuſitano, Fortunatiano Neapolitano, provinciæ proconſularis, & ceteris epiſcopis [e] ducentis decem & ſeptem, necnon Philippo & Aſello presbyteris atque Legatis Romanæ eccleſiæ, conſediſſent, adſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit:

a hæc duæ voces videntur expungendæ & abſunt a edit. Mog. & Juſtell.
b deeſt in Mog. & Juſtell.
c Tripolitana
d Culitanus
e tredecim tribus

C

CAPITULA.

I.

POST diem præſtitutam concilii, ut recordamini, fratres [3] cariſſimi, multa flagitata ſunt, expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem ſynodum legati advenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt [4] conſocientur: Qua de re domino noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Superest, ut Dtam exemplaria Nicæni concilii, quæ

Concil. General. Tom. IV Cc nunc

1 Collectio Dionyſiana huic Concilio hunc titulum fecit: *Hæc ſynodus* CCXXIX. *pontificum ſub Zoſimo & Bonifacio Papatis Romanis, Juvenale Conſtantinopolitano* (ſic enim ibi legitur pro Hieroſolymitano) *Cyrillo Alexandrino &c.* Al. Mſ. *Concilium Carthaginenſe VI. geſtum ab Epiſcopis* CCXVIII. *ære* CDLVII. Fuit XVIII. ſub Anteſſo. In hoc Concilio concinnatum dicit Dionyſius Codicem Canonum Eccleſiæ Africanæ, ſuperius editum. Conſtant, qui in præfat. ad Epiſt. Summ. Pontif. cenſet prædictum Codicem Africanæ Eccleſiæ eſſe geſta Concilii Carthag. anni 419. Labbeum putat hic bis peccaſſe, tum quia de integro recudit ea, quæ ſi decreta Nicæna excipias, jam ad an. 391. ediderat; tum quia ſynodi caput & calcem, toto corpore reciſo, copulavit, neque copulavit totum, ſed & totius Synodi loco dedit. Emendationes & varias lectiones debemus Hardouino, qui eas ex Mſſ. excerptas olim accepit a Schelſtrate, ac ex collectione Mſ. Dionyſii Exigui Bibliothecæ Collegii Paris. Soc. Jeſu deſumpſit.

2 Eſt hoc initium Codicis Eccleſiæ Africanæ. 3 Al. *beatiſſimi.* 4 Al. *ſectentur.*

nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quam etiam hic a prædecessoribus nostris, eamdem firmantes synodum: vel quæ secundum eam formam per omnes clericorum gradus, a summo usque in ultimum, salubriter ordinata sunt, [1] in medium proferantur. Ab universo concilio dictum est: Proferantur. Daniel notarius recitavit: Nicæni concilii fidei professio vel statuta sic se habent.

II.

Et cum [2] legisset, Faustinus episcopus plebis Potentinæ provinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: Injuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, [3] sicut & gestis superioribus meminimus. Hoc est, de Nicænis canonibus, ut conserventur, & [*] constitutio eorum, & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestræ, tractemus: [4] & postea cetera, quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad sedem [5] apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atque nos vos admonuisse apud venerabilem papam evidenter [6] pateat, licet & capitula actionum jam inserta sint gestis. De ipsis ergo, [7] ut dictum est superius, quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo *h* commonitorium in medium, ut scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

[*] constituta

III.

Aurelius episcopus dixit. Proferatur commonitorium, quod fratres & consacerdotes nostri in actis nuper allegaverunt, & cetera [8] quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt subsequantur. Daniel notarius recitavit commonitorium. Fratri Faustino & filiis Philippo & Asello presbyteris, Zosimus episcopus. Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite, maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, verba canonum, quæ in plenio-

A rem firmitatem huic commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt, [9] dilectissimi fratres, *i* in concilio Nicæno cum de episcoporum appellatione decernerent: *k* Placuit [10] autem, ut si episcopus accusatus fuerit & judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen; scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provin-

B cia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo [11] presbyterum mittat, erit in potestate episcopi [12] Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo con-

C silio suo judicaverit.

IV.

Et cum recitaret, Alypius episcopus Tagastensis legatus provinciæ Numidiæ dixit: De hoc jam superioribus etiam literis concilii nostri rescripsimus, & id nos servaturos profitemur, quod in Nicæno concilio constitutum est. Adhuc tamen me movet, quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria hujus synodi Nicænæ, ista ibi, nescio qua ratio-

D ne, minime invenimus: Unde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilium Nicænum in urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis suæ sanctitatis mittere digneris. & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis concilium cum [13] substipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur: quia nos

E ita, ut frater Faustinus attulit, minime invenimus. Ista nos tamen tantisper servaturos, ut antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus

1 Al. *in medio*. 2 Al. *diceret*.
3 MS. *sicut in ea gestis*. 4 *Et postea cetera, quæ acta, vel inchoata sunt, incerta firmabuntur*, non sunt in Ms. Soriensi: sed sunt in collectione nostra Ms. *Harduinus*. 5 Ms. *sedem venerandam*.
6 Ms. *clareat*. 7 Ms. *ut superius dixi*. 8 Ms. *quæ acta vel agenda sunt subsequentur*.
9 Ms. *dixerunt fratres*. 10 Concilium Sardicense Canone 5. 11 Ita Dionys. al. *presbyteros*.
12 In Ms. deest *Romani*, quæ vox satis subintelligitur ex antedictis. 13 Ms. *sua stipulatione*.

dus eſt autem literis noſtris [1] & venerabilis eccleſiæ Romanæ epiſcopus Bonifacius, ut ipſe quoque dignetur ad memoratas eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilii, ſecundum ejus poſſint ſcripta proferre. Nunc autem memorati concilii Nicæni qualia exemplaria [2] habeamus, his geſtis ſociemus.

V.

Fauſtinus epiſcopus, legatus eccleſiæ Romanæ, dixit: Nec veſtra ſanctitas præjudicat eccleſiæ Romanæ, ſive de hoc capitulo, ſive de aliis, quia dicere dignatus eſt frater noſter & coepiſcopus Alypius, dubios eſſe canones. Sed hæc ipſa ad ſanctum & beatiſſimum papam noſtrum ſcribere dignemini, ut & ipſe integros canones inquirens, cum veſtra ſanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem, ut ipſe beatiſſimus epiſcopus urbis Romæ, [3] ſicuti veſtra ſanctitas apud ſe tractat, ita & ipſe inquirat, ne contentio inter eccleſias naſci videatur: ſed magis caritate fraterna deliberare poſſitis, ipſo reſcribente, quid melius obſervari debeat. Aurelius epiſcopus dixit: Præter iſta, quæ promiſimus actis, neceſſe eſt, ut etiam noſtræ parvitatis literis, ſancto fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſime intimemus. Ergo ſi omnibus placet proſecutio noſtra, ore omnium condiſcamus. Univerſum concilium dixit: Placet.

VI.

Novatus epiſcopus, legatus Mauritaniæ Sitiphenſis, dixit: Nunc meminimus, in hoc præſenti commonitorio lecto, etiam de presbyteris ſive diaconibus contineri, qualiter ab epiſcopis ſuis vel a ſinitimis audiri debeant, quod in Nicæno concilio minime legimus: unde hoc ipſum jubeat ſanctitas veſtra nobis recitari. Aurelius epiſcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc quod depoſcitur. Daniel notarius recitavit: De appellationibus autem clericorum, id eſt minoris loci, eſt ipſius ſynodi certa reſponſio. De qua re, quid acturi ſitis, credimus inferendum, quod taliter dictum eſt *l* ex Sardicenſi, concilio. Oſius epiſcopus dixit: Quid me adhuc moveat, reticere non debeo. Si epiſcopus forte iracundus (quod eſſe non debet) cito aut aſpere commoveatur adverſus presbyterum ſive diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat poteſtatem ejectus, ut ſinitimos interpellet epiſcopos, [4] ut cauſam ſuam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientia roganti. Et ille epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte eum ejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, * aut probetur ejus, aut emendetur ſententia, &c. * a

VII.

Cumque recitaretur, Auguſtinus eccleſiæ Hipponis Regienſis, legatus provinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos ſervaturos profitemur, ſalva diligentiore inquiſitione concilii Nicæni. Aurelius epiſcopus dixit: Si hoc etiam omnium veſtræ caritati placet, reſponſione firmate. Univerſum concilium dixit: Omnia in Nicæno concilio ſtatuta ſunt, nobis omnibus placent. [5] Jocundus epiſcopus eccleſiæ Suffetulæ, legatus provinciæ Byzacenæ, dixit: Quod conſtitutum eſt in Nicæno concilio, violari a quoquam nullatenus poteſt.

VIII.

Fauſtinus epiſcopus, legatus eccleſiæ Romanæ, dixit: Adhuc ſecundum profeſſionem ſanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypii, [6] quam & fratris noſtri Jocundi, aliqua infirmari credo, aliqua * firmari debeant, cum jam in dubium ipſi canones venerint. Ergo, ut placet & nobis & beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem eccleſiæ Romanæ Bonifacium epiſcopum, veſtra * ſcribere dignetur ſanctitas, ut & ipſe, quod S. Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit, utrumnam & hoc [7] concedendum ſit, an reticendum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit, de hoc capitulo, juſtum eſt, ut beatiſſimæ Romanæ ſedis epiſcopus informari debeat, ſi tamen in approbatis canonibus hoc [8] inveniri poſſit. * aliqua firmari credo, aliqua infirmari, quod non debet. Mſ. * referre

IX.

Aurelius epiſcopus dixit: Etiam, quæ dudum veſtræ caritati intimavimus, nunc pa-

l Sardicenſi concilio can. 17.

1 *etiam*, Mſ. 2 Mſ. *habemus*; & mox, *ſecamus*. 3 Al. *ſicuti & ſanctitas veſtra*.
4 *ut cauſa ejus audiatur, & diligenter tractetur*. Ita Mſſ. 5 *Jucundus*, in Mſ. Sorienſi.
6 Mſ. *quam etiam* 7 *conſtituendum ſit ac retinendum*, Mſ. Sorien. 8 Mſ. Sorienſis, *inventre poteritis*.

patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni concilii, ſed & quæ hic ſalubriter a noſtris deceſſoribus, ſecundum ejuſdem [1] concilii normam, formata ſunt, vel quæ nunc ordinata ſunt, a nobis recitari, & geſtis inſeri. Omne concilium dixit: Exemplaria fidei & ſtatuta Nicænæ ſynodi, quæ ad noſtrum concilium per beatæ recordationis, olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, (qui interfuit) Cæcilianum epiſcopum allata ſunt, ſed & quæ patres, ea exemplaria ſequentes, hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis eccleſiaſticis inſerta manebunt, * ita (ut ſuperius dictum eſt) venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ eccleſiarum epiſcopis, ſcribere veſtra beatitudo dignetur, ut exemplaria veriſſima concilii Nicæni ſub adſtipulatione literarum ſuarum dirigant; quo, declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præſens frater & epiſcopus noſter Fauſtinus & compresbyteri Philippus & Aſellus ſecum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur: aut ſi non inveniuntur, [a] collecta ſynodo, de hoc in ſequenti tractabimus. [b] Daniel notarius Nicæni concilii profeſſionem fidei vel ejus ſtatuta recitavit in concilio Africano.

* *forſitan ut quemadmodum Jam ſuperius*

[a] *ut lectum* [b] *Vid. Dan... ſed ... nem ... Conc... Afric.*

SYMBOLUM NICÆNUM.

X.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium [2] conditorem. Et in unum dominum Jeſu Chriſtum, Filium Dei, natum de Patre, unigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia facta ſunt, ſive quæ * in cœlis, ſive quæ in * terris. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt [3] de Spiritu ſancto, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et [4] in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, Erat, quando non erat: &, Priuſquam naſceretur, non erat: &, Quia ex nullis [5] exiſtentibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia, vel natura, dicentes mutabilem & convertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

* *cœlo, terra.*

EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD BONIFACIUM PAPAM I.

Domino beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ ſedis provinciæ Numidiæ, & ceteri, qui præſentes adfuimus, numero ducenti decem & ſeptem, ex omni concilio Africæ.

QUoniam Deo placuit, ut de his quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus, &c.

In concilio Africano pleniſſime hæc epiſtola deſcripta circa finem reperitur, ſimul cum certis aliis, videlicet reſcripto Cyrilli Alexandrini ad Concilium Africanum, & epiſtola Attici Conſtantinopolitani ad idem concilium. Quæ omnia ad Concilium Carthaginenſe textum pertinent, quamquam in Africano refricentur concilio, quod utique Africanum Concilium ad ſeptimum Carthaginenſe continuatur. *Hæc notanda, quæ in amplioribus notis excuſentur ſcrupuloſius.*

TITULI CAPITULORUM NICÆNI CONCILII

PER [c] TEILONEM ET THARISTUM [5] CONSTANTINOPOLITANUM

De Græco in Latinum converſorum.

[c] *a Filone & Evariſto.*

I. *De eunuchis qui ſeipſos abſcindunt.*
II. *De his qui ex gentibus poſt baptiſmum ad clericatus ordinem promoventur.*
III. *De commanentibus cum mulieribus.*
IV. *De ordinatione epiſcoporum.*
V. *De excommunicatis.*
VI. *De privilegiis quæ quibuſdam civitatibus competunt.*
VII. *De epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.*
VIII. *De his qui dicuntur Cathari, id eſt, mundi.*
IX. *De his qui ad ſacerdotium ſine examinatione promoti ſunt.*
X. *De lapſis ignoranter ordinatis.*
XI. *De his qui negaverunt.*
XII. *De his qui abrenunciant, & iterum ad ſæculum ſunt reverſi.*

XIII.

1 Mſ. *Concilii formam, vel quæ nunc a nobis ordinata ſunt, recitari.* 2 Mſ. *factorem.*
3 In Mſ. deeſt vox illa, *de Spiritu Sancto.* 4 Mſ. *exſtantibus.* 5 Philo, & Evariſtus pariter appellantur a Bertholdo Conſtantienſi in epiſt. ad Gebehardum: ubi & quatuor editiones Nicæni Concilii ab Iſidoro conjunctas refert. *Hard.*

XIII. *De his qui in exitu communionem requirunt.*
XIV. *De catechumenis lapsis.*
XV. *De clericis, ne de civitate una ad aliam transeant.*
XVI. *De his qui in ecclesiis, in quibus provecti sunt, minime perduraverunt.*
XVII. *De clericis qui usuras accipiunt.*
XVIII. *De privilegiis presbyterorum.*
XIX. *De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam veniunt.*
XX. *De flectendo genu.*
XXI. *De observatione Nicæni concilii, ut nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesiis.*

CAPITULA.

I.

Dist. 55. Si quis a medicis, & in decret. Ivo. l. 3.

SI quis per languorem a medicis sectus est, aut a barbaris abscissus est, iste remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istum & in clero positum abstinere oportet, & de cetero nullum talium debere promoveri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his qui hanc rem excogitant, audentque seipsos abscindere, dictum sit: sic eos, qui a barbaris aut a dominis castrati sunt, inveniuntur autem alias digni, tales ad clerum applicat canon.

II.

Dist. 48. Quoniam multa sunt jin.

Quia multa aut necessitate, aut aliter, [1] cogentibus hominibus, facta sunt contra canonem ecclesiasticum, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in parvo tempore catechizati, statim ad spirituale lavacrum ducantur, & simul, cum baptizati fuerint, promoveantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit, de cetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptisma approbatio amplior. Manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit: *Non neophytum, ne forte in superbiam elatus, injudicium incidat & laqueum diaboli.* Si autem, procedente tempore, aliquod animi peccatum inveniatur circa hujusmodi personam, & convincatur a duobus aut tribus testibus, ipse cesset a clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi adversus magnum concilium se efferens, ipse periclitabitur de clero.

1. Tim 3.

III.

Dist. 32. Interdixit per omnia, & in decr. Ivo. lib. 3.

Interdixit omnimodo sanctum concilium, neque episcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quæ refugiunt omnes suspiciones.

IV.

Dist 64. Episcopi ab omnibus qui.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in unum convenientes, consentientibus & his qui absentes sunt episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt, danda est unicuique a suæ provinciæ metropolitano.

V.

11. quæst. 3. Servetur ista sententia.

De eis qui excommunicantur, sive de clero sint, sive de laico agmine, ab episcopis per singulas provincias obtineat sententia, juxta canones, eos qui ab aliis abjiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi [2] sint excommunicati. Ut ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis per singulas provincias bis in anno concilia fieri, omnibus simul episcopis in unum congregatis, ut tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quamdiu aut in commune, aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante quadragesimam paschæ, ut omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo: secundum autem, circa tempus autumni.

Dist. 18. Habeatur semel concilium.

VI.

Dist. 65. Mos antiquus perduret.

Antiqui mores obtineant, qui apud Ægyptum sunt & Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus [3] horum omnium habeat solicitudinem, quia & urbis Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter concilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc concilium magnum definivit non debere esse episcopum. Si vero communi omnium decreto rationabili, secundum canonem ecclesiasticum [4] comprobato, duo aut tres

Dist. 64. Illud generaliter in.

Dist. 65. Sane si commune omnium.

1 *festinantibus*, Mſ. 2 Al. *videantur excommunicati.* 3 Deeſt in Mſ. *horum.*
4 In MS. Deeſt hæc vox, *comprobato.*

tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

VII.

Diſt. 66. Quoniam mos antiquus

[1] Hieroſolymitani conſuetudo antiqua ſervetur, ut Æliæ epiſcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, ſalva tamen metropolitani dignitate ejuſdem provinciæ.

VIII.

1. quæſt. 7. Si qui voluerint.

Si aliquando venerint ad catholicam eccleſiam Cathari, placuit, ſicut & [2] magnæ ſynodo, eos ordinatos ſic manere in clero. Ante omnia autem, hæc profiteri ipſos per ſcripturam oportet, quod conſentiant, & ſequantur catholica & apoſtolica dogmata. Hoc eſt, & bigamis communicare, & his qui in perſecutione lapſi ſunt, circa quos & tempus conſtitutum eſt, & dies definitus: ut ſequantur in omnibus quæ placuerunt catholicæ eccleſiæ epiſcopo vel presbytero. Ubicumque autem omnes ſive in caſtellis, ſive in civitatibus [3] ipſi inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in clero, ſint in eodem habitu. Quotquot autem, ubi catholicæ eccleſiæ epiſcopus vel presbyter extat, accedunt; manifeſtum eſt. quod epiſcopus eccleſiæ habebit dignitatem epiſcopi. Qui autem nominatur apud eos epiſcopus, presbyterii honorem habebit, niſi forte placuerit epiſcopo, honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit, providebit ei locum, aut chorepiſcopatus, aut presbyterii, ut in clero omnino eſſe videatur, quatenus non in civitate duo ſint epiſcopi.

IX.

Diſt. 81. Si quis ſine examinatione

Si qui ſine examinatione promoti ſunt epiſcopi, aut presbyteri, [4] vel cum diſcutiuntur, confeſſi ſunt quæ peccaverunt, vel ſi ab aliis convincantur, & confitentibus, contra canonem [5] homines commoti, manus eis impoſuerint, tales canon non ſuſcipit, ſed abjicit. Hoc enim quod irreprehenſibile eſt, defendit catholica eccleſia.

X.

Diſt. 81. Quicumque ex his.

Quicumque de lapſis ordinati ſunt per ignorantiam, aut [6] ſimulationem ordinantium, hoc non præjudicat canoni eccleſiaſtico: cogniti etenim deponuntur.

XI.

De his qui prævaricati ſunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum eſt ſub tyrannide Licinii; placuit ſancto concilio, licet indigni ſint, humanitate tamen ſubvenire eis. Quotquot igitur ſincere pœnitent, tres annos inter audientes ſint. Qui lapſi ſunt fideles, [7] ſeptem annos [7] ſex ſuccumbant: duobus vero annis, ſine oblatione, [8] populo communicent in orationibus.

XII.

De pœnitentia diſtinct. 1. Si qui vero per.

Quicumque vocati ſunt [9] per gratiam, & primordia demonſtrantes bona, depoſuerunt cingulum militiæ, poſtea vero ad proprium vomitum revoluti ſunt, ita ut aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant; iſti decem annos ſuccumbant, poſt [10] triennium [11] auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet diſcutere voluntatem & ſpeciem pœnitentiæ: Quotquot enim timore & lacrymis & perſeverantia & bonis operibus converſationem [12] non ſimulatione demonſtrant, iſti, adimplentes conſtitutum tempus auditionis, orationibus merito communicabunt: & poſtea licebit epiſcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiſcrete tulerint, & [13] ingreſſum ſibi ſufficere arbitrati ſunt ad converſionem, [14] definitum omne compleant tempus.

[7] triennale

XIII.

16. quæſt. 6. De his vero qui recedunt

De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex cuſtodiatur & nunc, ut qui mori [15] ſperantur, noviſſimo juvamine non priventur. Si vero deſperatus, communione ſumpta, & oblatione percepta, iterum convaleſcat, ſit inter eos qui orationibus tantum communicant. [16] Generaliter autem homini morituro, petenti [17] ſibi communionis gratiam, epiſcopus probabiliter oblationem ei contradat.

XIV.

De catechumenis lapſis, placuit ſanctæ

---

1 Mſ. *De honore epiſcopi Hieroſolymitani. Quia conſuetudo obtinuit & traditio antiqua, ut... honoretur, habeat &c.*
2 *Sanctæ & magnæ*, Mſ. 3 Mſ. *ipſi ſoli inventi.* 4 *ut cum*, Mſ. 5 *malè hominet*, Mſ.
6 *diſſimulationem*, Mſ. 7 *communicent orationibus populi*, Mſ. 8 Mſ. *ad gratiam.*
9 *triennii*, Mſ. 10 Mſ. *opere non ſimulatione.* 11 Mſ. *ingreſſum Eccleſiæ.* 12 Hæc vox non eſt in Mſ.
13 *perantur*, Mſ. 14 *omnino autem*, Mſ. 15 Mſ. *ſibi dari gratiam.*

ctæ & magnæ ſynodo, ut triennio tantum audiant, poſtea orent cum catechumenis.

XV.

9. quæſt. 1. Non oportet epiſcopum vel reli.

Propter grandem tumultum, & ſeditiones quæ fiunt, placuit auferri conſuetudinem, quæ eſt contra canonem in aliquibus partibus admiſſa; ita ut de civitate in civitatem nec epiſcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem poſt ſancti & magni concilii definitionem tale aliquid agere tentaverit, aut ſe dederit hujuſcemodi negotio, caſſabitur hujuſmodi machinatio, & reſtituatur eccleſiæ, in qua aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

XVI.

7. quæſt. 1. Si qui vero ſine reſpectu.

Hi qui facile ſe periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque eccleſiaſticum canonem ſcientes, diſcedunt ab eccleſia, presbyteri aut diaconi, aut quicumque ſunt in canone conſtituti, iſti nullo modo ſuſcipi debent ab alia eccleſia, ſed omnem eis neceſſitatem imponi oportere, ut ad proprias parochias revertantur. Pertinaces autem, excommunicatos eſſe oportet. Si autem aliquis auſu temerario ſubripuerit ad alterum pertinentem, & ordinaverit in ſua eccleſia, non conſentiente epiſcopo, a quo diſceſſerat clericus, qui in canone conſtituitur, infirma ſit hujuſmodi manus impoſitio.

XVII.

14. quæſt. 4. Quoniam multi clerici & diſtinct. 4. Quoniam mult. ſub re. Tſal. 14.

Quoniam plures in canone conſtituti, cupiditatem & lucra turpia ſectantur, oblitique ſacræ Scripturæ, dicentes: Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram cum fœnerantur aliis, centeſimas exigunt: juſte ſtatuit ſanctum & magnum concilium, ut ſi quis inventus fuerit, poſt hanc definitionem, uſuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abiiciatur a clero, & alienus a canone ſit.

XVIII.

Diſtinct. 93. Pervenit ad ſanctum.

Pervenit ad ſanctum, & magnum concilium, quod in quibuſdam locis aut civitatibus presbyteris gratiam ſacræ communionis diaconi porrigant: quod neque canon, neque conſuetudo tradidit, ut qui poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Chriſti, porrigant. Sed etiam hoc quoque innotuit, quod quidam diaconi ante epiſcopos contingant euchariſtiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine, ſcientes, quod epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, presbyteris autem inferiores exiſtunt: accipiant autem ex ordine euchariſtiam poſt presbyteros, eis dante aut epiſcopo, aut presbytero. Sed nec ſedere eis in medio presbyteterorum liceat. Quod ſi hoc fiat, præter canonem & præter ordinem probatur exiſtere. Si quis autem obtemperare noluerit poſt hanc definitionem, ceſſet a diaconio.

XIX.

1. quæſt. 2. Si quis confugerit.

De Paulianiſtis refugientibus ad eccleſiam catholicam, definitio prolata eſt, rebaptizari eos omnino. Si qui vero ex eis præterito tempore fuerint in clero, ſi quidem ſine querela & reprehenſione fuerint poſt baptiſmum, ordinentur ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ. Si vero diſcuſſio eos minus idoneos invenerit, deponi eos convenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his qui ſub canone converſantur, eadem forma ſervabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eadem ſpecie ſunt, quia manus impoſitionem aliquam non habent, ut omnino inter laicas computentur.

XX.

De conſecr. diſtinct. 3. Quoniam ſunt in die

Quoniam ſunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctæ & magnæ ſynodo, cunctos in omnibus locis conſonanter & conſentienter, ſtantes Deum orare debere.

[a] *Capitulorum Nicæni concilii, in ſexto apud Carthaginem concilio relectorum, finis.*

[a] Explicient conſtituta Nicani concilii.

XXI. [b]

[b] Hæc non numeralis omnino expungenda. (1)

[1] Sanctum concilium: Traditis omnibus

---

1 *Roſſi Labbeus, hic in margine monuit delendum eſſe numerum* XXI, *poſitum in fine canonum ſynodi Nicænæ editorum in fine Concilii ſexti Carthaginenſis. Verum non admonuit quid illud eſſet quod poſt canones illos additur. Alter autem iſta habentur in editione Merlini, quæ talis eſt.* Sanctum Concilium traditis omnibus & rite diſpoſitis ut Eccleſiarum pax & fides in oriente atque occidentis partibus una eademque ſervetur, hæc eccleſiaſtica ſtatuta neceſſario credimus inferenda. *Sumpta ſunt iſta* de eccleſiaſtica hiſtoria, *id eſt, ex Ruffino lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 6. Legendum enim* de eccleſiaſtica hiſtoria, *non vero* eccleſiaſtica ſtatuta, *& ſenſus admonet, & docet auctoritas vetuſtiſſimi codicis Mſ. Eccleſiæ Urgellenſis.* Baluzius.

2 Hæc ſunt Carthaginenſis Concilii verba, non Nicæni. Deſcripta vero ex cod. Mſ. Scorial. qualia refert Har-

bus, & rite disposítis, ut ecclesiarum pax & fides in orientis atque in occidentis partibus una eademque servetur, hæc ecclesiastica statuta necessario [a] credimus inferenda.

In. v. c. *De observatione ejus, ut nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesiis a credidimus.*

Epistolam Africani concilii ad Cælestinum papam ac urbis Romæ episcopum, quæ incipit: *Dilectissimo, & honorabili patri Cælestino, Aurelius, Palatinus*, &c. quæ in fine concilii Africani haud longe post septimum Carthaginense integre ponitur, si quis huc pertinere velit, per nos quidem huc inferre potest.

Notæ Severini Binii.

Quæ causa habiti concilii fuerit.

a Concilium) Causa habiti concilii hæc est. Cum a sententia Africanorum, ad sedem apostolicam presbyteris, & episcopis appellantibus, Romani pontifices, prout antiquitus consueverant, jure meritoque detulissent: ad prosequendam appellationem, causæ cognitionem, quandoque episcopis Africanis delegarunt: quandoque testes transmarinos Romam citari, atque ibidem examinari mandarunt; frequenter etiam legatos a latere in Africam ablegarunt, qui militum comitatu, & magistratuum appatitura freti, refractarios & repugnantes justis sententiis coercerent, quodque juste definitum videri poterat, impleri cogerent. Africani autem episcopi judicium sedis apostolicæ (quod pro confirmandis a se latis sententiis, iisque contra impugnantes defendendis, eos frequenter imploraſſe ex supradictis constat) nequaquam subterfugientes, duos posteriores judicandi & prosequendi appellationum modos, tanquam inconvenientes & nimis difficiles arguerunt. Interim Zosimus Pontifex Apiarii & Cælestii appellationibus deferens, Faustinum Romanæ ecclesiæ episcopum, Philippum & Asellum presbyteros in Africam ablegavit, illisque quatuor mandata, Nicæni concilii auctoritate firmata, communicavit. De quibus hæc patres Africani in synodali epistola ad Bonifacium scribunt: *Commonitorium protulerunt legati: unum de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem. Alterum ne ad comitatum episcopi importune navigent. Tertium de translandis presbyterorum & diaconorum cunctis apud finitimos episcopos, si a suis perperam excommunicati fuerint. Quartum de Urbano episcopo excommunicando vel etiam Romam evocando, nisi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret.* Caput primum de appellationibus episcoporum, ex canone 7. concilii Sardicensis, sub nomine concilii Nicæni recitatur hic can. 3. Secundum, ne ad comitatum episcopi importune navigent, nihil præterea habet, quam quod summatim in epistola ad Bonifacium contineri diximus. De tertio autem & quarto capite ex can. 17. Sardicensis concilii agitatur hic can. 6. Hæc cum in conventu patrum recitarentur, adducique canones Nicæni concilii in Africanis exemplaribus non inveniretur: accidit quod in causa prosequendæ appellationis & Apiarii presbyteri, Africani episcopi, defuncto Zosimo, ad ejus successorem Bonifacium scripserunt his verbis. *Literis nostris ad eumdem venerabilem memoriæ Zosimum episcopum datis insinuari curavimus, ut ea servari sine ulla ejus injuria jussissemus, usque ad inquisitionem statutorum concilii Nicæni.* Et paulo supra in principio epistolæ. *Ille*, nempe Zosimus, *si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret paratius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cujus ordinatione & excommunicatione fuerat exortum non solum Siccensi, verum etiam toti Africanæ ecclesiæ non leve scandalum) de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem episcopus noster Siccensis Urbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit*, &c. Rebus sic stantibus, & concilio Africano, quousque de Nicænis canonibus exactior inquisitio fieret, adhuc pendente, missi sunt legati in orientem ad Atticum Constantinopolitanum, & ad Cyrillum Alexandrinum, pro fidelissimis Nicæni concilii canonum exemplaribus. Antequam autem legati redirent, Bonifacium mori, & in ejus locum Cælestinum suffici contigit. Cum itaque post explorata Græcorum exemplaria, in iis canones a Zosimo citatos non reperissent, non (quod hodie novatores hæretici faciunt) Zosimum de impostura, dolo malo ac fallacia arguerunt, neque ob eam causam Romanæ ecclesiæ juribus derogandum esse putarunt; sed potius submisso animo rogarunt, ut Romani pontifices majore cautela, judicioque maturiore, atque adeo diverso modo, quam hactenus factum, querelas ex Africa allatas susciperent, & prosequi demandarent; ut ubi negotia sunt exorta, ibi ob difficultatem profectionis transmarini judicii, per delegatos apostolicæ sedis commissarios episcopos in Africa terminentur ac finiantur, legatique de latere cum potentibus executoribus deinceps non mittantur. Hæc ex epistola synodali ad Cælestinum pontificem. Quisquis hæc occasione existimat schisma constatum, atque Africanam ecclesiam a communione Romanæ ecclesiæ, usque ad tempora Bonifacii II. centum prope annis plane divisam permansisse, longissime a veritatis tramite aberrat. Nam apertissimum est, communionem Africanæ ecclesiæ a Bonifacio, Cælestino, alliisve eorum successoribus parumlitis, ne quidem ad unius diei spatium, aut horæ unius momentum intercisam fuisse. Impostorem itaque & mendaciorum frigidum concinnatorem, callidumque vetetatorem fuisse oportuit, qui epistolam illam plurimis mendaciis scatentem nomine Bonifacii secundi ad Eulalium aliquem Alexandrinum episcopum, tempore Justini imperatoris mendaciter scriptam excogitavit; ut scilicet agmina sanctorum Africanorum martyrum, & confessorum, (qui pro fide catholica, in persecutione Vandalica, magna gloria certantes, atque agonem summa patientia consummantes, martyrii & confessionis palmam consecuti sunt) albo catholicæ ecclesiæ expungerent. Nam si integro abhinc sæculo, nempe a Bonifacio I. usque ad Bonifacium II. Africana ecclesia in schismate perseveravit, nihil est, ut interea aliquis legitima corona martyrii impartiri, vel in aliquo confessionis præmio munerari potuerit: cum Cypriani & Augustini Africanorum episcoporum sententia, certum exploratumque sit, nullam posse esse schismaticorum coronam & præmium, quæ non dantur nisi illis, qui in ecclesia catholicæ stadio legitime certarint. Hæc Baronius an. 419. num. 59. & sequentibus usque ad 94.

Africani appellationis modum tanquam difficilem arguebant.

Mandata sive commonitoria 4. legatorum Zosimi Papæ.

Acta concilii.

Nicæni concilii exemplaria per legatos inquisita

Bonifacius antequam redirent legatorum mortem obiit.

Canones sub nomine concilii Nicæni in commonitorio legatorum citati, in exemplaribus orientalibus non sunt inventi.

An epistola 12. sub nomine Bonifacii ad Eulalium scripta, commentitia sit.

Impostura & mendacia hæreticorum in fingendis literis.

b Nomine sextum, ordine temporis quintum.) Id quod supra positum est, Carthaginense concilium nomine secundum, vere post omnia alia Carthaginensia, tempore Cælestini celebratum esse, ex prædictis constat. Quare si ordinem temporis observari velis, hoc, quod hactenus sextum vulgo nominatum, & citatum legitur, quintum nominari necesse erit.

Quorum Carthaginense concilium sit.

c Tempore Zosimi, Bonifacii, & Cælestini, &c.) Nam inchoatum est sub Pontificatu Zosimi, ejusdemque commonitorio, quo ad duo posteriora capita causam Apiarii presbyteri, & Urbani Siccensis episcopi concernentia, obtemperatum fuit. Primi autem capitis inquisitio, propter canones in Nicæno concilio, unde allegabantur, non inventos, ad reditum legatorum, exemplaria Nicæni concilii in oriente quærentium, suspensa fuit, idque patres concilii per synodicam Bonifacio significarunt. Quia vero legatos ad inquirendum exemplaria emissos, post obitum Bonifacii, & subrogatum illi Cælestinum, revertisse contigit, reliqua quæ deinceps in synodo acta leguntur, sub Cælestini pontificatu contigerunt, eumdemque per literas synodicas, infra in fine concilii Africani extantes, certiorem reddiderunt. Baronius præd. anno, num. 71. 72. 73.

Tempus concilii.

d De modo prosequendæ appellationis.) In hoc concilio non idipsum jus appellandi ad sedem apostolicam, sed tantum modum prosequendæ appellationis per legatos a latere controversum fuisse, unicum, quod Dei nutu circa hæc tempora contigit, Antonii Fussalensis episcopi exemplum testatur. Hic cum ob enormia quædam scelera, agente contra eum S. Augustino, ab Africanis episcopis, munere, officio & ministratione episcopali privatus; honori vero & episcopali ordini ac tutiori relictus fuisset (Augustino, qui his conciliis interfuerat, epist. 261. edit. Plant. tom. 2. attestante) ad Bonifacium Zosimi successorem, acceptis a primate Numidiæ literis commendatitiis, appellans, dixit: *aut in meæ cathedræ sedere debui, aut episcopus esse non debui.* Bonifacius acceptis literis in commendationem Antonii a primate Numidiæ scriptis, magna cautela, quod S. Augustinus laudat, pro eodem rescripsit, eo temperamento adhibito, si nulla vi delicet subreptio intercessisset. Nam in literis hæc appositum: *Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit*, &c. Bonifacio interim defuncto, contigit eamdem causam ad Cælestinum ejus successorem integre devolvi, addita Fussalensium querela, quod S. Augustinus perditissimum hominem illis episcopum dedisset. Cum itaque hoc rerum statu adversarius jactaret fore, ut Cælestinus pontifex legatos militum comitatu stipatos mitteret, qui invitis etiam & rebel-

Non jus sed modus appellandi controversus fuit.

Appellatio Antonii Fussalensis episcopi qualis extiterit.

---

duimus, sic se habent. *Igitur episcopi, cum de his omnibus prout divinarum legum reverentia poposcerat, decrevissent, sed & de observatione Paschæ antiquum Canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur ecclesiis, sanctum concilium tradidisset; omnibus vitæ dispositis, ecclesiarum pax, & fides in Orientis, atque occidentis partibus una eademque servata est. Hæc de ecclesiastica historia* (nempe ex Rufino lib. 2. hist. eccles. cap. 6.) *necessario credimus inferenda.* Sequitur in collectione Isidori, epistola Africani Concilii ad Cælestinum Papam, quæ superius edita est. Et in fine additur, *Explicit Concilium sextum Carthaginense.*

S. Augustini ad Cælestinum scriptum quod.

rebellantibus Fussalensibus, Antonium in sedem suam & episcopatus administrationem restituerent: S. Augustinus epist. præd. 261. ad Cælestinum pontificem scripta, post alia ad finem hæc precatur. *Accipe*, inquit, *nunc, quæ post ejus sanctæ memoriæ viri* (nempe Bonifacii Papæ) *in Africa litteras gesta sunt, & subveni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo avidius quam ille poscentibus, a cujus inquietudine desiderant liberari. Judicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tanquam executores apostolicæ sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur: ut miseri homines Christiani catholici graviora formident a catholico episcopo, quam cum essent hæretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hoc est, quod Patres Africani ad eumdem Cælestinum pontificem ex Carthaginensi concilio scripserunt his verbis: *Executores etiam clericos vestros quibusque * petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Unde satis perspicuum est, quod sicut Augustinus, ita & reliquos Africanos episcopos apostolicæ sedis judicium, quod pro confirmendis a se latis sententiis, defendendisque contra impugnantes implorabant, non refugisse, executionem etiam judicii non denegasse, sed tantum modum judicandi, & exequendi cum militibus & magistratuum apparitura, exhorruisse. Quid quod S. Augustinus prædicta epistola 261. ad Cælestinum Pontificem Antonio respondens, ostendit frequentissime accidisse, ut episcopi Africani episcopatus administratione in Africa privati, post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, eamdem condemnationis sententiam impetrarint. *Extant*, inquit, *exempla, ipsa sede apostolica judicante, vel aliorum* (Africanorum & orientalium, &c.) *judicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam, nec episcopali privatos honore, nec relictos omnimodo impunitos: quæ, ut a nostris temporibus remotissima, non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus provinciæ Cæsariensis episcopus: aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit; aut episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejusdem provinciæ Victor episcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi ejus ab alio communicabatur episcopo: clamet, inquam: aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejusdem provinciæ Laurentius episcopus, & prorsus hujus vocibus clamet: aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?* Unde quam frequenter Africani episcopi sedem apostolicam appellarint, quamque imperite & subdole insultantes jactent hæretici Zosimum Papam jus appellandi ab Africana ecclesia suffurari conatum esse, nemo non videt. Accedit quod in ipso commonitorio Zosimi Papæ, ubi agitur de primo mandato, canon septimus concilii Sardicensis, sub nomine concilii Nicæni citatus, hoc quod diximus evidenter ostendat. Nam in illo decernitur, quod Romanus Pontifex si velit, duplici modo possit appellantis justitiæ subvenire. Uno modo, per literas scribendo episcopis finitimæ regionis, ut diligenter de causa inquirant atque definiant. altero modo per legatos a latere in Africam missos, qui præsentes cum episcopis causam appellantium audiant & judicent. Si itaque Africana ecclesia penitus denegasset jus appellandi, & non tantum modum prosequendæ appellationis posteriorem, non ille canon septimus, sed ejusdem concilii canon quartus & quintus citandus fuisset. Nam his duobus canonibus tantum de jure appellandi agitur. Plura hac de re vide apud Baron. anno 419. num. 49. usque ad 90. inclusive.

* potentibus

Africani episcopi judicium sedis Romanæ an refugerint.

An Zosimus jus appellandi ab Africana ecclesia suffurari voluerit.

Legati quot interfuerint.

e Legatis viginti duobus.) Una cum Aurelio & apostolicæ sedis legatis, ex Africanæ ecclesiæ provinciis interfuerunt electi judices sive legati, omnes numero viginti duo, quorum nomina subscripta habentur infra in concilio Africano, canone 100. Quod vero habetur hic in principio & fine, huic synodo subscripsisse ducentos decem & septem episcopos, sic intelligendum est, quod quisque ex illis postea subscripsit in sua ecclesia iisdem decretis, quibus legatos suos ab ea provincia missos subscripsisse sciret. Baron. anno 419. n. 59.

Cur provinciale dictum.

f Estque provinciale.) Quia primas ejus loci Aurelius, quod in provincialibus fieri solet, præsedit, etiamsi sedis apostolicæ legati præsentes essent, qui non ad præsidendum, sed tantum ad quædam nomine Romanæ ecclesiæ cum Africanis tractanda missi erant. Bellarmin. lib. 1. de concil. cap. 20.

Tempus habiti concilii.

g Post consulatum gloriosissimorum, &c.) Anno nimirum Christi 419. qui est Bonifacii 1. Honorii imperatoris 25. & Theodosii 12.

Cap. 1. Commonitorium quid.

h Commonitorium.) Mandata legatis scripto impertita, commonitoria nominantur. Baronius anno 419. num. 60.

Cap. 3.

i In concilio Nicæno.) Ea quæ hic sub nomine concilii Nicæni recitantur, canone 7. concilii Sardicensis expressa habentur. Quas ob causas vero septimus, aliive plures canones Sardicenses in hac synodo sub nomine concilii Nicæni allegati fuerint, diximus supra in notis ejusdem Sardicensis concilii, verbo, *approbatum*, & verbis, *canones Sardicenses*.

Duplex appellandi via, & utra Africanis displicuerit.

k Placuit autem ut si episcopus.) Duplex prosequendæ appellationis via hoc septimo canone Sardicensis concilii allegatur. Una, ut Romanus Pontifex cognitionem causæ comprovincialibus episcopis, si velit, delegare possit; altera, qua, si necessum esse judicet, legatos a latere mittend. potestatem habeat. Hic modus posterior Africanis displicebat, si legati militum, & præfectorum comitatu stipati mitterentur. Itaque cum Zosimus Pontifex demandarit, per suos in Africam missos legatos, hunc canonem in conventu Africanorum recitari; indubitatum est, eos non de jure appellandi, sed tantum de prosequendæ appellationis modo posteriore, controversiam hanc quinquennalem commovisse.

Prima. Secunda. Corrupta hæc esse non improbabile videtur.

l Ex Sardicensi concilio.) Non levis conjectura est, hunc locum corruptum, & hæc verba, *ex Sardicensi concilio*, huic textui inserta esse, & fortasse ex marginali notatione (in margine enim ponitur *ex Sardicensi concilio*) in textum irrepsisse. Quamvis enim verba commonitorii, quæ sequuntur, canone 17. concilii Sardicensis habeantur, nihilominus tamen prædicta verba *ex Sardicensi concilio*, non debent poni in textu. Citantur enim ex Zosimi commonitorio, quod legati Roma attulerant. In quo cum profiteantur, se ex Nicæno concilio canones citare, ut patet supra cap. 2. non minus hoc, quam præcedens caput de appellatione episcoporum, aliquo canone Nicæni concilii ab iis confirmatum fuisse oportuit. Accedit, quod sanctus Augustinus Hipponensis episcopus, verbis commonitorii recitatis cap. 7. subjungat: *Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiore inquisitione Nicæni concilii.* Quibus verbis judicat se accepisse canonem, tanquam ex Nicæno concilio citatum.

Hoc idem profitentur patres concilii Africani, epist. ad Bonifacium. Unde illud, *ex Sardicensi*, in textu positum, locum habere non posse, liquido constat: eoque minus, quod iidem Africani patres videantur illud concilium plane ignorasse; cum in epistola ad Cælestinum versus finem scribant: *Nam ut aliqui tanquam a tua sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum synodo definitum.* Quod dicere non potuissent, si Sardicense, in quo diserte illud can. 7. sancitum est, ex allegatione legatorum, aut aliter cognovissent. Eosdem concilium Sardicense ignorasse, confirmari potest ex S. Augustino, ubi ostendit se non agnovisse ullum concilium Sardicense, nisi illud Arianorum conciliabulum, quod supra post legitimum, & germanum Sardicense subjunximus. Qua de causa canones Sardicensis concilii in hoc commonitorio Zosimi sub nomine concilii Nicæni citentur, diximus supra in notis concilii Sardicensis, verbis, *Approbatum*, & *canones*. Hæc ex Surii annotationibus in hunc canonem. Bellarm. lib. 2. de Rom. pontif. cap. 25. Baron. anno 419. num. 19. An id, quod ab Africanis Milevitani concilii can. 22. constitutum fuerat, ne presbyteri, diaconi, & subdiaconi transmarina judicia appellarent, Zosimus probarit, vel potius hoc eodem commonitorio improbarit, Baronius præd. loco non immerito in dubium vocat: tum quod his temporibus Cælestium, & Apiarium presbyteros appellantes audierit: tum etiam quod nullam contradicendi occasionem habuissent Africani, si eadem in commonitorio observari voluisset, quæ ipsi in Milevitano concilio II. can. 22. vel saltem in Africano can. 92. ante constituerant. Hoc esse videtur quod iidem a Cælestino in literis contenderunt, ubi ajunt; *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua.* Ita Baron. anno prædicto num. 70. Canon. de libris sacræ scripturæ, sub concilio Carthaginensi tertio extans, num. 47. hoc vel alio concilio sub Bonifacio editus videtur. Nam ad finem de confirmatione canonis per Romanum pontificem ista ibi subjiciuntur: *Hoc etiam fratri, & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.* Vide notas canonis 47. concilii Carthaginensis III.

An presbyterorum & diaconorum appellationes transmarin. Zosimus approbarit.

Observatio P. Antonii Pagi
Ad An. Ch. 419. n. 23. & seq.

Baronius Synodum Carthaginensem *post Consulatum, Honorii XII. & Theodosii VIII. Augg. VIII. Kalend. Junii*, hoc scilicet anno habitam, quæ *Sexta*, vulgo dicitur,

citur, *Quintum* appellandum censuit. Verum jam ostendimus, eum perperam ordinem Conciliorum Africanorum immutasse, eoque in re Eruditos omnes contrarios habuisse. Sequitur post hanc Synodum in Tomis Conciliorum alterius tituli hic verbis conceptus: *Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Aug. III. Kalendas Julii Carthagine, in Secretario Basilicæ restitutæ, cum Aurelius Episcopus una cum Faustino Ecclesiæ Potentinæ Provinciæ Italiæ Picent, Legato Romanæ Ecclesiæ*, &c. Sed hæc duo Concilia non esse putavit Baronius, & cum eo Perronius Cardinalis cap. 48. Replicæ suæ ad Magnæ Britanniæ Regem, verum duos tantum editionis unius ejusdemque Concilii. Cum tamen veteres conciliorum Africanorum Collectores, prius *sextum*, posterius *septimum* inter Carthaginenſia appellent, ab eis in modo loquendi non videtur discedendum. In priori quod *Plenarium* fuit, conditi canones 33. in posteriori canones tantum sex. In priori de Appellationibus ad Romanam Sedem actum est occasione *Apiarii* Sicensis Ecclesiæ Presbyteri, a suo Episcopo ex Ecclesia Sicensi amoti, qui ad Zosimum appellarat, hicque statim *Faustinum* Potentiæ in Piceno episcopum cum duobus aliis Legatis in Africam destinarat, ut *Apiarii* causam retractarent. Mortuo enim paulo post Zosimo *Apiarii* causa in plenaria synodo Africæ hoc anno coacta, disceptata est, ut pluribus narrat Baronius.

Concilium illud vulgo *Sextum* appellatum, non solum annis quinque non duravit, ut vulgaris fert sententia; sed nec usque ad traditum Legatorum, qui ad *Cyrillum* Alexandrinum & *Atticum* Constantinopolitanum missi sunt, jussu ejusdem concilii, ad exquirenda Nicæni concilii statuta, quæ hoc anno adducta sunt mense Novembri, & ex Africa ad Bonifacium Papam A missa, hoc etiam anno 8. Kal. Decembr. ut fidem fecit titulus symboli Nicæni in concilio vulgo Africano sub a. 104. *Exemplaria Concilii Nicæni directa sub die VI. Kal. Decemb. post Consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. Bonifacio Urbis Romæ Episcopo.* Quibus ex verbis Emin. Card. Noris. lib. 1. Hist. Pelag. cap. 18. refellit Metachronismum Baronii hac de Innocentio, & Marcello Legatis Africanis anno. 73. scribentis: *Antequam Legati redirent, contigit Bonifacium mori, & in ejus locum subiit Cœlestinus*, qui juxta Baronium anno 423. Pontificatum iniit. Cur enim Legati hoc anno ex Africa profecti pleno quadriennio Alexandriæ & Constantinopoli morati fuissent? In eam opinionem Baronius descendit, quod legens epistolam ad Cœlestinum a synodo Africana scriptam, vidit adhuc sub *Cœlestino* in causa Apiarii *Faustinum* Legatum degisse Carthagine, indeque ejusdem causæ cognitionem usque ad Cœlestini Pontificatum protractam existimavit. Sed bis *Faustinus* in ejusdem *Apiarii* causa Legatus in Africam venit. Primo quidem anno precedenti sub Pontificatu Zosimi finem, ac pauces menses Carthagine moratus, cum *Apiarium* Episcopis Africanis conciliasset, Romam reversus est. At idem *Apiarius Cœlestino* Pontifice immanium criminum iterum accusatus, damnatusque Cœlestini patrocinium imploravit, a quo ecclesiasticæ communioni restitutus est, missio in Africam iterum *Faustino* Legato, ut cum Episcopis Apiarii causam retractaret. Hic vero conscientia rei stimulis actus universa crimina, quæ diu perfricta fronte negarat, tandem confessus est. Quæ omnia in synodi Africanæ epistola ad *Cœlestinum* narrantur. Quare certum esse debet concilium Carthaginense tam *Sextum* quam *Septimum*, ita vulgo appellata, eodem anno initium, & finem accepisse.

B

JOANNIS DOMINICI MANSI ADMONITIO

In Concilium Carthaginense an. CCCCXIX.

Viri Cll. Ballerini fratres Concilium Carthagine habitum an. CCCCXIX. *quamquam legerunt in Labbeo, adhuc tamen recudendum censuerunt prout reperire sibi licuit in antiquissimis Codd. MSS. Italicis, dederuntque inter documenta juris canonici veteris adjecta novæ editioni a se adornatæ operum S. Leonis Magni Tom. III. pag.* 635. *Ego consilium eorum sequens iterum evulgandum hic pariter censui, quamquam & Labbeanam editionem non expunxi. Reddidi tamen non decurtatum, ut est apud Ballerinos, sed integrum prout illud suppeditat vetustissimus Codex Lucensis, de quo sæpe alias dictum est.*

INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINEN.

TITULI XL.

Incipiunt Constituta, quæ apud Karthaginem acta sunt.

(P. C.) Glorioſissimorum Imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum VIII. Kal. Jun. Karthagine in Secretario Basilicæ Fausti.

I. AUrelius Papa una cum Valentino primæ Sedis Provinciæ Numidiæ, Faustino episcopo ecclesiæ Potentinæ Provinciæ Italiæ Piceni legatus Ecclesiæ Romanæ, sed & Legati diversarum Provinciarum Africarum, id-est Numidiarum duarum Bizacenæ, Mauritaniæ Sitifensis, & Mauritaniæ Cæsariensis, sed & Tripolim, & Vincentio Culsitano Fortunatiano Neapolitano, & ceteri Episcopi Provinciæ Proconsolaris CCXVIII. necnon Philippo, & Asello presbyteri Legatis Romanæ Ecclesiæ, qui cum consedissent adstantibus diaconis, Aurelius episcopus dixit: post diem præstitutam concilii, ut recordamini fratres beatissimi, multa flagitati sunt expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsentem synodum legati adve- C nerunt, quod gestis congregationis cœtus gratias referimus. Superest ut tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quam etiam hic a decessoribus nostris eamdem synodum firmantes, vel quæ formam per omnes clericorum gradus, a summo usque in ultimos salubriter ordinata sunt, in medio proferantur.

Ab universo Concilio dictum est: proferantur. Daniel Notarius recitavit. Nicæni Concilii Fidei professio vel statuta ita se habent; & cum recitaret. Faustinus episcopus Plebis Potentinæ Provinciæ Italiæ Piceni Legatus Romanæ Ecclesiæ dixit: injuncta nobis sunt a Sede Apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis cum Beatitudine tractanda. D Sicuti & gestis superioribus meminimus, hoc est de canonibus ut conserventur, & constitutio eorum, & consuetudo, quia & aliqua ordine, & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt.

De his ergo si placet Beatitudini vestræ tractemus, & postea cetera quæ acta, vel inchoata sunt inserta firmabuntur. Ut & ad sedem venerandam rescriptis vestris intimare possitis, ad quam nos admonuisse apud venerabilem Papam evidenter clareat. Licet & capitula actionum jam inserta sunt gestis, de ipsis ergo, ut superius dixi,

dixi, quid veſtræ beatitudini placeat, agere A debeamus. Veniat ergo commonitorium in medio, ut ſciri poſſit veſtra Beatitudo, quid in eo contineatur. Aurelius epiſcopus dixit: proferatur commonitorium, quod fratres, & conſacerdotes noſtri actis nuper allegaverunt, & cetera, quæ acta, vel agenda ſunt, ſubſequentur.

Daniel Notarius recitavit commonitorium Fratri Fauſtino epiſcopo, & filiis Philippo, & Aſello presbyteris Zoſimus epiſcopus. Vobis commiſſa negotia. Non latet etiam vos ita ac ſe noſtra ibi immo quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt cuncta peragere maxime cum & hoc noſtrum poſſitis habere mandatum, & verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem B huic commonitorio inſeruimus. Ita enim dixerunt fratres in concilio Nicæno cum de epiſcoporum appellatione decernerent. Placuit autem, ut ſi epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum eccleſiæ Romanæ epiſcopum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his epiſcopis dignetur qui in finitima, & propinqua provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi quis rogat cauſam ſuam iterum audiri, & deprecatione ſua moverit epiſcopum Romanum, ut e latere ſuo presbyterum mit- C tat, erit in poteſtate epiſcopi quod velit, & quid æſtimet; & ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis judicent habentes authoritatem ejus, a quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit ſufficere epiſcopos, ut negotium terminum imponant; faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit. Et cum recitaret; Alypius epiſcopus eccleſiæ Tagaſtenſis legatus Provinciæ Numidiæ dixit: de hoc jam ſuperioribus etiam literis ſcripſimus, & id nos ſervaturos profitemur quod in Nicæno conſtitutum eſt. Adhuc tamen me monet quoniam cum inſpiceremus Græca exemplaria hujus ſynodi Nicænæ iſta ibi neſcio qua ratione minime invenimus. Unde petimus ve- D nerationem tuam ſancte Papa Aureli, ut quia hoc autenticum Concilii Nicæni in Urbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ ſanctitatis mittere digneris; & non ſolum ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ſed etiam Alexandrinæ & Antiochenæ venerabiles ſacerdotes, qui hoc nobis concilium ſub aſtipulatione litterarum ſuarum dirigant, ut omnis poſtmodum ambiguitas auferatur. Quia nos, ita ut Frater Fauſtinus adtulit minime invenimus, iſta nos tamen paulis perſeveraturos, ut ante dixi, donec integra exemplaria veniant profitemur. Petendus eſt autem litteris noſtris etiam venerabilis eccleſiæ Romanæ epiſcopus Bo- E nifacius, & ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilii, qui ſecum poſſint ſcripta perferre. Nunc autem memorati Nicæni Concilii qualia exemplaria habemus, his geſtis ſociamus.

Fauſtinus epiſcopus legatus Romanæ eccleſiæ dixit: nec veſtra ſanctitas præjudicat eccleſiæ Romanæ, ſi de hoc capitulo, ſive de aliis, quia ut dicere dignatus eſt Frater, & coepiſcopus noſter Alypius eſſe canones. Sed hæc ipſa ad ſanctum, ac beatiſſimum Papam noſtrum ſcribere dignemini, ut & ipſe integros canones inquirens cum veſtra ſanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem, ut & ipſe beatiſſimus epiſcopus urbis Romæ, ſicuti & veſtra ſanctitas apud ſe tractat, ita & ipſe inquirat, ne contentio inter eccleſias naſci videatur, ſed magis caritate fraterna deliberare poſſitis ipſo ſcribente quid melius obſervari debeat.

Aurelius epiſcopus dixit: præter iſta, quæ deprompſimus actis, neceſſe eſt ut etiam noſtra parvitas litteris ſancto Fratri, & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula quæ tractamus pleniſſime intimemus. Univerſum concilium dixit: placet.

Novatus epiſcopus legatus Mauritaniæ Sitiſenſis dixit: nunc meminimus in præſenti commonitorio lectum etiam de presbyteris, vel diaconibus continere qualiter audiri ab epiſcopis ſuis, vel a finitimis debeant, quod in Nicæno Concilio minime legimus, unde hoc ipſum jubeat ſanctitas veſtra recitari. Aurelius epiſcopus dixit: recitetur ad locum etiam hoc quod depoſcitur.

Daniel Notarius recitavit: de appellationibus aut clericorum, ideſt minoris loci eſt ipſius ſynodi certa reſponſio, de qua re acturi ſitis credimus inſerenda; quod ubi taliter dictum eſt. Oſius epiſcopus dixit: quod me adhuc moveat reticere non debeo. Si epiſcopus quis forte iracundus, quod eſſe non debet, cito, aut aſpere commoveatur adverſus presbyterum, ſive diaconum ſuum, & interminare eum de eccleſia voluerit, providendum eſt ne innocens damnetur, aut perdat communionem, habeat poteſtatem ejectus ut finitimos interpellet, ut cauſa ejus audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientia rogantia rogandi. Et ille epiſcopus, quia ut juſte, aut injuſte rejecit patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur ejus, aut emendetur ſententia, & cætera.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ Ipponienſis Provinciæ Numidiæ dixit: & hoc nos ſervaturos profitemur ſalva diligentiora inquiſitione Nicæni Concilii.

Aurelius epiſcopus dixit: ſi hoc etiam omnium veſtræ caritati placet reſponſione firmate. Univerſum concilium dixit: omnia quæ in Nicæno concilio ſtatuta ſunt placent nobis omnibus.

Jocundus epiſcopus eccleſiæ Suſetulæ Bizacenæ dixit: quod ſtatum eſt in Nicæno Concilio violari a quoquam nullatenus poteſt.

Fauſtinus epiſcopus Legatus eccleſiæ Romanæ dixit: adhuc ſecundum profeſſionem ſanctitatis veſtræ tam ſancti Alypii quam etiam Fratris noſtri Jucundiali, qua infirmari quod non debeant, ſed cum jam in dubium ipſi canones venerint ergo ut placet nobis, & beatitudini veſtræ ad ſanctum, & venerabilem eccleſiæ Romanæ epiſcopum veſtra ſanctitas ſcribere dignetur, ut & ipſe quod & ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt deliberare poſſit. Utrum & hoc conſentiendum ſit, ac reticendum, hoc eſt de appellationibus inferioris gradus. Si ergo in dubium vent, & de hoc capitulo, juſtum eſt, ut beatiſſimæ ſedis Apoſtolicæ epiſcopus informari debeat, ſi tamen adprobatis canonibus hoc non inveniri poſſit.

Aurelius epiſcopus dixit: etiam quod du-

dum veſtræ caritati intimavimus hunc patimini tam exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilii, ſed ut quod hic ſalubriter a noſtris deceſſoribus conſtituta ſecundum ejuſdem concilii formam, vel quæ nunc ordinata ſunt recitari, & geſtis inſeri. Omne concilium dixit: exemplaria Fidei, & ſtatuta Nicæna Synodi, quæ ad noſtum concilium per beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, qui interfuit, Cæcilianum epiſcopum adlata ſunt, ſed & quæ patres ea exempla ſequentes hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu conſtituimus his geſtis eccleſiaſticis inſerta manebunt, ita ut ſuperius dictum eſt venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ eccleſiarum epiſcopos ſcribere veſtra beatitudo dignetur, ut exemplaria veriſſima Concilii Nicæni dirigant ſub aſtipulatione letterarum ſuarum, quod declarata veritas capitula quæ in commonitorio præſente, fratre & coepiſcopo noſtro Fauſtino, ſed & presbyteri Philippus, & Aſellus ſecum adtulerunt collecta ſynodus de hoc in ſecundo tractavimus, ut aut ibidem reparata a nobis firmabuntur, aut ſi non inventa fuerent ſilebunt. Daniel notarius recitavit vel ejus ſtatuta ita ſe habent, ut ſuperius lectum eſt titulos XXI. ex ordine retractavit, & cum recitaret.

I.

Statuta Nicæni obſervanda.

AUrelius epiſcopus dixit: hæc ita apud nos habentur exemplaria ſtatutorum, quæ tunc fratres noſtri de concilio Nicæno ſecum detulerunt, cujus formam ſervantes hæc quæ ſequuntur conſtituta a nobis cuſtodiuntur.

II.

De Trinitate.

Univerſum Concilium dixit: Deo propitio pari profeſſione fides eccleſiaſtica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioſo primitus confitenda eſt. Tunc demum ordo eccleſiaſticus ſingulorum, & conſenſu omnium adſerendus, ad comprobandas Fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum nuper promotorum mentes ea proponenda ſunt, quæ a patribus certa diſpoſitione accepimus, ut Trinitatis quam noſtris in ſenſibus conſecratam retinemus, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unitatem, quæ nullam noſcitur habere differentiam, ſicut didicimus, ita Dei populos inſtruemus. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: plane ſic accepimus, ſic tenemus, ſic docemus fidem evangelicam veſtra doctrina ſequentes.

III.

De Continentia.

Aurelius epiſcopus dixit: cum prætorito concilio de continentiæ, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnixi ſunt Epiſcopi, inquam, presbyteri, & diaconi, ita placuit ut decet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter, quod a Domino poſtulant impetrare, ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ Provinciæ Piceni legatus Romanæ eccleſiæ dixit: placet ut epiſcopus, presbyter, & diaconus, vel qui ſacramenta contrectat, pudicitiæ cuſtodes ab uxoribus ſe abſtineant. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: placet ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari inſerviunt.

IIII.

De terminis Patrum.

Aurelius epiſcopus dixit: avaritiæ cupiditatis, quam rerum omnium malorum mater eſſe nemo quis dubitet, proinde inhibendum eſt, unde quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos Patrum ſtatutos tranſcendat.

V.

Ut nullus clericus fœneret.

Nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere, quanquam novellæ ſuggeſtiones, quæ obſcuræ ſunt, vel ſub diverſo genere latent, inſpecti a nobis formam accipient, ceterum de quibus apertiſſime ſcriptura ſanxit, non ferenda ſententia eſt, ſed ſequenda, proinde quod in laicis reprehenditur, at multo magis debet in clericis prædamnari. Univerſi dixerunt: nemo contra prophetas, nemo contra evangelia facit ſine ſuo periculo.

VI.

De Chriſmate, vel reconciliatione, & puellarum conſecratione.

Fortunatus epiſcopus dixit: in præteritis conciliis ſtatuta meminimus, ut chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio a presbyteris non fiat; ſi quis emerſerit hoc facere, quid de eo ſtatuendum ſit. Aurelius epiſcopus dixit: audivit dignatio veſtra ſuggeſtione Fratris, & coepiſcopi noſtri Fortunati quid ad hæc dicitis? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt. Chriſmæ

mæ confectio, & puellarum conſecratio a presbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam eis minime licere in publica miſſa, omnibus placet.

VII.

De reconciliandis infirmis.

Aurelius epiſcopus dixit, ſi quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & reconciliari ſe divinis altaribus petierit, ſi epiſcopus abſens fuerit, debet utique presbyter conſulere epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare, quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt, placet quod ſanctitas veſtra neceſſario nos inſtruere præceptis.

VIII.

In accuſatione Epiſcoporum criminoſi non debent admitti.

Numidius epiſcopus Maxilitanus dixit, præterea ſunt quamplurimi non bonæ converſationis, qui extimant majores natu, vel epiſcopos paſſim vageque in accuſatione pulſandos, debent tam facile admitti contra apoſtolicam regulam necne? Aurelius epiſcopus dixit placet igitur caritati veſtræ ut is qui aliquibus ſceleribus inretitus eſt, vocem adverſus majores natu non habeat accuſandi. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: ſi criminoſus eſt non admittatur.

VIIII.

De excommunicatis.

Auguſtinus epiſcopus ad Legatos Provinciæ Numidiæ dixit; hoc ſtatuere dignemini, ut ſi qui forte merito facinorum ſuorum ab eccleſia expulſi ſunt, & ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius perfugientes ſui epiſcopi regula reddi debere. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: omnibus placet.

X.

De his qui excommunicati audent erigere altare, & ſacrificare.

Alypius epiſcopus eccleſiæ Thagaſtenſis Provinciæ Numidiæ dixit; nec illud prætermittendum eſt, ut ſi qui forte presbyter ab epiſcopo ſuo correptus tumore vel ſuperbia inflatus putaverit ſeparatim ſe ſacrificium Deo offerre, vel aliud erigendum altare contra eccleſiaſticam fidem, vel diſciplinam crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ ſedis Provinciæ Numidiæ dixit: neceſſario diſciplinæ eccleſiaſticæ & fidei congrua ſunt quæ Frater noſter Alypius proſecutus eſt, proinde quid exinde videtur veſtræ dilectioni proferte. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt; ſi quis presbyter a Præpoſito ſuo correptus fuerit, debet utique apud vicinos epiſcopos conveniri, ut ab ipſis ejus cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari; quod niſi fecerit, ſed ſuperbia magis, quod abſit, inflatus, ſecernendo ſe ab epiſcopi ſui communione, ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, nihilominus & locum admittat. At ſi querimoniam juſtam adverſus epiſcopum habuerit inquirendum erit.

XI.

Qualiter epiſcopi, presbyteri, & diaconi audiantur.

Felix epiſcopus dixit; ſuggero ſecundum ſtatuta veterum conciliorum, ut ſi quis epiſcopus, quod non optamus, in reatum aliquod incurrerit, & ſi nimia fuerit neceſſitas ut non poſſint plurimi congregari, in crimine remaneat, a duodecim epiſcopis audiatur, & a ſex vel ſeptem cum proprio epiſcopo presbyter audiatur, & a tribus diaconus audiatur.

XII.

De ordinandis epiſcopis.

Aurelius epiſcopus dixit quid ad hæc dicit ſanctitas veſtra: ab univerſis epiſcopis dictum eſt, a nobis veterum ſtatuta debere ſervari ſicuti & conſulto primæ cujuslibet Provinciæ Epiſcopo tam facile non temere præſumant multi congregati epiſcopi, epiſcopum ordinare, ſi vero neceſſitas fuerit III. epiſcopi in quocunque loco ſint ejus præcepto ordinari debebunt epiſcopi; & ſi qui contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit.

XIII.

De epiſcopo legato Tripolitano, & de judicandis presbyteris.

Sane placuit de Tripolim propter inopiam Provinciæ, ut unus epiſcopus in legatione veniat, & ut presbyter ibi a quinque audiatur epiſcopis, & diacones tribus ut ſuperius memoratum eſt.

XIV.

A

XIV.

Ut nullus clericus ad judicium publicum veniat.

Quiſquis vero epiſcoporum, presbyterorum, vel clericorum cum in eccleſia ei fuerit crimina inſtitutum, vel ſi vilis cauſa ei fuerit commota, & relicto eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgare ſe voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali; in civili vero perdat quod devicit ſi locum ſuum obtinere maluerit. Sane & illud ſi ex conſenſu partium, qui electi fuerunt judices, etiam a pauciore numero quam conſtituta eſt non liceat provocare.

B

XV.

De Spectaculis.

Placuit, ut filii ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non tantum non exhibeant, ſed nec expectare eis liceat; hoc ſemper chriſtianis omnibus interdictum ſit, ut ubi blaſphemiæ ſunt omnino non accedant.

C

XVI.

Ut clerici non ſint conductores.

Et ut epiſcopi, presbyteri, diacones non ſint conductores, aut procuratores, neque ulli turpi negatio, & inhoneſto victum quærant. Reſpicere enim debent ſcriptum eſſe, *nullus militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus.*

D

XVII.

Jubentur Lectores nubere.

Et ut Lectores cum ad annum pubertatis venerint cogantur uxores ducere, aut continentiam profiteri.

XVIII.

Clericus quod, vel quantum commodaverit, recipiat.

Et clericus ſi commodaverit pecuniam, pecuniam recipiat, eamdem ſpeciem quantum ei debetur accipiat.

E

XXIX.

Ante XXV. *annis nullum in ordine promovere.*

Et ut ante XXV. annis ætate diaconus vel presbyter nullus ordinetur, neque virgines conſecrentur, & ut Lectores populum non ſalutent.

XX.

De primatu Mauritaniæ Sitifenſis.

Primatum vero proprium cum Mauritaniæ Sitifenſis epiſcopi poſtularent omne concilium epiſcoporum Numidiæ conſentientibus omnibus Primatibus, vel univerſi epiſcopi Provinciarum Africanarum propter longi itineris novitatem habere permiſſa eſt, cum conſilio Karthaginenſis eccleſiæ factum eſt.

XXI.

De ordinandis Epiſcopis, vel Clericis.

Item placuit ut ordinatio epiſcoporum, vel clericorum, ut prius placita conſilii intimentur, eorum auribus ab ordinatoribus ſuis, ut ſi aliquid contra ſtatuta concilii fecerint, pœniteant.

XXII.

Ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur.

Dictum eſt enim *accipite, & edite*; cadavera autem nec accipere poſſunt, nec edere, & nec jam mortuos homines baptizari faciat præsbyterorum ignavia.

XXIII.

Ut bis in anno conſilia fiant.

Pro qua re confirmandum eſt in hac ſancta Synodo, ut ſecundum Nicæna ſtatuta propter cauſas eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plevium ſæpe vetereſcunt, ſingulis quibuſque annis concilia fiant, ad quæ omnes Provinciæ quæ primas ſedes habent de conciliis ſuis binos, aut quantos elegerint legatos mittant epiſcopos congregatos, ut conventu integro plena poſſit eſſe auctoritas.

XXIV.

De accuſatis Epiſcopis.

Aurelius epiſcopus dixit: vero Epiſcoporum accuſator ad primates Provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec a communione ſuſpendatur cui crimen intenditur niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum judicium dies ſtatuta literis evocatus minime occurrerit, hoc eſt intra ſpatium menſis unius, & die qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quod ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probaverit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem. Verum tandiu poſt men-

menſem ſecundum non communicet do- A nec purgetur. Si autem nec ad concilium univerſale anniverſarium occurrere voluerit, ut vel ibi cauſa ejus terminetur, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe judicetur, tempore ſane quo non communicat, nec in ſua eccleſia, nec in parrocia communicet. Accuſator autem ejus ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, a communione non removeatur; ſi vero aliquando defuerit ſubtrahens ſe reſtituto in communione epiſcopo ipſe removeatur accuſator a communione. Ita tamen ut nec ipſi adimatur facultas cau- B ſæ perageudæ ſeſe ad diem occurrere noluiſſe ſed non potuiſſe probaverit, illud vero ut cum agere cœperit, in epiſcoporum judicio ſi fuerit accuſator ipſa perſona culpabilis ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas adſerere voluerit.

XXV.

De Presbyteris, vel Diaconis accuſatis.

Si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accuſati adjunctos ſibi ex vicinis C locis proprios epiſcopos legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſato petierint, ideſt in presbytero V. diaconi, duo epiſcopi cauſam diſcutiant, eoſdem dierum & dilationem, & a communione remoti, & diſcuſſione perſonarum inter accuſatores, & eos, qui accuſantur forma ſervata. Reliquorum autem clericorum cauſas etiam ſolus epiſcopus loci cognoſcat, & finiat.

XXVI.

De conjugalia clericorum.

Et ut filiis clericorum gentilibus, vel hæreticis, aut ſciſmaticis matrimonio conjungantur.

XXVII.

De hæredibus Clericorum.

Ut epiſcopi, vel quicunque clerici in eos qui catholici chriſtiani non ſunt etiamſi conſanguinei fuerint per donationes rerum ſuarum nihil aliquid conferant.

XXVIII.

Ut epiſcopi tranſmare non proficiſcantur.

Epiſcopi trans mare non proficiſcantur niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo ſuæ cujuſque provinciæ, ut ab eo præcipue poſſint ſumere formatam, vel commendatitias epiſtolas.

XXIX.

De ſcripturis canonicis.

Et ut præter ſcripturas canonicas nihil in eccleſia legatur ſub nomine divinarum ſcripturarum. Sunt autem & canonicæ ſcripturæ, ideſt veteris teſtamenti, Geneſis, Exodum, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jeſum Nave, Judicum, Ruth, Regnorum Libri IIIIor, Paralypomenon, Libri II. Job, Pſalterium, Salomonis, Libri V. Prophetarum, Eſajas, Hieremias, Daniel Libri XII. cum Prophetarum Tobias, Judit, Eſter, Heſdræ, Libri duo, Macchabeorum Libri duo. Novi Teſtamenti, Evangelia, Libri IIIIor. Actuum Apoſtolorum Liber unus, epiſtolarum Pauli Apoſtoli, numero XIV. Petri Apoſtoli duas, Johannis tres, Jacobi una, Judæ una, Apocalypſis Johannis Liber unus, hoc etiam Fratri, & conſacerdoti noſtro ſancto Bonifacio urbis Romæ epiſcopo, vel aliis earum epiſcopis pro confirmando iſto canone innoteſcant, quia & a Patribus ita accepimus in eccleſia legendum.

XXX.

De Continentia, & de his, qui ſacramenta contrectant.

Addimus itaque Fratres Kariſſimi præterea cum de quorumdam clericorum quámvis lectorum erga uxores proprias incontiare ferretur, placuit quod eſt in diverſis conciliis firmatum eſt, ſubdiacorius, qui ſacra miniſteria contrectant, D & diaconi presbyteri & epiſcopi ſecundum priora ſtatuta, etiam ab uxoribus ſe continere, ut tanquam non habentes videantur eſſe. Quod niſi fecerint ab eccleſiaſtico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi niſi maturiore ætate ut ſuperius dictum eſt annorum XXX. ab univerſo concilio dictum eſt, quæ veſtra ſanctitas ſanxit, juxte moderata, & ſancta & Deo placita ſunt, confirmentur in omnibus.

XXXI.

E *Ut nullus rem Eccleſiæ diſtrahat.*

Quod ſi reditum non habet, & aliqua neceſſitas nimia cogit hanc inſinuandam eſſe primato Provinciæ ipſius ut Fratrum ſtatuto numero epiſcoporum, utrum faciendum ſit arbitrentur. Et ſi tanta urget neceſſitas eccleſiæ, ut non poſſit ante conſulere, ſaltem vicinos teſtes convocet epiſcopos, curans ad concilium

cilium omnium referre eccleſiæ neceſſi- A
tates ; quod ſi non fecerit , reus Deo , & ſancto concilio venditor honore amiſſo teneatur.

XXXII.

De Presbyteris lapſis.

Item confirmatum eſt ut ſi quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua gravi culpa convicti fuerint, qua eos a miniſterio neceſſe ſit removeri, non eis manus, vel tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur. B

XXXIII.

De Baptizatis.

Neque permittendum , ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

XXXIV.

De Clericis audiendis, & de Appellationibus.

Item placuit , ut presbyteri , & diaconi, vel cæteri inferiores clerici in cauſis , quas habuerint , ſi de judicio epiſcoporum ſuorum queſti fuerint , vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid cauſæ fuerint, finiant , conſentientes eorum epiſcopi . Quod & ſi ab eis provocandum putaverint , non eis permittatur, niſi ad primatus ſuarum Provinciarum , aut ad univerſale concilium, ſicut & de epiſcopis conſtitutum eſt : ad tranſmarinum autem qui putaverit appellandum, a nullo intra eadem provincia in communione ſuſcipiatur. C

XXXV.

De Excommunicatis clericis.

Item placuit univerſo Concilio , ut qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglecto, ſive epiſcopus, ſive quilibet clericus , & tempore excommunicationis ſuæ , ante audientiam , communionem præſumpſerit , ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.

XXXVI.

De Accuſatis.

Item placuit ut accuſatus , vel accuſator in eo loco ubi eſt , ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis locum ſibi eligat proximum, quo non ſit difficile teſtes producere qualiter cauſa ejus finiatur.

XXXVII.

De his, qui ordines contemnunt.

Item placuit , ut quicunque clerici , vel diacon pro neceſſitatibus eccleſiarum non obtemperaverint epiſcopis ſuis volentibus eos (ad) honorem in ſua Eccleſia promovere, nec in ſuo gradu miniſtrent, unde recidere noluerunt.

XXXVIII.

Ne quis res Eccleſiaſticas ſibi mancipet.

Ut Epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur , & tempore epiſcopatus , vel clericatus ſui agros, vel quæcunque prædia nomine ſuo, vel per alium excuſandum comparant , tanquam rerum Dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti in eccleſiam eamdem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſsione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum propoſito congruit : quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint , honore eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi judicentur.

XXXIX.

Ut non liceat Presbyteris res tituli venundare.

Ita etiam placuit , ut presbyteri non vendant rem eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis , quomodo nec epiſcopis licet vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio , vel cuncto presbyterio ſine ulla neceſsitate. D

XL.

De rebus tituli non invadendis , & ut Epiſcopo non liceat matricis eccleſiæ rem tituli Presbyteri ſui uſurpare.

AUrelius epiſcopus dixit : juxta ſtatuta totius Concilii congregati, & meæ mediocritatis ſententiam, placuit facere rerum omnium concluſionem ; univerſi tituli deſignati , & digeſti hujus diei tractatum (ſic) eccleſiaſtica geſta ſuſcipient : Ea vero quæ adhuc expreſſa non ſunt, cum cognoverimus die ſequenti per E
fratres noſtros Fauſtinum epiſcopum , Filippum , & Aſellum presbyteros venerabili Fratri , & Coepiſcopo noſtro Bonifacio reſcribemus. Et ſubſcripſerunt.

Aurelius epiſcopus huic ſchedulæ releſtæ nobis ſubſcripſi.

Valentinus epiſcopus primæ ſedis Provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.

Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ, Provinciæ Piceni legatus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ huic geſtæ ſubſcripſi.

Aly-

Alypius epiſcopus eccleſiæ Thagaſtenſis legatus Provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ Hipponiregio legatus Concilii Numidiæ huic cartulæ pro me, & concilio ſubſcripſi.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ Calamenſis legatus Provinciæ Numidiæ inferioris ſubſcripſi.

Vincentius epiſcopus Culſitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Fortunatus epiſcopus Neapolitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Pentadius epiſcop. Carpitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Rufinus epiſcopus Eccleſiæ Maxenſis ſubſcripſi.

Prætextatus epiſcopus Siciliubenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Quodvultdeus epiſcopus Vetenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Candidus epiſcopus Abitinenſis Germanicianorum eccleſiæ ſubſcripſi.

Gallonianus epiſcopus Utenenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Maximianus epiſcopus Aquenſis Regiorum legatus Provinciæ Bizacenæ ſubſcripſi.

Jucundus epiſcopus Sufetulenſis legatus Provinciæ Bizacinæ ſubſcripſi.

Maximinus epiſcopus Suffetanus legatus Provinciæ Bizacenæ ſubſcripſi.

Hilarianus epiſcopus Horreicelienſis legatus Provinciæ Bizacenæ ſubſcripſi.

Novatus epiſcopus Sitiſenſis ſubſcripſi.

Ninellus epiſcopus Suſurranenſis legatus Provinciæ Mauritaniæ Sitiſenſis ſubſcripſi.

Laurentius epiſcopus Icoſitanus legatus Provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis ſubſcripſi.

Numerianus epiſcopus Raugurienſis legatus ejuſdem Provinciæ ſubſcripſi

Leo epiſcopus Moptenſis legatus ejuſdem Provinciæ ſubſcripſi.

Alius Leo epiſcopus legatus Provinciæ Sitiſenſis ſubſcripſi.

Et cæteri epiſcopi CCXVIII. diverſarum Provinciarum ſubſcripſerunt.

Philippus presbyter legatus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ his geſtis ſubſcripſi.

Aſellus presbyter legatus Eccleſiæ Romanæ his geſtis ſubſcripſi.

Poſt hæc ſubditur epiſtola totius Concilii ad Bonifacium hoc titulo.

Incipit epiſtola ab omni Concilio ſupraſcripto ad Bonifacium Urbis Romæ epiſcopum ſcripta, & congeſta (ſic) quat ibidem apud Carthaginem confecta, per Fauſtinum epiſcopum, & Philippum, & Aſellum presbyteros directa.

Domino Beatiſſimo &c. } *Eſt apud Labbeum ubi & variantes dedimus.*

Quoniam Domino placuit &c. }

Abſolvitur hæc epiſtola ſic:

Explicit epiſtola ad Bonifacium urbis Romæ epiſcopum data.

Incipit epiſtola Attici epiſcopi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad Bonifacium urbis Romæ epiſcopum data, cum exemplariis Nicæni Concilii e Græco in Latinum translatis a beatiſſimis Cyrillo, & Attico epiſcopis Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, & directis per Innocentium presbyterum ſuum, & Aſellum ſubdiaconum eccleſiæ Carthaginenſis, ut ſuperius recitatum eſt. Fides Nicæni concilii cum titulis XX. Epiſtola vero ita continetur.

Atticus epiſcopus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ
ſancto Fratri Bonifacio urbis
Romæ epiſcopo
ſalutem.

EDidi Canones SS. Patrum olografa manu. Amen. Amen. Græca elementa literarum numeros exprimere nullus, qui tenuiter vel græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos latinus Firmatas appellat aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur, hoc a patribus CCCXVIII. Niciam congregatis ſaluberrime inventum eſt, & conſtitutum, ut formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſubſcriptionis habeant rationem. Ideſt ut adſumantur in ſupputatione prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: ideſt (a) ΠΦC quæ elementa octogenarium ſeptuagentium ducenteſimum & primum ſignificant, numerus quoque Petri Apoſtoli prima litera, ideſt Π, qui numerus LXXXta ſignificat, ejus qui ſcribſt epiſcopi prima littera cui ſcribitur ſecunda, accipientis tertia littera, civitatis quoque de qua ſcribitur quarta, & indictionis quæcunque fuerit idem temporis eorumdem qui fuerit numerus, adſumatur, atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ ut diximus numeros exprimunt in unum ductis unamque cum collecta fuerit ſummam epiſtola teneat, qui accipit hanc omni cum cautela requirat, expreſſam addat. Præterea ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium & nonum numerorum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat Amen. Explicit.

Sequitur tandem epiſtola Aurelii ad Cæleſtinum Papam hoc titulo: Incipit epiſtola S. Aurelii epiſcopi ad S. Cæleſtinum epiſcopum urbis Romæ de adventu Apiarii.

Domino dilectiſſimo &c.

Optaremus ſiquidem admodum &c. *Eſt apud Labbeum.*

(a) Latinas voces Græcis literis expreſſit Latinus interpres.

Ex Suppl. Manſi p. 299. 300.

CONCILIUM CORINTHIUM

In cauſa Perigenis ad epiſcopatum Corinthium transferendi,

Anno cccxix. circiter celebratum.

Anno 419. circiter.

PErigenes quidam eccleſiæ Corinthiæ presbyter, Patrenſis epiſcopus renunciatus conſecratuſque fuerat a Metropolitano ſuo Corinthiorum epiſcopo. Eumdem ad eccleſiam ſuam Patrenſes rejecerunt; quare ille Corinthum regreſſus quietus aliquandiu manſit, donec ibi e vivis ſublato Metropolitano, de illo ſubſtituendo populus cogitavit, ejuſque rei gratia ſynodus habita eſt, conſulturi ſortaſſe num liceret in eo ſingulari rei eventu alterius diœceſis epiſcopum ad alteram transferri. Synodus ſubſtitutionem hanc probavit, poſtulandumque cenſuit a Bonifacio I. Romano Pontifice, ut eccleſiæ Corinthiorum epiſcopum daret Perigenem, virum optimum, & totius Eccleſiæ teſtimonio probatum. Bonifacius aſſenſum præbuit; ſed cum res illa iterum revocaretur in dubium, & provinciæ illius, Theſſaliæ nempe epiſcopi rem dignam judicarent, ut in concilio totius provinciæ tractaretur, Bonifacius datis ad Rufum Theſſalonicenſem Metropolitanum literis ſignatis XIII. Kal. octobris *Monatio coſſ.* anno A ſcilicet 419. mandavit, ut ipſe apoſtolico nomine, nonnullis aliis adjunctis epiſcopis, de cauſa illa cognoſceret, vetaretque ne Theſſalorum concilium judicium illud uſurparet. Qui fuerit cauſæ illius exitus diſcimus ex epiſtola Bonifacii II. Pontificis ad ſynodum mox apud Theſſalonicam congregandam; ſcribit enim in illa apoſtolicæ ſedis præſidium Perigeni profuiſſe. Hoc ergo concilium, Corinthi habitum, in quo Perigenis electio probata, & ad apoſtolicam ſedem confirmanda tranſmiſſa fuit, laudat epiſtola Bonifacii ad Rufum, lecta in concilio III. Romano ſub Bonifacio II. his verbis: *Corinthi Perigenem, ſicut jamdudum a S. Synodo ſuper ejus nomine pagina directa teſtatur, ſanctum, & inſtituti optimi qualitate polentem, civitatis ſuæ non tam accipere, quam retinere deſiderant ſacerdotem.* Id etiam repetit in altera epiſtola ad eundem Rufum ſcripta ac ſignata XIII. Kal. Octobr. *Monatio V. C. Coſ.* id eſt anno 419.

ANNO CHRISTI 419.

ANNO CHRISTI 419.

Vide concilium Africanum a can. 94 uſque ad 100. excluſive.

[a] CONCILIUM [b] CARTHAGINENSE VII.

[c] XXXVIII. EPISCOPORUM.

In hac ſynodo recitati ſunt canones 105. quorum magna pars habetur in Carthaginenſi III. & in Milevitano II. Concilio ſupra excuſis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De excommunicatis, ut ad clericorum accuſationem non admittantur.*
II. *De perſonis, quibus clericorum accuſatio interdicitur.*
III. *De his qui primum crimen objectum non probarunt, ut ad cetera non admittantur.*
IV. *De perſonis quæ adverſus clericos teſtimonium dicere prohibentur.*
V. *De eo quem ſolo ſuo teſtimonio præſumpſerit excommunicandum epiſcopus.*

a Junius, In conc. Afric. can. 94. & in eod. can. 227.

POST conſulatum glorioſiſſimorum imperatorum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Auguſtorum, [2] III. Kalendas [3] Julii, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cum Aurelius epiſcopus una cum
Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ eccleſiæ,
Vincentio Culuſitano,
Fortunatiano Neapolitano,
Mauriano [3] Ulizibiritano,
Pentadio Carpitano,
Adeodato [4] Simittuenſi,
Rufiniano [5] Muzutenſi,
Prætextato Sicilibrenſi,
Quodvultdeo [6] Verenſi,
Candido [7] Arbiritano,
[8] Galloniano [9] Uticenſi, legatis provinciæ Numidiæ proconſularis,
Alypio Tagaſtenſi,
Auguſtino Hippone Regienſi,

[4] Simoethenſi, *al.* Sumitenſi.
[5] Muſtenſi,
[6] Virenſi,
[7] Abdiritano,
[8] Gallonio.

Poſſi-

1 Mſſ. Pariſ. Collegii Soc. Jeſu. *Concilium Carthaginenſe VII. Epiſcoporum XVIII.* (forte XXIII.) *geſtum ara quæ ſupra* (nempe ſuperiori Concilio Carth. VI. indicata) *cui etiam interfuit prædicta Legatio Romanæ Eccleſiæ.* Hoc Concilium integrum ſupra in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ poſt n. 227. uſque ad 234. Emendationes, & variæ lectiones ſunt ex iiſdem Mſſ. de quibus ad Concil. Carth. VI. *Harduinus.*
2 AL. IV. *Kal.*
3 *Uzipparitano*, Hard.
4 *Simidicenſi . . . . . Muzuenſi.* Hard.
5 *Ultnenſi*, in Mſ.

Poſſidio Calamenſi, legatis provinciæ Numidiæ, A
Maximiano Aquæ-Regienſi,
Jocundo Suffetulenſi, [1]
Hilarino [2] Orreocelenſi, legatis provinciæ Byzacenæ. Et
Novato Sitiphenſi,
[3] Opinenſi, al. Moſtenſi, Leone [3] Oſpinenſi, [3]
Leone alio, legatis provinciæ Mauritaniæ Tingitanæ:
[4] Nivello [4] Ruſcurienſi,
Laurentio Icoſitano,
Numeriano [5] Ruſgunienſi, legatis provinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis:

Ac univerſis in concilio judicibus delectis, adſtantibus diaconibus, conſedifſet, & quibuſdam peractis, multi epiſcopi ceterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe & ad proprias eccleſias feſtinarent: placuit [6] univerſo concilio, ut ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque provinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, ut hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos adfuiſſe teſtantur.

CAPITULA.

I.

Cod. can. 128. Conc. Afr. cap. 95. 4. quæſt. 1. Diſſimus eum rite.

PLacuitque omnibus, quoniam ſuperioribus conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum, jam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, jam expreſſum non eſt: idcirco definimus, eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſive ſit clericus, ſive laicus, accuſare voluerit.

II.

Cod. can. cap. 129. Conc. Afr. cap. 96. 4. quæſt. 1. Diſſimus eum rite. 4. quæſt. 6. Omnibus quibus accuſatio.

Item placuit, ut omnes ſervi, vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici etiam, ſive Pagani, ſive Judæi. Sed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non eſt deneganda.

III.

Cod. can. cap. 130. Conc. Afr. cap. 97. 3. quæſt. 10. Placuit, ut quotieſcumque.

Item placuit, ut quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.

IV.

Cod. can. cap. 130. Conc. Afr. cap. 98. 4. quæſt. 2. & 3. teſtes autem ad.

Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſuo produxerit. Ad teſtimonium autem, infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur.

V.

Cod. can. cap. 130. Conc. Afr. cap. 99.

Item placuit, ut ſi quando epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget; non putet ad injuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur: & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, ut magis caveat epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non poteſt [7]. Et ſubſcripſerunt,

Cod. can. cap. 131. Conc. Afr. cap. 99.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis.
Fauſtinus eccleſiæ Potentinæ provinciæ Piceni.
Alypius Tagaſtenſis, legatus provinciæ Numidiæ.
Auguſtinus Hippone Regienſis, legatus provinciæ Numidiæ.
Poſſidius Calamenſis, legatus provinciæ Numidiæ.
Novatus Sitiphenſis, legatus provinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.
Leo [3] Oſpinenſis, [6] legatus provinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ. [3] Opinenſis al. Moſtenſis.
Leo alius legatus provinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.
Jocundus Suffetulenſis, legatus provinciæ Byzacenæ.
Maximianus [7] Aquæ-Regienſis, legatus provinciæ Byzacenæ.
Hilarinus Orreocelenſis, legatus provinciæ Byzacenæ.
[4] Nivellus [4] Ruſcurienſis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis. [4] Nicellus [4] Ruſcurrenſis.
Laurentius Icoſitanus, legatus provinciæ Mautitaniæ Cæſareenſis.
Numerianus [5] Ruſgonienſis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis. [5] Rangonenſis,
[8] Maurianus [8] Ulizibiritanus. [8] Martianenſis.
Rufinianus [9] Muzutenſis. [9] Verenſis al. Vinen.
Quodvultdeus [10] Virenſis.
Candidus [11] Abbiritanus; alias Germanicianorum. [11] Abdiritanus.
[12] Gallonianus Uticenſis. [12] Gallonianenſis.

Notæ Severini Binii.

[a] *Concilium Carthaginenſe*) Hoc concilium a Carthaginenſi VI. non diverſum, ſed ejuſdem, ad reditum legatorum ex Africa prorogati, alia quædam ſaltem, ſeu

An concilium hoc VI. Carthaginenſi diverſum ſit

1 Poſt Jocundum additur ab Harduino, *Maximiano Suffetano.* 2 Harduinus, *Hilariano*, Mſ. *Hilario Orreocelorum.* 3 Harduinus, *Leone Moſtenſi, legatis &c.* omiſſo altero Leone; ac deinde, *Nivello Ruſcurienſi*, & ita in ſubſcriptionibus. 4 *universali*, Mſ. 5 Hic deſinit Mſ. Scorial. *Hard.* 6 *Leo Moſtenſis, Legatus provinciæ Sitiphenſis. Jocundus &c.* omiſſis reliquis. *Hard.* 7 *Aquenſis Regiorum*, Mſ. 8 *Maurianus Uzipparitanus*, & deinde, *Muzuenſis.* Hard.

conventus esse videtur, quo iidem prope Africanæ ecclesiæ episcopi, eodem anno, ac mense, tertio Kalendas Junias convenirent, ea, quæ ad collapsæ disciplinæ ecclesiasticæ statutum pertinebant, reformarunt. Hæc sententia confirmatur inde, quod ex Africanæ ecclesiæ provinciis aliqui judices, sive legati, numero viginti duo, huic concilio interfuisse scribantur, & recenseantur iidem, quos supra auctoritate Baronii sexto Carthaginensi præsto fuisse annotavimus. Episcopos ducentos decem & septem subscripsisse huic Carthaginensi septimo dicitur canone 100. concilii Africani: totidem sexto Carthaginensi subscripsisse initio ejusdem synodi refertur. Quis credat eodem mense, eodem prope septimana, ad diversa concilia eosdem episcopos paris numeri convenisse, & non potius una eademque synodo congregatos, diversis diebus diversas sessiones, & conventus habuisse? Accedit, quod collector in hac synodo 105. canones recitatos esse scribat, illos opinor qui infra in concilio Africano recensentur. Quod si ita est, hanc synodum eamdem cum præcedente Carthaginensi esse oportet, quæ tempore Zosimi Pontificis inchoata, sub Bonifacio, propter Nicænorum conciliorum exemplaria indagata, suspensa est, ac demum circa initium Cœlestini Pontificis absoluta fuit. Ita sentire videtur Baronius anno 419. num. 59. 71. & 73.

b Septimum.) Inscriptionem quantumvis mendosam placet retinere, quia a Gratiano in decreto, aliisve scriptoribus, canones quidam Carthaginenses concilii, sub nomine septimi concilii Carthaginensis allegantur: idque propterea maxime, ne citatus antiquus hinc omnino expunctus lectori confusionem aliquam afferat.

Cur inscriptio mendosa asservetur.

c XXXVIII. *episcoporum.*) Quæ quæstionis hoc collector asseruerit, non video, Si ea omnia nomina, quæ tituli & subscriptio refert, simul conjungas, non efficient allegatum a collectore numerum, nisi quorumdam nomina bis computentur. Verius ergo hoc est, quod partim hic, partim etiam supra in notis concilii Carthaginensis annotavi, ex omnibus Africanæ ecclesiæ provinciis, viginti duos episcopos, delectos judices & legatos interfuisse: postea vero ducentos & septendecim episcopos, hanc eadem sua subscriptione approbasse, quibus nomen legati sui provinciæ subscriptum invenerant.

Numerus episcoporum fido vacillat.

Numerus episcoporum varior.

CANONES AFRICANI

In diversis Conciliis editi, quorum incerti sunt anni.

Ex Nova Bafilii Collectione.

DIfficile est pronunciare de tempore quo habita sunt aliquot Africanæ Ecclesiæ Concilia, quorum nonnulli canones referuntur a Ferrando. Tametsi porro nonnulla ex his diu post Aurelii Carthaginensis Episcopi tempora putem celebrata fuisse, quia tamen certus eorum locus constitui non potest, visum est heic describere canones, qui ex iisdem Conciliis descripti habentur apud eumdem Ferrandum. In quo nullum ordinem servavimus, quia difficile admodum & operosum esset adnotare quod anterius fuerit, quodve posterius.

CANON

CONCILII SUFETULENSIS.

In Byzacena.

Ferrand. c. 2.

UT quicunque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat.

CANONES DUO.

CONCILII MACRIANENSIS.

In Byzacena.

Ferrand. c. 11.

UT ad eligendum Episcopum sufficiat matricis arbitrium.

Ibid. c. 23.

Ut interventores Episcopi conveniant plebes quæ Episcopum non habent, ut Episcopum accipiant. Quod si accipere neglexerint, remota interventore sic remaneant quamdiu sibi Episcopum quærant.

CONCILIUM SEPTIMUNICENSE.

In Byzacena.

Ibid. c. 11.

UT ad eligendum Episcopum sufficiat matricis arbitrium. [1]

Ut Episcopi qui in causa judices dantur, definito temporis die cognoscant. Ibid. c. 16

Ut exceptis senibus qui loco moveri non possunt & infirmis episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. Ibid. c. 76.

Ut non liceat clericum a populo excommunicari, sive præsente, sive absente Episcopo. Ibid. c. 139.

Ut die quintæ feriæ [2] septimanæ sanctæ Paschæ [3] secundo offeratur. Ibid. c. 222.

Ut ante Pentecosten nullus audeat jejunare. Ibid. c. 225.

CONCILIUM THENITANUM.

In Byzacena.

UT si judicibus quos Primas dederit appellaverit, alii judices amplioris numeri decernantur. Ut si & ab ipsis appellaverit, ad sententiam Concilii differatur. Ibid. c. 62.

Ut exceptis senibus qui loco moveri non possunt & infirmis episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. Ibid. c. 76.

Ut qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem accusandi non habeat.

CONCILIUM MARAZANENSE. SEU MARADIANENSE. Ibid. c. 194.

In Byzacena.

UT liceat unicuique episcopo preces constituere quando de judiciis publicis contra hæreticos aliquid est petendum. Ibid. c. 44.

Ut exceptis senibus qui loco moveri non possunt, & infirmis episcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione privetur. Ibid. c. 76.

Ut Clerici sine formata & conscientia episcopi per alienas plebes non vagentur. Ibid. c. 127.

Ut una sit in sacramentis per omne Byzacium disciplina. Ibid. c. 220.

CON-

1 Non requisito parochiarum consensu. *Harduinus.* 2 Al. *Septima hebdomada*. Hard. 3 Etiam vesperi Missa dicatur. Vide Aug. in epist. 118. ad Januar. cap. 4. *Harduinus*.

CONCILIUM HIPPONIREGIENSE.

Ibid. c. 14. III. UT ſi quis epiſcopus a ſynodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat; & ſi fecerit, ſpem reſtitutionis non habeat.

Ibid. c. 14. V. Ut Epiſcopi ſive Presbyteri ea quæ ſunt in locis ubi ordinantur, ad alia loca non transferant, niſi cauſas ante reddiderint.

A VIII. Ut Epiſcopi quicquid nomine ſuo comparaverint, cogantur Eccleſiæ refundere. Quicquid autem eis donatur, cui voluerint conferant. Ibid. c. 15.

IX. Ut epiſcopus matricis non uſurpet quicquid fuerit donatum Eccleſiis quæ in diœceſi conſtitutæ ſunt. Ut epiſcopi rem Eccleſiæ ſine Primatis conſilio non vendant. Ut Presbyteri rem Eccleſiæ ſine conſcientia epiſcopi non vendant. Ibid. c. 38. 47. 91.

CTESIPHONTIS IN PERSIDE SYNODUS

In qua canonum codex antehac conditus, & probatus, iterum confirmatur.

Anno Iſdegerdis XXI. Chriſti CCCCXX. Jaballaha Seleuciæ Archiepiſcopo præſide celebrata.

Ex ſupplem. Maii p. 307. 308. Ex Aſſemani Bibl. Orient. tom. 3. pag. 379.

IN collectione Arabica canonum ſynodalium B exiſtente in codice MS. Bibliothecæ Vaticanæ Synodi hujus acta ſummatim deſcribuntur his verbis: *Synodus a Jaballaha præſentibus Marutha Majapharchinenſi, & Acacio Amidenſi epiſcopis celebrata fuit anno Jezdegerdis vigeſimo primo, Chriſti* 420. de qua hæc Dionyſius Jacobitarum patriarcha in chronico ad annum Græcorum 725. *Per idem tempus* (non quidem anno Græcorum 725. ſed 731. ut ex infra dicendis apparebit) *celebrata fuit Synodus Perſica, quæ fidem Nicænam ſtatuit. Præfuerunt illi ſynodo Maruthas Maipherkita & Jaballaha Catholicus Cteſiphontis. Habita vero fuit in ipſa urbe Cteſiphonte.* Ejuſdem ſynodi acta ſummatim deſcribuntur in collectione Arabica canonum Sy- C nodalium codice manuſcripto 36. tom. 2. Bibliothecæ Orientalis pag. 507. his verbis: *Synodus Jaballahæ catholici cœcta fuit, quum Acacius Amidæ epiſcopus pro pace inter utrumque imperium conciliandæ advenit.* Adfuere in ea plures Metropolitæ, & epiſcopi, quos inter Hoſeæ Niſibis metropolita. Nullos autem canones condidit, ſed ſolum in ea unanimi conſenſu decretum fuit, obſervandos eſſe Occidentalium patrum canones, & quidquid ſanctus Iſaacus Catholicus & Maruthas Majapharchinenſis epiſcopus definierunt, accurate cuſtodiendum, nec ulla ratione violandum eſſe: præſtandam præterea patri magno ſuper Seleuciæ & Cteſiphontis thronum ſedenti obedientiam, ejuſque præ- D ceptis obſequendum.

Amrus cauſam reddit cur nulli in ea Synodo canones conditi ſunt. Maane nimirum qui poſt Jaballaham ſedem occupavit, id prohibente. *Ferunt*, inquit, *ex patribus ad condendos canones cum Jaballaha congregatis Maanem Perſidis Metropolitam fuiſſe virum præſtantiſſimum, eumdemque Jaballaha ſuggeſſiſſe, ne canones conderet. Quum autem Jaballaha catholicus nullam ejus diſſerendi rationem haberet, apoplexia correptus interiit. Maanes itaque in locum ejus ſubrogatus fuit.*

Elias Damaſcenus ejuſdem ſynodi geſta fuſius proſequitur, ejuſque celebrandæ occaſionem Acacii Amidenſis adventum fuiſſe ſcribit, nulla Maruthæ mentione facta. *Iſaaco*, inquit, E *catholico, cujus preces nos cuſtodiant, e vivis ſublato, eam dignitatem obtinuit Jaballaha, qui anno Jezdegerdis undevigeſimo ab eodem ad imperatorem Romanorum pro pace legatus miſſus eſt. Quod & ille feliciter confecit, reſque utriuſque imperii ſuis precibus atque prudentia egregie compoſuit. Anno autem Jezdegerdis vigeſimo primo ad eumdem venit legatus Acacius Amidæ epiſcopus, ab imperatore Romanorum deſtinatus. Per eam occaſionem accidit Jaballahæ cum Acacio in ipſa Jezdegerdis aula in urbe Nahar-Sira congreſſus, & colloquium. Quumque ad ſalutandum catholicum, viſendum, videndumque Acacium Orientis Metropolitæ & epiſcopi illuc convenirent, eo officii perfuncti, catholicum his verbis alloquuti ſunt, Acacio præſente. Quandoquidem hic frater tuus Acacius huc acceſſit, voſque ambos conjunxit Deus, & adſunt præterea Perſicarum urbium ſancti Sacerdotes; juſtum & æquum videtur, ut leges & canones a Romanis patribus variis temporibus, atque in variis ſynodis ſancitos vobis præſentibus examinemus, poſtque accuratam diſcuſſionem eoſdem approbemus, noſtriſque chirographis ſubſignemus. Speramus enim fore, ut poſtquam eos ſuſceperimus, & ad eorum normam mores noſtros exegerimus, Chriſtus eccleſiæ ſuæ res ſtatumque componat, atque perturbationes diſſidiaque populorum Diaboli aſtu ſuſcitata compeſcat: ita ut poſteri quoque noſtri prædictos canones obſervare teneantur, adjecta anathemate in perpetuum manſuro adverſus omnes eorundem tranſgreſſores aut contemptores. Primus ego, reſpondit Jaballaha; quæ poſtulatis faciam, & prædictos canones obſervandos amplectar, atque tranſgreſſores anathemati ſubiiciam. His dictis univerſos illos canones in ditione Romanorum variis in locis atque temporibus editos deſcripſerunt, communique ſuffragio approbatos ſibi in poſterum obſervandos ſuſceperunt, lata in tranſgreſſores excommunicationis ſententia. Codicemque proprio ſigillo & chirographo ſignarunt, ſingulis proprium exemplar inde deſcriptum ſecum auferentibus.* Hucuſque Elias. Eo canonum codice qui primum in ſynodo Iſaaci & Ma[illegible]thæ, deinde in hac Jaballahæ deſcriptus, approbatuſque fuiſſe dicitur, utuntur hodieque Chaldæi, ejuſdemque authenticum exemplar Syrorum ſermone expreſſum, poſtea a Benattibo Abulpharagio, ab Amro, ab Elia Damaſceno, aliiſque in Arabicam linguam translatum, multis interpolationibus infectum eſt.

CON-

1 Nonnullos præterea canones Africanos & Carthaginenſes olim Egbertus Ebocarenſis, Theodorus Cantuarienſis, Gratianus, & alii; qui canones cui ſynodo tribuendi ſint, non ſatis elucet. *Harduinus.*

CONCILIUM CARTHAGINENSE

XIX. SUB AURELIO EPISCOPO.

a Hæc ſchedæ Lovan. Heldenii Hamburgenſis.

Cujus annus, dieſque certus ignoratur, ex ordine tamen quo ponitur, tempus ejus inter annum Chriſti CDXX. & CDXXIII. conſtituendum apparet.

IN hoc concilio duorum epiſcoporum de primæ ſedis honore contendentium cauſa agitata videtur. Qualis controverſia jam olim Xanthippum, & Victorinum Numidiæ ſeniores epiſcopos ita inter ſe commiſerat, ut vel præcipuam cauſam concilio Milevitano primo celebrando dederit. Ea autem cum ſola ordinationis antiquioris prærogativa niteretur, conſtitutum fuit concilio, ut epiſcopi a ſuis ordinatoribus literas acciperent, conſulem, & dlem continentes, quibus inſpectis lis omnis facili negotio componeretur. Porro iſtiuſmodi literarum exempla in archivio, aut matricula uniuſcujuſque provinciæ penes primæ ſedis epiſcopum pro tempore aſſervata fuiſſe ex canone 88. codicis canonum E. A. ex actis Milevitani conc. an. 402. celebrati Arcadio V. ejuſque fratre Honorio ſimiliter V. conſulibus conſtat: quæ cum ob crebras migrationes periculo, aut fraudi obnoxiæ viderentur; aut quod ſubinde ex remotioribus provinciæ oppidulis non ſine incommodo earum fides re ita flagitante peti poſſet, conſtitutum fuit ſupradicto concilio, ut duo in Numidiæ conficerentur exemplaria matriculæ; eorumque alterum apud primam pro tempore ſedem eſſet, alterum in metropoli provinciæ fixo loco aſſervaretur. Sed cum contentiones iſtæ crebriores eſſent Carthagine, quam epiſcopi, aut concilii habendi, aut negotiorum gerendorum cauſa frequentabant, decimonono hoc concilio Aurelii tempore celebrato ſtatutum fuit, ut primates ex ſingulis provinciis ordinationum ſuarum catalogum etiam ad Carthaginenſem epiſcopum mitterent; ut quoties opus foret, de proximo matricula cujuſque provinciæ conſuli poſſet. Ad hæc cum ambitus iſte ſubinde comprovincialium epiſcoporum ſtudiis, factionibuſque pervicacius foveretur, id quoque ſtatutum fuit, ut oborta contentione ex Carthaginenſis primatis conſilio res decideretur: cujus ſupremæ per omnem Africam auctoritati iſtam quoque prærogativam hujus concilii decreto acceſſiſſe ex b ſynodo Bonifacii epiſcopi Carthaginenſis & Ferrandi breviario conſtat. Ex hiſce duos ſequentes canones ſubjungimus.

b Anno Chr. 535. quam ſuo loco profamur.

Synodus Carthaginenſis ſub Bonifacio epiſcopo actione I. Ex concilio decimonono inter alia ad locum.

PLacuit ut primates diverſarum provinciarum Nomina epiſcoporum ſive decedentium, ſive in eorum locum ſuccedentium ad eccleſiam Carthaginenſem mittant.

Idem decretum extat in breviatione canonum Ferrandi diaconi c. LXXXIV. *Ex concilio Carthaginenſi tit.* III. *Unde etiam præcedens capitulum* LXXXIII. *eidem concilio decimonono tribuendum videtur; quod itidem citatur ex concilio Carthaginenſi tit.* VIII.

Ut primæ ſedis epiſcopi ex conſilio Carthaginenſis epiſcopi conſtituantur, quando fuerit oborta contentio.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

Antequam pergamus ulterius ad Cœleſtini Papæ pontificatum, placet hic velut in illuſtri loco editam trium Imperatorum adverſus Pelagianos collocare, quam in annales ſuos eccleſiaſticos diligenti opera comporravit Baron. a Binio prætermiſſa cum nonnullis aliis eodem ſpectantibus.

Primum an. Chriſti 418. num. 20. II. anno ſequenti 419. num 57. III. anno 420. num. 2. quæ ſubjicio ab Henrico Gravio Lovanienſi doctore deſcripta ex codicibus S. Vedaſti Atrebatenſis & ab aliis cum mſſ. codicibus collata.

a Impp. Honorius & Theodoſius Auguſti Palladio Præfecto prætorii.

AD conturbandam catholicæ ſimplicitatis lucem puro ſemper ſplendore radiantem, doloſæ artis ingenio novam ſubito a emicuiſſe verſutiam pervulgata opinione cognovimus: quæ fallacis ſcientiæ obumbrata mendaciis & furioſo tantum debacchata eſt luctamine, ut ſtabilem quietem cœleſtis attrectaret fidei, dum novi b criminis commenta invenit, inſignem notam plebejæ c æſtimans vilitatis, ſentire cum cunctis, ac prudentiæ ſingularis palmam ſore communiter approbata deſtruere. Cujus impiæ commentationis autores Pelagium Cœleſtiumque percrebuit extitiſſe. Hi parenti cunctarum rerum Deo, præcipuæque ſemper majeſtati interminc omnipotenti, & ultra omne principium tranſeunti, tam trucem inclementiam d ſæva voluntatis aſſignant, ut cum formandi mundi opificem curam ſumeret, qualitatemque hominis ſtruendi profunda ſpiritus conceptione libraret, fundati muneris fœdum anteferret exordium, & mortem præmitteret naſcituro, non hanc inſidiis vetiti fluxiſſe peccati, ſed egiſſe penitus legem immutabilis conſtituti: ad decli-

---

a Iſtius Epiſcoporum conventus meminit auctor Prædeſtinati cap. XLVI. ubi ait quamdam puellam in conventu Epiſcoporum confeſſam eſſe nefanda quædam ſe pertuliſſe a Manichæis. Accepiſſe autem iſta hunc auctorem ex Auguſtino in libro de hæreſibus ad Quodvultdeum cap. XLVI. & ex Poſſidio in vita S. Auguſtini cap. XVI. manifeſtum eſt. Porro huic Epiſcoporum conventui interfuiſſe ipſum Auguſtinum docet Poſſidius ibidem. Tum vero Quodvultdeum fuiſſe Diaconum Eccleſiæ Carthaginenſis teſtatur Auguſtinus. *Baluzius.*

b In Mſſ. *Incepit locorum Reſcripcum acceptis Synodi* (ſcilicet Concilii Carthag. plenarii anni 418. in quo conditi Canones adverſus Pelagium) *ſuprascripta gestis. Impp. Honorius &c.* Harduinus illud contulit cum Mſ. Colbertino, & nos cum eo emendatius exhibemus. 3 AL. *emenſſe.* 4 AL. *acuminis.* 5 AL. *eſtimant.*

6 Al. *Scævæ.*

clinandum leti exitialis incurſum nihil prodeſſe abſtinentiam delinquendi, cujus ita vis putaretur adſtricta, ut non poſſit aboleri deinceps. Primitivi hominis errorem, in quem captæ mentis inops rationis cæcitas irruiſſet, delapſum ad poſteros non fuiſſe; tantumque apud eum, quem maleſuadæ gratiæ infelix rapuiſſet illecebra, tranſgreſſionem interdicti exitiſſe diſcriminis: cum evidens catholicæ legis omnifaria teſtetur auctoritas, illum interitus omnium fuiſſe veſtibulum, quem divinæ præceptionis ſedulum liqueat corrupuiſſe mandatum, aliaque quamplurima quæ ſermo reſpuit, lex refutat: quæ pertæſum ſit recordari etiam ſub diſpoſitione plectendi. Quæ maturato remedio & celeritate feſtina oporret intercipi; ne corroboreto uſu nequitiæ adoleſcentes vix valeant coerceri. Siquidem aures manſuetudinis noſtræ recens fama perſtrinxerit intra ſacratiſſimam urbem noſtram, aliaque loca, ita peſtiferum virus quorumdam inoleviſſe pectoribus, ut interrupto directæ credulitatis tramite, ſciſſis in partes ſtudiis aſſerendi, materia impacatæ diſſenſionis inducta ſit: novoque ſcandali ſomite concitato, beatiſſimæ eccleſiæ nutet attentata tranquillitas, aliis id, aliis aliud ancipiti interpretatione ſectantibus: & abſoluta ſanctorum apicum claritas, ac dilucide quid ſequi univerſitas debeat explanans, pro captu verſipellis ingenii profanam novorum auctorum moventibus quæſtionem, Palladii parens cariſſime atque amantiſſime [a]. Ob quam rem illuſtris auctoritas tua, victura in omne ævum lege nos ſtatuiſſe cognoſcat, ut pulſis ex urbe primitus capitibus dogmatis execrandi, Cæleſtio atque Pelagio; ſi qui hujus de cetero ſacrilegii ſectatores quibuſcumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem rurſus proferre ſermonem, a quocumque correpti ad competentem judicem protrahantur; quos, ſive clericus, ſive laicus fuerit, deferendi habeat poteſtatem, & ſine præſcriptione aliqua perurgendi, quos relicta communis ſententiæ luce novæ diſputationis tenebras introferre deprehenderit contra apoſtolicam ſcilicet diſciplinam, evangelicamque claram & ſine errore ſententiam, vaſra rudis ſectæ calliditate pugnantes involventeſque ſplendentem fidem veri, ambagibus diſſerendo. Hos ergo repertos ubicumque de hoc tam nefando ſcelere conferentes, a quibuſcumque jubemus corripi, deductoſque ad audientiam publicam promiſcuè ab omnibus accuſari; ita ut probationem convicti criminis ſtylus publicus inſequatur, ipſis inexorati exilii deportatione damnatis. Decet enim originem vitii a conventu publico ſequeſtrari, nec in communi eos celebritate conſiſtere, qui non ſolum facto nefario deteſtandi, verum etiam exemplo venenati ſpiritus ſunt cavendi. Juvat autem per omnem pene mundum, qua imperium noſtrum extenditur hujuſmodi promulgata diffundi: ne ſcientiæ fortaſſe diſſimulatio pactum præſtet errori, atque impune ſe quiſque putet audire, quod condemnatum vigore publico ſeſe finxerit ignorare. Datum pridie Kalendas Maias Ravennæ DD. NN. Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus. [b]

[a] Poſſidius in vita S. Aug. *Eu hoc tale de illis eccleſia Dei prolatum judicium* (ab Innocentio & Zoſimo) *etiam piiſſimus imper. Honorius audiens ac ſequens fatis eos legibus damnatos inter hæreticos haberi debere conſtituit.*

[b] Anno Chr. 418.

Exemplar edicti propoſiti a Palladio PP.

Junius Quartus Palladius; Monaxius, & Agricola iterum præfecti prætorio edixerunt. In Pelagium atque Cæleſtium catholici dogmatis fidem ſævis tractatibus deſtruentes ſententia principalis invaluit, ut venerabili urbe ſubmoti bonorum concilio mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis ſiniſtræ perſuaſionis erroribus credulum præſtet aſſenſum: Et ſi ſit ille plebejus ac clericus, qui in caliginis hujus obſcæna reciderit, a quocumque tractus ad judicem ſine accuſatricis diſcretione perſonæ, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exilium. Nam ſuprema majeſtas ut colligit ex ſecreti ignoratione reverentiam, ita ex inepta diſputatione injuriam.

Imperialis epiſtola ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum.

Imperatores Honorius & Theodoſius Auguſti [a] *Aurelio epiſcopo ſalutem.*

[a] Photius bibioth. cod. 55. hujus epiſtolæ meminit.

DUdum quidem fuerat conſtitutum, ut Pelagius & Cæleſtius nefandi dogmatis repertores ab urbe Roma, veluti quædam catholicæ veritatis contagia pellerentur, ne ignorantium mentes ſæva perſuaſione perverterent. In quo ſecuta eſt clementia noſtra judicium ſanctitatis tuę, [1] quo conſtat eos ab univerſis juſtę ſententiæ examinatione eſſe damnatos. Sed quia obſtinati criminis pertinax malum, ut conſtitutio geminaretur, coegit, recenti quoque ſanctione decrevimus, ut ſi quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non neſciens aut propellere, aut prodere diſtuliſſet, præſcriptæ pœnæ velut particeps ſubjaceret. Præcipue tamen ad quorumdam epiſcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum diſputationes vel tacito conſenſu adſtruunt, vel publica oppugnatione non deſtruunt, Pater cariſſime atque amantiſſime ſanctitatis tuæ auctoritatem cavere conveniet: quatenus in abolitione præpoſteræ hæreſis omnium devotio Chriſtianorum conſentiat. Religio itaque tua competentibus ſcriptis univerſos faciat admoneri, ſcituros definitione teſtimonii tui, hanc ſibi definitionem eſſe præſcriptam, ut quicumque damnationi ſupra memoratorum (quo pateat mens pura) ſubſcribere [b] impia obſervatione neglexerint, epiſcopatus amiſſione mulctati interdicta in perpetuum, expulſi civitatibus, communione priventur. Nam cum ipſi nos juxta ſynodum Nicænam confeſſione ſincera conditorem omnium rerum Deum imperiique noſtri veneremur auctorem; non patietur ſanctitas tua, ſectæ deteſtabilis homines in injuriam religionis nova, & inuſitata meditantes ſecretis tractatibus occultare ſacrilegium publica ſemel auctoritate damnatum. Una enim eademque eſt culpa eorum, qui aut diſſimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præſtiterint. *Et alia manu.* Divinitas te per multos annos ſervet incolumem, Pater cariſſime atque amantiſſime. Data v. Idus Junias Ravennæ Monaxio & Plinta conſulibus, [c] [2]

[b] adactos ad ſubſcribendum epiſcopos, tum alii, tum ipſe quoque teſtis eſt Julianus apud Aug. lib. 4. ad Bonifacium capite ultimo: & *de ſimplicibus epiſcopis ſine congregatione ſynodi, in his eſſe ſolet federatibus cautionem ſubſcriptionem eſſe.*

[c] Anno Chriſti 419.

Epi-

[1] *cum conſtet.* [2] In Cod. Vatic. teſte Baronio, & in Belovac. teſte Sirmondo, & in Colbert. additur: *Eadem tenere etiam ad S. Auguſtinum Epiſcopum data.* Hard.

A

Epiſtola S. Aurelii Carthaginenſis epiſcopi ad omnes epiſcopos per Byzacenam, & Arzugitanam provinciam conſtitutos de damnatione Pelagii & Cæleſtii hæreticorum.

Dilectiſſimis ac deſiderabilibus fratribus & conſacerdotibus Donatiano primæ ſedis, Januario, Felici, Palatino, Primiano, Gaiano, & alii Gaiano, Januario, Victorino, & ceteris per tractum provinciæ Byzacenæ & Arzugitanæ conſtitutis, Aurelius epiſcopus.

SUper Cæleſtii & Pelagii damnatione, eorumque dogmatibus participem ſanctam dilectionem veſtram in plenario concilio fuiſſe commemini, dilectiſſimi ac deſiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cujus manu cor regis eſt conſtitutum, glorioſiſſimorum principum Chriſtianorum fidem rectam & catholicam cuſtodientium acceſſit auctoritas, quam per humilitatem meam univerſis coepiſcopis meis voluerunt intimari: idcirco honorabilem fraternitatem veſtram miſſis exemplaribus inſtruere feſtinavi, ne quid mali in aliqua parte provinciæ ex ſupradictorum ſerpentina perſuaſione ab univerſali eccleſia totius orbis excluſa fortaſſe ſubrepat. Ob hoc ergo tam neceſſaria conſtitutio Chriſtianorum principum caritatem veſtram latere non debet, & ad me ab eis datæ literæ: quarum ſimul exemplaribus lectis, quemadmodum ſubſcribere unuſquiſque veſtrum debeat, dilectio veſtra cognoſcat: ſive quorum ſynodalibus geſtis ſubſcriptio jam tenetur, ſive qui non potuiſtis eidem plenario totius Africæ intereſſe concilio: quo cum in ſupradictorum hæreticorum damnatione omnium veſtrum fuerit integra ſubſcriptio; nihil omnino ſit unde ullius diſſimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forſitan pravitatis aliqua videatur merito remanſiſſe ſuſpicio. *Et alia manu.* Opto fratres bene vivatis mei memores. Data [1] Kalendis Auguſti Carthagine Monaxio & Plinta conſulibus. [2]

1 eodem anno Chr. 419.

B

Decretum Imperatoris Conſtantii, anno non 420. ſed 421. datum, quo dumtaxat Conſtantius a die 8. Februarii imperavit uſque ad 2. Septembris non expletis ſeptem integris menſibus

a Imperator a Conſtantius Voluſiano præfecto urbis.

a Vide bibl. Photii codice 55. ubi recte dicitur Placidiæ maritus & Valentiniani tertii pater.

QUæ cum præteritæ ſuperſtitionis, tum recentis, plena vanitatis jamdudum corrigi juſſeramus; quotidianis inſinuationibus majora fieri nunciantur. Et quoniam diſcordia animos commovet populorum, ea quæ jamdudum juſſeramus, præcipimus iterari. Unde his lectis, eximietas tua, omnes qui Dei invident pietati, diligenter inquirat, & eos faciat ſtatim e muris urbis expelli; ita tamen, ut ne intra centeſimum quidem lapidem, habeant licentiam conſiſtendi. Cæleſtium quoque magis ac magis ex urbe pelli mandamus. Conſtat enim iiſdem e medio ſublatis gratiam & concordiam tenere veterem firmitatem. Sane deinceps ſi tale quicquam fuerit nunciatum, officium præſtantiæ tuæ capitali ſententiæ ſubdendum eſſe cognoſce. Non enim patimur impunitum eſſe præcepta noſtra executionis negligentia protelari. Vale parens cariſſime atque amantiſſime *Et adjecta ſubſcriptio*: Impleatur quod juſſimus, quia hoc famæ tuæ expedit.

Exemplar edicti propoſiti a Voluſiano præfecto urbis.

Voluſianus b præfectus urbis edixit

b Ibidem a Photio, dicitur avunculus S. Melaniæ junioris poſtea baptizatus Conſtantinop. a Proclo.

Haſtenus Cæleſtium divinæ fidei & quietis publicæ turbatorem, judiciis, amica rei ſecreta ſubduxerunt. Jam leges [1] etiam & edicta perſequentur abſentem. Cui, quod primum eſt, æternæ urbis negatur habitatio; ut ſi vel in proximis fuerit diverſatus, debitum non evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque auſus ſui, cunctos hujus edicti cautione præmonemus, ne quis iniquus noxio latebram putet eſſe præbendam: ne cum hujuſmodi ſit poſita pœna, ſupplicium ac ſtylum* neceſſe ſit proſcriptionis incurrere, quiſquis reum divinis humaniſque legibus apud ſe putaverit occultandum.

(1) CONCILIUM CARTHAGINENSE

ANNI CCCCXXI., SUB AURELIO XVIII.

Ex MS. Codice 55. Capituli Veronenſis nunc in lucem productum.

a Afferunt Ballerini Oper. S. Leonis tom. III. pag. 649.

AGricola & Euſtathio VV CC. Conſulibus, Idibus Junii, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti.

Cum Aurelius ſenex una cum fratribus & conſacerdotibus ſuis conſediſſet, adſtantibus Diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit: Sanctitas veſtra melius recolit, quia neceſſitate factum eſt, ut (2) inſtituta Concilii ſolemnitas per biennium ceſſaret. Nunc quia adjuvante Deo, certa * provintia factum, ut ſanctus frater & Coepiſcopus noſter Auguſtinus pro ſua religione Concilium libenter acciperet, & nos Dominus in unum congregari juſſiſſet; & quia contigit, ut infirmitas mea veſtrum omnium vultum ſalutaret: agamus aliquid pro utilitate Eccleſiæ, ut ea quæ innata, vel quæ audienda ſunt, audiantur, ne (3) cauſſæ, cum diutius adhuc dimitti cœperint, in pejus ex ſurgant. Unde hoc opus eſt, ut Eccleſiæ cauſſæ, quæ diſciplinæ congruunt, pertractentur.

* ſ. provident-ia.

Univerſum Concilium dixit: Ut hoc fiat, libenter audimus.

Aurelius ſenex dixit: Quæ * inter communi deliberatione ſtatuta & definita ſunt, Concilia præterita ex ordine relegantur, præſentis Concilii paginis inſerenda. (4)

* ſ. interim

Pla-

1 In Cod. Belov. *V. Kal.* 2 In Mſſ. *Incipit ſacra Epiſtola Conſtantii Imperatoris, patris Valentiniani Auguſti junioris: de exſtirpand. Cæleſtio hæretico Pelagiano. Imperator.* Ed. Hard. 3 Colbert. Mſ. *etiam edicta.*

I.

Placuit universo Concilio, ut qui excommunicatus fuerit (5); sive Episcopus, vel quilibet Clericus; & tempore excommunicationis suæ (6) communionem præsumpserit; ipse in se damnationis judicetur protulisse sententiam.

II.

Item placuit, ut accusatus, vel accusator in eo loco, unde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum sibi eligat proximum, * quod non sit difficile testes adducere, (7) & ibi caussa finiatur.

* quo

III.

(8) Item placuit, ut quicumque Clericus (9) non obtemperaverit Episcopis suis volentibus * eos (10) honore ampliore in sua diæcesi provehere, nec * illi ministrent in gradu suo, unde recedere noluerit.

* eum

* l. illic ministret.

IV.

(11) Item placuit, ut episcopi, sive Presbyteri ea quæ sunt in locis, unde ordinantur, si ad alia loca dederint, caussas præsentent vel Episcopi suis Conciliis, vel Clerici suis Episcopis & si nullas justas habuerint caussas, sic in eos vindicetur, tamquam in furto fuerint deprehensi.

V.

Item placuit, ut quicumque Episcopus, Presbyter, Diaconus, vel quilibet Clericorum, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus, vel Clericatus sui agros vel quæcunque prædia nomini suo (12) comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur. (13) Sic admoniti, in Ecclesia eadem contulerint, bene: sin autem ipsi propriæ consanguinitati ea, vel extero cuilibet voluerint relinquere, non permittantur. Si autem * in ipsis proprie aliquid & successione parentum, vel cognationis obvenerit; faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint; honore Ecclesiæ indigni, tamquam reprobi judicentur.

* dele in

VI.

Item placuit, ut omnes servi, vel proprii * libertini ad accusationem Clericorum non admittant; vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt; (14) neque * ii, qui postea quam excommunicati fuerunt, si in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit Clericus, sive laicus, accusare voluerit; neque omnes infamiæ * facula aspersi, idest, istriones, & turpitudinibus subjectæ personæ hæretici etiam, sive pagani, sive Judæi. Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in caussis propriis accusandi licentia non deneganda.

* l. liber.

* l. is, qui... excommunicatus fuit.

* l. macu.

VII.

(15) Item placuit, quotiescumque Clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipsis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur. Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo * produxerit. Ad testimonium autem intra annos XIV. ætatis suæ non admittantur.

* Supplevimus produxeris ex Dionysio

VIII.

Item placuit, ut si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli crimen fuisse confessum, (16) sed ille neget se confessum fuisse; non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si scrupolo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare; quandiu excommunicato non communicaverit, nec ipsi ab aliis Episcopis communicetur, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam, quod * ab illis documentis convincere non potest.

* l. aliis sine ab ex Dion.

IX.

Item placuit, ut eo modo non vendant rem Ecclesiæ Presbyteri, ubi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis: quomodo Episcopo non licet vendere prædia Ecclesiæ ignorante Concilio, (17) vel Primatibus suis.

X.

(18) Item placuit, ut agri, vel quæcumque prædia Ecclesiæ in Diæcesi constituta fuerint derelicta, non ea matrici Ecclesiæ applicari usurpet Episcopus.

Hæc statuta singuli propria subscriptione firmarunt. Aurelius, Simplicius, Augustinus, & ceteri.

Ballerinorum Notæ.

(1) Eſt Concilium XVIII. ſub Aurelio, de quo vide quæ diximus in tractatu de Antiq. Collection. part. 2. c. 3. §. 9. n. 1.

Brev. c. 30. (2) In Synodo Hipponenſi an. 393. cujus Breviarium confirmatum fuit in Concilio Carthaginenſi an. 397. inſtitutum fuerat, *ut propter cauſſas eccleſiaſticas, quæ ad pernicium plebium ſempèr noverantur, ſingulis quibuſque annis Concilium convocetur*. Idem inſtitutum repetitum reperies in præcedenti Concilio c. 23. Per *biennium* autem ceſſaſſe dicitur hæc *ſolemnitas*, quia ultima Synodus XVII. celebrata fuerat biennio ante, ideſt an. 419.

(3) Hinc diſcimus cauſſas Eccleſiaſticas, ob quas ſingulis annis cogendæ erant Synodi, in iiſdem primum diſcuſſas & definitas fuiſſe.

(4) Ex his nihil dubium eſt, ita in hac ſynodo lecta fuiſſe, & inſerta geſtis ſtatuta præcedentium Conciliorum ſub Aurelio, uti lecta & inſerta fuerunt in antecedenti Synodo an. 419. ut ex Dionyſio colligere licet. At brevitatis ſtudio ea omiſſa fuerunt in veteri illo exemplo, ex quo noſtri codicis amanuenſis hoc Concilium exſcripſit: eademque de cauſſa incaute omiſſa fuit aliqua interlocutio, qua idoneus ad ſequentes canones tranſitus fieret.

(5) Hic canon repetitus eſt ex præcedenti Concilio anni 419. c. 35. noſtræ editionis, apud Dionyſium 29. Neque offendat hanc repetitio: nam hic idem canon renovatus fuit etiam in Synodo Hipponiregienſi an. 427. ex qua illum Ferrandus allegat num. 54. Vide tractatum noſtrum part. 2. c. 3. §. 9. n. 4. In margine noſtri codicis poſteriori, ſed antiqua manu additur *de ſuo negletto*, quæ verba quiſpiam ſtudioſus invenit in aliquo exemplo Concilii anni 419. In præcedenti Synodo legitur *pro ſuo negletto*.

(6) In margine ejuſdem codicis additur *ante audientiam*, ut in ſynodo præcedenti.

(7) Hic canon repetitus eſt ex præcedenti Synodo can. 36. apud Dionyſium 30. Renovatus in Concilio Hipponiregienſi anni 427. tit. 5. laudatur a Ferrando n. 198. In margine noſtri MS. pro *& ibi* ſubſtituitur *qualiter* & lectione Synodi præcedentis, quam in codicibus noſtris invenimus.

(8) In eodem margine apponitur titulus hujus canonis, qui repetitus eſt & Synodo præcedenti c. 37. apud Dion. 31. *Ut nullus eccleſiaſtici ordinis ſe ordinare ad Epiſcopi votum reſpiciat*.

(9) Additur in margine codicis ex præcedenti Synodo *vel Diaconus de neceſſitatibus Eccleſiarum*.

(10) Cum in Synodo anni 419. legatur *ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promovere*; hunc locum Patres hujus Concilii de Dizceſi explicantes, aliter expoſuerunt.

(11) Hic canon cum in anterioribus Conciliis nuſquam inveniatur, proprius videtur hujus Synodi, ex qua eum renetitum in Concilio Hipponiregienſi anni 427. diſcimus ex Ferrando n. 34. ubi hæc habet; *Ut Epiſcopi, ſive Presbyteri ea quæ ſunt in locis, ubi ordinantur, ad alia loca non tranſferant, niſi conſſos ante reddiderint. Concil. Hipponiregienſ. tit. 5.*

(12) Repetitus eſt ex Synodo præcedenti c. 38. apud Dionyſium 32. ac dein renovatus in Concilio Hipponiregienſi an. 427. tit. 8. ex Ferrando n. 35. In margine noſtri codicis additur ex lectione Synodi præcedentis, quam in noſtris MSS. invenimus, *vel per aliud excuſandum*.

(13) Lege *Si admonitis in Eccleſiam*. Hic locus in præſenti Synodo clarius explicatur, quam in præcedenti, & cum additamento, ut conferenti patebit. Mox ad vocem *eadem* notatur in margine addendum *ipſa*, uti in Synodo præcedenti noſtræ editionis adjicitur.

(14) Hic canon repetitus ex can. 129. apud Dionyſium, qui pertinet ad canones ſecundæ actionis Concilii Carthaginenſis anni 419. Sed hæc verba *neque ii* &c. uſque ad *accuſare volueriſ* ſumpta ſunt ex fine canonis 128. apud eundem Dionyſium. Ex hoc aliiſque pluribus exemplis diſcimus quod in admonitione num. 2. indicavimus, Africanos in repetendis anteriorum Synodorum canonibus nonnulla identidem immutaſſe, vel etiam addidiſſe, prout expedire videbatur.

(15) Sunt duo canones in unum copulati, ac repetiti ex actione ſecunda Synodi Carthaginenſis anni 419. qui apud Dionyſium leguntur c. 130. & 131.

(16) Hic quoque canon ex duobus compactus eſt, quos Dionyſius refert in Synodo anni 419. actione ſecunda c. 132. & 133. Similiter hi duo canones unum conficiunt apud Iſidorum ſub titulo Conc. Carthag. VII. c. 5. Apud hunc legitur *atque ille neget, non putet*. Apud Dionyſ. vero; *atque ille neget; & penitere nolnerit, non putet*.

(17) Hic canon & ſequens unum efficiunt apud Dionyſium c. 33. eſtque inter canones primæ actionis Concilii Carthaginenſis anni 419. In duos vero canones pariter dividuntur in præcedenti noſtra editione c. 39. & 40. In margine noſtri codicis pro *vel Primatibus* ſcribitur *vel cunctis Presbyteris*: in præcedenti editione *vel cuncto Presbyterio*, apud Dionyſ. *vel Presbyteris ſuis*. In præſenti autem Concilio hæc mutatio *vel Primatibus* inducta fuit: unde hic canon poſtea cum hac lectione renovatus eſt in Synodo Hipponiregienſi anni 427. teſte Ferrando num. 47. ubi legimus: *Ut epiſcopi rem Eccleſiæ ſine Primatis conſilio non vendant. Concil. Hipponiregien. tit. 9.* Priorem vero hujus canonis partem ex eodem Concilio *Hipponiregienſi* tit. 9. idem Ferrandus laudat poſtea num. 95.

(18) Hic canon in hoc Concilio eodem ſenſu, ſed aliis verbis clarius exponitur, quam in Synodo anni 419. apud Dionyſium c. 33. Ferrandus palam ſignificat hunc canonem repetitum in Synodo Hipponiregienſi ann. 427. n. 38. *Ut Epiſcopus matricis non uſurpet quidquid fuerit donatum Eccleſiis, quæ in Diœceſi conſtituta ſunt. Concil. Hipponiregien. tit. 9.* Vox *diœceſi* ex noſtro canone ſumta fuit, cum in Concilio anni 419. *tituli* nomen legatur. Cum porro Ferrandus hunc & præcedentem canonem eodem *titulo* 9. deſignet; manifeſtum fuit utrumque in Synodo Hipponiregienſi unum canonem confeciſſe.

INCIPIT EPISTOLA

Ex Cod. Friſingenſi ſeculi ad minus VIII. nunc primum edita.

BONIFACII EPISCOPI URBIS ROMÆ

AD EPISCOPUM ET PRESBYTEROS VICARIOS

A PAPA ZOSIMO DECESSORE SUO AD AFRICANAM SYNODUM DIRECTOS.

Bonifacius Epiſcopus, Fauſtino Epiſcopo, Philippo, & Aſello Presbyteris.

DIlectionis veſtræ pagina teſte presbyterio * recenſetur etiam portitorum relatione noſcetis, quantum gaviſus eſt omnis chorus Fraternitatis, & exultavit in Domino turba ſanctorum poſtquam auribus ſuis ſuſpenſum diu nuntium ſuper incolumitate veſtræ charitatis accepit. Conſonante etiam voce laudata eſt intellecta per literis (ſic) ſui capitis ſollicitudo membrorum. Vobis igitur, & deſideriis veſtris Chriſtus arriſit, qui dignatus eſt & in unam revocare diviſas, & ſciſſa farcire, quod Fratribus, & compresbyteris venientibus cito Dulcitio, & Felice neceſſe eſt vobis melius intimetur. Data VI. Kal. Maii. Monaſio V. C. Conſ.

* Sentice turbata.

Joannis Dominici Mansi

In ſuperiorem Epiſtolam Adnotatio.

HÆC epiſtola quæ nunc primum comparet debetur eruditioni, & humanitati P. Forbenii Forſter, qui

qui in vetuſtiſſimo Priſcenſi codice illam noſtræ miſit manus in hanc collectionem edendam. Summo in pretio habendam fore ab eruditis confeo; ex ea enim conſtat difficillimum illud, quod ante hos annos Eccleſias Romanam, & Africanam inter ſe commiſerat ſub Bonifacio Papa ſublatum fuiſſe, atque inter duas illas inſignes eccleſias optime tandem convenisſe. Id vero qua A tandem ratione acciderit incompertum mihi eſſe fateor, quamquam ſuſpicor Africanos potius ceſſiſſe Romanis in cauſa appellationum, quam Romanos Africanis; nam Romana Eccleſia juri primatus ſui adeo tenaciter inſiſtebat, ut nemini perſuaderi poſſit quicquam de illo decedere voluiſſe in gratiam Africanorum.

ANNO CHRISTI 432. ANNO CHRISTI 432.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA CÆLESTINI PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali.

a Campanus

Dantur variantes ex vetuſtiſſ. Lucenſi Cod.

a CÆleſtinus natione a (a) Romanus, ex patre Priſco, b ſedit annis 8. menſibus 10. diebus 17. Hic multa conſtituta fecit, & conſtituit ut pſalmi David 150. ante ſacrificium pſallerentur, antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, ſed tantum (b) epiſtolæ beati Pauli recitabant, & ſanctum evangelium. Hic fecit conſtitutum de omni eccleſia, maxime & de religionibus, quod hodie archivis eccleſiæ tenetur reconditum. Hic dedicavit baſilicam Julii, in qua obtulit (c) * poſtigem zeticum. Patenam argenteam, penſantem libras (d) 26.) Scyphos argenteos 2. penſantes ſingulos libras 8. Amas argenteas 2. penſantes ſingulas libras 10. Calices (e) minores argenteos quinque penſantes ſingulos libras 3. aquamanilos argenteos, penſantes libras * 10. Candelabra argentea duo penſantia ſingula libras 30. Cantharа ceroſtrota ærea (f) vel ænea viginti quatuor penſantia ſingula libras 30. (g) Item coronas argenteas 10. penſantes ſingulas libras 10. Ad beatum (h) Petrum apoſtolum, ſarum cantharum, penſans libras * 25. (i) ex argento puriſſimo. Canthara (k) argentea ceroſtrota (l) in gremio baſilicæ 24. penſantia ſingula libras 20. (m) Ad beatum Paulum apoſtolum, ſarum cantharum argenteum, penſans libras 25. Canthara ceroſtrota 24. penſantia ſingula libras 20.

Lacuna obſervatur, ſic forte reſtituendus,

* poſtem ſethicum.

* 10

Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros 32. diacones 12. epiſcopos per diverſa loca 46. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, via Salaria, VIII. Idus Aprilis. Et ceſſavit epiſcopatus in urbe Roma dies (n) 20.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cæleſtinus quando pontificatum adeptus fuerit?

a Cæleſtinus) Cum poſt obitum Bonifacii ſedes dies 9. vacaſſet, tertio Nonas Novembris, anno Chriſti 423. Theodoſii Imperatoris 16. Cæleſtinus, *ſine ulla plebis ſuæ diſſenſione*, inquit Auguſt. epiſtola 261. *creatur eſt pontifex*, quanquam ii, qui Eulalii factionis erant, in ſchiſmate perſeveraverint, neque ullo pacto cum Cæleſtino communicare voluerint. Theodoſius pietatis & religionis ſanctiſſimus imperator, propter impugnatas

Theodoſius Imperator religionis defenſor.

Africa vindicta divina a barbaris vaſtatur.

Burgundiones & Hiberni ad fidem Chriſti converſi.

Laurentii Valle in Cæleſtinum calumnia.

Quamdiu ſedem tenuerit?

hæreſes, & catholicam fidem defenſam, ſingulari Dei beneficio omnium tyrannorum metu ac periculo liberatus fuit. Africa Ariana perfidia tenaciſſima, & acerbiſſima catholicorum perſecutrix, occulto Dei judicio a Vandalis aliiſve barbaris incenſa, direpta & vaſtata, centum deinceps annorum ſpatio ſub barbarico jugo permanſit. Auctoritate hujus Pontificis Britannia, Scotia, & Italia, a Pelagiana, orientales eccleſiæ, a Neſtoriana hæreſi ſunt expurgatæ, Burgundiones & Hiberni ad fidem Chriſti converſi. Quam inepte itaque unus Laurentius Valla Grammaticus eccleſiaſticarum rerum plane ignarus, Cæleſtinum Papam, qui primus omnium Neſtorium Romæ damnavit, & per legatos ab œcumenica ſynodo Epheſina æque ejiciendum curavit, eamdem Neſtorii hæreſibus infectum fuiſſe aſſeruerit, nemo non intelligit. Hæc ex Proſpero, Beda, Baronius an. 423. & ſequentibus.

b Sedit annis octo, menſibus 10. *diebus* 17.) Octavo Idus Aprilis, anno 432. defunctus, ab exordio ſedis, uſque ad diem obitus, menſibus duntaxat quinque, & diebus tribus poſt octennium abſolutum, ſedem tenuiſſe potuit. Baronius præfixo loco.

---

a EPISTOLA I.

b CÆLESTINI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS GALLIÆ.

1. *Ut ab epiſcopis reprimantur presbyteri quidam, qui eccleſiam novis quæſtionibus turbabant.*
11. *Quod ſancti Auguſtini vitam & doctrinam magni ſemper fecerit ſedes apoſtolica.*

Dilectiſſimis fratribus a *Venerio, Marino, Leontio,* 2 *Auxonio, Arcadio, Sillucio* b, *& ceteris Galliarum epiſcopis, Cæleſtinus.*

a Maſſilienſis fuit epiſc. & *Leontius* Forojulienſis.

b *Filtanio* legitur apud Creſconium c. 28. collectionis canonum ex codice mſ. bibliothecæ noſtræ Claromontanæ, edito ſub finem tom. I. Bibliothecæ Juſtellianæ veteris juris canonici.

APoſtolici verba præcepti ſunt, apud Judæos atque Gentiles ſine offenſione nos eſſe debere. Hoc quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod cum ita ſit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus debere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, illa contriſtent, quæ auctoribus Chriſtianis per-

Concil. General. Tom. IV.

---

1 *Cæleſtini*. Ita ſcribitur in pleriſque mſſ. ut Græce Κελεστίνος. *Hard.*
2 Dionyſ. *Auxanio*. Hard.
(a) Campanus. (b) Epiſtola recitabatur. (c) Poſtignegeticum. (d) Lib. 25.
(e) *Minores*, deeſt. (f) *Vel ænea*, deeſt. (g) Lib. vicenas. *Item coronas.... lib.* 10. deeſt.
(h) *Paulum*. (i) *Ex argento pur.* deeſt. (k) *Argentea*, deeſt. (l) *In gremio baſil.* deeſt.
(m) *Ad beatum Paulum*, deſunt uſque ad. *Hic fecit*. (n) *Dies* XXI.

cellunt animos Chriſtianos, dominicus in evangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe ſalvator, *quod expediat ſcandalizanti unum de puſillis in maris profundum demergi*. Ideo quæ ſit jam ejus pœna quæramus, cui tale ſupplicium legimus expedire.

Matth. 18. *Marc.* 9. *Luc.* 17.

I.

Filii noſtri præſentes Proſper & Hilarius, quorum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudanda eſt, tantum *b* neſcio quibus presbyteris illic licere, qui diſſenſioni eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia veritati. Sed veſtræ [a] dilectioni juſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus, *ſuper magiſtrum non eſſe diſcipulum*, hoc eſt non ſibi debere quemquam ad injuriam doctorum vendicare doctrinam. Nam & hos iptos a Deo noſtro poſitos novimus ad docendum, cum ſit dicente apoſtolo eis tertius locus intra eccleſiam deputandus. Quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus hi loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne connivere ſit hoc tacere. Timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio caveamus errori. Ergo corripiantur hujuſmodi. Non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem [b]. Deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem, deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non moventur. Recurrerunt ad apoſtolicam prædicti ſedem, hæc ipſa nobis quæ tentat perturbatio conquerentes. Habetote, fratres cariſſimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant ſe, ſi tamen cenſeantur presbyterii dignitate, vobis eſſe ſubjectos. Sciant omnes qui male docent, quod ſibi diſcere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? Niſi forte illud obſiſtat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum contortio in collegium noſtrum fortaſſe admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vendicare. Super his multa jam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris Tuentii dedimus ſcripta reſponſum. Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus, ut vitentur hujuſmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noſter juſſit agricola, ſeminare [c]. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

[a] id

Matth. 10.

1. *Cor.* 12. 28. *Epheſ.* 4. 11.

[b] Vinc. Lirinenſis II. ſive ſub finem commonitorii ſub Peregrini nomine vulgati

[c] Hincmar. contra Gotſcal. c. 2.

II.

c Auguſtinum ſanctæ recordationis [d] virum pro vita ſua atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec unquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor adſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam ante a meis deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, utpote qui utique cunctis & amori fuerit, & honori. Unde reſiſtatur talibus, quos male creſcere videmus. Nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque convenit macerari: quamvis maneat hos beatitudo promiſſa, quicumque probantur perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolorum, quando univerſalis eccleſia quacumque novitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio de tali re in poſterum querela ceſſaverit. Dominus incolumes vos cuſtodiat, fratres cariſſimi.

[d] Proſper c. 21. ſive ultimo libri contra Caſſianum. *Contra ipſam clariſſimæ laudationem totam &c.*

Vide Photium cc. 52. & 53. bibliothecæ, ubi ejus epiſtola meminit nec non Proſperi.

Nota poſtuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Ad epiſcopos Galliæ.) Detulerant ad ſedem apoſtolicam Proſper & Hilarius presbyteros quoſdam, qui poſt obitum S. Auguſtini, ejus de gratia & libero arbitrio ſententiam impugnantes, Maſſilia & aliis locis eccleſiam novis quæſtionibus turbabant in Gallia. Præcipit epiſcopis Cæleſtinus, arguens illorum conniventiam, ut habito inter ſe tractatu presbyteros illos coerceant & de S. Auguſtino, quanti apud Romanos Pontifices ſemper fuerit, luculento teſtimonio declarat.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

Proſper & Hilarius.) Iidem nimirum ipſi, qui ante biennium, ſuperſtite adhuc S. Auguſtino, cum ejus doctrina obtrectari cœptum eſſet in Gallia, certiorem illum ſuis epiſtolis fecerant: ad quos reſcribens S. Auguſtinus, libros edidit de Prædeſtinatione ſanctorum, & de bono perſeverantiæ, quibus proinde præfigi ſolent epiſtolæ Proſperi & Hilarii. De priore igitur dubitat nemo, quin is ſit Proſper Aquitanus, cujus extant de hoc argumento præclaræ lucubrationes contra Caſſianum, Vincentium, Rufinum, & alios. De altero, qui fuerit incertum eſt. Errant enim, qui Hilarium Arelatenſem fuiſſe putant, ab iis deluſi, qui cum ex Proſperi epiſtola Hilarium Arelatenſem Auguſtino, ut aiebat, ſcribere velle didiciſſent, ſequentem Hilarii epiſtolam illius eſſe rati, ejus inſcriptionem corruperunt, ad Hilariique nomen, quod nudum antea in primis editionibus legebatur, Arelatenſis epiſcopi titulum adjecerunt. Non animadvertentes ſcilicet, epiſtolam illam, quæ tota eſt pro defenſione S. Auguſtini, congruere Hilario Arelatenſi non poſſe, qui Auguſtini doctrinam, ut Proſper in epiſtola ſua teſtatur, cum in ceteris ſuſpiceret, hac in parte non probabat. Non conſiderantes etiam, Hilarium hunc, qui ad S. Auguſtinum cum Proſpero ſcripſit, & Proſperum quoque ipſum, laicos fuiſſe cum ſcriberent, quod & ſuis ipſi literis produnt, & Auguſtini verba confirmant, qui eos compellans filios vocat, non fratres, quod facturus non erat, ſi epiſcopi fuiſſent, aut presbyteri. Quare falluntur, ut dixi, qui Hilarium hunc, cum epiſcopo Arelatenſi confundunt. Eoque in errore verſatum olim fuiſſe Hincmarum Remenſem, & alios, permirum eſt, cum certiſſimis argumentis ſecernantur. Pari etiam ratione revincitur aliorum commentum, qui epiſtolam Hilarii Arelatenſis itidem eſſe adſtruunt, ſed nondum epiſcopi, & in epiſtola Proſperi, ubi Arelatenſis epiſcopus nominatur, Hilarium poſitum autumant pro Honorato. Quod abſurdum eſt. Nam Honorati epiſcopatus, ut ex eis patet, quæ ante dicta ſunt, ad hæc tempora non pervenit. Itaque Arelatenſium epiſcopus revera jam erat Hilarius, ſucceſſor Honorati, & diverſus proinde ab eo alter hic Hilarius; de quo, tanquam adhuc laico, hic loquitur Cæleſtinus. Quæ omnia ex ſubjecta paucorum annorum ſynopſi patefient.

SYNOPSIS ANNORUM VI.

Anno cccccxxvi. poſt cædem Patrocli epiſcopi Arelatenſis, in ejus locum epiſcopus creatus eſt Honoratus.

Anno cccccxxvii. Caſſianus Honorato epiſcopo, & Eucherio dedicat ſeptem collationes intermedias.

Anno cccccxxviii. Cæleſtinus Papa Honorato epiſcopo Arelatenſi, per Fortunatum ſubdiaconum ſcribit de Daniele criminoſo epiſcopo.

Anno cccccxxix. Honoratus Januario menſe moritur: eique in Arelatenſi cathedra ſuccedit Hilarius.

Proſper & Hilarius alter ad Auguſtinum e Gallia ſcribunt de reliquiis Pelagianæ pravitatis.

Anno

Anno CCCCXXX. S. Auguſtinus migrat in cœlum 5. Kal. Septembris.

Anno CCCCXXXI. Proſper & Hilarius ad Cæleſtinum Romanum profugii, ab eo literas eliciunt contra adverſarios S. Auguſtini.

Auguſtinum ſanctæ r.) Hujus loci teſtimonio utitur Proſper adverſus Collatorem cap. 42. *Per hunc virum*, Cæleſtinum intelligit, *contra Gallias iſtis ipſis qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentia eſt adempta libertas: quando conſultationum actione ſuſcepta & librorum qui errantibus diſplicebant pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate ſentiri, ſanctæ manifeſtavit eloquia: evidenter pronuntians, quantum ſibi preſumptionis iſtius novitas diſpliceret, qua audemus quidam adverſus antiquos magiſtros inſolenter inſurgere, & indiſciplinata calumnia prædicationi veritatis obſtrepere*, ſanctæ recordationis virum pro vita ſua, *&c.* uſque, & honori. *Contra iſtam clariſſimam laudationis tubam, contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonii dignitatem, audet quiſquam maligna interpretationis murmur emittere?* &c.

Notæ Severini Binii.

a Epiſtola.) Cum occidentalis eccleſia, auctoribus quibuſdam Gallia presbyteris, S. Auguſtini commentarios adverſus Pelagianos editos tenere fugillantibus, vehementer turbaretur, ſcriptiſque contrariis S. Proſperi Aquitani nondum acquieſcerent, idem S. Proſper cum collega Hilario " Arelatenſi epiſcopo ad Cæleſtinum Romanum Pontificem profectionem inſtituit, qui ambo apud eumdem ſtudioſe egerunt, ut hujuſmodi nugatoribus ora (quod par erat) obſtrueret. Cæleſtinus igitur, qui haud pridem ad dubitationes aliquas literis Tuentii epiſcopi conſultus pleniſſime ſcripſerat, putans illa ſufficere potuiſſe, cum modo rurſus presbyteros obſtrepere relatione Proſperi & Hilarii percepiſſet, ad epiſcopos, in quorum eccleſiis illi presbyterio fungebantur, hanc epiſtolam ſcripſit. In hac redarguit eos, quod ipſis tacentibus ſinant in eccleſia presbyteros loqui, cum abſque epiſcopo nihil illis conceſſum ſit de doctrina præſumere. Poſt hæc inculcata, S. Auguſtinum laudat, ejuſque ſcripta contra Pelagium & Cæleſtium approbat. Adjungit etiam quædam capita " adverſus Pelagianos errores, a prædeceſſoribus pontificibus & Africanis concilliis decreta, eo fine, ut quid contra Pelagium & Cæleſtium tenendum ſit, cognoſcatur. Addit, non ſcripto tantum, ſed etiam apoſtolicis traditionibus Pelagianam hæreſim in eccleſia refutari. Nam dum pro infidelibus, paganis, Judæis, hæreticis, ſchiſmaticis, lapſis, & catechumenis orare conſuevit, eo ipſo aperte profitetur, illos abſque divina gratia ad ſalutem acceſſum habere non poſſe. Denique rurſus ſpiritus nequam a proximis baptizandis per exorciſmos & exſufflationes abiguntur, ipſo facto declarat eccleſia, humanam naturam a peccato originali corruptam eſſe, & a ſatana occupatam, indigere Dei gratia ut liberetur. Hujus epiſtolæ S. Proſper adverſus Collatorem, cum magna ipſius laude meminit, his verbis. *Per hunc*, Cæleſtinum, *contra Gallias iſtis ipſis, qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, maleloquentia eſt adempta libertas, quando conſultationum actione ſuſcepta, & librorum, qui errantibus diſplicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate ſentire, ſanctæ manifeſtavit eloquia*, &c. Photius in bibliotheca " de hac epiſtola ait: *Scripſit quoque ad epiſcopos Galliarum de fide S. Auguſtini*. Vincentius Lirinenſis adverſus hæreſes cap. ult. hanc eamdem epiſtolam plurimum laudat: ſcribit enim illam tanti ponderis eſſe, ut ad omnes hæreſes evertendas ſatis ſufficiens eſſe poſſit Baronius anno 431. num. 184. & ſequentibus.

" Hoc falſum.

Cæleſtinus presbyteros obſtrepentes reprehendit.

" Quæ ſeorſim infra edita ſunt, eo quod Cæleſtini non ſint.

S. Proſperi de Cæleſtino ſententia.

" Vide col. 53. cum ſequenti animadvers.

b Neſcio quibus presbyteris illic literæ, &c.) Inter presbyteros Aquitaniæ Pelagii ſuligine denigratos, quos Cæleſtinus hac epiſtola inſectatur, fuit Severus Sulpitius " ille diſcipulus & ſcriptor vitæ S. Martini, S. Paulino Nolano epiſcopo amicitia conjunctiſſimus: verum ex alluvione exundantis Pelagianæ hæreſeos ereptus, magno tandem Dei beneficio reſipuit. De eo enim hæc Gennadius cap. 19. *Severus presbyter, cognomento Sulpitius, vir genere & literis nobilis, & paupertatis & humilitatis amore conſpicuus. Hic in ſenectute ſua a Pelagianis deceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium uſque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Baron. 431. num. 189.

Severus Sulpitius an Pelagiana hæreſi infectus?

" temere iſta Binius aſſerit cum ad ſuperos abiiſſe conſtet, priuſquam hanc Cæleſtinus anno 431. ep. ſcriberet.

Severi pœnitentia quæ?

c Auguſtinum ſanctæ recordationis virum, &c.) Poſtquam S. Proſper, adverſus Collatorem agens, hoc de S. Auguſtino Cæleſtini elogium recitaſſet, hæc ait: *Contra iſtam clariſſimam laudatoris tubam, contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonii dignitatem audet quiſquam maligna interpretationis murmur emittere, & perſpicua ſinceriſſimaque ſententia, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere*, &c.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Præcedenti epiſtolæ Cæleſtini Papæ ad Gallia epiſcopos in pleriſque codicibus optimæ notæ ſubjiciuntur auctoritates epiſcoporum apoſtolicæ ſedis de gratia Dei, & libero voluntatis humanæ arbitrio, quas plerique jam a Sancti Fulgentii ætate Theologi Cæleſtino Papæ tribuerunt. Sirmondus Cæleſtino abjudicat, nec certum audet illarum proferre auctorem. Binius vero hanc habet a colleſtore regio prætermiſſa: *Non videtur dubitandum quin ſequentia ſint Proſperi, tam ſuæ ſimilia, & argumento, & ſtylo ejus ſcriptis: libro certe contra Collatorem capita quædam attingit non diſſimiliter atque hi leguntur.* Ego quoque cum Sirmondo ſentio, & quod unum præſtare poſſum, auctoritates illas a regio colleſtore non ſuo loco collocatas hic repono, ut a Binio, Sirmondo, cæteriſque poſt Dionyſium Exiguum, & Iſidorum Mercatorem eccleſiaſticis tractatoribus non recedam. In hoc vero fere omnes peccarunt, quod ſententias illas iiſdem numeris ſiſrarum cum Cæleſtini epiſtolis alligent, nec ab ea, ut par erat, ſatis commode ſeparârint.

PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES

De gratia Dei & libero voluntatis arbitrio.

TITULI SENTENTIARUM.

I. *Quod Adam omnes homines læſerit, nec quemquam niſi gratia poſſe ſalvari.*

II. *Quod nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus qui ſolus eſt bonus.*

III. *Quod niſi gratia Dei continua juvemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus.*

IV. *Quod per Chriſtum libero bene utamur arbitrio.*

V. *Quod omnia ſanctorum merita dona ſint Dei.*

VI. *Quod omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo ſit*

VII. *Quod gratia Dei non ſolum peccata dimittat, ſed etiam adjuvet ne committantur, & præſtet ut lex impleatur, non ſicut ait Pelagius facile, quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri.*

VIII. *Quod præter ſtatuta ſedis apoſtolicæ, omnes orationes eccleſiæ Chriſti gratiam reſonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.*

IX. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cum exorciſmis, & exſufflatione, ſpiritus ab eis abiguntur immundi.*

X. *Quod profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint, nec penitus aſſerendæ.*

1 QUia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum ſentibus, ſeu pravitate, ſeu imperitia demorantes piiſſimis diſputatoribus obviare præſumunt; & cum Pelagium atque Cæleſtium anathematizare non dubitent, magiſtris tamen noſtris, tanquam neceſſarium modum exceſſerint, obloquuntur, eaque tantummodo ſequi & probare profitentur, quæ ſacratiſſima beati apoſtoli ſedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium præſulum ſuorum ſanxit & docuit. Neceſſarium igitur fuit diligenter inquirere, quid,

Hinc Gote

1 In Collectione Iſidori ſuperiori Epiſtolæ Cæleſtini proximo ſubjiciuntur hæc capitula: & illud appellatur illius Epiſtolæ *capitulum tertium*. Harduinus.

quid rectores Romanæ eccleſiæ de hæreſi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicaverint, & contra nocentiſſimos liberi arbitrii defenſores, quid de gratia Dei ſentiendum eſſe cenſuerint: ita ut etiam Africanorum conciliorum quaſdam ſententias jungeremus, quas utique ſuas fecerunt apoſtolici antiſtites cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant inſtruantur, conſtitutiones ſanctorum patrum compendioſo manifeſtemus indiculo. Quod ſi quis non nimium eſt contentioſus, agnoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum catholicis credat, & dicat.

I.

a Creſconius c. 2 89. collectionis canonum citat tanquam ex decretis Papæ Cœleſtini titulo quarto: reliquoſque uſque ad 23. ſubjungit. b Epiſt 24. In requirendis.

1 In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe; & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei a miſerantis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ b Innocentio Papa, atque dicente in epiſtola ad Carthaginenſe concilium: *Liberum enim arbitrium olim ille perpeſſus, dum ſuis inconſultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde reſurgere poſſit invenit: ſuaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ ſubjacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam relevaſſet adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lavacro purgavit.*

II.

In eadem epiſtola.

2 Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet, qui ſolus eſt bonus. Quod in iiſdem ſcriptis ejuſdem Pontificis ſententia proteſtatur, dicens: *Numquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant debere quod boni ſunt, nec illum conſiderant, cujus quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt?*

III.

In eadem epiſtola.

3 Neminem, etiam baptiſmatis gratia renovatum, idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad evincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adjutorium Dei perſeverantiam bonæ converſationis acceperit. Quod ejuſdem antiſtitis in eiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: *Nam quamvis hominem redemiſſet a præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſervavit, quotidiana præſtans illi remedia, quibus niſi frets confiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.*

IV.

4 Quod nemo niſi per Chriſtum libero bene utatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Milevitanum concilium data prædicat, dicens. *Adverte tandem, o præviſſimarum mentium perverſa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in prævaricationis præſumptionem ciderit. Nec ex hac potuit erui, niſi providentia ei regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti domini reformaſſet adventus.* Epiſt. 25. Inter cetera.

V.

Lib. contra Jo. Scotum c. 8.

5 Quod omnia ſtudia, & omnia opera ac merita ſanctorum, ad Dei gloriam laudemque referenda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donaverit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zoſimi regularis a auctoritas, cum ſcribens ad totius orbis epiſcopos ait: *Nos autem inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem ſuum referenda ſunt, unde naſcuntur) ad fratrum & coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam univerſa retulimus.* Hunc autem ſermonem, ſinceriſſimæ veritatis luce radiantem, tanto Afri epiſcopi honore venerati ſunt, ut ita ad eumdem virum reſcriberent. *Illud vero quod in literis, quas ad univerſas provincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti dicens:* Nos tamen inſtinctu Dei, & cetera: *ſic accipimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens, amputares. Quid enim tam libero feciſti arbitrio, quam quod univerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſti? Et tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter ſapienterque vidiſti, veraciter fideliterque dixiſti. Ideo utique, quia præparatur voluntas a domino, & ut boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filii Dei ſunt: ut nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.*

a periit tractatoria illa, ſeu dogmatica epiſtola. Proſper contra Collatorem ca. 5. vel, ut alii diſtinguunt minus recte 10.

VI.

In eodem, libro adv. Scotum.

6 Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, ut ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem a doctor inſtituit, qui cum ad totius orbis epiſcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo tempus*, ait: *intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, ut quidquam ſibi humana natura præſumat, clamante apoſtolo:* Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aeris hujus, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. *Et ſicut ipſe iterum dicit:* Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum. *Et iterum:* Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboravi. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

a Zoſimus in eadem epiſtola, quæ non extat: & de qua nos pag. 379.

Ephſ. 6.

Rom. 7.

1. Cor. 15.

VII.

1 Iſidoro eſt *capitulum quartum*. Conſer hoc cap. 1. cum Proſp. in reſp. ad object. Vinc. reſp. 1. 2. & 4. *Idem*.
2 Iſidoro, & Creſconio, *capitulum quintum*. Idem.
3 Iſidoro, & Creſconio, *capitulum ſextum*. Idem.
4 Iſidoro, & Creſconio, *capitulum ſeptimum*. Idem.
5 Iſidoro, & Creſconio, *capitulum VIII.* Idem.
6 Iſidoro, & Creſconio, IX. *Idem*.

[1] VII.

Episcoporum CXIV. anno 416.

Illud etiam, quod intra Carthaginenſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium apoſtolicæ ſedis decretum amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo [a] definitum eſt: *Ut quicunque dixerit gratiam Dei, quæ juſtificamur per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit.* Et iterum quarto capitulo: *Ut ſi quis dixerit gratiam Dei per Jeſum Chriſtum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipſam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat apoſtolus:* Scientia inflat, caritas vero ædificat: *valde impium eſt, ut credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam Chriſti, & ad eam quæ ædificat non habere, cum ſit utrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt:* Qui docet hominem ſcientiam: *ita etiam ſcriptum eſt:* Caritas ex Deo eſt. Item quinto capitulo: *Ut quiſquis dixerit, ideo nobis gratiam juſtificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium jubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam etſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa divina implere mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius poteſtis facere: ſed ait:* Sine me nihil poteſtis facere.

1. Cor. 8.

Pſal. 93. 1. Joan. 4.

Joan. 15.

[2] VIII.

Hincm. c. 3. epilogi & c. 24. totius operis adverſus Goteſcalchum.

Petrus diacon. lib. de Inc. & gratia Chriſti ad S. Fulgentium c. 3.

Præter eas autem beatiſſimæ & apoſtolicæ ſedis inviolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi patres, peſtiferæ novitatis clatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantiam, ad Chriſti gratiam referre docuerunt, obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni eccleſia catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarum plebium præſules mandata ſibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum congemiſcente eccleſia poſtulant & precantur, *ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, ut ſchiſmatici ſpiritum redivivæ caritatis accipiant, ut lapſis pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis, cœleſtis aula miſericordiæ reſeretur.* Hæc autem non perfunctorie neque inaniter a domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ. Quod [b] adeo totum divini operis eſſe ſentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum ſemper actio, laudiſque confeſſio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

a clarkatis

b ideo

[3] IX.

Illud etiam quod circa baptizandos in univerſo mundo ſancta eccleſia uniformiter agit [c], non otioſo contemplamur intuitu: cum ſive parvuli, ſive juvenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorciſmis & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vaſa ejus diripiantur, in poſſeſſionem translata victoris, qui captivam duxit captivitatem, & dat dona hominibus [d].

Ivo p. 1. ca. 100. c Eccleſia Lugdunenſ. in abſolutione quæſtionis & in libro de tribus epiſtolis.

d Petrus diac. Ibid.

His ergo eccleſiaſticis regulis, & ex divina ſumptis auctoritate documentis, ita adjuvante domino [e] conformati ſumus, ut omnium ſtudiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem, & [f] non dubitemus ab ipſius gratia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur; ut de tenebroſo lucidum, de pravo rectum, de languido ſanum, de [h] imprudente ſit providum. Tanta enim erga omnes homines eſt bonitas Dei, ut noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus & agamus. Nec otioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda non negligenda donavit, ut & nos [i] operatores ſimus gratiæ Dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſolicite recurramus qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam [k], & cui quotidie dicimus, *Ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos a malo.*

e confortati ſumus

f Eccleſia Lugdun. de tribus epiſtolis.

g omnia

h improvidente apud Cresconium cap. 29. 297.

Hincm. cap. 25. contra Goteſcalcum.

i cooperatores

k noſtram

Matth. 6.

[4] X.

a Profundiores vero [l], difficilioreſque partes incurrentium quæſtionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus quidquid ſecundum prædictas regulas apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerunt, ut prorſus non [m] opinemur catholicum, quod apparuit præfixis ſententiis eſſe contrarium.

l Eccleſia Lugdunen. lib. de tenenda veritate ſcriptur. reſp. ad cap. 3.

m eſtimemur c. 298. Concil.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

a *Præteritorum ſedis apoſtolicæ.*) Hic ſequentium ſententiarum eſt titulus in libris antiquis, eumque ut germanum agnoſcit etiam codex canonum Dionyſii Exigui. Quamquam autem hæ Cœleſtini non ſint, Cœleſtino tamen, quiſquis earum eſt auctor, quia cum Cœleſtini epiſtola conjungi eique ſubjici ſolebant, ab antiquis olim ſcriptoribus tributæ ſunt, ut a Petro diacono in libro de incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium cap. 3. a Floro magiſtro in libro adverſus Joannem Scotum, qui eccleſiæ Lugdunenſis nomine circumfertur, ab Hincmaro Rhemenſi contra Gotheſcalcum, a Creſconio, Ivone, & aliis.

Ejus-

1 Iſidoro & Creſconio, X. *Hard.* 2 Iſidoro, & Creſconio, XI. V. Proſperum reſp. 2 & 22. ad object. Vincent. *Idem.* 3 Iſidoro & Creſconio, XII. Proſp. reſp. 12. ad object. Vincent. *Idem.*
4 Iſidoro & Creſconio XIII. *Idem.*

Ejusdem Notæ Postumæ.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

TAmetsi neque a Cælestino, neque illius nomine collecta vel edita videntur hæ auctoritates, sed a Prospero potius, aliisque, qui pro doctrina S. Augustini contra ejus obtrectatores dimicabant: Cælestini tamen nomine, tanquam pars vel appendix epistolæ superioris, citari solent a scriptoribus antiquis, ut a Petro diacono, Floro magistro, Hincmaro archiepiscopo, & aliis: itemque a collectoribus canonum, Cresconio, Dionysio Exiguo, & Ivone, qui appellat decreta Cælestini Galliarum episcopis missa. P. 1. cap. 205.

Quid rectores Romana eccl.) Hincmarus in posteriore contra Gothescalcum opere, cap. 1. *Sanctus Cælestinus*, inquit, *ad Venerium, & alios Gallicanos episcopos scribens in decretali sua epistola, ita dicit ad locum*, Quid rectores Romanæ ecclesiæ, &c. Citat idem ex c. 8. & 9. quædam aliis in locis ejusdem libri.

Quod omnia studia.) Florus magister diaconus ecclesiæ Lugdunensis (hunc enim ejus operis auctorem fuisse didicimus ex codice Corbeiensi) in libro qui Lugdunensis ecclesiæ nomine inscriptus est adversus Joannem Scotum, in refutatione capituli 2. *Hæc est illa*, inquit, *ecclesiastica & fidelissimo definitio, quam beatus Papa Cælestinus gentis tuæ decretis suis, dicens*: Ita Deus cordibus hominum, atque in ipso libero arbitrio, &c. *Et iterum*: Omnia studia, omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, &c.

Ad totius orbis episcopos.) Eadem Zosimi de Pelagii & Cælestii damnatione literas designans Augustinus epistola 157. ad Optatum, *quæ universalitatem*, ait, *ad omnes episcopos manarunt*. Et libro 11. de gratia & peccato originali cap. 21. *quæ conscripsit per orbem catholicum proferendas*. Et rursus epistola 47. *Item quod Papa Zosimus de Africano concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum*. Prosper item contra collatorem capite 10. *Erravit sacrosancta beati Petri sedes, quæ ad universum orbem Papa Zosimi sic ore loquitur*: Nos tamen instinctu Dei, omnia enim bona ad auctorem, &c. Alterum Zosimianæ hujus epistolæ, quæ in tenebris hactenus latet, fragmentum extat capite sequenti: aliud apud Augustinum eadem in epist. 157.

Carthaginensi synodi.) Synodo Carthaginensi recte tribuit decem canones contra hæresim Pelagianam editos, qui falso, ut alii jam observarunt, sub synodi Milevitanæ nomine circumferuntur. Conditi enim revera fuerunt in synodo 214. episcoporum quæ Carthagine in secretario basilicæ Fausti celebrata est, Kalendis Maiis, Honorio XI. & Theodosio VIII. Augustis Coss. id est anno Christi 418. Cui quidem ipsi adscribuntur in synodo Africana cap. 76. & sequentibus. Extant canones iidem in codice Corbejensis monasterii hoc titulo, *Incipiunt* constituta synodi Carthaginensis episcoporum 214. *Placuit omnibus episcopis, qui fuerunt in sancta synodo Carthaginensi ecclesia constituti, ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum*, &c. Præfuisse synodo Aurelium Carthaginensem, & Donatianum Telepտensem episcopum primæ sedis provinciæ Byzacenæ, auctor est Photius, qui acta integra legerat, bibliothecæ cap. 63.

Cum enim sanctarum plebium præsules.) Petrus diaconus libro de Incarnatione & gratia Christi ad sanctum Pulgentium, &c. alios: *Hi congrue beatissimus Cælestinus in epistola ad Gallos data*: Cum enim, *inquit*, sanctarum plebium præsules, &c. Quibus alia deinde subnetit ex cap. 9. & 10.

Nota Severini Binii.

a Profundiores vero.) Profitetur Cælestinus Pontifex profundiores illas de prædestinatione sanctorum quæstiones ab apostolica sede nequaquam definitas esse, illasque tantum tum abi stas fuisse, quæ ad condemnandum errorem sufficere posse videbantur. Baronius anno prædict. num. 185.

Observatio Philippi Labbe S. J.

Vulgarem sequutus est errorem Binius, nec ad codicem canonum ecclesiæ Romanæ respexit, ubi auctoritates istæ ab epistola Cælestini distinctæ sunt: neque consuluit editiones conciliorum Petri Crabbi viri diligentissimi ann. 1538. & 1551. ubi hæc verissime scripta reperiuntur. *Sequentia undecim capita videntur potius ab alio quodam interposita, quam esse ipsius Cælestini Papæ*: qui Innocentium ac Zosimum non semel allegans, nunquam decessores suos quod moris erat, appellavit, ut alia argumenta modo præterea. Imo & ipse Binius sui immemor auctoritatum istarum syllogem Prospero vindicavit in utraque sua conciliorum editione, ut supra monuimus.

II. a AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS.

I. *De quibusdam sacerdotibus, qui amicti pallio, & lumbos præcincti, in ecclesia ministrabant.*

II. *Quod nulli sit in morte ultima pœnitentia deneganda.*

III. *Quod per gradus ecclesiasticos promovendi sint episcopi, non ex laicis assumendi, neque criminosi.*

IV. *Ut metropolitanus in aliena provincia nihil præsumat: & ut in creandis episcopis extranei emeritis in sua ecclesia clericis non præponantur.*

V. *Quod invito clero vel populo episcopus ordinari non debeat, neque ex altera ecclesia peti, si in ipsa, cui creandus est, sit idoneus.*

VI. *Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum, & si quæ factæ sunt, removendæ.*

VII. *Episcopi Massilienses, qui de alterius episcopi cæde gratulatus dicebatur, causa episcopis delegata.*

Cælestinus universis episcopis per Viennensem & Narbonensem (a) provincias constitutis, in domino salutem.

CUperemus quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de [a] profectu, quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus. Ad nostram enim lætitiam & benefacta perveniunt, & mœroris aculeis nos quæ fuerint male facta compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc ut ab illicitis revocemus aliquos officii nostri, provocemur instinctu, in speculis a Deo constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt resecemus, & quæ observanda sunt sanciamus. Et quamvis circa longinqua spiritualis cura non deficit; sed se per omnia, qua nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in eversionem regularum novellæ præsumptionis auctoritate tentantur.

[a] Profectu

I.

Didicimus enim, quosdam domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in ecclesia non creverunt, sed alio venientes itinere, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia conversatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur; cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara

(a) In vetustissimo Lucensi Cod. integra hæc Cælestini epistola legitur; sed cum rara in illa occurrant variantes, ideo dare eas piguit. Unicum hoc animadvertendum est, deesse ibi Provinciam *Narbonensem*; & Fortunatum non Subdiaconum sed Diaconum ibi appellari; ac demum signari epistolam 9. Kal. Augusti. Consulum prænomen siletur.

ra ſunt, ut ea magis qua decet ſignificatione ſerventur. Nam in lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: *Opera veſtra luceant*, indicantur. Habeant tamen iſtum forſitan cultum, morem potius quam rationem ſequentes, qui in remotioribus habitant locis, & procul a ceteris degunt. Unde hic habitus in eccleſiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque pontificum, in alterum habitum conſuetudo vertatur? Diſcernendi a plebe vel ceteris ſumus doctrina, non veſte; converſatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum ſupervacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius ſunt, quam illudendi. Nec imponendum eſt eorum oculis, ſed mentibus infundenda præcepta ſunt. Erant quidem multa, quæ pro diſciplina eccleſiaſtica, vel ipſius rei dicere ratione poſſemus: ſeu ab his ad alia devocamur.

Matth 5.

II.

26. quæſt. 6. Agnovimus pœnitentiam.

Agnovimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis annui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate deſperet: quaſi non poſſit ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem, pondere, quo ſe expediri deſiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud eſt, quam morienti mortem addere, ejuſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere? cum Deus ad ſubveniendum paratiſſimus, invitans ad pœnitentiam ſic promittat: *Peccator*, inquiens; *quacumque die converſus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei*. Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, ſed tantum convertatur, & vivat*. Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatam pœnitentiam denegarit. Et deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubveniendum morienti ſuffi- D cere, vel in momento poſſe non credidit. Perdidiſſet latro præmium in cruce ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non juviſſet. Cum eſſet in pœna pœnituit, & per unius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum mente potius eſt æſtimanda, quam tempore, propheta hoc taliter aſſerente: *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris*. Cum ergo ſit dominus cordis inſpector, quovis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cum ille ſe obliquet judici, cui occulta omnia noverit revelari.

Ezech. 18. 33.

Iſa. 30. apud Septuaginta.

* Merlinus, obliges. Hard.

III.

Diſt. 79. Ordinatos vero quoſdam.

Ordinatos vero quoſdam, fratres cariſſimi, epiſcopos, qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra patrum decreta, hujus * uſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus; cum ad epiſcopatum his gradibus, quibus frequentiſſime cautum eſt, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis ad majora firmentur. Debet enim ante eſſe diſcipulus quiſquis doctor eſſe

* relatione

deſiderat. ut poſſit docere quod didicit. Omnis vitæ inſtitutio hac ad id quo tendit ſe ratione confirmat. Qui minime literis operam dederit, præceptor eſſe non poteſt literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creverit, ad emeritum ſtipendii ordinem non poteſt pervenire. Solum ſacerdotium inter iſta, rogo, vilius eſt, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur? Sed jam non ſatis eſt laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: ſed etiam ii, quorum crimina longe lateque per omnes pene ſunt nota provincias, [a] ordinantur. Daniel enim, nuper miſſa relatione ex orientalibus ad nos partibus; ab omni quod tenuerat virginum monaſterio [b] nefariis eſt objectionibus accuſatus. Multa multis objecta flagitia: in quanam lateret terrarum parte quæſitus eſt, ut ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe judicium poſtulatum minime declinaret. Miſſa ad Arelatenſem epiſcopum per Fortunatum ſubdiaconum noſtrum, ut ad judicium epiſcopale deſtinaretur, epiſtola. Tantis gravatus teſtimoniis, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum ut dicitur virginum pollutus inceſto, epiſcopus aſſeritur ordinatus. In noſtris libelli ſerinils continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad cauſam dicendam miſſis nobis literis vocabatur, obrepſit. Sacro nomini abſit injuria. Facilius eſt, ut hanc dignitatem tali dando ipſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui victus ſociabitur, qui eum ſibi credidit largiendo pontificium ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinarit, oſtendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique veſtrum ſint, qui apoſtolicæ ſedis ſtatuta cognoverint, nobiſcum tempore aliquanto verſati, ad diſciplinæ normam noſtris conventa adhortationibus omnia fraterniſs veſtra revocare feſtinet.

[a] pontifices

[b] de

Diſt. 81. Tantis Daniel gravatus.

IV.

Bonifacii ad Hilarium.

Primum, ut juxta canonum decreta, una quæque provincia ſuo metropolitano contenta ſit, ut deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem epiſcopum continent conſtituta, nec uſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit conceſſis ſibi contentus unuſquiſque limitibus; alter in alterius provincia nihil præſumat: nec emeritis in ſuis eccleſiis clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati ſint, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum civium merentur teſtimonio præponantur: ne novum [c] quoddam, de quo epiſcopi fiant, inſtitutum videatur eſſe collegium.

Diſt. 61. Nec emeritis.

[c] quod quoddam coepiſcopi non fuit.

V.

Diſt. 61. Nullus invitis detur Diſt 63. Clerici, plebis, & ordinis.

Nullus invitis detur epiſcopus: cleri, plebis, & ordinis conſenſus ac deſiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur eccleſia. ſi de civitatis ipſius clericis, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi ſunt, ut aliqui de alienis eccleſiis merito præferantur. Habeat unuſquiſque clericorum ſuæ fructum militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minime alter obrepat: nec alii debitam ſibi alter audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint præ

gravari: & quos ſibi ingeri ex tranſverſo agno- A verint, non timeant refutare. Qui etſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus eſt, debent habere judicium.

VI.

Abſtineatur etiam ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui ſit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur: ſed irreprehenſibilis, & qualem elegit apoſtolus, fiat. Per Moyſem dominus præcipit: *Virginem accipiat ſacerdos uxorem*. Subſequitur & ſupplet apoſtolus, eodem locutus ſpiritu, unius uxoris virum debere epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam ſacerdotes: & ſi quæ B factæ ſunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam ſtare non poſſunt: nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt, quamvis latere ſe æſtiment, qui [a] taliter pervenerunt. Ut nulla religionis reverentia obſcuritate fuſcetur, non ſit vana gloriatio palliatis: epiſcopalem morem qui epiſcopi ſunt ſequantur.

Levit. 21. 1. Tim. 3.

a aliter

VII.

Daniel, ut diximus, qui accuſationem pontificali honore ſubterfugere poſſe ſe credidit, & ad faſtigium tantum accuſatores ſuos latendo pervenit, a ſanctitatis veſtræ cœtu interim ſe noverit ſegregatum: qui ſe noſtro judicio C debet obiicere, ſi conſcientiæ ſuæ novit conſcientiam [b] ſe habere.

b ſibi ita

VIII.

Maſſilienſis vero eccleſiæ ſacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas eſt, in necem fratris ſui taliter gratulatus, ut huic qui ejus ſanguine cruentatus advenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, veſtro eum audiendum collegio delegamus. Data [c] S. Kalendas Auguſtas [d], Flavio Felice & Tauro v. c. conſulibus.

c VII. d. Ibid., hoc præſcriptum in C. Hard. Juſt. & alia a. Anno Chriſti 419.

NOTA SEVERINI BINII.

a Epiſtola.) Narbonenſis & Viennenſis eccleſiarum in Gallia ſtatus turbatus erat. Emerſerant enim novatores quidam, qui in veſtitu clericorum novum uſum inducebant, nempe ut incederent palliati, renibuſque præcincti, eo quod dominus in evangelio ſuos admoniſſet, dicens: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucerna*, &c. Hos Cæleſtinus hac epiſtola reprehendit, vetuitque ne novus, atque diverſus ab eo, qui hactenus uſui fuiſſet, habitus clericorum induceretur, ſed illum, quem a majoribus accepiſſent, retinerent: nec a peregrinis clericis peregrinum uſum veſtium acciperent; quod moribus quam veſtimentis ſacerdotalem decorem præ ſe ferre magis præſtaret. Eoſdem etiam redarguit, quod petentibus in fine vitæ pœnitentiam negarent: nec non quod ad ſedem epiſcopalem laicos & criminoſos provexiſſent, & quendam Danielem contra jus ad epiſcopatum promoviſſent. Baronius anno 428. num. 17.

Narbonenſis & Viennenſis eccleſiæ ſtatus unde turbatus fuerit?

Nota poſtuma JACOBI SIRMONDI S. J.

Dicimus quoſdam.) Taxat Cæleſtinus quoſdam epiſcopos, qui novo, & inſueto habitus genere uterentur, docetque diſcerni ab aliis debere clericos, non veſte, ſed vita & moribus. Sunt qui habitum interpretentur quo incedebant, alii, ut Dionyſius Exiguus, quo miniſtrabant. *Quod non decenat*, inquit, *ſacerdotes aut clerici amictu pallii, & præcinctu lumbos, in ecclesia miniſtrare.* Sed res eodem relabitur. Nam primis eccleſiæ ſæculis, clerici quas in vita communi veſtes uſurpabant, iiſdem etiam in ſacris utebantur, ſed mundioribus & optimis, in eſt ut Hieronymus exponit in caput 44. Ezechielis, non quotidianis, & quibuslibet, pro uſu vitæ communi pollutis, ſed mundis. Quod idem aliis verbis ſignificat lib. 1. contra Pelagianos, Pelagium exagitans, qui ornatum veſtium ajebat Deo eſſe contrarium. *Quæ ſunt rogo*, inquit, *inimicitiæ contra Deum, ſi tunicam habeo munditiorem? Si epiſcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo eccleſiaſticus in adminiſtratione Sacrificiorum cum candida veſte proceſſerint?* Candidam enim veſtem dicit albam, quæ in uſu tum erat more Romano, eamque nitidam, & lautiorem, qualis prenſantium magiſtratum, qui candidati propterea vocabantur. Et color igitur & forma veſtium eadem principio fuit eccleſiaſticis, & reliquis. Sed cum formam alii poſtea mutaſſent, eccleſia prudenti conſilio priſtinam in ſacris retinuit: & ornatum licet pretiumque ad veneration nem veſtibus ſacris adjecerit, formam tamen non mutavit: ita ut Romanas veſtes nunc etiam referant, alba tunicam, caſula togam, niſi quod caſula ſeu planeta, anciſis proavorum noſtrorum memoria lateribus, a togæ amplitudine abire cœpit. Et quia vetus hæc forma non perinde in quotidianis clericorum veſtibus, ut in ſacris, retenta eſt: ex eo factum, ut nunc in eccleſia, quod de veteri lege ad Ezechielem obſervarat S. Hieronymus, religio Divina alterum habitum habeat in miniſterio, alterum in uſu vitaque communi. Quod ipſum quoque accidit in lingua Latina, qua Divina officia celebramus. Nam cum ea quondam in uſu publico paſſim eſſet ſub imperio Romano, eademque ſacrorum in eccleſia vox eſſet, quæ populi: populus linguam, ut ſolet, poſtea mutavit, eccleſia Latinam merito retinuit.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

Pœnitentiam morientibus.) Arguit iterum, quod pœnitentiam morientibus denegarent. Qua de re dictum ſuperius in epiſt. I. Innocentii ad Exuperium, cap. 11.

Ordinatos vero quoſdam.) Hoc jam antea in Proculi ordinationibus reprehendit Zoſimus epiſtola ad Patroclum, quod epiſcopos repente faceret ex laicis, cum per ordinum eccleſiaſticorum gradus & ſtipendia ſenſim promoveri debeant.

Quorum crimina.) Criminoſos ab epiſcopatu arcendos docuit ſynodus Valentina, can. 4. eoque nomine Maximum epiſcopali honore dignum cenſuit Bonifacius epiſtola ad epiſc. Gall. Nunc vero Danielem Cæleſtinus, qui eo tempore ob varia flagitia reus poſtulabatur, ad epiſcopatum irrepſerat, ab epiſcoporum cœtu ſegregat, & ad judicium, ſi confidit, venire jubet.

Ad Arelatenſem epiſcopum.) Is erat ſanctus Honoratus, qui ex abbate monaſterii ſui Lirinenſis, Arelatenſium epiſcopus Patroclo cæſo creatus fuerat an. 426. in hunc quippe annum Patrocli cædem conjicit Proſper in chronico. Biennium autem, & aliquanto amplius, ſedem illam rexit, ut docet auctor vitæ ſancti Hilarii Arelatenſis, qui Honorato ſucceſſit. *Emenſo*, inquit, *biennio* (poſt epiſcopatus ſcilicet auſpicia) *cum ad meritum proprii præſidendum præſulum emeritis vita ipſius curſu vocaretur Honoratus, miſſis epiſtolis, ut extremis ſuis intereſſe deberet admonuit Hilarium.* Quare cum & ſupra biennium ſediſſe Honoratum, & vita exceſſiſſe conſtet die 16. Januarii: neceſſe eſt ejus obitum, Hilariique pontificatus exordia, in Januarium differri ſequentis anni 429.

EXCERPTUM

ſeu veteres Tituli

Hujus Epiſtolæ ex vetuſtiſſimo Cod. Luc.

Ex Epiſtola Cæleſtini Papæ ad Viennenſes Epiſcopos.

I. *Sacerdotes docti ſint.*
II. *Quo tempore danda pœnitentia.*
III. *Converſatio quæratur.*
IV. *Ex laico Sacerdos non ordinetur. Quod contra canones ordinaverit revocetur.*
V. *Unuſquiſque provincia ſuum Metropolitanum habeat. ✠ Alter alterius locum non uſurpet. ✠ Clericum alterius alter non ordinet.*
VI. *Nullus invitis detur Epiſcopus. Plebis, cleri & ordinis conſenſus & deſiderium quæratur. De alia civitate ordinetur Epiſcopus, ſi de propria dignus non fuerit.*
VII. *Ex laicis vel illicitis bigamus* (ſic) *non ordinetur.*

III.

A

III. AD EPISC. APULIÆ ET CALABRIÆ.

I. *Quod nulli ſacerdotum liceat canones ignorare.*
II. *Quod non oporteat, clericis eccleſiarum contemptis, de laicis epiſcopos ordinare.*
III. *Quod docendus ſit populus, non ſequendus.*

Cæleſtinus univerſis epiſcopis per Apuliam, & Calabriam conſtitutis.

I.

Dist. 38. Nulli ſacerdotum licet. Canones clericis cognoſcendi.

NUlli ſacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum poſſit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

II.

De laicis non fiant epiſcopi.

Audivimus quaſdam propriis deſtitutas rectoribus civitates epiſcopos ſibi velle petere de laicis, tantumque faſtigium tam vile credere, ut hoc his, qui non Deo, ſed ſæculo militaverint, æſtiment non poſſe conferre, non ſolum male de ſuis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) judicantes, ſed de nobis peſſime, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes. Quod nunquam auderent, ſi non quorumdam [a] illic his conſentiens ſententia conniveret. Ita nihil, quæ frequentius ſunt decreta, proficiunt, ut hoc, quaſi nunquam de hac parte ſcriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem, ſi qui his præfuturi ſunt, ex laicis requirantur? Qui vacantes ſæculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum [b] honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus, calcata reverentia eccleſiaſticæ diſciplinæ, tranſire? Talibus itaque, fratres cariſſimi, qui juris noſtri, id eſt, canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obviemus: hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & ſinat fieri, unde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.

a illicitis.

Dist. 61. Quid proderit per.

b ordinem

III.

Dist. 63. Docendus eſt populus.

Docendus eſt populus, non ſequendus. Noſque (ſi neſciunt) eos, qui liceat quidve non liceat, commonere, non his conſenſum præbere, debemus. Quilquis vero conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram apoſtolicæ ſedis minime defuturam. Quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt, per ſeveritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ propriis rectoribus carent, eccleſias volumus innoteſcat, ut nullus ſibi ſpe aliqua forſitan blanditus illudat. Data XII. Kalendas Auguſti. Florentio & Dionyſio viris clariſſimis conſulibus [c].

c Anno Chriſti 429.

EXCERPTUM.

ſeu veteres tituli hujus epiſtolæ.

Ex vetuſt. Cod. Luc.

Cæleſtini Epiſtola ad Epiſcopos per Apuliam & Calabriam conſtitutos.

I. *Laicus non fiat Epiſcopus.*
II. *Omnes ſciant canones.*
III. *Non eſt populo conſentire pro Sacerdote ordinetur* (ſic).

IV. AD CYRILLUM.

LIteræ quas ſanctitas tua per filium noſtrum Poſſidonium, &c. *Extat infra in actis concilii Epheſini, part.* 1. *cap.* 15.

V. AD CLERUM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

AD eos, qui faciunt eccleſiam, mihi locuturo, det apoſtolicus, &c. *Extat infra in actis concilii Epheſini, par.* 1. *cap.* 19. *eſtque alterius translationis. Principium ejus hoc erat* Alias. Verba mihi ad eos facturo, &c.

VI. AD NESTORIUM.

ALiquantis diebus vitæ noſtræ poſt nefandum, &c. *Extat infra in actis concilii Epheſini, part.* 1. *cap.* 18. *Erat alias ibidem alterius translationis. Incipiebat ſic:* Poſt impium illud profanumque.

VII. AD JOANNEM ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

OPtaremus quidem ſicuti una eſt deitatis eſſentia, ita inte: omnes, &c. *Extat infra in actis concilii Epheſini, par.* 1. *cap.* 20.

VIII. AD SYNODUM EPHESINAM.

SPiritus ſancti teſtatur præſentiam congregatio ſacerdotum, &c. *Extat in actis concilii Epheſini, Actione II. Fuitque olim alterius translationis hoc principio.* Sacerdotium Spiritus ſancti præſentiam declarat.

JOANNIS DOMINICI MANSI.

Admonitio.

HAs, & *ſequentes literas Labbeus, illumq. ſequutus Collectus Venetus Conciliorum editionis curator integras hic reſtituerunt; ſed & ipſe Labbeus brevi ad marginem admonitione monet ſe non proprio conſilio id præſtitiſſe, ſed quod vellet inſiſtere preſſius veſtigiis præcedentium Collectorum, agnoſcitque ſe id forte minus religioſe ſervaſſe, cum omiſſi inde potuerint. Integra enim relata ſunt in actis Concilii Epheſini. Ego indicium potius Labbæi, quam factum ejus temerandum ſtatui, conſultius docent in hac editione, quæ omnium maxima eſt, lectorum ſumptus, & tædio parcere, quam in moleſtam repetitionem nullius ofui profuturam in pauciorum gratiam, me diffundere.*

A

IX. AD THEODOSIUM

SUfficiar licet. *Extat ſub finem actionis II. Concilii Epheſini.*

X. AD CIRILLUM.

INtelligo ſententiam. *Extat ibidem.*

XI. AD EPHESINÆ SYNODI PATRES.

TAndem malorum. *Extat in III. part. Conc. Epheſini cap.* 20.

XII. AD THEODOSIUM JUNIOREM.

B

CAuſis ſuis. *Extat in cap.* 11. *part.* III. *Concilii Epheſini.*

XIII. AD MAXIMIANUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

VIdimus, & amplexi ſumus. *Extat in cad.* III. *part. cap.* 22.

XIV. AD CLERUM, ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

EXultatio matris. *Extat ibidem cap.* 23.

C

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

In ſynodo Romana anno 531. a Bonifacio Papa II. collecta extat epiſtola ejuſdem Cæleſtini dilectiſſimis fratribus Perigeni, Dynato, Baſilio, Sapio, Paulo, Æternali, Sabbatio, Juliano & Senecioni epiſcopis per Illyricum, quam ſuo loco exudendam cum aliis, Deo dante curabimus, nunc lectorem monuiſſe ſufficiat.

DECRETA
CÆLESTINI PAPÆ I.
QUÆ SUNT IN CORPORE DECRET.

D

GRATIANI, NEC HABENTUR IN SUPERIORIB.

ipſius epiſtolis vel decretis, numero IV.

PRIMUM.

In alterius parochia, niſi convocante, nulli aliquid agere licet.

9. quæſt. 3. Nullus primas, nullus metropolitanus.

Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorum epiſcoporum alterius adeat civitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi parochiam ſuper ejus diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cujus juris eſſe cognoſcitur, ut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut judicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit: ſin aliter præſumpſerit, damnabitur: & non ſolum ille, ſed & cooperatores & conſentientes ei: quia ſicut ordinatio, ita eis & judicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, quomodo judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit.

E

SECUNDUM.

*Par pœnitentia ei indicitur, qui * ſpiritualem filiam, & ei qui * pœnitentialem ſuam violare monſtratur.*

* carnalem
* ſpiritualem.

30. quæſt. 1. Si quis ſacerdos cum.

Si quis ſacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat, ſe grave adulterium commiſiſſe. Idcirco fœmina, ſi laica eſt, omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tradat: & converſa, in monaſterio Deo uſque ad mortem ſerviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis pœniteat. Poſtea vero ad monaſterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſerviat.

TERTIUM.

Epiſcopi, aut presbyteri, cum ſibi confeſſa fornicantis, pœna ſeu pœnitentia quæ.

30. q. 1. Non debet.

Non debet epiſcopus aut presbyter commiſceri cum mulieribus quæ ei ſua fuerint confeſſæ peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, epiſcopus 15. annos, presbyter 12. & deponatur tamen, ſi in conſcientia devenerit.

QUARTUM.

Quæſtionis de binis uxoribus uni ductis, quarum prior non fuerat ſolenniter deſponſata, expeditio.

35. diſt. 6. Videtur nobis.

Videtur nobis, quod ſecunda, quam contra prohibitionem eccleſiæ duxit, non ſit uxor, etiamſi primam non haberet deſponſatam. Nam quod contra interdictum & ordinem eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi, tam humanæ, quam divinæ legis proclamat auctoritas: quia ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente, uxor non eſt. Eam cogendus eſt recipere, quam juravit, & deſponſavit, & ex qua prolem genuit, ut juramenti religio non vilipendatur, & fides adinvicem promiſſa ſervetur, proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occaſionem peccandi, & alios decipiendi, aſſumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriuſque ſexus in teſtificationem filii & filiæ, ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, legibus approbata, quam divinis & humanis legibus approbatur. In dirimendo autem matrimonio, ideo maxime parentes recipiuntur, * ſive ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur: quia unuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus & charactis, cum exercitatione, & recitatione majorum ſcire laborat. Quia igitur aliis melius ſciunt, ideo maxime admittuntur. Similiter etiam recipiuntur, & in teſtificationem matrimonii conjungendi. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe, ita ut ſi non interſint, conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur; Pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis & contractibus verum eſt. In matrimonio contrahendo & diſjun-

* & fi

jungendo, ipſius conjugii prærogativa, quia & favorabilis res eſt, congrue recipiuntur.

CELESTINUS PAPA DIXIT

Anno 423. Ex Suppl. Maſſ. tom. 1. pag. 309. 310.

IDeo agnus benedicitur in Paſcha, quod more ſolito detur hominibus qui non ſint digni accipiendi Corpus, & Sanguinem Domini. Qui autem in Paſcha agni carnes more Judaicolum edere præſumpſerint privari eos cenſemus a conſortio omnium Catholicorum, quia injuſtum videtur, ut Fidelis populus hoc carnaliter excipiat, quod ſpiritum aliter ipſe conditor, ac Redemptor Eccleſiæ Catholicæ contulit; immolandos ſe in aram Crucis qui eſt A Agnus vivus, & verus, qui tollit peccata mundi.

ADNOTATIO IN PRÆCEDENS DECRETUM.

DEcretum hoc Cæleſtini nomine inſcriptum reperi in manuſcripto codice Bibliothecæ Canonicorum Cathedralis Lucenſis ſæculi ut arbitror XI. vel XII. Idque, ſi gentilium reputetur, datum arbitror in Concilio aliquo cui Cæleſtinus interfuerit, & illuſtre præbet pro aſſerendo Euchariſtiæ dogmate teſtimonium. Si enim agnus Paſchalis benedictus datur non communicantibus Corpus & Sanguinem Domini, ut air Cæleſtinus, plus B eſt aliquid profecto Euchariſtia, quam merus Chriſti typus, nam Chriſti pariter typus eſt agnus Paſchalis. Si vero typum excedit Euchariſtia, profecto veritatem continet Corporis, & Sanguinis Domini.

CONCILIUM CILICÆ

Habitum anno Chriſti CCCCXXIII.

Ex Nova Baluzii Collectione.

IStius Concilii memoriam debemus uni Mario Mercatori, qui de eo ſic ſcribit in præfatione ad ſymbolum Theodori Mopſueſteni. Agnoſcat ſupradictus Julianus ex hac translatione, ſi legere non faſtidierit, manente apud memoratum Theodorum illa qua eum diximus mala fide ſecum Neſtorium decepiſſe, etiam ſibi magis ſuoque dogmati, de quo male turgidus & male ſanus libros confecit, eſſe contrarium, ſeque etiam poſt de Cilicia abſceſſum, ab eo in Epiſcoporum provinciæ ſuæ conventu anathemate eſſe damnatum. *Vide clariſſimum virum* C *Joannem Garnerium in parte prima operum Marii Mercatoris pag. 219.*

SYNODUS NUMIDIÆ

In cauſa Antonii Fuſſenſis epiſcopi anno 423. celebrata.

Anno 423. Ex Suppl. Maſſ. tom. 1. pag. 309. 310.

CUm ad eccleſiæ ſinum non privati tantummodo plures, ſed & integræ interdum urbes & oppida rejecto ſchiſmate Donatiſtarum redirent; ex lege ab Africanis patribus in concilio conſtituta ſingulis epiſcopatibus ditiones veteres reſtituendæ erant. Si qui forte populi ante ſchiſma uni alicui catholico epiſcopo paruiſſent, priſtino poſſeſſori, ſi ad eccleſiam converterentur redibant. Integrum tamen erat epiſcopis illis, conſentiente primate, populis recens converſis novum dare epiſcopum a quo regerentur. Eo jure uſus S. Auguſtinus Fuſſalenſibus, qui ex Donatiſtis reſipuerant, & ditionis ſuæ portio erant, aſſentiente Numidiæ primate, Antonium epiſcopum dederat; ſed cum novus hic præſul multis gravibuſque criminibus reus habitus civium ſuorum invidiam incurriſſet, collecti in concilium Numidiæ patres ejus E cauſam tractarunt. Nihil quidem in eo concilio probari de criminibus in illum objectis ad liquidum potuit; ſed cum ſuſpicio vehemens Antonii capiti adhuc hæreret, ita pronunciatum eſt a patribus: *ut ſalvo epiſcopatu, Fuſſenſibus non præeſſet ulterius. Inſuper loca illa illi dimiſſa atque permiſſa in quibus prius erat epiſcopus.* Ita damnatus Antonius Numidiæ primatem adiit, circumventumque fallacibus verbis perſuaſit, ut ad Romanum Pontificem Bonifacium pro ſe adverſus concilium ſcriberet. D Eo præſidio munitus Romam ſe contulit labente Bonifacii pontificatu. Quo defuncto, Cæleſtinus cauſam illam tractandam ſuſcepit, ad quem pro concilio Numidiæ contra Antonium literas aſtutum dedit S. Auguſtinus vulgatas inter ejus epiſtolas num. 209. rogavitque Pontificem, cui de nova dignitate adgratulatus eſt, ne crederet Antonio, ſed actum in illum judicium ratum ac firmum haberet. Judicium hoc in concilio vicinorum epiſcoporum habitum fuiſſe nemo jure ambigeret, quem non lateat conſtituta in Africana eccleſia lex, ut reus epiſcopus a vicinorum epiſcoporum concilio judicaretur, cujus diſciplinæ mentio occurrit in epiſtola concilii Africani ad Bonifacium Pontificem. Annus vero, quo concilium illud celebratum eſt, pendet ex anno quo aſſumptus eſt Cæleſtinus; labente enim Bonifacii pontificatu Antonius in concilio Numidiæ damnatus, Romam venit. Bonifacius vero anno 422. auguſto forte menſe deceſſit, ut Pagius in critica ad annum 423. demonſtravit; eidemque forte anno Numidiæ concilium aſſignandum eſt.

SY-

C. ANNUM CHRISTI 423.

C. ANNUM CHRISTI 424.

SYNODUS ANTIOCHENA,

In qua damnatur Pelagius, & e civitate ſancta ejicitur.

Ex Hardouini tom. 1.

HUjus ſynodi ſolus meminit Marius Mercator in Commonitorio cap. 3. ubi ſic loquitur. Adhuc etiam Hieroſolymis conſtitutus Pelagius accuſatus fuit apud Synodum (*Dioſpolitanam:*) & primo quidem tergiverſando ambiguis quibuſdam ſe profeſſionibus tegens, & proſequens dubia, vel reſpondens, illam tunc videtur epiſcoporum audientiam deluſiſſe. Sed poſtmodum evidenter deprehenſus, inſiſtentibus accuſatoribus *Erote & Lazaro a poſteriore Synodo*, cui ſanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præſedit epiſcopus, atque detectus, a Sanctis quoque ac venerabilibus Hieroſolymorum locis eſt deturbatus. Ejus denique ſancti Theodoti ad reverentiſſimum Urbis Romæ epiſcopum, & ſanctæ recordationis Praylii Hieroſolymitani epiſcopi miſſa ſcripta teſtantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus. *Cum ergo Pelagius rectæ fidei Profeſſor a Joanne Hieroſolymitano in Synodo Hieroſolymitana*, ab Eulogio Metropolita Cæſareenſi in Synodo Dioſpolitana judicatus fuiſſet, *ad Theodotum totius Orientis Patriarcham appellationem iterum Orthodoxi interpoſuere, qui Synodo Antiochiæ convocata Pelagium condemnavit. Hinc patet Harduinum dupliciter falli, dum in primo Conciliorum tomo hanc Synodum Hieroſolymæ habitam anno 416. affirmat Theodotus ſiquidem, qui huic Synodo præſedit, Alexandro in cathedra Antiochena ſucceſſit anno circiter Ch. 420. ut poſt Bollandum in Actis SS. Januarii, & Noriſium lib. 2. hiſt. Pelag. c. 4. probat Pagius ad ann. Ch. 420. num. 22. & ſeqq. Et ſi Hieroſolymæ habita fuiſſet hæc Synodus, opus non erat, ut Theodotus Synodi geſta ad Praylium mitteret, ut miſſa teſtatur Marius Mercator. Deinde ſi Praylius anno 416. e ſua civitate Pelagium exturbaſſet, anno deinde 417. pro Pelagio ad Innocentium Papam literas non dediſſet.*

AD CONCILIUM ANTIOCHENUM vel SYRIACUM

Pro damnatione Pelagii

Anno CCCCXXIV. ut fertur, habitum

ADNOTATIO CHRONOLOGICA, ET ADDITIO.

VAcans obitu Joannis epiſcopi ſolium Hieroſolymitanum Praylus anno 417. vel forte citius aſcenderat, ac primo quidem occupatum favore Pelagii animum geſſit, pro quo & literas dedit ad Zoſimum, ut in ſua epiſtola ad Africanos idem Zoſimus teſtatur. Dein vero cauſa maturius diſcuſſa in concilio, cui Theodotus Antiochenus epiſcopus præſedit, hæreſim agnovit, Pelagium Hieroſolyma abegit, ac novis ad Zoſimum literis condemnavit, qua de re Marius Mercator in commonitorio. Concilium iſtud anno 424 in collectione Veneto-Labbeana conſignatur. Mihi vero alia plane ſedet opinio, in annum 418. referendum arbitranti, cujus opinionis meæ hæc profero documenta. Pelagius Hieroſolymæ diu ſubſtitit, nec ante ſedem illam deſeruit, quam in concilio, cui Theodotus præfuit, damnatus a Praylo ex urbe illa pulſus exactuique fuit, ut ex commonitorio Marii ſatis conſtare arbitror. Anno 417. die XI. Kal. Octobris cum Zoſimus literas ſuas dedit ad Africanos, Pelagium Hieroſolymis adhuc egiſſe ex tota illa epiſtola ſatis apparet. Anno vero ſequenti 418. die prid. Kal. maii, hæreticum illum non Hieroſolymis, ſed Romæ egiſſe non inani conjectura deduceremus ex lege Honorii imperatoris in hæreticos illos tunc data, ac in collectionem Veneto-Labbeanam tom. 2. col. 40. translata. Ea etenim lege Imperator urbe Roma pelli Cæleſtium & Pelagium mandat. *Pulſis ex urbe* (Roma ſcilicet, ut ex edicto Palladii præfecti prætorio conſtat) *primitus capitibus dogmatis execrandi Cæleſtio atque Pelagio &c.*

Quod vero ex Pagio notatur, de exordio epiſcopatus Theodoti cum anno 420. componendo, id dubium, incertumque exiſtimat Tillemontius in nota LXXIV. ad vitam S. Auguſtini, quin & anticipandum illud ad annum 417. rectius cenſet. Huic conjectura noſtra ſuffragatur, eademque conſtituta Theodoti epocha, quominus concilium illud in annum 418. ante Majum menſem referatur, nihil prohibet.

His vero admiſſis facile eſt definire, quo demum anno Zoſimus agnita tandem hæretica Pelagii & Cæleſtii dogmata una cum impiis auctoribus damnarit, quod cum vix aliter quam in concilio fieri ſoleret, hinc non immerito novum quoddam concilium Romanum, intactum collectoribus, commemorandum ſuſcipimus. Igitur Zoſimus Pelagium & Cæleſtium tunc primum damnavit, cum Praylus de reprobato ac pulſo Hieroſolymis a ſe Pelagio literas ad Pontificem dedit. Id vero non prius Septembri menſe anni 417. contigiſſe in ſuperioribus demonſtravimus. Sed neque die XII. Kal. Aprilis anni 418. quidquam adhuc Romæ in illos

illos pronunciatum fuiſſe ; obant literæ Zoſimi ad concilium Carthaginenſe tunc datæ, quibus Pontifex certiores facit Africanos patres ſe nihil adhuc de Cæleſtio pronunciaſſe. Verum cum ejus anni majo ineunte Honorius lege ſua in Pelagium & Cæleſtium animadverterit, conjecturam inde capere licet, ſententiam Romani Pontificis in utrumque præceſſiſſe, adeoque damnatio illa inter exitum Martii & Maii exordium non inaniter conſignaretur. Ad hoc porro concilium, quo Zoſimus auctores novæ de gratia Dei hæreſeos damnavit, referenda cenſeo verba illa, quæ ex epiſtola Zoſimi *ad totius orbis epiſcopos* decerpſit auctor ejus ætatis in *auctoritatibus Sedis Apoſtolicæ epiſcoporum*, quæ epiſtolæ Cæleſtini ad epiſcopos Galliæ ſubjiciuntur: *Nos autem inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem ſuum referenda ſunt unde naſcuntur) ad fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam univerſa retulimus.* Quæ Pontificis verba ſic acceperunt Africani epiſcopi in epiſtola ſua ad eundem, in excerpto ab eodem auctore ſervato, ac ſi illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, diſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens amputarit. Non ita profecto literas Zoſimi commendaſſent Africani Patres, niſi poſtquam damnato ab eodem Pontifice Cæleſtio, ac Pelagio ſua cum illo diſſidia compoſuiſſent. Hoc ergo Romanum concilium, in quo Cæleſtius & Pelagius damnationis ſententiam a Zoſimo tulerunt, in unum cum reliquis cenſum eſt referendum.

[a] CONCILIUM [a] AFRICANUM

[b] TEMPORE BONIFACII I. CÆLEST. I.

HABITUM.

[a] Quod vulgo Africanum dicitur, particulare illud concilium non eſt, ſed compilatio ex diverſis Carthaginenſibus, Milevitano, Hipponenſibus, & aliis, eo Africani nomine a compilatore, nec eo ſatis docto, inditum, inquit Ferd. Mendoza c. 2. lib. 1. Comm. in Elibertit. conc. qua de re & alii plura in utramque partem, & nos in Notis.

TITULI CAN. DIVERSORUM Conciliorum Africanæ provinciæ, num. CV.

I. *Quod nihil de Hipponenſi concilio ſit emendandum.*
II. *Ut epiſcopi vel clerici non facile filios ſuos emancipent.*
III. *Ut epiſcopi vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.*
IV. *Quod præter panem, & merum mixtum aqua, nihil in ſacramentis offerri debeat.*
V. *Ut clerici vel continentes ad virgines viduaſque non accedant.*
VI. *Ut princeps ſacerdotum non appelletur epiſcopus.*
VII. *Ut clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.*
VIII. *Ut a jejunis Deo ſacrificia peragantur.*
IX. *Ut in eccleſiis convivia minime celebrentur.*
X. *De pœnitentibus.*
XI. *De virginibus.*
XII. *De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt.*
XIII. *De paſſionibus Martyrum.*
XIV. *De parvulis qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.*
XV. *De rebaptizationibus, reordinationibus, vel tranſlationibus epiſcoporum.*
XVI. *Quot epiſcopi ordinare epiſcopum debeant.*
XVII. *Quot addi debeant epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando epiſcopo fuerit contradictum.*
XVIII. *Ut de eccleſia Carthaginis dies paſchæ nuncietur.*
XIX. *De viſitandis provinciis.*
XX. *Ut diœceſes, niſi ex conſenſu epiſcopi proprii, epiſcopum non accipiant.*
XXI. *Ut alienus clericus minime ſuſcipiatur ab alio.*
XXII. *Ut Carthaginenſi epiſcopo, unde voluerit, clericum liceat ordinare.*
XXIII. *Ut epiſcopi, qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vendicent.*
XXIV.

---

1 Quod hic dicitur Concilium Africanum, aliud non eſt niſi collectio quædam Canonum Africanorum, ſeu repetitio poſterioris partis Codicis ut dicitur, Africani ſuperius allati, continens ultima 105. capitula geſtorum in Carthaginenſi Concilio anni 419. Quæ repetitio, inquit Couſtant in Præf. ad epiſt. Summ. PP. vel ex hoc uno vitioſa eſt, quod & ſupervacanea ſit, & interrupta Conciliorum ſerie lectorem ſuo quodammodo curſu excutiat. Sed & in eo etiam magis peccat, quod capitula ipſa ſuo nec ordine, nec anno diſpoſita, ſed temere, indigeſteque mixta repræſentet. Et de anno quidem certum eſt ex his capitulis alia ad 397. alia ad alios proxime conſequentes annos pertinere, omnia vero fuiſſe an. 419. in Concilio Carthag. recitata. Illa igitur non ultra 419. rejici, nedum ad 424. illigari par erat. De ordine vero, quam ſit confuſus perturbatuſque, unum proferemus exemplum. Proœmio Synodi Carthaginen. an. 401. habitæ ſubnexuit clariſſimus Editor capitula 32. quorum priora 23. ad Synodum anni 397. pertinere liquet, tum quia huic Synodo adſignantur in Canonum Africanorum Codice; tum quia ejuſdem Synodi præloquio ita ſunt apte conſerta atque nexa, ut ſi utraque cum Labbeo diveltas, membra a capite ſejunxeris. In ipſo quippe limine petit Aurelius, ut recitetur ante omnia, confirmeturque, ac in melius etiam ſi opus erit, reformetur Hipponenſium Canonum Breviarium. Mox ſequuntur ea, quæ capituli primi nomen & locum habent, Epigonii Epiſcopi verba. *In hoc Breviario* &c. Quam cohærent hæc inter ſe, nemo non videt. Contra ſi proœmio Synodi an. 401. in quo altum de Breviario ſilentium eſt, capitulum illud primum ſubnectis, biulca erit, & nullo juncta nexu oratio. Quod idem de ſequentibus aliis capitulis ex Breviario itidem Hipponenſi excerptis, & ad an. 401. a Labbeo relatis, dictum velimus. Denique capitulum 24. cujus hæc ſunt verba: *De Donatiſtis placuit, ut conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Stricium, & Simplicianum &c.* cur in annum 397. conveniat, docent Siricii ac Simpliciani nomina, quibus anno 401. jam defunctis ſucceſſerant Anaſtaſius & Venerius. Quod quia probe noverant Afri Carthagine an. 401. congregati, volnere hac ipſa de re conſuli *tam venerab. S. fratrem ſuum Anaſtaſium ſedis Apoſt. Epiſcopum, quam etiam S. fratrem Venerium Sacerdotem Mediolanenſis Eccleſiæ.* Hactenus Couſtant loc. cit. Cæterum hoc anno 424. habitum revera fuit Carthagine Concilium Africanum univerſale, ſub Aurelio XX. ſic enim citatur a Bonifacio Carthag. in Concilio anni 525. in quo Apiarius, qui immanium criminum iterum accuſatus, damnatuſque, Cæleſtini patrocinium imploraverat, præſente Fauſtino in Africam iterum miſſo, ut cum Epiſcopis Apiarii cauſam retractaret, univerſa tandem crimina confeſſus eſt: quæ omnia in Synodi Africanæ epiſtola ad Cæleſtinum tum ſupra in Codice Africanæ Eccleſiæ can. 234. & infra in hoc Concilio Africano num. 101. allata referuntur. *Colete*

XXIV. *Ut parvuli, apud Donatiſtas baptizati, in catholica clerici ordinentur.*
XXV. *De reliquiis idolorum, vel templis, ab imperatoribus abolendis.*
XXVI. *Ut clerici de judicii ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium.*
XXVII. *De paganorum conviviis auferendis.*
XXVIII. *De ſpectaculis, ut die dominico, vel ceteris ſanctorum feſtivitatibus minime celebrentur.*
XXIX. *De clericis damnatis.*
XXX. *De hiſtrionibus Chriſtianis factis.*
XXXI. *De manumiſſionibus, ut in eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum.*
XXXII. *De Equitio damnato epiſcopo.*
XXXIII. *Ut cum Donatiſtis lenius agatur.*
XXXIV. *De literis mittendis judicibus, ut ea, quæ inter Donatiſtas & Maximiniſtas facta ſunt, innoteſcant.*
XXXV. *Ut clerici Donatiſtarum in eccleſia catholica ſuſcipiantur in clero.*
XXXVI. *Ut legatio ad Donatiſtas componenda pacis gratia dirigatur.*
XXXVII. *Qui clerici ab uxoribus debeant abſtinere.*
XXXVIII. *De his qui plebes proprias derelinquunt.*
XXXIX. *De infantibus baptizandis, quoties dubitatur utrum fuerint baptizati.*
XL. *Diem paſchæ, & diem concilii nunciandum.*
XLI. *Ne interventor epiſcopus cathedram, ubi interventor eſt, teneat.*
XLII. *De defenſoribus eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.*
XLIII. *De epiſcopis qui ad concilia non concurrunt.*
XLIV. *De Creſconio.*
XLV. *De eccleſia Hipponenſium Diarrhytorum.*
XLVI. *De clericis qui intra annum cauſam ſuam agere non procurarint.*
XLVII. *Ut de alieno monaſterio receptos, nec præpoſitos monaſterii, nec clericos liceat ordinare.*
XLVIII. *De epiſcopis qui hæreticos vel paganos hæredes inſtituunt.*
XLIX. *De manumiſſionibus.*
L. *De falſis memoriis martyrum.*
LI. *De idolorum reliquiis extirpandis.*
LII *Ut ab epiſcopo Carthaginenſi, cum opus fuerit, omnium epiſcoporum nomine dictentur, & ſubſcribantur epiſtolæ.*
LIII. *De epiſcoporum ordine, ut qui poſterius ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.*
LIV. *De Quodvultdeus epiſcopo.*
LV. *De Maximiano epiſcopo.*
LVI. *Ut epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & conſulem præferant.*
LVII. *De his qui vel ſemel in eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoveri.*
LVIII. *De conveniendis Donatiſtis.*
LIX. *Forma conventionis Donatiſtarum.*
LX. *Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatiſtas.*
LXI. *Brevis cauſarum.*
LXII. *Concilium univerſale non niſi neceſſitate faciendum.*
LXIII. *Ut ab electis judicibus provocare non liceat.*
LXIV. *Ut imperatoribus poſtuletur advocatorum defenſio pro cauſis eccleſiæ.*
LXV. *De plebibus quæ nunquam epiſcopos habuerunt.*
LXVI. *De plebibus vel diœceſibus, ex Donatiſtarum gravitate converſis.*
LXVII. *De ſuggeſtione Maurentii epiſcopi.*
LXVIII. *De pacificandis eccleſiis Romana & Alexandrina.*
LXIX. *De his qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut ſic maneant.*
LXX. *De precibus ad altare dicendis.*
LXXI. *De his qui publicorum judiciorum cognitionem ab imperatore poposcerint.*
LXXII. *De his, qui cum in Africana non communicant, volverint trans mare obrepere.*
LXXIII. *Ut pergentes ad comitatum, cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent.*
LXXIV. *Concilium de cognitione epiſcopi.*
LXXV. *Concilium contra hæreſim Pelagii & Cæleſtii.*
LXXVI. *Quod Adam non ſit factus a Deo mortalis.*
LXXVII. *Quod parvuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.*
LXXVIII. *Quod gratia Dei non ſolum remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adjutorium ne peccetur.*
LXXIX. *Quod gratia Chriſti non ſolum ſcientiam tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, ut quod ſcimus, implere valeamus.*
LXXX. *Quod ſine Dei gratia nihil boni poſſumus implere.*
LXXXI. *Quod non ſolum humilis, ſed & vera ſanctorum vox iſta eſt*: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.
LXXXII. *Quod in oratione dominica ſancti pro ſe dicant*: Dimitte nobis debita noſtra.
LXXXIII. *Quod veraciter a ſanctis dicatur*: Dimitte nobis debita noſtra.
LXXXIV. *De plebibus converſis a Donatiſtis.*
LXXXV. *De diœceſibus, qualiter eas dividant inter ſe epiſcopi, tam catholici, quam qui ex Donati parte converſi ſunt.*
LXXXVI. *Ut ſi quam diœceſim epiſcopus, ab hæreſi liberans, triennio poſſederit, nullus eam repetat.*
LXXXVII. *De his qui in plebes quas ad ſe putant pertinere (inconventis his a quibus tenentur) irruerint.*
LXXXVIII. *De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.*
LXXXIX. *Quod electorum judicum ſententia ſperni non debeat.*
XC. *Ut ſi epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione privetur.*
XCI. *De epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe ſibi, mentiti fuerint.*
XCII. *De presbyteris & clericis, ut non appellent, niſi ad Africana concilia.*
XCIII. *De virginibus etiam minoribus velandis.*
XCIV. *Ne diutius epiſcopi teneantur in concilio, ternos ex ſe ſingularum provinciarum judices eligant.*
XCV. *Quod excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.*
XCVI. *Quod ſervi & liberti omneſque infames perſonæ, non debeant accuſare.*
XCVII. *Ut qui unum crimen non probaverit, ad alterum admitti non debeat.*
XCVIII. *Qui ad teſtimonium admittendi ſint.*
XCIX. *De epiſcopo qui excommunicat eum qui ſibi ſolo crimen dicit eſſe confeſſum.*

C. *Ut*

C. *Ut non temere quemquam communione privet episcopus*
CI. *Epistola totius concilii Africani ad Bonifacium urbis Romæ episcopum.*
CII. *Epistola Cyrilli Alexandrini episcopi ad concilium Africanæ provinciæ.*
CIII. *Epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad memoratum concilium.*
CIV. *Symbolum fidei Nicæni concilii.*
CV. *Epistola totius concilii Africani ad Papam Cælestinum urbis Romanæ episcopum.*

CANON CONCILIOR. DIVERSORUM AFRICANÆ PROVINCIÆ NUMERO, CV.

Hoc cum tribus sequentibus Africanis habitum est sub Siricio. De hoc concilio vide notas concilii Hipponensis sub Siricio.

REcitata sunt etiam in * ista synodo diversa concilia universæ provinciæ Africæ, transactis temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi celebrata. Gloriosissimo Imperatore Theodosio Augusto III. & Abundantio viro clarissimo consulibus, VIII Idus Octobris, Hippone regio, in secretario basilicæ pacis.

* *for.* Carthag. VI.

Gesta hujus concilii ideo descripta non sunt, quia ea, quæ ibi statuta sunt, superioribus probantur inserta.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, ubi legati episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum destinantur.

De hoc concilio vide notas concilii Adrumetini sub Siricio.

GLoriosissimis Imperatoribus Arcadio III. & Honorio II. Augustis consulibus; VI. Kalendarum Juliarum, Carthagine. In hoc concilio legati * directi sunt episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum.

* delecti

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, ubi multa sunt constituta.

De hoc concilio vide notas concilii Carthaginensis III. sub Siricio.

CÆsario & Attico viris clarissimis consulibus, v. Kalendas Septembris Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ Cum Aurelius episcopus una cum episcopis consedisset, adstantibus etiam diaconibus, advenientibus quoque Victore sene Pupputanensi, Tuto * Migirpensi, Evangelo Abstruitano, Aurelius episcopus dixit: Post diem præstitutam concilii consedimus, ut recordamini, fratres carissimi: & arbitrabamur omnium provinciarum per Africam legationes convenisse ad diem (ut dixi) præstitutam nostri tractatus: sed cum sacerdotum nostrorum Byzacenorum epistola fuisset recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem concilii prævenerant, tractassent, vestræ caritati legeretur, lecta est etiam a fratribus Honorato & Urbano, qui nobiscum hodie * concilio participantur, legatio Sitiphensis provinciæ destinata. Frater etiam Regimus ecclesiæ Vegelitanæ * literas ad parvitatem meam datas Crescentiani primæ sedis (ut ipse insinuat) Numidiarum, & Aurelii coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis vestra mecum caritas recognoscit, promisisse eosdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc concilium fuissent ex more destinaturi legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu se detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitiphensis, non posse testantur. Et ideo, fratres, si vestræ caritati videtur, literæ fratrum nostrorum Byzacenorum, sed & breviarium quod eidem epistolæ adjunxerunt ad hunc cœtum * conrogatum, legantur: ut si qua forte illic movere caritatis vestræ animum possunt, in eodem breviario, quæ diligentius fuerint animadversa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primæ sedis, vir perspectus, merito suæ gravitatis atque prudentiæ * Mizanius, scribens ad meam parvitatem, postulavit. Si ergo placet, quæ tractata sunt, legantur, & singula a vestra caritate considerentur.

* Murgentisensi,

* concilium

* *for.* legit literas *aut* attulit

* congregatum,

* Myzonius, *al.* Musonius

IN HOC CONCILIO STATUTUM EST ut episcopi sine formata non navigent.

CÆsario & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Julias, Carthagine placuit, ut nullus episcoporum naviget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quæret, inveniet.

Cod. can. hac. 56 & 57 canonibus interponit.

NOTA SEVERINI BINII.

Hæc eadem statuta fuerunt concilio Carthaginensi III. Hinc itaque constat, illud vt. Kalendas Julii inchoatum, ad Septembrem usque continuatum fuisse: vel quod supra dixi, Carthaginense illud, quod vulgo dicitur III. ex multis Carthaginensibus compilatum esse.

SEQUUNTUR CONCILIA AFRICANA SUB ANASTASIO HABITA.

DE CONCILIO ISTO LEGATI ad Imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

Quam ob causam, quo loco ac tempore hoc concilium Carthaginense in Africa celebratum fuerit, diximus in notis concilii Africani I sub Anastasio.

POst consulatum gloriosissimi Imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, v. Kalendas Majas, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt Epigonius & Vincentius episcopi, ut pro confugientibus ad ecclesiam, quocumque reatu involutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat absistahere.

IN HOC CONCILIO LEGATIO destinatur ad Romanum & Mediolanensem episcopos, de parvulis qui apud hæreticos baptizati sunt, & ad Imperatorem de idolorum reliquis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.

Tempus, locum, & causam hujus indicant notæ concilii Africani II sub Anastasio. Notas & explicationem canonum ex concilio Carthaginensi III. require.

POst consulatum Flavii Stiliconis viri clarissimi, decimoquarto Kalendas Julias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ: cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit caritas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit dominus, ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia, videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbaverit vestra sinceritas, sit consequens, eligendum esse unum a nostro numero consacerdotem, qui (auxiliante domino & orationibus vestris) & has ipsas necessitates suscipere possit, & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, ut tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, venerabili sancto fra-

tri Anaſtaſio, ſedis apoſtolicæ epiſcopo; quam etiam ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis eccleſiæ neceſſitatem ipſam ac dolorem atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum: quo noverint communi periculo providendum, maxime quia tanta indigentia clericorum eſt, multæque eccleſiæ ita deſertæ ſunt, ut ne unum quidem diaconum vel inliteratum habere reperiantur. Nam de ceteris ſuperioribus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia, ut dixi, ſi miniſterium diaconi facile non invenitur, multo magis ſuperiorum honorum inveniri non poſſe certiſſimum eſt. Et quotidianos planctus diverſarum pene emortuarum plebium jam non ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubventum, gravis nobis & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſa apud Deum manſura eſt.

CAPITULA.

I.

Cod can. c. 34. EPigonius epiſcopus dixit: In hoc breviario (quod decerptum eſt de concilio Hipponenſi) nihil arbitramur eſſe emendandum, vel aſſuendum, niſi ut dies ſancti paſchæ tempore concilii innoteſcat.

II.

Cod. can c. 35. & in Carth. III. c. 14. Ut epiſcopi, vel clerici, filios ſuos a ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant, niſi de moribus eorum fuerint & de ætate ſecuri, ut poſſint ad eos jam propria pertinere peccata.

III.

Cod can c 36. & in Carth. III c 18. Ut epiſcopi & presbyteri & diaconi non ordinentur, priuſquam omnes, qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos catholicos fecerint.

IV.

De conſecr. diſt. 2. In ſacramentis. Cod. can c 37. Ut in ſacramentis corporis & ſanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipſe dominus tradidit: hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, ſeu mel & lac, quod uno die ſolemniſſimo in infantum myſterio ſolet offerri, quamvis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, ut a ſacramento dominici corporis & ſanguinis diſtinguantur. Nec amplius in primitiis offeratur, quam de uvis & frumentis.

V.

Ibidem. Diſt. 81. Clerici vel continentes. Cod can.c.38. Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, niſi ex juſſu vel permiſſu epiſcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cum quibus epiſcopus aut presbyter juſſerit. Nec ipſi epiſcopi & presbyteri ſoli habeant acceſſum ad hujuſmodi fœminas, ſed ubi aut clerici præſentes ſunt, aut graves aliqui Chriſtiani.

VI.

Cod can.c 39. Diſt. 59 c. Primæ ſedis epiſcopus. Ut primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus.

VII.

Cod can c 40. Diſt. 44. Clerici. Et in Carthag. III. c. 27. Ut clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

VIII.

Cod can c 41. De conſecr. diſt 1. Sacramenta altaris. Ut ſacramenta altaris nonniſi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniverſario, quo cœna domini celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſive epiſcoporum, ſive ceterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt jam pranſi inveniuntur.

IX.

Cod. can.c.42. Diſt. 42. Nulli epiſcopi in. Ut nulli epiſcopi vel clerici in eccleſia conviventur, niſi forte tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujuſmodi conviviis, quantum fieri poteſt, prohibeantur.

X.

Cod. can c 43. 26. quæſt. 27. Pœnitentibus. Ut pœnitentibus, ſecundum differentiam peccatorum, epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et ut presbyter, inconſulto epiſcopo, non reconciliet pœnitentem, niſi abſentiæ epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuſcumque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam eccleſiam commoverit, ante abſidem manus ei imponatur.

XI.

Cod. can c.44. & in Carth. III. c. 32. Ut virgines ſacræ, cum parentibus (a quibus cuſtodiebantur) privatæ fuerint, epiſcopi providentia (vel presbyteri, ubi epiſcopus abſens eſt) in monaſterio virginum, vel gravioribus fœminis commendentur, ut ſimul habitantes, invicem ſe cuſtodiant; ne paſſim vagando eccleſiæ lædant * exiſtimationem.

* opinionem.

XII.

De conſecr. diſt. 4. Ægrotantes ſi pro. Cod. can.c.45. & in Carth. III c.34 & 35. Ut ægrotantes, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum voluntatis eorum teſtimonium fuit dixerint, baptizentur. Ut ſcenicis atque hiſtrionibus, ceteriſque hujuſmodi perſonis reconciliatio non negetur.

XIII.

De conſecr. diſt 2. Scenicis atque hiſtrionibus. Liceat etiam legi paſſiones martyrum cum anniverſarii dies eorum celebrantur.

XIV.

Cod. can. c 46. qu 4. c. Placuit ut. Cod can. c. 47 De Donatiſtis placuit, ut conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum de ſolis infantibus qui baptizantur penes eoſdem, ne (quod ſuo non fecerunt judicio) cum ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint converſi, parentum illos error impediat, * ne promoveantur ſacri altaris miniſtri. Quibus inſertis, Honoratus & Urbanus epiſcopi, Delegati provinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis, dixerunt: Jamdudum cum apud ſanctitatem veſtram, allegaremus ſcripta, dilati ſumus ea contemplatione, quouſque fratres noſtri advenire poſſent de Numidia legati: ſed quia non parvi dies ſunt, quibus expectati minime venerunt, ultra prætermittere, quæ nobis mandata ſunt a noſtris coepiſcopis, non oportet: atque ideo, fratres, ſuggeſtionem noſtram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audivimus. Verum & de ſacrificiis inhibendis poſt prandium, ut a jejunis (ſicuti dignum eſt) offerantur, & tunc & nunc firmatum eſt.

* ne proveniant, vel quominus promoveantur.

XV.

Cod. can.c.48. De conſecr. diſt. 4. Non licet fieri. Et in Carthag. III. c. 38. 22. q. 2. ca. Petimus, ut dignemini. Illud autem ſuggerimus mandatum nobis, quod etiam in * Capuenſi plenaria ſynodo videtur ſtatutum, ut non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes epiſcoporum. Nam Creſconius Villæ Rhegienſis epiſcopus, plebe ſua derelicta, * Tubunienſem invaſit eccleſiam: & uſque hodie commonitus (ſecundum quod ſtatutum fuerat) relinquere eamdem, quam invaſerat, plebem contempſit. Adverſum iſtum, quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audivimus: ſed petimus, ſecundum quod nobis mandatum eſt, ut dig-

* Capſenſi, *alias*, Carpenſi. * Tibinenſem

gne-

* quæ

gnemini dare fiduciam, * quo jam, neceſſitate ipſa cogente, liberum nobis ſit, rectorem provinciæ, ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorum principum, adverſus illum adire, ut qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluit, & emendare illicitum, auctoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius epiſcopus dixit. Servata forma diſciplinæ, non æſtimabitur appetitus, ſi a veſtra caritate modeſtius conventus recedere retractaverit, cum fuerit, ſuo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate judiciaria conventus. Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Hoc * enim omnibus placet? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Placet, & juſtum eſt.

* ſor. Item

XVI.

Cod. can c 49. & in Carth. III. c. 39.

Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum eſt, ut quia proximæ fratres noſtri Numidiæ duo epiſcopi ordinare præſumpſerunt Pontificem, non niſi a duodecim cenſeatis celebrari epiſcoporum ordinationes. Aurelius epiſcopus dixit: Forma antiqua ſervabitur, ut non minus quam tres ſufficiant, qui fuerint a metropolitano directi ad epiſcopum ordinandum. Propterea quia in Tripoli forte & in * Arzuge interjacere videntur barbaræ gentes: nam in Tripoli (ut aſſeritur) epiſcopi ſunt quinque tantummodo, & poſſunt forte de ipſo numero vel duo neceſſitate aliqua occupari: difficile eſt enim, ut de quolibet numero omnes poſſint occurrere: numquid debet hoc ipſum impedimento eſſe eccleſiaſticæ utilitati? Nam & in hac eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas humaniter convenire, crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Numquidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus advocare epiſcopos? Sed facile eſt mihi duos adjungere meæ parvitati vicinos. Quapropter cernit mecum caritas veſtra hoc ipſum obſervari non poſſe.

* Arguze, vel Arazyta

XVII.

Dist. 23 Illud ſtatuendum eſt

Cod. can c 50. & in Carth. III. c 40.

Sed & illud eſt ſtatuendum, ut quando ad eligendum epiſcopum conveniremus, ſi qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata ſunt apud nos) non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres epiſcopi jam, ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum (ſi haberi poſſunt) * unus vel duo: & in eadem plebe, qui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium: poſtremo etiam illa, quæ objiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit, in conſpectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

* duo vel tres,

XVIII.

Cod. can. c. 51.

Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio noſtro omnia tractata noſcuntur, addimus etiam de die paſchæ nobis eſſe mandatum, ut de eccleſia ſemper Carthaginenſi (ſicut aſſolet) inſtruamur, & non ſub anguſto temporis ſpatio. Aurelius epiſcopus dixit: Si ſanctitati veſtræ videtur, (quoniam nos ſpopondiſſe jamdudum meminimus) ut ſingulis quibuſque annis ad tractandum conveniamus, & cum convenerimus in unum, tunc divulgabitur ſanctus paſchæ dies per legatos qui adfuerint concilio. Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Nunc de præſenti cœtu petimus, ut literis provinciam noſtram de hac die informare dignemini. Aurelius epiſcopus dixit: Ita fiat neceſſe eſt.

XIX.

Cod. can. c. 52.

Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt; Et illud nobis verbo mandatum eſt, ut quia conſtitutum eſt in concilio Hipponenſi, ſingulas debere provincias tempore concilii viſitandas eſſe, dignemini etiam (quod hoc anno ſecundum ordinem diſtuliſtis) vel alio anno Mauritaniam provinciam viſitare. Aurelius epiſcopus dixit. Nunc de provincia Mauritania (propterea quod in finibus Africæ poſita ſit) nihil ſtatuimus, ſiquidem vicinæ ſunt barbaricæ. Sed præſtet Deus, ut ex abundanti non pollicentes, venire poſſimus ad veſtram provinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc ſibi & Tripolitani & * Arzugitani fratres potuerunt exigere, ſi ratio pateretur.

* Arguzitani, al Arazytani

XX.

16 quæſt. 1. Multas concil. Inn.

Cod can c 52. & in Carth. III cap. 42.

Epigonius epiſcopus dixit: Multis conciliis hoc ſtatutum a cœtu ſacerdotali eſt, ut plebes, quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate ejus epiſcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id eſt, epiſcopos. At vero, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent: vel certe, cum elevati fuerint, quaſi in quadam arce, tyrannicam ſibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque ſtolidi adverſum epiſcopum ſuas cervices erigunt presbyteri, vel conviviis ſibi * concinnantes plebem, * vel certe perſuaſu maligno, ut illicito favore eoſdem velint ſibi collocare rectores. Quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & prave concinnata concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœceſi ſemper ſubjacuit, nec unquam proprium epiſcopum habuit. Quapropter ſi univerſo ſanctiſſimo cœtui placet hoc quod proſecutus ſum, confirmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe, & facturum eſſe profiteor circa eos ſane qui fuerint concordes, non ſolum circa eccleſiam Carthaginenſem, ſed circa omne ſacerdotale conſortium. Sunt enim plerique conſpirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, ut dictum eſt, earum ſcalpentes aures, blandi ad ſeducendum vitioſæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conventi ad concilium venire detrectant, ſua forte ne prodantur flagitia metuentes: dico, ſi placet circa hos non tantum diœceſes non eſſe ſervandas, verum & de propria eccleſia, quæ illis male faverit, omnimodo annitendum, ut etiam auctoritate publica rejiciantur, atque ab ipſis principalibus cathedris removeantur. Oportet enim, ut qui univerſis fratribus, ac toti concilio inhæſerit, non ſolum ſua, jure integro, ſed & diœceſes poſſideat. At vero, qui ſibimet putant plebes ſuas ſufficere, fraterna dilectione contempta, non tantum diœceſes amittant, ſed (ut dixi) etiam propriis publica careant auctoritate, ut rebelles. Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Summa proviſio ſanctitatis tuæ cohæſit mentibus ſingulorum, & puto omnium reſponſione

* conciliantes vel perſuaſu maligno & il. licito

In Carth. III. can. 43.

ea quæ proſequi dignatus es, roboranda. Univerſi epiſcopi dixerunt. Placet. Placet.

XXI.

Cod. can. eccl. & in Carth. III. 44

Epigonius epiſcopus dixit: In multis conciliis hoc ſtatutum eſt, etiam nunc hoc confirmandum eſt a veſtra providentia, beatiſſimi fratres, ut clericum alienum nullus ſibi præripiat epiſcopus præter ejus arbitrium, cujus fuerit clericus. Dico autem Julianum, qui ingratus eſt Dei beneficiis per meam parvitatem in ſe collatis, ita temerarium & audacem extitiſſe, ut eum qui a me baptizatus eſt, cum eſſet puer egentiſſimus, mihi ab eodem commendatum, cumque multis annis a me aleretur, atque increſceret, hunc, ut dixi, baptizatum eſſe in eccleſia mea per manum parvitatis meæ, conſtat: (Idem in diœceſi Mappalienſi lector eſſe cœperat, imo annis ferme duobus legerat) neſcio quo contemptu humilitatis meæ, idem Julianus eum arripuit, quem dicit quaſi proprium civem ſui loci * Uzaritani, me inconſulto, uſurpare: nam & diaconum illum ordinavit. Hoc ſi liceat, pateat hæc licentia a vobis, beatiſſimi fratres: ſin minus, tam impudens cohibeatur, ne ſe miſceat communioni cujuſquam. Numidius epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione, id videtur feciſſe Julianus, judicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter niſi idem Julianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eumdem clericum (quem fuerat auſus ordinare) revocaverit tuæ plebi, contra ſtatuta concilii faciens, contumaciæ ſuæ, ſeparatus a nobis, excipiet judicium. Epigonius epiſcopus dixit: Ætate pater, & ipſa promotione antiquiſſimis, vir laudabilis frater & collega noſter Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Locus obſcurus, ſi forte reſtituendus uti ſupra in concil. III. Carthag. eſt notatum.

* Uſaritani,

XXII.

Cod. can. eccl. & in Carth. III. cap. 45.

Aurelius epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contigit nonnunquam ut poſtulentur ab eccleſiis, quæ præpoſitis egent, vel presbyteris, vel epiſcopis: & tamen memor ſtatutorum id ſequor ut conveniam epiſcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet eccleſia poſtuletur. Sed forte in hodierno non reluctati ſunt, & ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac cauſa poſtulati, quem ſcitis multarum eccleſiarum & ordinandorum curam ſuſtinere: juſtum eſt ergo, ut quemlibet conſacerdotum conveniam, cum duobus e conſortio noſtro vel tribus teſtibus. Sin vero indevotus extiterit, quid cenſet caritas veſtra faciendum? Ego enim * cunctarum eccleſiarum, dignatione Dei (ut ſcitis fratres) ſolicitudinem ſuſtineo. Numidius epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, ut unde vellet, & de cujus nomine fuiſſet conventus, pro deſiderio cujuſque eccleſiæ ordinaret epiſcopum. Epigonius epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem. Minus enim præſumis, frater: & cum te bonum & clementem omnibus * præbes, (habes enim hoc in arbitrio) ſatis eſt, ut ſatisfiat perſonæ uniuſcujuſque epiſcopi in prima tantummodo conventione. Si autem quod * libet huic ſedi vendicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes eccleſias ſuffulcire. Unde tibi non poteſtatem damus, ſed tuam aſſignamus, ut liceat voluntati tuæ ſemper tenere quem voles, ut præpoſitos plebibus vel eccleſiis conſtituas, qui poſtulati fuerint, unde voles. Poſtumianus epiſcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, numquid debet illi ipſe unus presbyter auferri? Aurelius epiſcopus dixit: Sed epiſcopus unus eſſe poteſt, per quem dignatione divina presbyteri multi conſtitui poſſint: unus autem epiſcopus difficile invenitur conſtituendus. Quapropter, ſi neceſſarium epiſcopatui quis habuerit presbyterum, & unum, ut dixiſti frater, habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſtumianus epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubvenire. Aurelius epiſcopus dixit. Sane quando tu eccleſiæ alterius ſubveneris, perſuadebitur illi, qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

* Cunctarum per Africam tantum, non per totum orbem, ſicut Romanus Pontifex. Diſt. 19. In dominos

* reddis,

* licet

XXIII.

Cod. can. eccl. & in Carth. III. cap. 46.

Honoratus & Urbanus epiſcopi dixerunt: Audivimus conſtitutum, ut diœceſes non mereantur epiſcopos accipere, niſi cum conſenſu ejus ſub quo fuerint conſtitutæ: ſed in provincia noſtra, cum aliqui forte in diœceſi (concedente eo epiſcopo, in cujus poteſtate fuerant conſtitutæ) ordinati ſunt epiſcopi, etiam diœceſes ſibi vendicant: hoc & corrigi caritatis veſtræ judicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius epiſcopus dixit: Singulis epiſcopis ſervatum eſt, quod decebat, ut ex maſſa diœceſium nulla caperetur, ut proprium epiſcopum * habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conſenſerit, ut eadem diœceſis permiſſa proprium tantum epiſcopum habeat, & ceteras ſibi non vindicet diœceſes: quia exempta de faſce multarum, ſola meruit honorem epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius epiſcopus dixit: Non dubito caritati veſtræ omnium placere, eum qui in diœceſi, concedente epiſcopo qui matricem tenuit, ſolam eamdem retinere plebem in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur univerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro convenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Univerſi epiſcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmavimus, & ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

* ſic. haberet.

XXIV.

Sup. cap. 14. 1. qu. 4. cap. Qui apud Donatiſtas. Cod. can. 17.

Unde quoniam ſuperiori concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit unanimitas veſtra, ut hi qui apud Donatiſtas parvuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate, falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam, per univerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt: debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram eccleſiam illorum putaverint, ad fidem accedendo, & ibi Chriſto crediderint, & trinitatis ſacramenta perceperint, quæ omnia vera & ſancta atque divina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quamquam & hæreticorum præſumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ quoniam ſimplicia ſunt, ut præmonet apoſtolus, dicendo: *Unus Deus, una fides, unum baptiſma*: & iterari non liceat, quod ſemel dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impoſitionem in

B. Epheſ. 4.

unam

unam eccleſiam, unam columbam (ut dictum eſt) & unam matrem omnium Chriſtianorum, ubi omnia illa ſacramenta ſalubriter & æterne & vitaliter accipiuntur, quæ perſeveranter in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli, & matris eccleſiæ ubera cognoſcentes, quia illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt atque perceperunt, quibus ſacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas acceſſerit, nec dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maxime in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt qui non concedat. Quamquam nonnulli ejuſdem ſectæ clerici cum plebibus atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderant, qui amore honoris, aut perſuadebit ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc majori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo, ut prudentiori ſuo concilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignetur. Tantum de his qui infantes baptizati ſunt, ſatagimus, ut noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. Omnia ergo quæ ſuperius comprehendimus, apud ſanctos epiſcopos agenda eſſe, mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendit.

Conc. 6.

XXV.

Inſtant etiam aliæ neceſſitates religioſis imperatoribus poſtulandæ, ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari: nam pleriſque in locis maritimis, atque poſſeſſionibus diverſis adhuc erroris iſtius iniquitas viget, ut præcipiant & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis conſtituta nullo ornamento ſunt, jubeantur omnimodo deſtrui.

Cod. can. c. 58.

XXVI.

Petendum etiam, ut ſtatuere dignentur, ut ſi qui forte in eccleſia quamlibet cauſam jure apoſtolico eccleſiis impoſito agere voluerint, & fortaſſe deciſio clericorum uni parti diſplicuerit, non liceat clericum in judicium ad teſtimonium devocari eum, qui cognitor vel præſens fuerit. Et nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cujuslibet perſona pulſetur.

2. qu. 6. Statutum eſt, ut qui. Cod can. c. 19.

XXVII.

Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt, (ita ut nunc a paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Chriſtianorum imperatorum perſecutio altera fieri occulte videatur) vetari talia jubeant, & de civitatibus & de poſſeſſionibus, impoſita pœna, prohiberi; maxime, cum etiam in natalibus beatiſſimorum martyrum per nonnullas civitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris eſt dicere) ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos atque plateas exercent, ut matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor, devote venientium ad ſacratiſſimum diem, injuriis laſcivientibus appetatur, ut etiam ipſius ſanctæ religionis pene fugiatur acceſſus.

Cod. can. c. 60.

XXVIII.

Nec non & illud petendum, ut ſpectacula theatrorum ceterorumque ludorum, die dominica vel ceteris religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoveantur, maxime quia ſanctis feſtis octavarum die populi ad circum magis quam ad eccleſiam conveniunt: & debere transferri devotionis eorum dies, ſi quando occurrerint: nec oportere etiam quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula; maxime, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas a quoquam adhibenda eſt: ſed (uti oportet) homo in libera voluntate ſubſiſtat ſibi divinitus conceſſa: cooperatorum enim maxime periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad ſpectacula convenire.

Fer. 4. Hebdom. (Feu jam ac hac die) transferri.

XXIX.

Et illud petendum, ut ſtatuere dignentur, ut ſi quis cujuslibet honoris clericus judicio epiſcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, ſive ab eccleſiis, quibus præfuit, ſive a quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec ſexum excuſanſandum eſſe præcipiant.

Cod. can. c. 61.

XXX.

Et de his etiam petendum, ut ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

Cod. can. c. 63.

XXXI.

De manumiſſionibus ſane in eccleſia dicendis, ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiam erit fiduciæ illorum ordinem ſequi, data plane licentia miſſo legato, ut quæcumque digna fide pro ſtatu eccleſiæ & ſalute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conſpectu domini accepturos. Quæ omnia, ſi ſanctitati veſtræ placent, edicite, ut & meam ſuggeſtionem ratam eſſe vobis advertant, & noſtram omnium conſenſionem ſinceritas eorum libenter accipiat. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Omnibus placent hæc, quæ injuncta ſunt peragenda, & prudenter a tua ſanctitate narrata.

Cod. can. c. 64.

XXXII.

Aurelius epiſcopus dixit: Equitii etiam olim merito ſuo epiſcopali ſententia damnati, non arbitror prætereundam eſſe legationis cauſam, ut ſi forte eum in illis partibus reperierit, ſit eidem fratri noſtro curæ, pro eccleſiæ ſtatu (quod oportuerit, vel ubi licuerit) adverſus eum peragere. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Multum placet & iſta proſecutio, maxime cum olim damnatus ſit Equitius, & ejus impudens inquietudo, pro ſtatu & ſalute eccleſiæ, magis magiſque ubique repellenda. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi ſimiliter & cæteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

Cod. can. c. 65.

IN HOC CONCILIO LITERÆ leguntur Anaſtaſii Romani Pontificis, de Donatiſtis, catholicos epiſcopos admonentis.

VIncentio & Flavito viris clariſſimis conſulibus, Idibus Septembris, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cum in concilio congregati in eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus provinciis epiſcopi,

De tempore & tempore hujus concilii, vide notas concilii Africani III. ſub Anaſtaſio ſupra.

ſcopi, id eſt, Aurelius ejuſdem ſedis epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat, ait idem Aurelius epiſcopus: Recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſii, Eccleſiæ Romanæ epiſcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis ſolicitudine ac ſinceritate adhortatus eſt, ut de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis & improbitatibus, quibus Africanam Eccleſiam Catholicam graviter vexant, nullo modo diſſimulemus; gratias agimus domino noſtro, quod illi optimo ac ſancto antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti (quamvis in diverſitate terrarum, ſed in una compage corporis conſtitutis) inſpirare dignatus eſt.

XXXIII.

Deinde pertractatis & conſideratis omnibus quæ utilitati eccleſiæ convenire videbantur, annuente atque admonente Spiritu Dei, eligimus cum memoratis hominibus (quamvis de dominici corporis unitate inquieta diſſenſione præciſis) leniter & pacifice agere, ut (quantum in nobis eſt) omnibus, qui eorum communione & ſocietate irretiti ſunt, per univerſas provincias Africanas penitus innoteſcat, quam miſerabili errore devincti ſunt diverſa ſentientes: *ne forte*, ſicut dixit apoſtolus, nobis in manſuetudine corripientibus, *det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captivati ab ipſo in ipſius voluntatem.*

2 Tim. 2.

XXXIV.

Itaque placuit, ut ex concilio noſtro literæ dentur ad judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, ut in hoc adjuvent communem matrem Eccleſiam Catholicam, in quo epiſcopalis auctoritas communiri in civitatibus poteſt, id eſt, ut judiciaria poteſtate atque diligentia, ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant, & geſtis publicis propter firmam notitiam omnibus neceſſariam faciant inhærere.

XXXV.

Deinde placuit, ut literæ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem, propter Eccleſiæ pacem & utilitatem, ut ex ipſis Donatiſtis, quicumque clerici correcto conſilio ad catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundum uniuſcujuſque epiſcopi catholici voluntatem atque conſilium, qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. Quod multarum & pene omnium Africanarum Eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur: non ut concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſolvatur: ſed ut illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad catholicam voluntatem, ut nulla per eos unitatis compenſatio procuretur. Per quos autem vel omnimodo * perfici, vel adjuvari manifeſtis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit; non eis obſit, quod contra honores eorum (quamvis ſalus nulli intercluſa ſit) in tranſmarino concilio ſtatutum eſt, id eſt, ut ordinati in parte Donati, ſi ad catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundum tranſmarinum concilium, exceptis his, per quos catholicæ unitati conſuletur.

* proficere

XXXVI.

Deinde placuit, ut his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atque unitatis gratia, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, e numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſive quos habent epiſcopos, ſive ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant quod adverſus Eccleſiam Catholicam jure poſſint dicere: maxime ut manifeſtum fiat omnibus per geſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: ubi eis divinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam inique tunc illos ab eccleſiæ unitate præciſos, quam inique nunc clamant a ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe: ex quorum tamen numero, quos jam plenarii concilii ſui auctoritate damnaverant, in ſuis honoribus denuo receperunt, & baptiſmum, quem damnati & excluſi dederant, acceptaverunt: ut videant, quam ſtulto corde reſiſtant paci Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cum iſta faciant pro parte Donati: neque ſe iſtorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis, contaminari dicant: & nos contemnent, id eſt, Eccleſiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes convincere nequiverunt.

Cod. can. c. 69.

XXXVII.

Præterea, cum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia ferretur: placuit, epiſcopos & presbyteros & diaconos, ſecundum priora ſtatuta, etiam ab uxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum uniuſcujuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.

Dist. 84. Cum de quorumdam. Et dist. 32. Placuit epiſcopos, presbyteros diaconos, ſubdiacon. Et ſupra in concilio Carthag. V c. 3. Cod. can. c. 70.

XXXVIII.

Rurſus placuit, ut nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius (quam oportet) conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

8. quæſt. 1. Placuit, ut nemini. Et in concilio Carthag. V. c. 3. De confecr. 72.

XXXIX.

Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi Sacramentis idonei reſpondere, abſque ullo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione privari. Hinc enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt.

De conſecr. dist. 4. Placuit de infantibus. Et in Carthag. V. c. 6. Cod. can. c. 72.

XL.

Item placuit, ut dies venerabilis paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur, dies vero concilii idem ſervetur, qui in Hipponenſi concilio conſtitutus eſt, id eſt, decimo Kalendas Septembris. Et ſcribendum ad ſingularum quarumque provinciarum primates, ut quando apud ſe concilium congregant, iſtum diem non impediant.

De conſecr. dist. 3. Placuit, ut venerabilis. Et in Carthag. V. c. 7. Cod. can. c. 73.

XLI.

Item conſtitutum eſt, ut nulli interceſſori lici-

7. quæſt. 1.

cap. Conſtitutum eſt, in. Et in Carthag. V. cap. 8. Cod. can. c. 94.

licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, ut intra annum eiſdem epiſcopum provideat. Quod ſi neglexerit, anno exempto, interventor alius tribuatur.

XLII.

2. q. 3. Ab imperatoribus. Et Carthag. V. c. 9. Cod. can. c. 75.

Ab imperatoribus univerſis, viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, ut defenſores eis adverſus potentias divitum cum epiſcoporum proviſione delegentur.

XLIII.

Diſt. 18. Ut quotieſcumque. Et in Carthagin. V. c. 10. Cod. can. c. 76.

Item placuit, ut quotieſcumque concilium congregandum eſt, epiſcopi, qui neque ætate, B neque ægritudine, neque aliqua graviori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant; & primatibus ſuarum quarumque provinciarum intimetur, ut de univerſis epiſcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant: ac de ſingulis turmis viciſſim, quotquot electi fuerint, ad diem concilii iſtantiſſime occurrant. Quod ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractoria ſubſcribant: vel ſi poſt adventum tractoriæ aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum primatem reddiderint, eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.

XLIV.

Cod. can. c. 77.

De Creſconio Villaregenſi hoc omnibus C viſum eſt, ut hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quo cognoſcat memoratum Creſconium ſcriptis ſuis conveniendum eſſe, ut proximo univerſali Africano concilio ſuam præſentiam non differat exhibere. Quod ſi venire contempſerit, in ſe cognoſcat ſententiam promulgandam.

XLV.

Cod. can. c. 78.

Rurſum placuit, ut quoniam Hipponenſium Diarrhytorum eccleſiæ deſtitutio non eſt diutius negligenda, & eccleſiæ ibi ab his retinentur qui Equitii facinoroſam communionem declinaverunt, miſſis ex præſenti concilio epiſcopis, Regino, Alypio, Auguſtino, Materno, Theaſio, Evodio, Placiano, Urbano, Vale- D rio, Ambivio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorio, Januario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Evangelo, & Rogatiano: conventis ergo & correctis his qui culpabili pertinacia fugam ejuſdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis epiſcopus ordinetur. Si autem illi pacem conſiderare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præpoſito utilitatem tanto tempore eccleſiæ deſtitutæ.

XLVI.

11. quæſt. 3. Rurſus conſtitutum eſt. Et in Carthagin. V. c. 11. Cod. can. c. 79.

Rurſus conſtitutum eſt, ut quoties clericis convictis, & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum atque gentilium, (ſi forte cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere) intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

XLVII.

Diſt. 18 Si quis de alterius. Et in Carthagin. V. c. 13. Cod. can. c. 80.

Item placuit, ut ſi quis de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promovere voluerit, vel in ſuo monaſterio majorem monaſterii conſtituerit; epiſcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione ſejunctus, ſuæ tantum plebis communione contentus ſit: & ille neque clericus, neque præpoſitus perſeveret.

XLVIII.

Cod. can. c. 81.

Item conſtitutum eſt, ut ſi quis epiſcopus hæredes extraneos a conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos aut paganos, eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus deceſſerit, qui utique debuit, factus epiſcopus, rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre.

XLIX.

Cod. can. c. 80.

Item placuit, ut de manumiſſionibus in eccleſia celebrandis ab imperatore petatur.

L.

De conſecr. diſt. 1. Placuit ut altaria. Et in Carthagin. V. c. 14. Cod. can. c. 83.

Item placuit, ut altaria, quæ paſſim per agros, & per vias tanquam memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubicumque conſtituuntur altaria, omni modo reprobentur.

LI.

Et in concilio Carthag. c. 95. Cod. can. c. 84.

Item placuit, ab imperatoribus glorioſiſſimis peti, ut reliquiæ idololatriæ, non ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcumque locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur.

LII.

Cod. can. c. 85.

Ut ſi quæ literæ dictandæ in concilio pla- cuerint, venerandus epiſcopus, qui huic ſedi præſidet, omnium nomine dictare & ſubſcribere dignetur, in quibus etiam ad epiſcopos legatos, qui per provincias Africanas in cauſa Donatiſtarum mittendi ſunt placuit literas dari, tenorem mandati continentes, quem novi egrediantur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

SEQUUNTUR CONCILIA AFRICANA SUB INNOCENTIO HABITA.

In hoc concilio præterita decreta firmantur.

Milevitanum I. De loco, tempore, cauſa aliiſve quibuſdem geſtis hujus concilii, vide notas concilii Milevitani I. ſupra ſub Innocentio.

GLorioſiſſimis imperatoribus Arcadio & Honorio Auguſtis viris clariſſimis conſulibus, ſexto Kalendas Septembris, in civitate E Milevitana, in ſecretario baſilicæ, cum Aurelius epiſcopus Carthaginenſis in concilio univerſali contediſſet, aſſiſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam eccleſiæ ſanctæ unum eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt unum, factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem juvante, ut ad hanc eccleſiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia invitati. Unde quæſo caritatem veſtram, quia ita credendum eſt, (quia noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuavis eſt cunctis) ut conſenſus omnium veſtrum mani-

manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ jamdudum vel Hipponenſi ſynodo firmata ſunt, vel poſtquam ſuperiore concilio apud Carthaginem definita ſunt, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc, quæ a nobis ſuperioribus conciliis legaliter definita noſcuntur, non ſolum conſenſu veſtro his actis, verum & ſubſcriptionibus manifeſtis. Xanthippus epiſcopus primæ ſedis Numidiæ * ſua manu confirmavit, ſubſcribendo etiam nobis placere poſſe, & noſtra ſubſcriptione firmamus. Nicetius epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitiphenſis dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione non carent, & ſunt approbata cunctis, etiam & meæ parvitati hæc placent: quæ quidem propria ſubſcriptione firmabo.

* Dixit: Credo, quod omni fraternitati placuiſſe, & ſtatuta ſua manu confirmaverunt

LIII.

In concilio Milevitano, cap. 23. Cod. can. c. 87.

Valentinus epiſcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequor ea quæ præterito tempore in eccleſia Carthaginenſi geſta ſunt, & ſubſcriptionibus fratrum firmata claruerunt, & jam nos * hæc ſervaturos eſſe profiteor. Sed illud ſcimus, inviolate ſemper manſiſſe eccleſiaſticam diſciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquando auderet anteponere, ſed officiis caritatis id ſemper exhibitum eſt prioribus, quod ab inſequentibus gratanter ſemper acciperetur. Hunc ordinem jubeat ſanctitas veſtra melius veſtris interlocutionibus roborari. Aurelius epiſcopus dixit: Non decuerat quidem ut hæc repeteremus, niſi forte exiſterent inconſideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus. Sed & communis hæc cauſa eſt, quam inſinuavit frater & conſacerdos noſter, ut unuſquiſque noſtrum ordinem ſibi decretum a Deo cognoſcat, * & ut poſteriores anteriores deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant. Qua de re dico (prout captus animi mei retinet) eos qui putaverint, ſpretis majoribus, aliquid præſumendum, competenter ab omni eſſe concilio coercendos. Xanthippus epiſcopus primæ ſedis Numidiæ dixit: Audivit omnium fratrum præſentia proſecutionem fratris & conſacerdotis noſtri Aurelii: Quid ad hæc reſponderunt? Datianus epiſcopus dixit: Quæ majorum decrevit ſententia, noſtro aſſenſui mancipabuntur, ut quæ præteritorum conciliorum geſtis tenentur Carthaginenſis eccleſiæ, noſtra aſſenſione plene apud omnes firma teneantur. Univerſi epiſcopi dixerunt. Hic ordo & a patribus & a majoribus ſervatus eſt, & a nobis, Deo propitio, ſervabitur, ſalvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

* ex hoc

* ne poſteriores anterioribus ſe præferant,

*De * archibo & matricula Numidiæ.*

a archivo

Archibus pro archivus.

Cod can. 87.

DEinde placuit omnibus epiſcopis, qui in hoc concilio ſubſcripſerunt, ut matricula & archibus Numidiæ apud primam ſedem ſit, & in metropoli, ideſt, Conſtantia.

LIV.

De Quodvultdeo etiam Centurienſi (quoniam adverſarius ipſius cum ſe petiſſet introduci ad concilium noſtrum, interrogatus utrum cum eo vellet apud epiſcopos experiri, primo promiſerat, & alia die reſpondit hoc ſibi non placere, atque diſceſſit) placuit omnibus epiſcopis, ut nullus eidem Quodvultdeo A communicet, donec cauſa ejus, qualem poterit, terminum ſumat. Nam adimi ei epiſcopatum, antequam cauſæ ejus exitus appareret, nulli Chriſtiano videri jure poteſt.

LV.

Cod. can. c. 88.

De Maximiano autem Bagajenſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de concilio literas dari, ut & ipſe ab epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant.

LVI.

Et in Milevitano c. 24. Cod. can. c. 89.

Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab epiſcopis ordinantur per provincias Africanas, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis, manu eorum conſcriptas, continentes conſulem & diem, ut nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur.

LVII.

Dist. 72. Placuit ut quicumque. Et in Milevitano cap. 23. Cod. can. c. 90.

Item placuit, ut quicumque in eccleſia vel B ſemel ſuſcepto officio legerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & præfecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc concilio, quid egerint epiſcopi, qui ad tranſmarina legati directi ſunt, intimatur.

De hoc concilio vide notas in concilium Africanum 1. ſub Innocentio.

a Romarido

b IX.

GLorioſiſſimo imperatore Theodoſio Auguſto & Rumorido * viris clariſſimis conſulibus, b VIII. Kalendas Septembris, Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ, cum Aurelius epiſcopus in univerſali concilio conſediſſet: adſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit C

Allocutio epiſcopi de cauſa concilii.

EXigente ratione, fraternitas veſtra a mea tenuitate ad hoc concilium congregata eſt. Jamdudum enim, (ſicut veſtra ſanctitas recordatur) habito concilio, deſtinavimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ perfunctæ legationis curſum narrare. Et licet heſterno die de hac re conſiderantibus nobis, præter geſta eccleſiaſtica diligentius, quæ geſſerint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum heſterni diei actis eccleſiaſticis confirmari. D

De epiſcopis provinciarum Africæ qui non adfuerunt concilio.

ORdo itaque rerum depoſcit, ut primitus de fratribus noſtris & conſacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzacio, vel certe de Mauritania convenerunt, quæramus, quemadmodum huic concilio decreverint intereſſe, & offerentibus Philologo, Geta, Venuſtiano, & Feliciano, epiſcopis provinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano & Silvano, legatis provinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis legationis literas, & recitatis Aurelius epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis. E

De epiſcopis Byzacenis.

NUmidius epiſcopus dixit: Animadvertimus fratres & coepiſcopos noſtros Byzacenæ provinciæ & Mauritaniæ Sitiphenſis, ad concilium deſtinaſſe legatos: nunc quæramus,

mus, utrum legati Numidiæ advenerint, vel A certe provinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæsariensis.

De episcopis Mauritaniæ Sitiphensis.

LUcianus & Silvanus episcopi, legati provinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt. Sero ad Cæsarienses fratres nostros [a] tractoria venit. Nam jam & illi venirent, tamen necesse est veniant. Et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt.

[a] tractoria

De episcopis Numidiæ.

ALypius episcopus ecclesiæ Tagastensis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus & Possidius, sed de Numidia [b] legati mitti non [c] potuerunt, quod adhuc tumultu tironum episcopi propriis necessitatibus in civitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam tractoriam sanctitatis tuæ cum ad sanctum senem Xanthippum deferrem, in præsenti tractatu hoc visum fuerat, concilium indiceretur, quo instructa legatio posset ad hoc concilium destinari. Sed cum eum posterioribus literis admonuerem, de impedimento tironum, ut superius dixi, rescriptis propriis excusavit. *Ex cod. mss.* Aurelius episcopus dixit: Non dubium est quod prædicti fratres & coepiscopi nostri Numidiæ, cum gesta concilii acceperint, & suos adhibebunt consensus & in effectum deducere maturabunt quæcumque in placitum venerint. Cura ergo istius sedis, hoc ipsum ut eis intimetur necesse est provideri.

[b] legatio. [c] potuit. De tironibus desertoribus militiæ vide quæ notavimus loco præcedenti.

De episcopis Tripolitanis.

DE Tripolitanis vero fratribus nostris hoc potui condiscere, quod Dulcitium fratrem nostrum destinaverunt legatum: sed quia non potuit occurrere, hoc asseveraverunt quidam filii nostri, venientes de supradicta provincia, quod memoratus navi se commiserat. Et credendum est, accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ [d] retardaret ejus adventum. Tamen etiam circa ipsos, (si caritati vestræ placet) hæc forma servabitur, ut placita ad eosdem concilii transmittantur. Ab universis episcopis dictum est: Hæc, quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

[d] retardaret

LVIII.

De convenundis Donatistis.

AUrelius episcopus dixit: Quod in tractatum venit caritatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio enim vestrum omnium hoc deprompsit, debere unumquemque nostrum in civitate sua per se convenire Donatistarum præpositos, aut adjungere sibi vicinum collegam, ut pariter eos in singulis quibusque civitatibus vel locis per magistratus vel seniores locorum conveniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet, & omnes hæc subscriptione nostra [e] firmabimus.

Cod. can. c. 91.

[e] firmavimus

Petimus etiam, ut epistolis ad judices de concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit: Si videtur caritati vestræ, forma conventionis eorum recitetur, ut hunc tenorem prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab universis episcopis dictum est: Recitetur. Latus notarius recitavit.

LIX.

Forma conventionis Donatistarum.

ILle episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid de auctoritate illius amplissimæ sedis impetraverimus, petimus gravitatem vestram recitare, & gestis innecti, atque ut in effectum deduci jubeatis. Recitata autem jussione, atque actis annexa, dicat. Ille episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid ergo nobis de concilio ecclesiæ catholicæ mandatum sit, ad Donatistas per vestram gravitatem perferendum, audire, & actis inserere, & ad eos perferre dignemini, eorumque responsionem rursus apud acta vestra nobis insinuare. Convenimus vos ex concilii nostri catholica auctoritate missi, de vestra correctione gaudere cupientes, considerantes domini caritatem, qui dixit: *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur*: & admonuit per prophetam, etiam his qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere, *Fratres nostri estis*. Hanc ergo pacificam ex caritate venientem communionem nostram contemnere non debetis, ut si quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis asserere, id est, ut congregato vestro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam assertionis vestræ committatis, ut & nos possimus hoc facere, ut etiam de nostro concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore, quidquid quæstionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant: & tandem aliquando, adjuvante domino Deo nostro, finem veternosus error accipiat, ne propter animositatem hominum [f] infirmi nostri & ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluescet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cumque recitata esset, ab universis episcopis dictum est: Satis placet. Hoc fiat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & præfecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Cod. can. c. 91.

Hæc est illa forma conventionis, de qua vide quæ notavimus loco prædicto. *Matth.* 5. *Isa.* 66. *Jun.* 20.

[f] infirmi animæ.

Hæc synodus adversus Donatistas legationem ad principes dirigit.

GLoriosissimo imperatore Honorio Augusto sextum consule, XVI. Kalendas Julias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt Theasius & Evodius contra Donatistas, in quo concilio insertum est commonitorium, quod ita in se continet.

De hoc concilio vide notas concilii *Africani* II. sub Innocentio supra. Cod. can. c. 93.

LX.

Commonitorium fratribus Theasio, & Evodio legatis ex Carthaginensi concilio ad gloriosissimos religiosissimosque principes missis. Cum domini auxilio piissimos imperatores adierint, eis insinuent. Quemadmodum plena fiducia, secundum superioris anni concilium,

Donatiſtarum præpoſiti adiis municipalibus ſint conventi; ut ſi conſiderint de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacifice conferrent, & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent demonſtrare, quo ita ſinceritas catholica, quæ jampridem ſuperioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam, vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret ſed quia diſſidentia premebantur, nihil pene auſi ſunt reſpondere. Unde quia impletum eſt erga nos epiſcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati reſpondere nequiverunt, ad immanes violentias ſunt converti, ita ut multos epiſcopos, multoſque clericos (ut de laicis taceamus) inſidiis oppreſſerint, eccleſias etiam aliquas invaſerint, aliquas invadere pertentaverint; ipſorum jam clementiæ eſt contulere ut eccleſia catholica, quæ eos religioſo utero gemuit, & fidei firmitate nutrivit, eorum etiam proſpectione muniatur, ne temerarii homines religioſis temporibus, infirmos populos terrendo, prævaleant, quoniam ſeducendo depravare non poſſunt. Nota eſt enim, & ſæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furunt, deteſtabilis manus, quæ etiam ipſorum religioſiſſimorum ſupra principum frequentibus ſanctionibus condemnata eſt, adverſus quorum furorem poſſemus non inſolita, nec a ſcripturis ſanctis aliena impetrare * ſubſidia, quando apoſtolus Paulus (ſicut in apoſtolorum Actibus fidelibus notum eſt) factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio. Sed nos illud poſcimus, ut catholicis eccleſiis ordinum per civitates ſingulas, & vicinorum quorumque poſſeſſorum per diverſa loca, ſine ulla diſſimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, ut illam legem, quæ a religioſæ memoriæ eorum patre Teodoſio de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hæreticos, ſeu etiam in poſſeſſores (ubi eorum congregatio deprehenditur) promulgata eſt, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum inſidias catholici provocati conteſtationem depoſuerunt, ut hoc ſaltem terrore a ſchiſmatica vel hæretica pravitate deſiſtant, qui conſideratione æterni ſupplicii emendari corrigique diſſimulant. Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis, vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi vel ſumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatiſtarum errore perſeverare voluerint. Ceterum illis qui conſideratione unitatis & pacis ſe corrigere voluerint, abſque interdicto hujus legis, capiendæ hæreditatis aditus pateat, ſi adhuc in errore hæretico conſtitutis aliquid ante donationis, vel hæreditatis obvenit; his ſane exceptis qui lite pulſati, putaverint ad catholicam tranſeundum, quia de talibus credibile eſt, non metu cœleſtis judicii potius, quam terreni commodi aviditate, unitatem catholicam præoptaſſe. Ad hæc autem omnia præſidio opus eſt poteſtatum ſuarum quarumcumque provinciarum. Sane pro utilitatibus eccleſiæ, quidquid intellexerint prodeſſe, agendi, & impetrandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit ut literæ de cœtu noſtro ad glorioſiſſimos imperatores, & eminentiſſimas poteſtates dirigantur, quibus inſtruantur, noſtro omnium conſenſu ad beatiſſimum comitatum legatos a nobis eſſe diſpoſtos. Sed quia iiſdem literis ab omnibus ſubſcribi tardiſſimum eſt, ſi ſingulorum ſubſcriptionibus eadem epiſtola onerentur, petimus, frater Aureli, ut iiſdem tua caritas noſtro omnium nomine ſubſcribere dignetur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi & ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt. Literæ etiam ad judices mittendæ ſunt, ut, donec dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines civitatum & poſſeſſores prædiorum, eccleſiæ catholicæ impertiant. Adjungendum etiam de Equitio, ut improbitas ejus, qua ſibi jus [a] ſacerdotale improbiſſime vendicat ab Hipponenſi [b] Diarrhytorum diœceſi ſecundum ſtatuta imperatorum repellatur. Literæ etiam ad epiſcopum Romanæ eccleſiæ cum commendatione legatorum mittendæ ſunt, vel ad alios, ubi fuerit imperator. Et ſubſcripſerunt. Item Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & præfecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

[a] ſacerdotii vel ſacerdotum.

[b] Diarretorum.

In hac ſynodo quæ ſtatuta ſunt brevis declarat adnexus.

STilicone iterum & Anthemio viris clariſſimis conſulibus, x. Kal Septembris, Carthagine in baſilica regionis ſecundæ.

De hac ſynodo Carthaginenſi, vide quæ diximus ſupra in notis concilii Africani III. ſub Innocentio, an. Chr. 405.

Hujus concilii geſta ideo non ex integro deſcripſi, quoniam magis ea, quæ in tempore neceſſaria fuerunt, quam aliqua generalia conſtituta ſunt, ſed ad inſtructionem ſtudioſorum, ejuſdem concilii brevem digeſſi.

LXI.

Ut libera legatio ab omnibus provinciis ad concilium dirigatur, ad [c] Myzonium legati & literæ, propter liberam dirigendam legationem, deſtinari præcepti ſunt; ut quia apud Carthaginem tantum unitas facta eſt, dentur etiam literæ ad judices, ut & in aliis provinciis & civitatibus operam impendi jubeant unitati, ut gratiarum actiones de Carthaginenſi eccleſia pro univerſa Africa, de excluſione Donatiſtarum, cum epiſcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ ſunt literæ papæ Innocentii, ut epiſcopi ad tranſmarina pergere facile non debeant, quod hoc ipſum epiſcoporum ſententiis confirmatur, ut propter gratiarum actionem & excluſionem Donatiſtarum, duo clerici eccleſiæ Carthaginenſis ad comitatum mittantur.

Cod. can. c. 94.

[c] Mizonium

In hoc concilio quædam de conſtitutis ſuperioribus corriguntur, ut concilium univerſale non niſi neceſſitate faciendum.

GLorioſiſſimis imperatoribus, Honorio ſeptimum & Theodoſio ſecundum Auguſtis conſulibus, Idibus Junii, Carthagine in baſilica regionis ſecundæ, cum Aurelius epiſcopus una cum epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus ait: Quoniam conſtitutum fuerat in concilio Hipponenſi, ut ſingulis annis contraheretur concilium Africæ plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verum etiam per diverſas provincias ſuo ordine, & hoc reſervatum eſt, ut indiceremus aliquando in

De tempore, cauſa & actis hujus ſynodi, vide annotationes concilii Africani IV. ſub Innocentio, anno Chr. 407.

* præſidia. Act. 23.

Lex Theodoſi ſenioris in hæreticos.

in Numidia, aliquando in Byzacio. At quia hoc laboriosum omnibus tractibus visum est.

LXII.

Idem habetur in Milevitano concilio tempore Innocentii c. 9. Cod. can. c. 91.

Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas: sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, undecumque ad hanc sedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia, ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem, quæ communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

LXIII.

2. quæst. 6. Si autem provocatum. Cod. can. c. 96.

Si autem fuerit provocatum, eligat, qui provocaverit, judices: & cum eo & ille contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

Cum universæ legationes diversarum provinciarum allegarentur, gratissime acceptæ sunt, id est, Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum, Sitiphensium, itemque Cæsariensium, sed & Tripolitanorum.

LXIV.

Cod. can. c. 97.

Placuit etiam, ut petant ex nomine provinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius, & Fortunatianus, a gloriosissimis imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum provinciæ, iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicum secretaria.

Placuit, ut legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

Protestatio Maurorum pontificum de Primosio.

Tigave seu Tigava, civitas est Mauritaniæ Cæsariensis.

PRotestatos esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosium per principales civitatis Tigavensis conventum literis eorum fuisse, ut secundum principalia scita plenario concilio sui præsentiam faceret; &, ut oportuit, requisitus Primosius repertus non est, sicuti diaconi renunciaverunt. Sed quia poposcerunt iidem Mauri de plenario concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem senem Innocentium, has placuit mitti, ut agnoscat requisitum Primosium in concilio & minime fuisse repertum.

LXV.

Cod. can. c. 98.

Placuit illud, ut plebes, quæ nunnunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscujusque provinciæ & primatis, atque consensu ejus, ad cujus diœcesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

LXVI.

Cod. can. c. 99.

Sane ut illæ plebes, quæ conversæ sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicujus episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Necnon & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de unitate latam, quicumque converterentur episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant. Verum a lege unitatis & deinceps oporteat universas ecclesias vendicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conversorum ad catholicam, vel non conversorum hæreticorum & diœceses, & si quæ forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad ejus jus pertinentia. Qui vero aliqua usurpaverunt post legem, usurpata conventi restituant.

LXVII.

Cod. can. c. 100.

Ad suggestionem, vel postulationem episcopi Maurentii, cum lecta fuisset scheda, quam obtulit episcopus Placentius, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia ejusdem Placentii recitata est in conspectu episcoporum. Et cum quærerentur hi quos adesse voluit a diaconis pro soribus, id est, seniores a nova Germanicia, ac minime invenirentur, secundo, vel tertio requisiti, propterea censuit sanctum concilium, ut literæ ad eumdem senem Xanthippum prærogentur, quo noverit voluntati plebis memoratæ nullo modo ad injuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a nova Germanicia secundo, ac tertio, & non sunt inventi, quibus præceptum erat a primate, ut huc occurrerent ad venerabile concilium, quod nunc agitur Idibus Junii, suique absentiam procurarunt: idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra, ne sub molestia calumniæ ipsorum, innocens videar laborare. Concilium sanctum statuit, debuisse quidem secundum censuram sacerdotalem ex hoc concilio adversus contumaces ferri sententiam: sed quia mansuetudo ecclesiastica servanda est in omnibus causis, * præmiserunt ad senem Xanthippum, ut noverit judices de concilio electos sine dilatione * considerare debere in civitate * Thuburscensi, ut negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius episcopus dixit. Judices peto sanctum senem Xanthippum, sanctum Augustinum, Florentinum, Theasium, Sansutium, Secundum, & Possidium. Hos decerni mihi jubeatis Sanctum concilium concessit judices postulatos. Reliquos autem judices, ad complendum numerum necessarios, eligentibus ipsis senioribus a nova Germanicia senex Xanthippus curavit decernere.

* promiserunt, senem, a considere * Tuburbinensem, vel Tubusuptensem.

LXVIII.

Notas hujus canonis vide supra in notis ad Concilium Africanum IV. sub Innocentio. Cod. can. c. 101. Joan. 14. 33 quæst. 7. Placuit, ut secundum Et in concilio Milevitano c. 27.

Placuit etiam, ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ, ad sanctum Papam Innocentium scribatur, quo utraque ecclesia inter se pacem quam præcepit dominus, teneat.

LXIX.

Placuit etiam, ut secundum evangelicam, & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungatur; sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

LXX.

Matth. 5. 1. Cor. 7. Cod. can. c. 103.

Placuit etiam hoc, ut preces quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino contra fidem proferantur, sed quæcumque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

LXXI.

Placuit, ut quicumque ab. Et in concilio Milevitano c. 29.

Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur. Si autem episcopale judi-

Cod. can. cap. 104. judicium ab imperatore poſtularit, nihil ei obſit.

LXXII.

Cod. can. cap. 105. Quicumque autem non communicant in Africa, ſi in tranſmarinis ad communicandum obrepſerint jacturam clericatus excipiant.

LXXIII.

Cod. can. cap. 106. Placuit, ut quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad urbis Romæ eccleſiam mittitur, intimetur, ut inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod ſi accipiens Romanam tantummodo formatam, & tacens neceſſitatem, qua ad comitatum illi pergendum eſt, voluerit etiam ad comitatum pergere, a communione removeatur. Quod ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud epiſcopum urbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta ejuſdem Romani epiſcopi perferat. Formatæ autem quæ a primatibus, vel a quibuſcumque epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem paſchæ. Quod ſi adhuc ejuſdem anni paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adjungatur, quomodo ſolet. Poſt conſulatum, in publicis geſtis adſcribi.

Placuit & illud, ut adverſus Donatiſtas & paganos, vel eorum ſuperſtitiones, legati miſſi de hoc glorioſo concilio, quidquid utile perviderint, a glorioſiſſimis principibus impetrent.

Placuit etiam petitu omnium epiſcoporum, ut epiſtolis omnibus de concilio dandis, ſanctitas tua ſola ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus Carthaginenſis huic decreto conſenſi & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

Concilium contra paganos & hæreticos.

Harum duarum ſynodorum cauſam & res geſtas, vide ſupra in notis concilii Africani V. & VI. ſub Innocentio anno 408.

BAſſo & Philippo viris clariſſimis conſulibus, 16. Kalendas Julias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ. In hoc concilio legationem iterum ſuſcepit Fortunatianus epiſcopus contra paganos & hæreticos.

Item concilium contra paganos & hæreticos.

BAſſo & Philippo viris clariſſimis conſulibus, 3. Idus Octobris, Carthagine. In hoc concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus, & Florentius epiſcopi contra paganos, & hæreticos, eo tempore quo Severus & Macarius occiſi ſunt. Et propter eorum cauſam Evodius & Theaſius & Victor epiſcopi cæſi ſunt.

LXXIV.

Concilium de cognitione epiſcopi.

Hoc ſynodus habita eſt Carthagine, anno Chr. 409. Quid in ea geſtum ſit, præter id quod hic ſcribitur, non conſtat. Cod. can. c. 107. Anno 410. De hoc concilio diximus ſupra in notis concilii Africani VII. ſub Innocentio.

GLorioſiſſimis Imperatoribus Honorio VIII. & Theodoſio III. Auguſtis conſulibus, 18. Kalendas Julias, Carthagine in baſilica ſecunda. In hoc concilio placuit, ut non ſibi unus epiſcopus vendicet cognitionem.

LXXV.

Concilium contra Donatiſtas.

POſt conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii VIII. & Theodoſii III., Auguſtorum, 18. Kalendas Julias, Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. In hoc concilio legationem ſuſceperunt contra Donatiſtas Florentinus, Poſſidius, Preſidius, & Benenatus epiſcopi, eo tempore quo lex data eſt, ut libera voluntate quis cultum Chriſtianitatis exciperet.

Concilium contra hæreſim Pelagii & Celeſtii: quod Adam non ſit factus a Deo mortalis, &c

Hoc concilium habitum eſt ſub conſulibus Zoſimi, de quo vide notas ejuſdem concilii. Cod. can. cap. 108. De conſecr. diſt. 4. Placuit igitur omnibus epiſcopis, & in concilio Milevitano II. cap. 1. Cod. can. c. 109.

GLorioſiſſimis Imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio VIII. Auguſtis conſulibus, Kalendis Maii, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius epiſcopus in univerſali concilio conſediſſet, adſtantibus diaconibus, placuit omnibus epiſcopis (quorum nomina & ſubſcriptiones inditæ ſunt) in ſancta ſynodo Carthaginenſis eccleſiæ conſtitutis.

LXXVI.

Ut quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut, ſive peccaret, ſive non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

LXXVII.

De conſecr. diſtin. 4. Placuit, ut quicumque parvulos, & in concilio Milevitano II. cap. 1. Cod. can. c. 110.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur unde fit conſequens ut in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vere ſed falſe intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt quod ait apoſtolus. *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*, niſi quemadmodum eccleſia catholica ubique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

Rom. 5.

Nota ex Surio et Binio.

Quidam pervetuſtus codex hoc loco hujuſmodi caput inſertum habebat: Item placuit, ut ſi quis dicit Heo dixiſſe dominum: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, ut intelligatur, quia in regno cœlorum erit aliquis melius aut ullus alicubi locus, ubi beate vivant parvuli, qui ſine baptiſmo ex hac vita migrarunt, ſine quo in regno cœlorum, quod eſt vita æterna, intrare non poſſunt, anathema ſit. Nam cum dominus dicat: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non introibit in regnum cælorum*: quis catholicus dubitet participem fore diabolicum, qui cohæres eſſe non meruit Chriſti? Qui enim dextra caret, ſiniſtram procul dubio partem locurret. (a)

Joan. 14.

Joan. 3.

LXXVIII.

De conſecr. diſt. 4. Placuit ut quicumque, & in concilio Milevitano II. cap. 3. Cod. can. cap. 111. De conſecr. diſtinct. 4. Quiſquis dixerit gratiam. Et in concilio Milevitano II. cap. 4. Cod can. c. 112.

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei (qua juſtificamur per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum) ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ jam commiſſa ſunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema ſit.

LXXIX.

Item, quiſquis dixerit, eamdem gratiam Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum,

(a) Canonem hunc integ cæteros hujus Concilii anni 418. ſignatum num. X. legit Codex vetuſtiſſimus a Queſnello vulgatus.

dum, quia per ipſam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præſtari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat apoſtolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium eſt, ut credamus, ad eam quæ inflat, non habere gratiam Chriſti, ad eam quæ ædificat, non habere, cum ſit utrumque donum Dei, & ſcire, quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus; ut ædificante caritate, ſcientia nos non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt. *Qui docet hominem ſcientiam*: ita etiam ſcriptum eſt: *Caritas ex Deo*.

1. Cor. 8.

Pſal. 93. 1. Joan. 4.

LXXX.

Item placuit, ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiam juſtificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam etiamſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere divina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: *Sine me difficilius poteſtis facere*: ſed ait; *Sine me nihil poteſtis facere*.

De confect. diſt. 4. Placuit, ut quicumque dixerit, ideo. Et in Milevitano concilio II. c. 5. Cod. can. cap. 113.

Joan. 15.

LXXXI.

Item placuit, quod ait ſanctus Joannes apoſtolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt*: quiſquis ſic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum non quia vere ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim apoſtolus, & adjungit: *Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus qui remittat nobis peccata & mundet nos ab omni iniquitate*. Ubi ſatis apparet hoc non tantum humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim apoſtolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt, ſed cum ait: *Noſmetipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt*: ſatis oſtendit, eum qui dixerit ſe non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

Et in concilio Milevitano II. cap. 6. 1. Joan. 1. Cod. can. cap. 114.

1. Joan. 1.

LXXXII.

Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos: *Dimitte nobis debita noſtra*, ut non pro ipſis hoc dicant, quia non eſt eis jam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccatores: & ideo non dicere unumquemque ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed: *Dimitte nobis debita noſtra*: ut hoc pro aliis potius quam pro ſe juſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim & juſtus erat apoſtolus Jacobus cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes*. Nam quare additum eſt, *omnes*, niſi ut iſta ſententia conveniret & pſalmo, ubi legitur: *Non intres in judicio cum ſervo tuo, quoniam non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens*? Et in oratione ſapientiſſimis Salomonis: *Non eſt homo, qui non peccet*: Et in libro ſancti Jobi: *In manu omnis hominis ſignat, ut ſciat omnis homo infirmitatem ſuam*. Unde etiam Daniel ſanctus & juſtus, cum in oratione pluraliter diceret; *Peccavimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter, & humiliter confitetur, ne putaretur (quemadmodum quidam ſentiunt) hoc non de ſuis, ſed de populi ſui potius dixiſſe peccatis, poſtea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino meo*: noluit dicere peccata noſtra: ſed *populi ſui* dixit, *& ſua*: quoniam futuros iſtos, qui tam male intelligerent, tanquam propheta prævidit.

Cod. can. cap. 115. Et in concilio Milevitano II. cap. 7. Matth. 6.

Jacob. 3.

Pſal. 142.

Eccl. 7. Job. 37.

Dan. 9.

Ibidem.

LXXXIII.

Item placuit, ut quicumque ipſa verba dominicæ orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra*: ita volunt a ſanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, ſed ipſi domino mentientem, qui labiis dicit ſibi dimitti velle, & corde dicit quæ ſibi dimittantur, ſe debita non [a] habere?

Cod. can. cap. 116. Et in Milevitano II. cap. 8. Matth. 6.

a Hic vero deſinunt illi 8 canones, quos alii concilio Milevitano II alii longe probabilius Carthaginenſi plenario an. 418. habere vindicant.

LXXXIV.

Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in eccleſia plenario concilio conſtitutum eſt, ut quæcumque eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ, ante leges de Donatiſtis latas, catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum epiſcopos factum eſt, ut catholicæ unitati communicarent: poſt leges autem quæcumque communicaverint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controverſiæ poſtea inter epiſcopos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur eſſe proſpectum: nunc illo concilio ſancto placuit, ut ubicumque catholica fuit, & pars Donati, ad diverſas cathedras pertineant; quocumque tempore illic unitas facta eſt, vel facta fuerit, ſive ante leges, ſive poſt leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ ibi fuerat, pertinebat.

Cod. can. cap. 117.

LXXXV.

Ita ſane, ut ſi epiſcopus ex Donatiſtis ad catholicam unitatem converſus eſt, æqualiter inter ſe dividant eas, quæ ſic fuerint inventæ, ubi ambæ partes fuerint, id eſt, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in epiſcopatu habet, & minor eligat. Quod ſi forte unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quod ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod ſi forte antiqui catholici ſuum epiſcopum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte converſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, majoris temporis epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non poſſint æqualiter dividi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanſerit, hoc in eo ſervetur, quod ſuperius dictum eſt, cum de uno tractaretur loco.

Cod can. cap. 118.

LXXXVI.

Item placuit, ut etiam, ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, ſi eum per triennium, nemine repetente, retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit epiſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit, non præjudicetur matrici, ſed ſineat (cum locus acceperit epiſcopum, quem non habebat) ex ipſo die intra triennium repetere. Itemque ſi fuerit epiſcopus ad catholicam ex Donati parte converſus, non ei præjudicet præfinitum tempus, ſed ex quo die converſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram.

Cod. can. cap. 119.

LXXXVII.

LXXXVII.

16. quæſt. 6. Placuit, ut quicumque. Et in concilio Milevitano II. c. 22. Cod. can. cap. 120.

Item placuit, ut quicumque epiſcopi plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita * repetunt, ut cauſas ſuas, epiſcopis judicantibus, agant, ſed alio retinente irruerint, ſive volentibus, ſive nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, ſi nondum eſt inter epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt, ille inde diſcedat, quem conſtiterit, prætermiſſis judiciis eccleſiaſticis, irruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi a primate, ut retineat, literas impetrarit: ſed ſive habeat literas, ſive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per epiſcopos judices cauſa finiatur, ſive quos eis primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.

* repetierint,

LXXXVIII.

16. quæſt. 3. Placuit, ut quicumque. Et in concilio Milevitano II. cap. 24. Cod. can. cap. 122.

Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis epiſcopis, ut id agere non morentur. Quod ſi intra ſex menſes a die conventionis non hoc effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant. Ita ſane, ut ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, ut impune ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præventam, ut eo modo ejus cura ſolicitior * veretur, cum hoc judices epiſcopi cognoverint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sane, ſi epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diverſarum ſunt provinciarum, ille primas det judices, in cujus provincia eſt locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut unus eligatur, aut tres. Quod ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum.

* viaretur,

LXXXIX.

3. quæſt. 6 A judicibus. Et in concilio Milevitano II. c. 24. Cod. can. cap. 121.

A judicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat provocare. Et quiſquis * provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet.

* provocans

XC.

Et in concilio Milevitano II c. 15. Cod. can. cap. 123.

Si in matricibus cathedris epiſcopus negligens fuerit adverſus hæreticos, conveniatur a vicinis epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, ut ſe excuſare non poſſit. Quod ſi ex die, quo conveniunt, intra ſex menſes, ſi in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur epiſcopo.

XCI.

Cod. can. cap. 124. Et in Milevit cap. 25. De hoc canone vide notata ad canonem 22. concilii Milevitani. Cod. can cap. 125. 2. quæſt. 6. Placuit, ut presbyteri, & diaconi. Et 22 quæſt. 3. presbyt.

Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos, eo ſciente, non communicaſſe conſtiterit, etiam epiſcopatum amittat.

XCII.

Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant: & inter eos quidquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quod ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

Et in concilio Milevitano cap. 22. In decret. Ivo. lib. 3. Et in concilio Milevitano, cap. 26. Carthag. III. c. 4. Cod. can. c. 126.

XCIII.

Item placuit, ut quicumque epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velaverit virginem ſeu velavit intra viginti & quinque annos ætatis, non ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

XCIV.

Cod can. cap. 127. Et in concilio Milevitano II. cap. 27.

Item placuit, ne diutius univerſi epiſcopi, qui ad concilium congregati ſunt, tenerentur ab univerſo concilio judices ternos de ſingulis provinciis eligi. Et electi ſunt de provincia Carthaginenſi; Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de provincia Numidiæ, Alypius, Auguſtinus & Reſtitutus: de provincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano primate Creſconius, Jocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitiphenſi, Severianus, Aſiaticus & Donatus: de provincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus unus eſt miſſus, qui omnes cum ſancto ſene Aurelio univerſa cognoſcant. A quo petiit univerſum concilium, ut cunctis ſive geſtis, quæ confecta jam ſunt, ſeu epiſtolis, ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri ſubſcripſerunt.

Item huic concilio interfuit eccleſiæ Romanæ legatio.

De hoc concilio, vide quæ diximus in notis concilii Carthag. VI. & VII. ſupra ſub Bonifacio.

POſt conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Auguſtorum III. Kalendas [a] Junias, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cum Aurelius epiſcopus una cum Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ Eccleſiæ, Vincentio Culuſitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano [b] Ulizibiritano, Adeodato [c] Simittuenſi, Pentadio Carpitano, Rufiniano [d] Muzutenſi, Prætextato Sicilibrenſi, Quodvultdeo [e] Verenſi, Candido [f] Abbiritano, Galloniano Uticenſi, legatis provinciæ proconſularis: Alypio Tagaſtenſi, Auguſtino [g] Hippone Regienſi, & Poſſidio Calamenſi, legatis provinciæ Numidiæ: Maximiano Aquæ Regienſis, Jocundo Suffetulenſi, & Hilarino Orreocelenſi, legatis provinciæ Byzacenæ: Novato Sitiphenſi, & Leone Moctenſi, legatis provinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis: Nivello * Ruſcurienſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano * Ruſgonienſi, legatis provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, ab univerſali concilio judicibus delectis, adſtantibus diaconibus conſediſſet, & quibuſdam peractis, multi epiſcopi ceterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarent, placuit univerſo concilio, ut ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque provinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, ut hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos adfuiſſe teſtantur.

a Julii
b Uzipparenſi
c Simidico Simitenſi,
d Muſtenſi, Muzubenſi,
e Vurenſi,
f Abdiritano,
g Hipponenſium regionum
* Ruſuccurenſi, vel Ruſcorenſi,
* Rungonienſi,

XCV.

4. quæſt. 1. Diſtinximus eum: & in Carth. VII. cap. 1.

Placuitque omnibus, quoniam ſuperioribus conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ

tendæ ſunt ad accuſationem clericorum, jam A conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, non expreſſum eſt: idcirco definimus, eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſive ſit clericus, ſive laicus, accuſare voluerit.

Cod. can. cap. 118.

XCVI.

Item placuit, ut omnes ſervi vel proprii liberti, ad accuſationem non admittantur: vel omnes quos ad accuſanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis adſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici etiam, ſive pagani, ſive Judæi, ſed tamen omnibus B quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

Cod. can. c. 119. 4. quæſt. 2. cap. Diſtinctum eum rite: & in Carth. VII. cap. 2. 3. quæſt. 10. Placuit ut quotieſcumque in Carthaginenſi VII. cap 3. Cod. can. cap. 130.

XCVII.

Item placuit, ut quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.

XCVIII.

Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem, infra annos 14. ætatis ſuæ non admittantur.

4 quæſt. 2. Teſtes autem ad teſtimonium Et in Carthag. VII. cap 4. Cod. can. cap. 131

XCIX.

Item placuit, ut ſi quando epiſcopus dicit, C aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad injuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, [a] quamdiu excommunicato non communicaverit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis: ut magis caveat epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non [b] poteſt.

5. quæſt. 3. Placuit, ut ſi quando epiſcopus. & in Carthag. VII. cap. 5. Cod. can. cap. 132. Cod. can. cap 133.

a in ed. Mog. inſeruntur hæc verba: ſecrete tamen interdicat ei communionem donec obtemperet.

b poterit

c Rectius hic canon ſejungitur a ſequenti, qui in duos minus apte divelletur in codice.

C.

Aurelius epiſcopus dixit. Juxta [c] ſtatuta totius concilii congregati, & meæ mediocritatis ſententiam, placet facere rerum omnium concluſionem: Univerſi tituli deſignati & digeſti, hujus diei tractatum & eccleſiæ geſta ſuſcipiant: quæ vero adhuc expreſſa non ſunt, die ſequenti per fratres noſtros Fauſtinum epiſcopum, Philippum & Aſellum presbyteros, venerabili fratri & coepiſcopo noſtro Bonifacio reſcribemus.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Aurelius epiſcopus his geſtis ſtatutorum apud nos habitis ſubſcripſi.

Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ provinciæ Piceni, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi.

Alypius epiſcopus Tagaſtenſis, legatus provinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

d Hipponenſis.

Auguſtinus epiſcopus [d] Hipponæ Regienſis legatus provinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Poſſidius epiſcopus Calamenſis, legatus provinciæ Numidiæ [e], his geſtis ſubſcripſi.

e inferioris

Vincentius Culuſitanus, his geſtis ſubſcripſi.

Fortunatianus Neapolitanus, his geſtis ſubſcripſi.

f Arpitaniæ

Pentadius [f] Carpitanus, his geſtis ſubſcripſi.

* Ruſticianus Maxenſis Muſtenſis,

Rufianus * Muzutenſis, his geſtis ſubſcripſi.

* Vrendæ,

Quodvultdeus * Verrenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Candidus Germanicæ, his geſtis ſubſcripſi.

Gallonius Uticenſis [a], his geſtis ſubſcripſi.

a Urindæ vel Utendæ,

Maximianus [b] Aquæ Regienſis, legatus provinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

b Aquendæ Regiorum

Jocundus Suffetulenſis, legatus provinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

c Hilarianus

Hilarius [c] Orreocelenſis, legatus provinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

d ejuſdem

Novatus Sitiphenſis, legatus provinciæ [d] Mauritaniæ Sitiphenſis, his geſtis ſubſcripſi.

* Nivellus Ruſuccurenſium, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

* Nicellus Ruſpeterenſis, vel Roſeorenſis.

Numerianus * Ruſgonienſis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

* Rangeatrenſis,

Leo * Modenſis, legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

* Oſpitenſis, al. Opitenſis.

Alius Leo, legatus provinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Et ceteri epiſcopi ducenti decem & ſeptem ſimiliter ſubſcripſerunt.

Philippus presbyter, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis a nobis recollectis ſubſcripſi.

Aſellus presbyter, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi, quæ per nos directa ſunt.

Eadem ſubſcriptiones ex vetuſtiſſimo mſ. Vaticanæ bibliothecæ num. 4929. ubi ita annotatum legitur. Hoc capitulum Aurelii cum ſubſcriptionibus epiſcoporum in can. apoſtolici Romæ non habetur.

Aurelius epiſcopus huic ſchedulæ relectæ nobis ſubſcripſi.

Valentinus epiſcopus primæ ſedis provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.

Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ provinciæ Picæni, legatus ſanctæ eccleſiæ Romanæ huic ſchedæ ſubſcripſi.

Alypius epiſcopus eccleſiæ Tagaſtenſis legatus provinciæ Numidiæ ſubſcripſi.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ Hipponi regio legatus concilii Numidiæ huic chartulæ pro me, & concilio ſubſcripſi.

D Poſſidius epiſcopus eccleſiæ Calamenſis legatus provinciæ Numidiæ inferioris ſubſcripſi.

Vincentius epiſcopus Culſitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Fortunatus epiſcopus Neapolitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Pentadius epiſcopus Carpitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

Rufinus epiſcopus eccleſiæ Mazenſis ſubſcripſi.

Prætextatus epiſcopus Sicilienſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Quodvultdeus epiſcopus Verenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Candidus epiſcopus Abbiritenſis Germaniciaſ-
E norum eccleſiæ ſubſcripſi.

Gallonianus epiſc. Utenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Maximianus epiſcopus Aquenſis regiorum legatus provinciæ Byzacenæ ſubſcripſi.

Jocundus epiſcopus Sufetulenſis legatus provinciæ Byzacenæ ſubſcripſi.

Maximus epiſcopus legatus provinciæ Byzacenæ ſubſcripſi.

Hilarius epiſcopus Horreicælienſis legatus provinciæ Byzacenæ ſubſcripſi.

Novatus epiſcopus Uſurranenſis legatus provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis ſubſcripſi.

Lau-

Laurentius epiſcopus Icoſitanus legatus provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis ſubſcripſi.

Numerianus epiſcopus Raugùrienſis, legatus ejuſdem provinciæ ſubſcripſi.

Leo epiſcopus Moptenſis eccleſiæ legatus ejuſdem provinciæ ſubſcripſi.

Alius Leo epiſcopus legatus provinciæ Sitiſenſis ſubſcripſi.

Et ceteri epiſcopi CCXVIII. diverſarum provinciarum ſubſcripſerunt.

Philippus presbyter legatus ſanctæ eccleſiæ Romanæ his geſtis ſubſcripſi.

Aſellus presbyter legatus eccleſiæ Romanæ hæc geſta relegimus per nos directa. *Explicit*.

C I.

EPISTOLA AB OMNI CONCILIO Africano ab Bonifacium urbis Romæ epiſcopum per Fauſtinum epiſcopum, Philippum & Aſellum presbyteros, legatos eccleſiæ Romanæ, directa.

Domino beatiſſimo, & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ ſedis provinciæ Numidiæ & ceteri, & qui præſentes adfuimus, numero [a] *ducenti ſeptem & decem ex omni concilio Africæ.*

a CCXVIII.

Cod. can. c. 134. De hac epiſtola vide notata concilii Carth. VI.

QUoniam domino placuit, ut de his, quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus Fauſtinus, & compresbyteri Philippus & Aſellus, non beatæ memoriæ epiſcopo Zoſimo, quod ad nos mandata & literas attulerunt, ſed tuæ veneration, qui in ejus locum es divinitus conſtitutus, humilitas noſtra reſcriberet; ea breviter inſinuare debemus, quæ utrorumque concordia terminata ſunt, non ea quæ prolixis geſtorum voluminibus continentur: in quibus, ſalva quidem caritate, non tamen ſine parvo altercationis labore demorati ſumus ea geſtis delibantes, quæ nunc ad cauſam pertinent: quamquam & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cujus & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, non ſolum Siccenſi, verum etiam toti Africanæ eccleſiæ non leve ſcandalum, de omnibus erratis ſuis veniam petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Urbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſine ulla dubitatione correxit. Quia vero paci & quieti eccleſiæ non tantum ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit, quoniam talia multa præceſſerant, ut vel ſimilia, vel etiam graviora deinceps præcaveri oporteret; placuit nobis, ut de Siccenſi eccleſia, retento ſcilicet honore gradus ſui, presbyter removeretur Apiarius, & accepto [b] epiſtolio, ubicumque alibi vellet & poſſet, presbyterii munere fungeretur, quod eidem ipſi, per literas proprias poſtulanti, ſine difficultate conceſſimus. Sane, priuſquam hæc cauſa iſto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis diſceptationibus vertabamus, quia rogatio ipſa poſcebat, ut apud acta eccleſiaſtica a fratribus noſtris Fauſtino coepiſcopo, & Philippo Aſello compresbyteris, quæreremus, ut promerent, quidquid eis nobiſcum fuiſſet injunctum agendum, nonnulla quidem ſine ullo ſcripto proſecuti ſunt verbis: ſed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiam geſtis quæ ſecum ad vos deferunt, eſt allegatum. In eis quatuor quidem nobiſcum agenda mandata ſunt: Unum, de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem: Alterum, ne ad comitatum epiſcopi importuni navigent: Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum cauſis apud finitimos epiſcopos, ſi a ſuis excommunicati perperam fuerint: Quartum, de Urbano epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam evocando, niſi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id eſt, ut Romam liceat epiſcopis provocare, & ut clericorum cauſæ apud ſuarum provinciarum epiſcopos finiantur, jam priore anno etiam literis noſtris ad eumdem venerabilis memoriæ Zoſimum epiſcopum datis, inſinuari curavimus, ut ea ſervare ſine ulla ejus injuria paulisper ſineremus, uſque ad inquiſitionem ſtatutorum concilii Nicæni. Et nunc de tua poſcimus ſanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel conſtituta ſunt, ſic ea a nobis facias cuſtodiri, & ibi apud vos iſta, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id eſt: Si epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum eccleſiæ Romanæ epiſcopum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit ut renovetur examen, ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit epiſcopum Romanum, ut e latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate epiſcopi quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit ſufficere epiſcopos, ut negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo ſuo conſilio judicaverit. Item de presbyteris & diaconibus: Si epiſcopus quis iracundus (quod eſſe non debet) cito aut aſpere commoveatur adverſus presbyterum, ſive diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, providendum eſt ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat vero poteſtatem ejectus, ut finitimos interpellet epiſcopos, & cauſa ejus audiatur, & diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti, & ille epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte, eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur ejus aut emendetur ſententia. Hæc utique ad adventum veriſſimorum exemplarium Nicæni concilii inſerta geſtis ſunt: quæ ſi ibi (quemadmodum ipſo, quod apud nos fratres ex apoſtolica ſede directe, commonitorio allegaverunt) continerentur, eoque ordine vel apud vos in Italia cuſtodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare jam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adjuvante miſericordia domini Dei noſtri, quod tua ſanctitate Romanæ eccleſiæ præſidente, non ſumus jam iſtum typhum paſſuri: & ſervabuntur erga nos ea quæ nobis etiam non differentibus cuſtodiri debeant, cum fraterna caritate, quæ ſecundum ſapientiam atque juſtitiam, quam tibi donavit altiſſimus,

Commonitorii contenta quæ fuerint?

Conc. Sard. can. 7. Et 8. quæſt. 6. Si quis epiſcopus accuſatus.

De cauſa Apiarii vide quæ dixi ſupra in notis concilii Milevitani II. & Carth. VI.

Ex concilio Sardicenſi, can. 17. Et 2. q. 4. Si forte epiſcopus iracundus. Et in decret. Ivo. lib. 3.

b apoſtolio ex Legato. cocnr. m.

Narratio de legatis Romani pontificis.

* perſpicie

ſantes, etiam ipſe * proſpicis eſſe ſervanda, ſi forte aliter ſe habeant canones concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos codices legerimus, ſed nunquam in Nicæno concilio in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in ſupradicto commonitorio, inde directa ſunt: tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus invenire, ex orientalibus eccleſiis, ubi perhibentur eadem decreta poſſe etiam authentica reperiri, magis nobis deſideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obſecramus, ut ſcribere etiam ipſe digneris ad illarum partium ſacerdotes, hoc eſt, eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ, & aliis, ſi etiam tuæ placuerit ſanctitati; ut inde ad nos iidem canones, apud Nicæam civitatem a patribus conſtituti, veniant: te potiſſimum hoc beneficium cunctis occidentalibus eccleſiis in domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria eſſe veriſſima concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diverſis locis, & de nobilibus Græcis eccleſiis allata & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio ſupradicto nobis allegata ſunt de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem, & de clericorum cauſis apud ſuarum provinciarum epiſcopos terminandis, nos uſque ad probationem ſervaturos eſſe profitemur: & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera vos quæ in noſtra ſynodo geſta vel firmata ſunt, quoniam ſupradicti fratres noſtri Fauſtinus coepiſcopus, Philippus & Aſellus compresbyteri ſecum ferunt, ſi dignatus fueris, tuæ nota facient ſanctitati. Et alia manu: Dominus noſter te nobis annis plurimis cuſtodiat, beatiſſime frater. Subſcripſerunt quoque Alypius, Auguſtinus, Poſſidius, Marinus, & ceteri epiſcopi 217.

CII.

EPISTOLA CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI AD CONCIL. AFRICANUM.

Authentica concilii Nicæni, translata de Græco, per Innocentium presbyterum tranſmittit. Quæ, & etiam aliæ epiſtolæ, cum eodem concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium & Marcellum ſubdiaconum eccleſiæ Carthaginenſis ſancto Bonifacio epiſcopo eccleſiæ Romanæ ſub die VI. Kalendas Decembris ſunt directa.

Dominis honorabilibus, ſanctis fratribus coepiſcopis, Aurelio, Valentino, ſed & omni ſanctæ congregationi in Carthaginenſi ſynodo congregata, Cyrillus ſalutans in Deo caritatem veſtram.

Cod can. c. 131.

SCripta venerationis veſtræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitia per filium veſtrum Innocentium presbyterum ſuſcepi: quibus a nobis ſperatis, ut de ſcrinio noſtræ eccleſiæ veriſſima exemplaria, ex authentica ſynodo apud Nicænam civitatem metropolim Bithyniæ a ſanctis patribus conſtituta atque formata, ſub noſtræ fidei profeſſione veſtræ dilectioni porrigamus. Unde, domini venerabiles fratres, ſalute præeunte, neceſſe habui, per harum latorem filium noſtrum Innocentium presbyterum, fideliſſima exemplaria ex authentica ſynodo in Nicæa Bithyniæ habita, veſtræ caritati dirigere, quæ & in eccleſiaſtica hiſtoria requirentes invenietis. De paſcha vero, ut ſcripſiſtis, nunciamus vobis, XVII.[1] Kalendas Majas nos ſatura indictione celebrare. *Et alia manu*: Deus & dominus noſter ſanctam veſtra congregationem cuſtodiat, quod optamus, cariſſimi fratres.

Socrates Eccleſiaſtic. hiſt. lib. 1. c. 6.

CIII.

EPISTOLA ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOL. AD EOSDEM.

Dominis ſanctis, merito beatiſſimis fratribus coepiſcopis Aurelio, Valentino, vel ceteris cariſſimis, in ſynodo apud Carthaginem habita conſtitutis, Atticus epiſcopus.

PEr filium noſtrum Marcellum ſubdiaconum veſtrum ſcripta veſtræ dilectionis cum omni gratiarum actione ſuſcepi, domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatiſſimi fratres. Scribitis ſane ut veriſſimos canones, apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a patribus conſtitutos, ſub fidei adſtipulatione dirigam. Et quis eſt, qui communem fidem, vel ſtatuta a patribus firmata, ſuis fratribus deneget? Qua de re, per eumdem filium meum Marcellum ſubdiaconum veſtrum, nimium feſtinantem, ſicut ſtatuti ſunt in Nicæa civitate a patribus canones in integro (ut juſſiſtis) direxi, petens, ut pro me plurimum veſtra ſancta congregatio orare jubeat. Et alia manu: Deus noſter ſanctitatem veſtram cuſtodiat, quod optamus, ſancti fratres.

Cod. can. 126.

CIV.

EXEMPLARIA CONCILII NICÆNI directa ſub die VI. Kalendas Decembris, poſt conſulatum glorioſiſſimorum imperatorum, Honorii * XII. *& Theodoſii* * IX. *Auguſtorum, Bonifacio urbis Romæ epiſcopo.*

* XIIII.
* VIIII.

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium, nec non & inviſibilium creatorem. Et in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, ejuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, & cœleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlum venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos vero qui dicunt: Erat tempus, quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe, aut mutabilem, aut convertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Cod. can. 127.

Huic ſymbolo fidei etiam exemplaria ſtatutorum ejuſdem concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa ſunt, de Græco in Latinum a * Tellone & Theriſio Conſtantinopolitano translata, ſicuti in concilio Carthaginenſi ſexto latius explicantur. Quapropter nos hic ea denuo conſcribi ſuperfluum judicamus.

* Philone Evariſto.

1 Nota hanc Paſchalis mendoſa; & ſcribendum *XIV. Kal. Majas*, ideſt XVIII. die menſis Aprilis quo an 420 Paſcha celebratum. Vide Petavium lib. 2. de Doctrina Temp. & Pagium ad An. Ch. 419. n. 26. & ſeq.

CV.

EPISTOLA CONCIL. AFRICANI

AD PAPAM CÆLESTINUM URBIS Romæ epiſcopum.

Domino dilectiſſimo, & honorabili fratri Cæleſtino, Aurelius, Valentinus, Antonius, Tutus, Servandei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Januarius, Optatus, Celtitius, Donatus, Theaſius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri, qui in univerſali Africano concilio Carthaginis adſumus.

Palumbes mendoſe. Palarius.

OPtaremus, ſi quemadmodum ſanctitas tua de adventu Apiarii lætatos vos fuiſſe, miſſis per compreſbyterum noſtrum Leonem literis, intimavit; ita nos quoque de ejus purgatione hæc ſcripta cum lætitia mitteremus. Eſſet profecto & noſtra & veſtra modo alacritas certior: nec feſtinata, nec præpropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quam de audito præceſſerat. Adveniente ſane ad nos ſancto fratre & coepiſcopo noſtro Fauſtino concilium congregavimus, & credidimus ideo eum illo miſſum, quoniam ſicut per ejus operam preſbyterio ante redditus fuerat, ita nunc poſſet de tantis criminibus a Tabracenis objectis, eo laborante, purgari; cujus tanta ac tam immania flagitia decurſus noſtri concilii examen invenit, unde & memorati patrocinium potius, quam judicium, ac defenſoris magis operam, quam diſceptatoris juſtitiam ſuperarent. Nam primum, quantum obſtiterit omni congregationi diverſas injurias ingerendo, quaſi eccleſiæ Romanæ aſſerens privilegia, & volens eum a nobis in communionem ſuſcipi, quem tua ſanctitas (credens appellaſſe, quod probare non potuit) communioni reddiderat, quod minime tamen licuit; quod etiam geſtorum ex lectione melius cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato judicio, cum diverſa eidem objecta afflictiſſimi quæreremus, vel moras coepicopi noſtri Fauſtini, vel tergiverſationes ipſius Apiarii, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, *Deus judex juſtus, fortis & longanimis*, magno impendio refecavit. Terriore quippe ac putidiore obſtinatione compreſſa, qua tantum lividum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro ejus conſcientiam coarctante, & occulta quæ in illius corde tanquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confeſſionem cunctorum objectorum flagitiorum doloſus necator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus ſe ipſe convicit, atque ipſam quoque noſtram ſpem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari, convertit in gemitus: niſi quoniam iſtam noſtram mœſtitiam uno tantum ſolatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæſtionis abſolvit, & ſuis vulneribus qualemcumque medelam, etſi invita ac ſua conſcientia reluctante, confeſſione providit, domine frater. Præfato itaque debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertet venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaveri: quanto magis hoc de epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua provincia communione ſuſpenſi, a tuæ ſanctitate vel feſtinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni reſtitui: preſbyterorum quoque & ſequentium clericorum improba refugia (ſicuti te dignum eſt) repellat ſanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus clericos, ſive ipſos epiſcopos, ſuis metropolitanis apertiſſime commiſerunt. Prudentiſſime enim, juſtiſſimeque providerunt, quæcumque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam ſancti Spiritus defuturam, qua æquitas a Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſime teneatur: maxime, quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit, cognitorum, ad concilia ſuæ provinciæ, vel etiam univerſale provocare. Niſi forte quiſquam eſt qui credat, unicuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium ſacerdotibus denegare. Aut quomodo ipſum tranſmarinum judicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ, vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduoi non poterunt? Nam ut aliqui tanquam a tuæ ſanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum ſynodo conſtitutum. Quia illud quod pridem per eumdem coepiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquam ex parte Nicæni concilii, exinde tranſmiſiſtis: in conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæna, a ſancto Cyrillo coepiſcopo noſtro Alexandrinæ eccleſiæ, & a venerabili Attico Conſtantinopolitano antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum ſubdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio epiſcopo [a] prædeceſſori veſtro, a nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos veſtros quibuſque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſæculi in eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis, & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre noſtro Fauſtino (amoto jam pro ſuis neſandis nequitiis de Chriſti eccleſia dolendo Apiario) ſecuri ſumus, quod cum probitate ac moderatione tuæ ſanctitatis ſalva fraterna caritas ulterius in Africa minime ſuſtinere patiatur. Et alia manu: Dominus noſter ſanctitatem veſtram ævo longiore orantem pro nobis cuſtodiat, domine frater.

Expliciunt canones eccleſiaſtici ex ſcrinio eccleſiæ Romanæ translati. *Ita cod. Lugd.*

Ea quæ diximus in notis concilii Carthagin. VI. hanc epiſtolam ad Cæleſtinum multum declarant. Cod. can. c. 138. Cauſa Apiarii.

Pſal. 7.

Modum proſequendæ appellationis alium inſtituri rogant.

Bleam. concil. can. 6.

Bleam. concil. can. 5.

a deceſſori

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Concilium Africanum. Ita dictum eſt, quod (ſicut in ejus exordio declaratur) quæcumque concilia ſub Aurelio Carthaginenſi illic celebrata fuerunt, per epitomen ſunt collecta. Quinquennalem illam controverſiam Africanorum de modo proſequendæ appellationis ad ſedem apoſtolicam interpoſitam, tempore Zoſimi pontificis exortam, huic concilio conveniendi cauſam dediſſe, indicant epiſtolæ ſynodicæ ad Bonifacium, & Cæleſtinum pontificem ſcriptæ. Horum quatuor priora, ſub pontificatu Siricii: tria ſequentia, ſub Anaſtaſii pontificatu: octo ſub Innocentio; reliqua ſub Zoſimo, Bonifacio & Cæleſtino pontificibus celebrata fuerunt, ut patet ex notis conciliorum eorum, quæ ſupra ſub prædictis

Africanum non unum eſt, ſed ex multis collectum. Cauſa concilii.

dibis pontificibus poſita fuerunt. Quo tempore, quamvis ob eandem ſingula habita fuerint; ex marginalibus notis, liquet, cognoſcere poteris. Plurimorum conciliorum ideo initium eandem dedit, quod prater morem ea in margine notaverimus.

Quo tempore celebratum ſuerit.

b Tempore Bonifacii, & Cæleſtini.) Hæc aperte indicant ſynodalis epiſtola in eodem Apiarii, & profeA quando appellationis cauſa ſcripta. Hæc itaque ratione inducimur, convenientius eſſe putavi, ut hoc concilium, quod prioribus editionibus ſub Bonifacio collocatum fuit, ad primum annum Cæleſtini pontificis referrem. Ut id facilius, & liberius præſtarem, animum addidit Baronius, qui in additionibus ſuis ad annum 397. ita fieri debere expreſſe aſſerit.

Anno 425.

AD CONCILIUM AFRICANUM

Cum anno 425. compoſitum

ADDITIO.

Ex Supplem. P. Maſſ. tom. I. pag. 311. 312.

IN lemmate canonum hujus concilii in capite ejuſdem expreſſo, canon centeſimus ita indicatur: *Ut non temere quenquam communione privet epiſcopus*. Ipſe vero canon ſub eodem numero expreſſus longe aliter ſonat ac in ipſo lemmate indicatur. Ex quo liquet verba illa quæ canone centeſimo obtruſa ſunt, ibi extra ſuum locum jacere, & canonem ipſum periiſſe. Accidit ergo opportunum ut centeſimum hunc genuinum canonem ſervarit nobis Abbo Floriacenſis in ſua canonum collectione, quam vulgavit Mabillonius Veter. Analect. pag. 135. edit. in fol. Ita ergo canon iſte apud eundem cap. XXXVI. B

Ex concilio Africano cap. C. Quandiu excommunicatus communicaverit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, ut magis caveat epiſcopus, ne dicat in quenquam quod aliis documentis convincere non poteſt.

Quadrant hæc lemmati, ait Mabillonius in notis ibidem.

CONCILIUM CARTHAGINENSE

Circa Annum Chriſti CCCCXXVI.

Ex nova Collect. Veneta.

OCcaſionem huic Synodo dedit Leporius Monachus Maſſilienſis, qui præter Pelagianam, qua laborabat, hæreſim, eamdem, ut ait Facundus lib. 1. cap. 4 doctrinam tradidit, quam poſtea in Oriente Neſtorius. Quam ob cauſam Maſſilia ejectus, trajecit in Africam, ibique ab Aurelio, & Auguſtino meliora edoctus ab hæreſi receſſit, libellumque emendationis, ſive ſatisfactionis conſcripſit, quo, facta priſtini erroris deteſtatione, fidem Catholicam de Myſterio Incarnationis Chriſti profitetur, quem Synodo Carthaginenſi obtulit, cui etiam Aurelius, & Auguſtinus, aliique ſubſcripſerunt; atque his ſubſcriptionibus munitum Carthagine in Gallias miſit. Hunc, æque ac Epiſtolam Epiſcoporum Africæ, quam cum eodem ſcripto ad Galliæ Epiſcopos dedere, primus edidit Jacobus Sirmondus, qui Epiſtolæ ſtilum D. Auguſtini eſſe cenſuit. Ceterum inter eruditos non convenit de tempore, quo hæc contigere. Card. Noriſius id accidiſſe putat circa annum Chriſti 410. Baronius anno 420. Sirmondus anno 425. Labbeus noſter, Harduinus, & Monachi Benedictini in Præfatione ad tom. X. Operum S. Auguſtini anno 426. Pagius denique anno 427. quem conſule ad an. Chriſti 420. num. 9. & ſeqq. (*a*)

EPISTOLA EPISCOPORUM AFRICÆ,

QUAM CUM LEPORII LIBELLO miſerunt ad epiſcopos Galliæ, Proculum videlicet Maſſilienſem, & alios.

a Dilectiſſimis & honorabilibus fratribus & conſacerdotibus, [1] Proculo & Cylinnio, Aurelius, Auguſtinus, Florentius, & [2] Secundinus in domino ſalutem.

FIlium noſtrum Leporium apud veſtram ſanctitatem pro ſui erroris præſumptione merito idoneeque correctum, cum ad nos poſtea quam inde exturbatus eſt veniſſet, ſalubriter perturbatum, corrigendum ſanandumque ſuſcepimus. Nam ſicut vos obediſtis apoſtolo ut corriperetis inquietos, ita & nos ut conſolaremur puſillanimes, ac ſuſciperemus infirmos. Cum enim præoccupatus eſſet, ſicut homo, in aliquo delicto, eodemque non parvo, ut de unigenito filio Dei, quod erat in principio verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, cum autem venit plenitudo temporis Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, non recta quædam ſaperet, nec vera ſentiret, negans Deum hominem factum; ne videlicet ſubſtantiæ divinæ, quæ æqualis eſt pa-

1. Theſſ. c. 5. v. 14.

Joan. 1.

(*a*) Ad hanc ſynodum pertinere cenſent Ballerini canonem 6 Ferrando num. 143. per compendium expreſſum: *ut bis in anno, per ſingulas provincias concilia fiant* Carth. tit. 3. Item & illum, qui pariter per compendium in Concilio Bonifacii recitatur: *ut nullus ad transmarina audeat appellare*. Ex eodem tandem Concilio, quod eſt XX. inter ea, quæ ſub Aurelio Epiſcopo celebrata ſunt, miſſam ad Cæleſtinum Papa Epiſtolam, quam ſupra relata eſt in Concilio Bonifacii, eruditorum ſententia tenet. Vid. P. Conſtant epiſt. Rom. Pontif. col. 1058. not. 6.

1 Proculus Maſſilienſis, Cylinnius, ſeu ut ſcribit Harduinus, Cilinius Aquenſis fuere Epiſcopi.

2 al. *Secundus*.

patri, indigna mutatio vel corruptio ſequeretur: nec videns quartam ſe ſubintroducere in Trinitate perſonam, quod a ſanitate ſymboli, catholicæque veritatis prorſus alienum eſt: cum ſicuti potuimus, adjuvante domino inſtruximus in ſpiritu lenitatis; præſertim quia cum hoc admoneret vas electionis, adjecit: *Intende tibi ipſum, ne & tu tenteris*: ne ita ſe quidam ad profectum ſpiritalem perveniſſe gauderent, ut ſe jam non poſſe tentari tanquam homines putarent, addiditque ſalubrem pacificamque ſententiam, ut alter alterius onera portemus, quoniam ſic adimplebimus legem Chriſti. Qui enim putat ſe eſſe aliquid, cum ſit nihil, ſeipſum ſeducit, dilectiſſimi & honorabiles fratres. Quam tamen ejus emendationem nequàquam forte implere poſſemus, niſi vos ante quæ in eo mendoſa fuerant, damnaretis. Idem igitur & dominus & medicus noſter utens vaſis ac miniſtris ſuis, qui dixit: *Ego percutiam, & ego ſanabo*: per vos percuſſit tumentem, per nos ſanavit dolentem. Idem ſuæ domus adminiſtrator atque proviſor, per vos deſtruxit male conſtructa, per nos bene compoſita reſtauravit. Idem diligens agricola poſſeſſionis ſuæ ſterilia per vos eradicavit, & noxia; utilia per nos & fœcunda plantavit. Non itaque nobis, ſed ejus miſericordiæ demus gloriam, in cujus manu ſumus & nos & ſermones noſtri. Et ſicut in ſupradicto filio noſtro miniſterium veſtrum humilitas noſtra laudavit, ſic etiam ſanctitas veſtra noſtro miniſterio gratuletur. Paterno igitur & fraterno corde ſuſcipite a nobis miſericordi ſeveritate, correctum. Etſi enim aliud per nos, aliud per vos, utrumquem tamen fraternæ ſaluti neceſſarium una caritas fecit: unus ergo Deus fecit, quoniam Deus caritas eſt. Proinde ſicut per ſuam præſentiam ſuſceptus eſt a nobis, ſic per ſuam epiſtolam ſuſcipiatur a vobis: cui quidem epiſtolæ noſtra etiam manu ſubſcribendum putavimus, ipſius eſſe teſtantes. Hanc ejus correctionem dilectionem veſtram minime dubitamus & gratanter accipere, & eis notam facere, quibus ejus error ſcandalum fuit: qui & illi qui cum eo venerunt ad nos, cum illo correcti atque ſanati ſunt; ſicut eorum ſubſcriptionibus, quæ coram nobis factæ ſunt, tenetur expreſſum. Supereſt ut de fraterna ſalute lætati, reſcriptis beatitudinis veſtræ nos viciſſim lætificare dignemini. Optamus vos, dilectiſſimi & honorabiles fratres, in domino bene valere memores noſtri.

Galat. c. 6. v. 1. & 2.

Deut. c. 32. v. 39.

1. Joan. 4.

Nota Jacobi Sirmondi S. J.

a Dilectiſſimis & honorabilibus, &c.) Huic epiſtolæ titulus in hæc verba præfixus eſt in codice Leodienſi: *Epiſtola Aurelii, Auguſtini & Florentii & Secundini, ad conſacerdotes Proculum & Cyllinatum, de quodam Leporio, qui pro eo quod non recta quædam ſaperet, nec pura de fide ſentiret, pro hac ſui erroris præſumptione a ſanctis memoratis patribus Proculo & Cyllinio correptus, & de loco ſuo ejectus, ad ſocium Auguſtinum, & alios præmiſſos viros, perventi gratia confugit. Unde ab eis ſalubriter correctus, & ad ſanam doctrinam reductus, ſuo epiſcopo per propriam epiſtolam catholico ſentienti cum ſociis reconciliatur.*

Editus eſt a P. Sirmondo ann. 1630. cum aliis quibuſdam antiquis ſcriptoribus ex codice Hervaltenſi monaſterii. Caſſianus vocat *flebiles confeſſionis & planctus literas*. (1)

LEPORII MONACHI ET PRESBYTERI

LIBELLUS EMENDATIONIS SIVE SATISFACTIONIS,

Confeſſionem fidei catholicæ continens de Myſterio incarnationis Chriſti cum erroris priſtini deteſtatione,

Miſſus Carthagine cum ſubſcriptione, & epiſtola epiſcoporum Africæ ad epiſcopos Galliæ.

Dominis beatiſſimis, & venerandis Dei ſacerdotibus Proculo, & a Quillenio Leporius exiguus.

a Cyllinio

QUid in me primum, o domini mei venerandi & beatiſſimi ſacerdotes, accuſem neſcio; quid in me excuſem, non invenio. Sic imperitiæ ſuperbia, ſic ſtulta ſimplicitas cum perſuaſione noxia, ſic fervor cum intemperantia, ſic ut verius dicam cum ſui diminutione debilis fides, ſimul omnia in me recepta viguerunt, ut tot, & tantis ſimul ſit & obediſſe confuſio, & hæc eadem ab animo potuiſſe rejicere mihi ſtupenda ſit gratulatio. Agnoſco igitur delictum meum, & ipſe mei accuſator libenter exiſto. Sed ſpero miſericordiam, quia ignorans feci. Inexcuſabilis mihi namque cauſa peccati, ſi perfecte ſciens ſtudio aliquid intentionis egiſſem. Teſtem Deum invoco in animam meam: veritatem credidi errorem meum, & obſcuras tenebras lucem ſinceriſſimam computavi. Æmulatio Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, me fefellit incautum. At nunc quod beatitudini veſtræ fore credidimus gratum, miſericordia ejus deviantem in aſpera, & per dumoſa gradientem, ad viam rectam revocavit. Et prava facta ſunt ergo mihi in directa, & aſpera in vias planas. Atque a patribus meis conſacerdotibus, & fratribus veſtris jam abſterſa caligine inſtructus intelligo, in qua & qua ex parte fuerim excitate, & idcirco ſupplicem me veritatis ipſius reddit agnitio. Fateor ignoranter erravi, & regulam veritatis in quibuſdam, dum mihi ad integrum tenere videbar, exceſſi. Palam facta eſt imperitia mea, & hoc mihi onerioſior, quia cum multorum ſcandalo tueri conatus ſum, quod ſicut nunc luce clarius manifeſtatur, erro-

(1) At Gennadius *libellum emendationis*; Facundus lib. 1. ad Juſtin. cap. IV. *libellum ſatisfactionis*, ut & codex Mſ. Joannes Papa II. in epiſt. ad Avienum, & alios, *epiſtolam* appellant. Auguſtino tribuitur, & ejuſdem *expoſitio fidei* appellatur a Theodoreto in dialogo 2. qui *Inconfuſus*; & a Leone Papa in epiſt. 97. ubi *liber Aſſertionis fidei* Auguſtini dicitur. *Hard.*

errore humani ſenſus magis, quam ratione fidei præſumpſeram defendendum. Sed quid aliud fieri non poterat, niſi ut propria ſtultitia in me viveret, quando ego mihi diſcipulus habueram me magiſtrum? Et utinam præſumptionem meam, quam animaverat inſcientia, fregiſſet humilitas. Sed heu mihi! quia in utraque inventus ſum & temerarius, & ſuperbus. At jam iſta venia veſtra prætervolo, & quod nunc inſtat agere non morabor. Feſtinabo vulnerata curare, qui ſana transfodi. Non erit in ſuſcipienda medicina confuſio, quia in cuſtodienda valetudine non fuit cauta proviſio. Unde nata eſt diſcordia, pax inde gignatur. Epiſtola itaque auctor ſcandali, & offendiculum caritatis a me quondam ſimpliciter ſcripta quidem, ſed in quibuſdam ut agnoſco infideliter ordinata, quæſo ſecundum hujus epiſtolæ profeſſionem, & ſanctimoniæ veſtræ auctoritatem, [1] ut in ea paginæ parte, vel cauſa in abolitione calcanda ducatur, in qua contra veritatem per ignorantiam edita comprobatur, ut cunctis innoteſcat, & pateat juſto judicio illud quod erat æmulum fidei, contrarium veritati, de corpore ejuſdem epiſtolæ cum damnatione eſſe deciſum.

Reclamaverunt, fateor, o domini mei, quidam fratres melius interiora cernentes, ſed nos multo exteriora palpavimus: & in propria caligine conſtituti, illis qui propius intuebantur, reputavimus cæcitatem. At nunc favente domino apertis quandoque oculis cum illis verum lumen aſpicimus, atque in eadem lucis gratia poſito nobis a vero medico ſanitatis luto ſuper oculos, revocamus aſpectum, & Jeſum Chriſtum dominum non ut antea fallebamur, ſed ſicut eſt veritas, ſinceriſſimo intuemur obtutu. Atque juxta ſymboli veritatem, id quod ſecundum priorem definitionem noſtram, ubi non impietate aliqua, ſed ſeducebamur errore, dicere verebamur de Maria Deum natum, nunc conſtantiſſime confitemur. Tametſi Chriſtum filium Dei, tunc etiam natum de ſancta Maria non negaremus, ſicut ipſi recordamini; ſed minime attendentes ad myſterium fidei non ipſum Deum hominem natum, ſed perfectum cum Deo natum hominem dicebamus: pertimeſcentes ſcilicet, ne divinitati conditionem adſignaremus humanam. O ſtulta ſapientia! quaſi ſi cum homine Deus naſci non aſpernaretur, ipſe præjudicio ſtatus ſui naſci homo dedignaretur; aut illud poterat, ſed hoc forte non poterat. Credo plane Deum hoc unum non poſſe, quod non vult. Si naſci voluit, quod Deus voluit, certiſſime credo quia potuit. Quoniam ſtatus Dei nullum poteſt periculum ſuſtinere. Nec homo propter nos factus, ut ederetur ex homine indignum habuit: quia nec ipſam hominem facere, de qua homo naſceretur, duxit indignum. Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, ſenſuque noſtro, & propria ratione ſapientes, ne quaſi inferiora ſe Deus agere videatur, ita hominem cum Deo natum eſſe dicamus, ut ſeorſum quæ Dei ſunt, ſoli Deo demus, & ſeorſum quæ ſunt hominis, ſoli homini reputemus, quartam manifeſtiſſime inducimus in Trinitate perſonam, & de uno filio Dei non unum, ſed facere inA cipimus duos Chriſtos, quod a nobis ipſe jam dominus, & Deus Chriſtus avertat.

Ergo confitemur dominum, ac Deum noſtrum Jeſum Chriſtum unicum filium Dei, qui ante ſæcula natus ex patre eſt, noviſſimo tempore de Spiritu ſancto & Maria ſemper virgine factum hominem, Deum natum; & confitentes utramque ſubſtantiam carnis, & Verbi, unum eumdemque Deum, atque hominem inſeparabilem pia fidei credulitate ſuſcepimus, & ex tempore ſuſceptæ carnis, ſic omnia dicimus, quæ erant Dei tranſiſſe in hominem, ut omnia, quæ erant hominis, in Deum venirent, ut hac intelligentia Verbum factum ſit caro, non ut converſione, aut mutabilitate aliqua cœperit eſſe quod non erat, ſed ut potentia divinæ diſpenſationis Verbum B patris, nunquam a patre diſcedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatuſque ſit unigenitus ſecreto illo myſterio quod ipſe novit. Noſtrum namque eſt credere, illius noſſe. Ac ſicut ipſe Deus Verbum totum ſuſcipiens quod eſt hominis, homo ſit, & adſumptus homo, totum accipiendo quod eſt Dei, aliud quam Deus eſſe non poſſit.

Non tamen quia incarnatus dicitur & immixtus diminutio ejus eſt accipienda ſubſtantiæ. Novit enim Deus ſine ſui corruptione miſceri, & tamen in veritate miſceri. Novit in ſe ita ſuſcipere, ut nihil ei creſcat augmenti, qui ſe ipſe totum novit infundere, ut nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelC ligentiam imbecillitatis noſtræ ſecundum experimentorum viſibilia documenta facientes conjecturam de æqualibus ſe invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confuſione carnis & Verbi quaſi aliquod corpus effectum. Abſit ita credere, ut conflatili quodam genere duas naturas in unam arbitremur redactas eſſe ſubſtantiam. Hujuſmodi enim commixtio partis utriuſque corruptio eſt. Deus enim qui capax eſt non capabilis, penetrans non penetrabilis, implens non implebilis; qui ubique ſimul totus, & ubique diffuſus eſt per infuſiD nem potentiæ ſuæ, miſericorditer naturæ mixtus eſt humanæ, non humana natura naturæ eſt mixta divinæ.

Caro igitur proficit in Verbum, non Verbum profecit in carnem, & tamen veriſſime Verbum caro factum eſt. Sed ut diximus ſolum proprie perſonaliter, non cum Patre, aut Spiritu ſancto naturaliter: quia unigenitus Deus, Deus verus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto unus eſt in natura, alter eſt E in perſona. Non enim ipſum Patrem dicimus eſſe, quem Filium: nec iterum eumdem filium dicimus eſſe quem patrem: aut rurſus Spiritum ſanctum Patrem, vel Filium nuncupamus: ſed diſtinguentes perſonas in ſuis proprietatibus Patrem Deum patrem proprie nominamus, & Filium Deum filium proprie dicimus, & Spiritum ſanctum Deum Spiritum ſanctum proprie confitemur. Et cum ter numero dicimus Deum, & Deum, & Deum, non tres credimus Deos, ſed unum omnipotentiæ ſuæ Trinitate perfectum.

Naſcitur ergo nobis proprie de Spiritu ſancto, & Maria ſemper virgine, Deus homo

Jeſus

1 Al. *ut in ea paginæ parte inducamur, in qua.* Hard.

Jeſus Chriſtus filius Dei, ac ſic in alterutrum unum ſit Verbum & caro, ut manente in ſua perfectione naturaliter utraque ſubſtantia, ſine ſui præjudicio, & humanitati divina communicent, & divinitati humana participent; nec alter Deus, alter homo, ſed idem ipſe Deus qui & homo, & viciſſim idem ipſe homo qui & Deus Jeſus Chriſtus unus Dei filius, & nuncupetur & vere ſit. Et ideo agendum nobis ſemper eſt, & credendum, ut dominum Jeſum Chriſtum filium Dei, Deum verum, quem cum Patre ſemper, & æqualem Patri ante ſæcula confitemur, eumdem a tempore ſuſceptæ carnis factum Deum hominem non negemus. Nec quaſi per gradus, & tempora proficientem in Deum, alterius ſtatus ante reſurrectionem, alterius poſt reſurrectionem eum fuiſſe credamus; ſed ejuſdem ſemper plenitudinis, atque virtutis.

Et quia omnes infirmitates noſtras, id eſt naturæ noſtræ, portavit, & vere ſecundum carnem ſuſcepit in ſe affectus noſtros, ad probationem veri hominis, currente in eodem nihilominus curſu noſtræ mortalitatis, poteſtate ſcilicet non neceſſitate, *ætate, & ſapientia*, evangeliſta dicente, profecit, eſurivit, ſitivit, fatigatus eſt, flagellatus eſt, crucifixus eſt, mortuus eſt, reſurrexit; non ideo a divinitatis natura mutatus eſt. Inconvertibilem enim, & incommutabilem, & impaſſibilem naturam divinitatis jam ſuperius profeſſi ſumus. Sed quia Verbum Deus in hominem dignanter hominem ſuſcipiendo deſcendit, & per ſuſceptionem Dei homo aſcendit in Deum Verbum, totus Deus Verbum factus eſt totus homo. Non enim Deus Pater homo factus eſt, nec Spiritus ſanctus, ſed unigenitus Patris; ideoque una perſona accipienda eſt carnis, & Verbi, ut fideliter ſine aliqua dubitatione credamus, unum, eumdemque Dei filium inſeparabilem ſemper, geminæ ſubſtantiæ etiam gigantem nominatum, in diebus carnis ſuæ, & vere ſemper geſſiſſe omnia quæ ſunt hominis, & vere ſemper poſſediſſe quæ Dei ſunt. Quoniam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei.

Luc. 2.

Quapropter jam non pertimeſcimus dicere ex homine natum Deum, & ſecundum hominem, Deum paſſum, Deum mortuum. Sed gloriamur dicere Deum natum, eumdemque ſecundum hominem Deum paſſum. *Non enim erubeſco evangelium*, apoſtolus dicit; *Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti*. Utique Dei virtus eſt in ſalute, ſecundum hominem credere Deum paſſum, non credenti autem, Dei exiſtimatur infirmitas, in perditione Deum ſecundum carnem non credere crucifixum. Unde iterum idem apoſtolus: *Nos autem prædicamus Chriſtum, & hunc crucifixum*. Utique *Dei virtutem, & Dei ſapientiam, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*. Quid enim tam ſtultum, & tam infirmum videtur hominibus incredulis, quam cum audiunt Deum Dei filium crucifixum? Sed placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes, quia in hoc maxime fides noſtra conſiſtit, ut credamus unicum filium Dei, non adoptivum, ſed proprium, non phantaſticum, ſed verum, non temporarium, ſed æternum, pro nobis omnia ſecundum carnem fuiſſe perpeſſum, & non ſibi agonizaſſe, ſed nobis, nec propter ſe, ſed propter nos, quia jacebamus, illum ab excelſis miſericorditer ad ima veniſſe, quia ſicut apoſtolus dicit, *cum in ea forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*, & reliqua. Quid tam apertum, quam ex hoc teſtimonio myſterium tantæ diſpenſationis agnoſcere? In forma enim Dei quis niſi Deus eſt? Ea quomodo, videamus, fons plenitudinis exinanivit ſemetipſum? Nonne dum forma Dei formam accepit ſervi? Dum principaliter dominus ea quæ ſunt famuli dignanter aſſumit? Dumque pro indulgentia, & miſeratione noſtri gerendo inferiora ſe videlicet vel agendo verbum caro factum evacuat in perſona, quod poſſidet in natura, & in vero humanitatis habitu factus obediens in homine, illud in ſe per humilitatem, & obedientiam naturæ noſtræ reſtituit, quod per inobedientiam perierat in Adam, & in carne mortuus ſemper vivit, in ſpiritu vivificans cum patre omnia, jam nunquam de cetero moriturus, eadem a patre ſuſcitatus in carne. Et ſit nobis primogenitus ex mortuis, qui eſt unigenitus Dei vivi, ac vivens ante ſæcula: propter nos pauper in tempore, & indigens in homine nobis accepit quod abundans ſemper habet in patre. *O altitudo divitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!* Donatur illi propter nos. Largitur autem omnibus, quia largitor omnium Deus, Deum ſe in donando cognoſcit, hominem in accipiendo ſe novit. Propter nos nomen accepit, *Ut in nomine Jeſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jeſus in gloria eſt Dei patris*.

Rom. 1.

2. Cor. 2.

Rom. 11.

Philipp. 2.

Hæc fides noſtra, & hæc mutatio dexteræ excelſi in emendatione meliori. Sic credimus, ſic tenemus, & hoc non ex nobis, Dei enim donum eſt, non ex merito propriæ ſapientiæ, ut non gloriemur in nobis. Ipſius enim factura ſumus. Jam pridem quidem creati in Chriſto: at nunc iterum parturientibus nos in lucem apoſtolicis viris, in eodem reparati. Ipſi ergo honor ſemper, & gloria.

De eo autem quod ſtultiſſime in epiſtola illa propoſuimus, ſed ignoranter, quodque nunc execrabile confitemur, id eſt aptantes ad Chriſtum laborem, devotionem, meritum, fidem, in tantum inconvenientia hæc Dei filio judicamus, ut reminiſcentes dictum a nobis ſummam cæcitatem noſtræ inſipientiæ reputemus, & ex aperto cernamus, quam vera quidem ſint adverſum nos ratione commoti, qui tanquam qui unicuique ſanctorum, licet hoc nunquam habuerimus in corde, pene Chriſtum ſimilem fecerimus, & illi, qui ſuper omnes eſt Deus, hæc quæ habet ſimplex, & nuda mortalitas adſignantes, inter ceteros quodammodo eum poſuerimus in numero. Licet enim dicatur, & vere ſit eccleſiæ corporis caput, atque ex eadem maſſa, qua omne genus hominum deſcendit ſecundum carnem, abſque peccato venire noſcatur: non tamen qui ſingularis eſt, inter ceteros computandus eſt: nec illa ad ipſum referenda ſunt, quæ poſſunt habere menſuram, quia ad ipſum dictum eſt: *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*. Ubi enim plenitudo deitatis eſt, illic nec menſura, nec modus eſt. Neſcit labore, devotione,

Philipp.

Joan. 3.

ne, fide, merito finem adprehendere meritorum, qui infinitus, & ſine terminis agit omnia poteſtate. Fit quidem homo, & vere ſecundum carnem homo naſcitur; ſed Deus eſſe non deſinit. Nutritur, proficit, creſcit, adoleſcit, & ſicut agnus coram tondente mutus convitia ſuſtinet, & flagellatur, & maledictam mortem auctor vitæ veniens in carnem non reſpuit. Sed hæc omnia non ut unus ex nobis neceſſitate conſummat, ſed poteſtatem habens animam ſuam ponere, & poteſtatem habens iterum ſumere illam, dignanter ſuſcepit voluntate.

Illud etiam minime reticendum cenſeo, quod in eadem epiſtola ſimili devians errore ſubjunxi, Chriſtum dominum noſtrum, ſic omnia quæ erant paſſionum impleſſe, ut in nullo quaſi perfectus homo a divinitatis auxilio juvaretur. Volens ſcilicet ita in Chriſto hominem adſignare perfectum, quo & alienum ab his paſſionibus verbum patris adſererem, & ſolum per ſe hominem egiſſe hæc omnia poſſibilitate naturæ mortalis ſine aliquo deitatis adjutorio probare conabar. Vere cæcus, qui ſuſceptum in Deo hominem confitebar, & quæ erat ipſius hominis nolebam in Deo eſſe ſuſcepta. In hoc utique haud dubie in ſe ſuſceperat totum hominem Deus, ut hæc quæ nos tanquam Deo putamus indigna, non per ſe ſolus homo ageret judicio naturali, ſed Deus per hominem, atque in homine, ipſe homo nobis factus, poteſtate & myſterio divinæ diſpenſationis impleret.

Dehinc, ne quid inſipientiæ deeſſet meæ, doctiſſimus ſcriba de non intellectis non intellecta confirmans, hæc ita debere intelligi, quæ ſupra poſuimus arbitrabar, ut teſtimonio illo, quo ſcriptum eſt, *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti*? Hoc ipſum eniterer adſignare; & idcirco dominum gloriæ in cruce hunc clamoris emiſiſſe ſermonem, quod perfecta hominis patientia minime adjuvante deitate in tantis doloribus probaretur. Ergo ſi cauſa probandæ humanæ patientiæ hanc vocem in doloribus conſtitutus emiſit, debuit etiam, & tunc ad probationem ejuſdem patientiæ eiſdem ſermonibus hoc clamare, cum cæſus eſt. Debuit & tunc eadem verba proferre, cum illa multiplici vulnerum corona, ubi tot fuere pœnæ, quot ſpinas illuſus accepit. Aut forſitan Chriſto fuerunt iſta leviora, illa graviora. Arbitror quod qui unam ad ſuſcipienda hæc omnia habere dignatus eſt voluntatem, unam, eamdemque habuit ad hæc omnia patienda virtutem. Clamavit ergo, ſicut ſcriptum eſt, & in ligno crucis pendens hanc vocem [1] primo morti emiſit non ut humanam, perfectamque in ſe patientiam demonſtraret, quæ ſine teſtimonio vocis cauſis ipſis, & rebus evidentibus probaretur: ſed ut vere, manifeſteque filius Dei ſecundum carnem ſe oſtenderet moriturum: & velut carnis ipſius voce utens, ponens præteritum pro futuro, quia per mortem crucis neceſſario terrenum corpus erat a Deo pro tempore relinquendum, non ſolum a Deo, verum etiam ab anima ſua, quæ erat unica cum Deo, hoc ipſum, priuſquam fieret, nobis moriens teſtaretur. Non enim tradito ſpiritu caro mortua poterat hoc clamare, alioquin mortuum Chriſtum in veritate quis crederet? Deus non in paſſionibus hominem, qui in homine ſecundum carnem dignatus eſt pati, ſed corpus in morte, & juxta legem exceſſus humani, divinitas cum unita ſibi anima, non crucifixum hominem reliquit in pœnam, ſed exanimem carnem deſeruit ad tempus: & tam Chriſtus filius Dei tunc mortuus jacuit in ſepulcro, quam idem Chriſtus filius Dei ad inferna deſcendit; ſicut beatus apoſtolus dicit: *Quod autem aſcendit, quid eſt niſi etiam quod deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos.* Ipſe utique dominus, hic Deus noſter Jeſus Chriſtus unicus Dei filius, qui cum anima ad inferna deſcendit, ipſe cum anima, & corpore aſcendit ad cœlum; quod & hic & in futuro Deum hominemque perfectum, eumdemque filium Dei, Deum verum in æterna ſæcula veneremur.

Hunc igitur dominum Deum meum, ſecundum magnum pietatis ſacramentum, ſicut in carne natum, in carne paſſum, in carne mortum, in carne ſuſcitatum, in carne elevatum, in carne glorificatum credo, atque confiteor: ita ipſum proprie in eadem carne credo eſſe venturum ad faciendum judicium in vivos, & mortuos: atque ab eodem pro merito proprio unumquemque ſempiternum habere præmium.

Ut autem & hinc nihil cuiquam in ſuſpicione derelinquam, tunc dixi, imo ad objecta reſpondi, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſecundum hominem diem judicii ignorare. Sed nunc non ſolum dicere non præſumo, verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte ſententiam: quia dici non licet, etiam ſecundum hominem ignoraſſe dominum prophetarum: Cauſarum vero ceteras quæſtiones aut in lectione, aut in exhortatione, aut in fraterna collatione protulimus, ubi ſi forte ſenſu magis, quam fide diſcrepavimus, quia longum eſt ire per ſingula, ſecundum hujus epiſtolæ fidem, ita nos illas omnes, ſicut ordo eccleſiæ catholicæ tenet, aut ſuſcipere, aut reprobare, teſtantes dominum Chriſtum, nec aliud profitentes, & aliud habentes in corde, ſinceriſſime confitemur. Sane ad condemnandam a nobis totius hæreſis infamiam, quia catholicos nos ex catholicis ſemper ſecundum puram conſcientiam novimus, anathema omnibus hæreticis dicimus, Photino, Ario, Sabellio, Eunomio, Valentino, Apollinari, Manichæo, & univerſis contra ſanam doctrinam venientibus, quia etſi lapſi ſumus lingua, vel ſenſu, non tamen voluntate, vel corde; ſicut ſcriptum eſt: *Qui labitur lingua, ſed non ex corde. Quis eſt enim qui non delinquit in lingua ſua?* Equidem domini mei venerandiſſimi, & beatiſſimi ſacerdotes, prout potui filius pacis ſecundum apoſtolum dicentem, *Qui obſervaverit totam legem, offendat autem in unum, factus eſt omnium reus*, non in paucis, ſed in grandibus offendens, feci me ex toto corde in omnibus reum. Sed in hoc perfectam probavi caritatem eorum, qui me perſecuti ſunt, non tamen gratis, quod tam velociter pleno amore ſuſceptus ſim emendatus, quam intentione perfecta, & æmulatione inſecuti ſunt aberrantem. Mihi autem, teſte Deo loquor, deſiderabilis omnium, & optabilis pax eſt. Quod ſupereſt nunc iterum, ite-

Pſal. 21. Matth. 27.

Ephes. 4.

Exili. 19.

Jacob. 2.

1 Forte, *proximus morti*. Hard.

iterumque deprecamur, date veniam ignoscendo nobis, & impetrate orando pro nobis. Opto vos patres in Deum vivere.

Ego Leporius libellum meo ſenſu dictatum, in quo fidem meam, quam Deo volente in finem uſque tenebo, medullitus exprimere volui coram ſanctis epiſcopis in eccleſia Carthaginenſi relectum ſubſcripſi.

Ego Dominus hanc fidem teneo, confiteor, huicque ſubſcripſi.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis oblato a Leporio libello, ac relecto ſubſcripſi.

[a] Hipponenſis. Auguſtinus epiſcopus [a] Hipponenſium regiorum oblato nobis a Leporio libello ſubſcripſi.

Florentius epiſcopus Hipponenſium Diarrhytorum oblato nobis a Leporio libello ſubſcripſi.

Secundus epiſcopus eccleſiæ Aquenſis, ſive Megarmitanæ [1] oblato nobis a Leporio libello ſubſcripſi.

Ego Bonus hanc fidem teneo, confiteor, huicque ſubſcripſi.

Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

1. *Libellus emendationis.*) Leporius monachus Maſſilia ob hæreſim ejectus, cum in Africa reſipuiſſet, ibi conſcripſit libellum emendationis, atque inde in Galliam ad epiſcopos miſit, circa annum Chriſti 429. Baronius ad annum refert 420. Joannes Papa II. in ep. 3. ad Avienum ſenatorem, Liberium & alios ſenatores, locum recitans ex libello ſeu epiſtola Leporii a ſynodo Africana confirmatam teſtatur. *Leporius*, inquit, *in epiſtola, quam Aurelius epiſcopus Carthaginenſis, & Auguſtinus, & ſynodus Africana firmavit.* Quod ſi Africanam eam dixit, quam habemus, poſt conſulatum Honorii 11. & Theodoſii 8. an. Chriſti 419. celebratam, in eumdem ſcilicet annum Leporii emendationem incidiſſe ſtatuendum eſt.

[a] Malim per ea tempora fuerunt, atque plerumque annum.

De illo tum monacho, poſtea presbytero, prater Caſſianum lib. 1. de incarnatione domini c. 3. *Is ergo agreſtis opinionis ſuæ perverſitate & inſpecta fidei luce, ſcribens ad Gallicanos epiſcopos ita exorſus eſt. Quid in me primum &c.* & Gennadium de viris illuſtribus c. 59. ſcribit etiam Facundus Hermianenſis epiſcopus lib. 1. de tribus capitulis ſynodi Chalcedonenſis, ad Juſtinianum imperatorem his verbis, *Cum quidem Leporius presbyter apud Gallias, depravatus a vera & antiqua eccleſiæ fide, eadem dicere præſumeret quæ poſtea Neſtorius docuit, atque inde pro tali errore depoſitus in Africam decendi ventret illic inſtructus, ut docet apoſtolus, in ſpiritu manſuetudinis a ſpiritalibus patribus Aurelio Carthaginenſi, & Auguſtino, atque aliis Africanæ epiſcopis, proviſſimam novitatem ſui dogmatis abdicavit. Scripſit autem libellum ſatisfactionis idem Leporius ad Gallos epiſcopos, quem memorati venerabiles patres, Auxilius atque Auguſtinus, & ceteri ſic probaverunt, ut ad faciendam veritatis fidem etiam ſuas ei ſubſcriptiones adjicerent. In quo libello poſt multa ſic dixit: Noſcitur ergo proprie de ſpiritu ſancto ex Maria virgine Deus homo Jeſus Chriſtus, &c.*

Ejusdem Notæ Postumæ.

Caſſianus hæreſim, cui cum aliis adhæſit Leporius, (neque enim ejus auctor fuit) ex maxima Belgarum urbe, hoc eſt ex Trevirenſi emerſiſſe ſignificat lib. 1. de Incarnatione Domini, cap. 11. Tum eam ſic explicat, quod dicentes, ſolitarium hominem Jeſum Chriſtum ſine ulla peccati contagione veniſſe, eo progreſſi ſunt, ut aſſererent, homines, ſi vellent, ſine peccato eſſe poſſe. Quorum hoc Pelagiani dogmatis erat, illud poſtmodum erroris fuit Neſtoriani. Ex Labbei Appendice Tom. 2.

De Leporii porro emendatione, literisque quas doloris ſui teſtes ad Gallicanos epiſcopos ex Africa ſcripſit, agens idem Caſſianus cap. 4. Leporium, tum etiam cum opus ad texeret, in Africa verſatum eſſe narrat: ut conjicere licet, apud Auguſtinum ſedem ſuam fixiſſe poſt converſionem ſuam, atque illum ipſum Leporium videri, qui inter Hipponenſis eccleſiæ presbyteros nominatur in actis eccleſiaſticis, quibus Eradium ſibi ſucceſſorem deſignavit epiſtola 110.

Epiſtola epiſcoporum Africanorum.) Etſi quatuor epiſcoporum nomine ſcripta eſt: ſic tamen redolet ſtylum atque ingenium Auguſtini, ut ab eo dictatam fuiſſe dubium non videatur. Fortaſſe & ab aliis quoque, vel aliorum certe nutu ac vice, conſcripta eſt. Nam Joannes II. Papa in epiſtola 3. ad Avienum & alios ſenatores, locum recitans ex ſequenti epiſtola ſeu libello Leporii, a ſynodo Africana confirmatum teſtatur: *Leporius*, inquit, *in epiſtola, quam Aurelius epiſcopus Carthaginenſis, & Auguſtinus, & ſynodus Africana firmavit. Noſcitur ergo*, &c. Quibus verbis ſi Africanam ſynodum eam dixit, quam habemus poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. anno Chriſti 419. celebratam, in eumdem ſcilicet annum Leporii emendationem incidiſſe ſtatuendum eſt. Baronius ad annum refert 420.

Observatio Phillipi Labbe S. J.

Emendationem Leporii alii ad annum 419. referunt, alii ad 420. aut 425. Ego libentius ad ſequentem 426. collocaverim, Theodoſio duodecies & Valentiniano Auguſto iterum conſulibus, ſiquidem is ſit Leporius, qui cum aliis quibuſdam presbyteris præſens interfuit Hippone regio die 6. Kalendas Octobris, cum a S. Auguſtino, Eradius ſucceſſor deſignatus eſt, & a clero populoque variis acclamationibus approbatus. De Leporio vero noſtro hæc habet mox citatus Gennadius: *Leporius adhuc monachus, poſt presbyter, præſumens de puritate vitæ, quam arbitrio tantum & conatu proprio (unde videas quam affines fuerint hæreſis Pelagiana, ac Neſtoriana) non Dei ſe adjutorio obtinuiſſe credidiſſet, Pelagianum dogma ceperat ſequi. Sed a Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Auguſtinum a Deo emendatus, ſcripſit emendationis ſuæ libellum, in quo & ſatisfacit de errore, & gratias agit de emendatione. Simul & quod male ſenſerat de incarnatione Chriſti corrigens, catholicam ſententiam tulit, dicens, manentibus in Chriſto duabus naturis unam credi filii Dei perſonam.*

VA-

1. Hard. *Megarmeltiana.*

VALENTINIANI III. CÆSARIS CONSTITUTIO

De diverſis eccleſiaſticis capitibus in Galliam miſſa Theodoſio Auguſto XI. & Valentiniano Cæſare conſulibus, anno Chriſti CCCCXXV.

I. Ut privilegia eccleſiis ſerventur.
II. Clerici ad ſæculares judices non trahantur.
III. Ut pellantur epiſcopi Pelagiani.
IV. Manichæi item, omneſque hæretici, cum mathematicis.
V. Ut Judæis cauſas agere, aut militare non liceat, nec mancipia Chriſtiana habere.

Imperator Theodoſius Auguſtus, & Valentinianus Cæſar, Armatio viro illuſtri præfecto prætorio Galliarum.

Codicis Theod. de epiſcop eccleſ & cler. leg. 47

I.

PRivilegia eccleſiarum, vel clericorum omnium, quæ ſæculo noſtro Tyrannus inviderat, prona devotione renovamus, ſcilicet ut quidquid a divis principibus ſinguli quique antiſtites impetrarunt, jugi ſolidata æternitate ſervetur: nec cujuſquam audeat titillare præſumptio in quo nos nobis magis præſtitum confitemur.

II.

Clericos etiam, quos indiſcretim ad ſæculares judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, epiſcopali audientiæ reſervamus; his manentibus, quæ circa eos ſanxit antiquitas. Fas enim non eſt, ut divini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio. Inluſtris auctoritas tua omni evo manſura, quæ juſſimus in provinciarum miſſa notitiam, præcipit etiam ſub pœna ſacrilegii cuſtodiri: ſpecialiter id inluſtribus comprehenſura præceptis, ut in omnibus circa eccleſiaſtica privilegia veterum principum ſtatuta ſerventur.

III.

Diverſos vero epiſcopos neſarium Pelagiani, & Cœleſtiani dogmatis errorem ſequentes, per Patroclum ſacroſanctæ legis antiſtitem præcipimus convenire. Quos quia confidimus emendari, niſi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, ſeſeque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco ſacerdotium fidelius ſubrogari: quatenus præſentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum diſciplinæ juſtioris inſtituatur.

IV.

Cod. Theod de hæreticis l. 66

Sane quia religioſos populos nullis decet ſuperſtitionibus depravari, Manichæos, omneſque hæreticos, vel ſchiſmaticos, ſive Mathematicos, omnemque ſectam catholicis inimicam, ab ipſo aſpectu urbium diverſarum exterminari debere præcipimus, ne præſentia quidem criminoſorum contagione fœdentur.

V.

a Concil. Meldenſ. can 73.

Judæis quoque, vel paganis [a], cauſas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Chriſtianæ legis nolumus ſervire perſonas, ne occaſione dominii ſectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur perſonas erroris infauſti jubemus excludi, niſi his emendatio matura ſubvenerit. Data * 7. Idus Julias. Aquilejæ, D. N. Theodoſio Auguſto XI. & Valentiniano Cæſare conſulibus [a].

* al. VIII.

a Anno Chr. 425.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

a Valentiniani III. Cæſaris conſtitutio.) In optimo & antiquiſſimo codice eccleſiæ Lugdunenſis, in quo poſt ſynodos Gallicanas adjecta ad finem ſunt integra diverſorum principum conſtitutiones 16. de rebus eccleſiaſticis, ducto ab iis tribus initio, quæ jam editæ ſunt ad calcem codicis Theodoſiani, huic Valentiniani Cæſaris conſtitutioni, quæ ſexta ordine numeratur, titulus argumenti loco eſt hujuſmodi: *Non liceat clericos judicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de ſectatoribus proferi, & Chriſtianos ſervos non debere Judæi ſervire, & Judæos non debere militare.*

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ.

Ex Labbei Appendice Tom. 2.

IN optimo & antiquiſſimo codice Lugdunenſis eccleſiæ, in quo poſt ſynodos Gallicanas adjecta ſunt ad finem integræ diverſorum principum conſtitutiones 16. de rebus eccleſiaſticis, ducto ab iis tribus initio, quæ jam editæ ſunt ad calcem codicis Theodoſiani, huic Valentiniani Cæſaris conſtitutioni, quæ ſexta ordine numeratur, titulus argumenti loco præfixus eſt hujuſmodi, *Non liceat clericos judicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de ſectatoribus proferi, & Chriſtianos ſervos non debere Judæi ſervire, & Judæos non debere militare.* Privilegium ergo clericis ademptum ab Joanne tyranno (hunc enim deſignat, qui proxime a Theodoſii ducibus fuerat oppreſſus, vitaque & imperio, quod Honorio defuncto invaſerat, ſpoliatus) hac lege redintegratur, ne illos ad ſæculares judices pertrahere liceat, ſed epiſcopali audientia reſerventur. Quod privilegium multi ante principes ſuis reſcriptis conſtabiliverant, tum ante paucos annos de accuſationibus clericorum, Honorius Valentiniani Cæſaris avunculus teſtatus erat, quod alio loco diximus, clericos non niſi apud epiſcopos accuſari oportere. L. XI.I. cod. Theod. *De epiſcopis, &c.*

Armatio viro prat. p. Galliarum.) Non ad Armatium, ſed ad Baſſum comitem rei privatæ inſcribitur lex poſtrema Cod. eodem *De epiſcopis*, &c. quæ congruit cum prima parte hujus conſtitutionis. Nimirum de eadem re in diverſa loca ſcripſerat Valentinianus: in Gallias vero eo exemplo in codicem relata eſt, quo miſſa fuerat ad præfectum Galliarum.

Diverſos epiſcopos.) Pelagiani catholicis permiſceri ſolebant, quia eccleſiam aliam non habebant; ideo non facile cognoſcebantur. Vetus auctor hujus ævi e bibliotheca S. Mariæ Remenſis, qui tres libros compoſuit adverſus Prædeſtinatianos, atque in primo de nonaginta hæreſibus diſſeruit, hæreſi 88. *Pelagiani*, inquit, *ſeu Cœleſtiani catholica plebi permiſti ſunt, quia eccleſiam aliam non habent: & ideo, ubi eis occurrit, communionem non renuunt. Dicunt enim unius confeſſionis eſſe in hac parte in qua euchariſtia conficitur. De quæſtione enim, aiunt, non de communione diſceptamus. Pro hoc anjn & a noſtris, ſi deprehendantur, perſequi ſubjacent, & a ſuis excommunicati habentur. Habent enim & presbyteros & epiſcopos ſuos.*

Intra viginti dies.) Patres ad reſipiſcendum induciis ſchiſmaticis in urbe dedit idem Valentinianus ad Feſtum præfectum urbi paucis poſt diebus ſcribens L. LXII. cod. Theod. De hæreticis. *Circa hoc autem maxime*, inquit, *urgenda commotio eſt, qui pravi ſuaſoribus*

nibus a venerabili Papa ſefe communione ſuſpendant, quorum etiam ſubſtantia plena ratione reliqua utatur. His, contentione promiſſa triginta dierum, condemnatis inductos, intra quos niſi ad communionem redierint ſanitatem, expulſi uſque ad extremum lapidem ſolitudine quam eligant maneantur.

Judaïs quoque.) Concilium Moldenſe canone 73. Militiam Judæis interdixerat Honorius, advocationem-

A permiſerat. L. XXIV. Cod. Theod. De Judæis. Mancipia vero Chriſtiana ut habere Judæis liceret, indulſerat idem Honorius hac conditione, ut religionem aliis ſervari permitterent, L. III. Ne Chriſtianum mancipium Judæus habeat. Lex hæc & a cauſis agendis Judæos, militiaque exciudit, & ne Chriſtianos ſervos haberent penitus interdixit.

IN STATUTA COMPLUTENSIA

JOANNIS DOMINICI MANSI

PRÆMONITIO.

Quibus hic ſubjicio ſtatutis, titulum hunc ideo præfixi, quod auctor Codicis vetuſtiſſimi Lucenſis extraxiſſe ſe illo deſignat ex Codice quodam Complutenſi. Caterum Codex eum titulum præfert, quem inferius repræſento. Porro Canones priores 17. ſunt Nicæni, ſuccedunt uſque ad 38. Sardicenſes; recurrit ultimus Nicænus. Tum a num. 40. ad 55. Ancyrani; dein Neocæſarienſes cum aliis Ancyranis permiſcentur uſque ad num. 72. Subduntur Gangrenſes a num. 73. uſque ad 83. quos excipiunt Antiocheni uſque ad n. 92. Hæc ante me a fratribus Ballerinis animadverſa ſunt, ipſa ſtatuta in Veronenſi perſimili Codice nactis.

DE LIBRO COMPLUTENSE.

B

Ex Concilio Nicæno, vel aliis Conciliis.

I.

Qui ſe abſciderit, nullatenus accipiatur in Clero; qui ab aliis recipiatur.

II.

Gentilis catechizatus baptizetur; & baptizatus in Sacerdotio non promoveatur. ✠ Si quis probatus fuerit in animal converſatus, deponatur.

III.

Mulier non habitet cum quoquam de C Clero, niſi Tia, Ameta, & Soror.

IV.

Epiſcopus ſine Metropolitani conſcientia non ordinetur, & omnis Concilii Epiſcoporum conſenſu; præſentes vero vel tres.

V.

Excommunicatum alius Sacerdos non recipiat ✠ Duo Concilia fiant in anno, unum ante quadrageſimam aliud poſt autumnum.

VI.

Romanus, Alexandrinus, Antiochenus primatum teneant ✠. Si quis ordinatus fuerit ſine conſcientia Metropolitani deponatur. ✠ Plurimorum Epiſcoporum ad ordinandum Epiſcopum teneatur ſententia. D

VII.

Qui ſe affirmant mundos eſſe, per manus impoſitionem in Clero maneant ✠ In ſecundis nuptiis cum aliis commune tenam (*ſic*)

VIII.

Qui in perſecutione lapſi ſunt, ſequantur ſtatuta Eccleſiæ catholicæ ✠ Epiſcopus de Catharis ideſt mundis ſi venerit ad catholicam Eccleſiam, aut presbyter ſit in civitate, aut in villa, ut Epiſcopus habeatur; ut in civitate duo Epiſcopi non videantur eſſe.

IX.

Si quis ſine diſcuſſione, aut diſcuſſus denegaverit facinora ſua, & poſtea detecta fuerint, deponatur; ſimili modo & qui lapſi ſunt.

X.

Qui ſine neceſſitate lapſi ſunt XIII. annos pœnitentiæ agant ✠. Si quis amiſſo (*dimiſſo*) balteo converſi ſunt, & poſtea ad votum reverſi ſunt XIII. annos pœnitentiæ agant; Epiſcopi vero ſit inquiſitio converſationis eorum.

XI.

Qui in finem exitus viaticum acceperit, Epiſcopus cum deliberatione Communionem det.

XII.

Diacones non dividant ante presbyteros Euchariſtiam; nec ſedeant ante presbyteros, vel ſi fecerint, reponantur.

XIII.

Catechumenus ſi peccaverit, triennio audiat ſcripturas, & poſtea cum catechumenis oret.

XIV.

Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, qui dimiſerit Eccleſiam ſuam, & in aliam tranſitum fecerit, deponatur.

XV.

XV.

Si quis uſuram acceperit, deponatur.

XVI.

Paulianiſtæ ſi reverſi fuerint recipiantur Eccleſiæ, ſed non promoveantur in honore.

XVII.

Similiter Schiſmaticas Diaconiſſas inter laicas reputandas.

XVIII.

Epiſcopus qui dimiſerit cathedram ſuam, & aliam apprehenderit, nec laicam communionem habeat.

XIX.

Epiſcopus per ambitionem populi ſi ordinatus fuerit, nec in finem communicet.

XX.

Epiſcopus ad aliam provinciam, ubi Epiſcopi ſunt conſtituti, non vadat niſi rogatus.

XXI.

Epiſcopus ſi cauſam habuerit, Epiſcopi judicent; quod ſi appellare voluerit, unus appellet, & ad Romanum Epiſcopum judices petat.

XXII.

Epiſcopus ſi depoſitus fuerit, alius non ordinetur uſque ad judicium Romani Epiſcopi.

XXIII.

Epiſcopi ſi mortui fuerint, & unus remanſerit, de alia provincia veniant, & cum illo uno alius ordinetur; vilis perſona Epiſcopus non ordinetur.

XXIV.

Epiſcopus ſi appellaverit judicium Epiſcoporum (ſic) Epiſcopus Romanus dirigat presbyteros, & audiant.

XXV.

Epiſcopi ad comitatum non vadant ſine juſſu Principis, ſed quod volunt per Diaconum ſuggerant.

XXVI.

Epiſcopus non dirigat in comitatu ſine Metropolitani conſcientia, vel Romani Epiſcopi.

XXVII.

Viduæ, & pupilli cauſas ad Epiſcopum dirigant, non ad comitatum.

XXVIII.

Epiſcopus pro ambitione aliqua, & parva re ſi ad comitatum ambulaverit, excommunicetur.

XXIX.

Monitus Epiſcopus ab alio Epiſcopo (*ut*) non ambulet in comitatum, ſe revocet.

XXX.

Per omnes gradus Eccleſiaſticos Epiſcopus ordinetur.

XXXI.

Epiſcopus in alterius Eccleſia tres Dominicas plus non faciat.

XXXII.

Epiſcopo liceat in poſſeſſione ſua in alia provincia (*poſſe*) ambulare.

XXXIII.

Epiſcopus excommunicatum alterius non ſuſcipiat.

XXXIV.

Excommunicato clerico liceat ad alios Epiſcopos ambulare.

XXXV.

Epiſcopus alterius Epiſcopi clericum non ordinet.

XXXVI.

Epiſcopo alterius clericum nec de diœceſi liceat tollere.

XXXVII.

Presbyter, Diaconus foris de Eccleſia ſua pluſquam tres ſeptimanas non faciat.

XXXVIII.

Qui perſecutionem patitur, accipiatur in alia Civitate.

XXXIX.

Die Dominico, & Pentecoſte nullus genua flectat.

XL.

Presbyter, Diaconus qui ſacrificaverunt, recipiantur, ſed non offerant.

XLI.

Si cum plagis, & diſpolio ſuo ſacrificaverint, recipiantur, & communicent.

XLII

Si quis Presbyter, vel Clericus violenter ſacrificaverit, VI. annis ad orationem fidelium admittatur, ſi albam induerit.

XLIII.

Si Clericus violenter in veſte lugubri manducaverit in templo, poſt tres annos communicet.

XLIV.

Qui lætantur, & cum gentilibus epulantur abſconſe, poſt II. annos communicent.

XLV.

Qui & aliis ſuaſerint lætari, XIII. annos pœniteat.

XLVI.

Sponſatæ, ſi raptæ fuerint, ſponſo reddantur, etſi corruptæ fuerint a raptore.

XLVII.

Diacones ante ordinationem ſi teſtati ſunt ſine uxore non poſſe eſſe deponantur.

XLVIII.

Duplicati matrimonio in clero non admittendi.

XLIX.

Puellæ quæ ſe voverint, & maritum acce-

acceperint, per multos annos pœniteat.

L.

Qui ante baptiſmum ſacrificaverunt, in clero admittendi.

LI.

Clericus, qui manducat contaminatum, deponatur.

LII.

Epiſcopus ſi vendiderit rem Eccleſiæ, ex quo non fiat aumentum Eccleſiæ, deponatur.

LIII.

Qui mœcatus fuerit, VII. annis pœniteat, ſimiliter & mulieres.

LIV.

Mulieres quæ aborſum fecerint, vel filios natos occiderint, in finem communicent, aut X. annos pœniteant.

LV.

Si quis homicidium voluntarius fecerit, ad mortem communicet; qui ſine voluntate V. annis, aut VII. pœniteat.

LVI.

Qui homicidium voluntarie fecerit, aut caſu homicidium fecerit; qui duas uxores habet.

LVII.

Mulier quæ duos fratres maritos habuerit, vel unus duas ſorores uſque ad mortem pœniteat.

LVIII.

Si alicujus laici uxor fornicata fuerit in clero non admittatur, ſi de clero dimittatur.

LIX.

Qui divinos interrogaverint, vel auguria reſpicient, V. annis pœniteant.

LX.

Presbyter, Diaconus ſi confeſſus fuerit criminale peccatum, non offerat; Diaconus vero ſubdiaconus ſit.

LXI.

Presbyter ante XXX. annos non ordinetur, aut certe ſub oculo ſervetur.

LXII.

Presbyteri de Villa in Civitate abſque juſſione Epiſcopi, vel presbyteri non miniſtrent, nec offerant.

LXIII.

Si quis cum animalibus, vel proximis ſe commiſcuerit, XX, aut XXX. annos pœniteat.

LXIV.

Epiſcopus ubi ordinatus fuerit, ſi receptus non fuerit in aliam eccleſiam ordinetur.

LXV.

Si quis confeſſorem ſed profeſſus fuerit, ſi non compluerit inter bigamos habeatur. (ita lego in cod.)

LXVI.

Devotus in domo ſua præter ſororem nullam habeat.

LXVII.

Si quis ſponſaverit puellam & poſtea germanam illius acceperit, ſi exinde homicida factus fuerit XI. annos pœniteat.

LXVIII.

Qui multis nuptiis irruunt pœnitentiam agant.

LXIX.

Catechumenus ſi peccaverit pœniteat, & poſt pœnitentiam ſi peccaverit ab eccleſia abjiciatur.

LXX.

Mulier nixa ſi voluere percipere, percipiat.

LXXI.

Presbyter bigamus non ordinetur.

LXXII.

In neceſſitate baptizatus non ſit presbyter, niſi converſatio ejus probetur.

LXXIII.

In grandi eccleſia ſeptem tantum ſint Diaconi.

LXXIV.

Nuptias qui prohibet anathema ſit.

LXXV.

Servus ut non ſerviat domino ſuo anathema ſit.

LXXVI.

Si quis manducaverit ſine ſanguine non maculatum, neque offocatum cum reverentia, & fide, & judicaverit aliquis (*ſit*) anathema ſit.

LXXVII.

Qui exſpernit domum Dei anathema ſit.

LXXVIII.

Si quis cuſtodit virginem ſuam, ſpernit nuptias anathema ſit.

LXXIX.

Mulier quæ propter caſtitatem ſi mutaverit (ſuam in) veſtem virilem anathema ſit.

LXXX.

Mulier quæ dimiſerit maritum ſuum ſpernens conjugium anathema ſit.

Hic numerus bis ſignatur in cod.

LXXXI.

Si quis filius in ſacerdotio poſitus non onoraverit parentes anathema ſit.

LXXXII.

Si quæ mulier quaſi propter religionem capillos ſuos detonderit, anathema ſit.

LXXXIII.

Si quis abſtinens jejunia interdicta ſolverit, anathema ſit.

LXXXIV.

Si quis oblationes in honore martyrum non acceperit anathema ſit.

LXXXIV

LXXXV.

Si quis de intrantibus eccleſia Dei pro aliqua ſuſpicione euchariſtiam non receperit abjiciatur de eccleſia & pœnitentiam agat.

LXXXVI.

Si quis ſuam eccleſiam dimiſerit, & ad aliam fuerit deponatur.

LXXXVII.

Epiſcopus presbyter vel diaconus in concilio decectus (depoſitus) fuerit non offerat.

LXXXVIII.

Si quis presbyter vel diaconus dejectus, ab epiſcopo ſub altare poſuerit, vel immolaverit, excommunicetur.

LXXXIX.

Si quis adreptus fuerit, ſi clericus abjiciatur, ſi laicus non admittatur in clero.

XC.

Si expoſitus fuerit in eccleſia qui tetigerit eum teſtatus fuerit nullam calumniam habeat.

XCI.

Omnes qui baptizare poſſunt chriſma portent; ſine conſenſu conjuges non accipiant pœnitentiam.

XCII.

Prius pauperibus, & pupillis pars detur, & ſic partiat clerus.

XCIII.

Nullus cum Judæis teneat Paſcha.

CONVENTUS EPISCOPORUM, CLERI ET PLEBIS

Eccleſiæ Hipponenſis habitus Anno CDXXVI. in quo Heraclius Presbyter electus eſt ut ſucceſſor eſſet S. Auguſtini Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ. Titulus ſic habet in veteri codice MS. bibliothecæ Colbertinæ.

Ex Nova Baluzii Collectione S. Auguſtin. epiſt. 220.

Geſta beati Auguſtini Epiſcopi, in quibus Heraclium Presbyterum ſibi pronunciat ſucceſſorem.

Glorioſiſſimo Theodoſio XII. & Valentiniano Auguſto iterum Conſulibus, ſexto Kalendas Octobris, cum Auguſtinus Epiſcopus una cum Regilisano & Martiniano coepiſcopis ſuis conſedisſet in Eccleſia Pacis Hipponenſium regiorum, præſentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Ruſtico, Lazaro & Heraclio Presbyteris, aſſtante clero & frequenti populo, Auguſtinus epiſcopus dixit. Quod heſterno die promiſi caritati veſtræ, propter quod vos voluiſſe frequentius convenire, & video frequentius convenisse, mora omni poſtpoſita hoc agendum eſt. Si enim aliud velim loqui, in illud luſpenſi, minus auditis. Omnes in hac vita mortales ſumus; & dies hujus vitæ ultimus omni homini eſt ſemper incertus. Veruntamen in infantia ſperatur puertitia, & in pueritia ſperatur adoleſcentia, & in adoleſcentia ſperatur juventus, & in juventute ſperatur gravitas, & in gravitate ſperatur ſenectus. Utrum contingat, incertum eſt; eſt tamen quod ſperetur. Senectus autem aliam ætatem quam ſperet non habet. Incertum eſt enim ipſa ſenectus quandiu ſit homini. Illud tamen certum eſt, nullam remanere ætatem quæ poſſit ſuccedere ſenectuti. Quia voluit Deus, ad iſtam civitatem cum vigore ætatis adveni; ſed tamen juvenis fui, & ſenui. Scio poſt obitus Epiſcoporum, per ambitioſos aut contentioſos ſolere Eccleſias perturbari, & quod ſæpe expertum ſum & dolui, debeo, quantum ad me attinet, ne contingat huic proſpicere civitati. Sicut novit caritas veſtra, in Milevitana Eccleſia modo fui. Petierunt enim me fratres, & maxime ſervi Dei qui ibi ſunt, ut venirem: quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris & coepiſcopi mei Severi, nonnulla ibi perturbatio timebatur. Veni, & quomodo voluit Dominus, adjuvit nos pro ſua miſericordia, ut cum pace Epiſcopum acciperent quem vivus deſignaverat Epiſcopus eorum. Hoc enim eis cum innotuiſſet, voluntatem præcedentis & decedentis Epiſcopi ſui libenter amplexi ſunt. Minus tamen aliquid factum erat, unde nonnulli contriſtabantur, quia frater Severus putaverat ſufficere ut ſucceſſorem ſuum apud Clericos deſignaret, apud populum inde non eſt locutus; & erat inde aliquorum nonnulla triſtitia. Quid plura? Deo placuit; triſtitia fugata eſt, gaudium ſucceſſit. Ordinatus eſt Epiſcopus quem præcedens Epiſcopus deſignaverat. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credo Dei eſſe, in omnium veſtrum notitiam perfero. Presbyterum Heraclium mihi ſucceſſorem volo. *A populo acclamatum eſt*: Deo gratias, Chriſto laudes. *Dictum eſt vicies ter*. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita. *Dictum eſt ſedecies*. [1] Te patrem, te Epiſcopum. *Dictum eſt octies. Cumque reticerent, Auguſtinus epiſcopus dixit*: Non opus eſt me de laudibus ejus aliquid dicere. Faveo ſapientiæ, & parco verecundiæ. Sufficit quia noſtis eum: & hoc me velle dico quod vos velle ſcio; & ſi ante neſcirem, hodie probarem. Hoc ergo volo: hoc a Domino Deo noſtro nunc etiam in ætate frigida votis ferventibus poſco; hoc ut mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, ut omnium in pace Chriſti collatis & conflatis mentibus, confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. Qui miſit mihi eum, ſervet eum, ſervet incolumem, ſervet ſine crimine: ut qui facit gaudium viventis, locum ſuppleat morientis. A Notariis Eccleſiæ, ſicut cernitis, excipiuntur

1 TE PATREM) Codices Colbertini, quorum unus eſt veruſtiſſimus: *Te patre, te Epiſcopo*. Sic etiam infra

tur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis; & meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertius ut dicam, eccleſiaſtica nunc geſta conficimus. Sic enim hoc eſſe, quantum ad homines attinet, confirmatum volo. *A populo acclamatum eſt*: Deo gratias, Chriſto laudes. *Dictum eſt tricies ſexies*. Exaudi Chriſte, Auguſtino vita. *Dictum eſt* [1] *tredecies*. Te patrem te Epiſcopum. *Dictum eſt octies*. [2] Dignum & juſtum eſt. *Dictum eſt vicies*. Bene meritus, bene dignus. *Dictum eſt quinquies*. Dignus & juſtus eſt. *Dictum eſt ſexies*. *Cumque reticerent*, *Auguſtinus epiſcopus dixit*: Ergo, ut dicebam, voluntatem meam & voluntatem veſtram geſtis eccleſiaſticis, quantum ad homines attinet, confirmatam volo: quantum vero ad latentem omnipotentis voluntatem, omnes, ut dixi, oremus ut confirmet Deus quod operatus eſt in nobis. *A populo acclamatum eſt*; Judicio tuo gratias agimus. *Dictum eſt ſedecies*. Fiat, fiat. *Dictum eſt duodecies*. Te patre, Heraclium Epiſcopum. *Dictum eſt ſexies*. *Cumque reticerent*, *Auguſtinus epiſcopus dixit*: Scio quod ſcitis & vos; ſed nolo de illo fieri quod de me factum eſt. Quid autem factum ſit, multi ſcitis: illi ſoli neſciunt qui tunc aut nondum nati erant, aut nondum habebant ætatem ſciendi. Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & epiſcopo meo ſene Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo, quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat. Quod ergo reprehenſum eſt in me, nolo reprehendi in filio meo. *A populo acclamatum eſt*. Deo gratias, Chriſto laudes. *Dictum eſt tredecies*. *Cumque reticerent*, *Auguſtinus epiſcopus dixit*: Erit Presbyter ut eſt, quando Deus voluerit futurus epiſcopus. Sed plane modo facturus ſum, adjuvante miſericordia Chriſti, quod adhuc uſque non feci. Noſtis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permiſiſtis: & placuit mihi & vobis propter curam ſcripturarum, quam mihi fratres & patres mei coepiſcopi duobus Conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati ſunt, ut per quinque dies nemo mihi moleſtus eſſet. Geſta confecta ſunt, placuit, acclamaſtis. Recitatur placitum veſtrum, & acclamationes veſtræ. Parvo tempore ſervatum eſt circa me, & poſtea violenter inruptum eſt, & non permittor ad quod volo vacare. Ante meridiem, poſt meridiem, occupationibus hominum teneor. Obſecro vos & obſtringo per Chriſtum ut huic juveni, hoc eſt, Heraclio Presbytero quem hodie in nomine Chriſti deſigno epiſcopum ſucceſſorem mihi, patiamini me refundere onera occupationum mearum. *A populo acclamatum eſt*: Judicio tuo gratias agimus. *Dictum eſt vicies* [3] *ſexies*. *Cumque reticerent*, *Auguſtinus epiſcopus dixit*. Ego caritati & benevolentiæ veſtræ apud Dominum Deum noſtrum gratias ago, immo de illa Deo gratias ago. Ergo, fratres, quidquid eſt quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ubi neceſſarium habuerit conſilium meum, non negabo: auxilium abſit ut ſubtraham. Tamen quicquid illud eſt quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipſe me aut conſulat, ſi forte non invenerit quid facere debeat, aut poſcat adjutorem quem novit patrem: ut & vobis nihil deſit, & ego tandem aliquando, ſi quantulumcunque ſpatium mihi hujus vitæ donaverit Deus, ipſam meam quantulumcunque vitam non dem ſegnitiæ nec donem inertiæ, ſed in ſanctis ſcripturis, quantum ipſe permittit, & largitur, exerceam. Hoc & ipſi proderit, & per ipſum etiam vobis. Nemo ergo invideat otio meo, quia meum otium magnum habet negotium. Video me de hac re, propter quam vos invitavi, omnia vobiſcum egiſſe quæ debui. Hoc ad ultimum rogo, ut geſtis iſtis dignemini ſubſcribere qui poteſtis. Hic mihi reſponſione veſtra opus eſt: tenebam reſponſionem veſtram, de hac aſſenſione aliquid acclamate. *A populo acclamatum eſt*; Fiat, fiat. *Dictum vicies quinquies*. Dignus eſt, juſtus eſt. *Dictum vicies octies*. Fiat, fiat. *Dictum quaterdecies*. Olim dignus, olim meritus. *Dictum vicies quinquies*. Judicio tuo gratias agimus. *Dictum tredecies*. Exaudi Chriſte, Heraclium conſerva. *Dictum* [4] *octieſdecies*. *Cumque reticerent*, *Auguſtinus epiſcopus dixit*: Bene habet, ut ea quæ Dei ſunt, circa ſacrificium ejus agere valeamus: in qua hora ſupplicationis noſtræ maxime commendo caritati veſtræ ut omnes veſtras cauſas & negotia intermittatis, & pro iſta Eccleſia & pro me & pro Presbytero Heraclio Domino precem fundatis. *Explicit*.

CONCILIUM HIPPONENSE

Anno CCCCXXVII. die VIII. Kal. Octob. habitum.

Concilium iſtud indicatur in Mſ. Cod. Pariſienſi Soc. Jeſu a P. Harduino indicato, in quo titulus iſte legitur: *Pierio, & Ardatore Coſſ. VIII. Kal. Octob. in Baſilica Leontina*: *Placuit univerſo Concilio &c.* Huic vero Concilio ibidem tribuuntur Canones XXIX. & XXX. Codicis Africani. Item luci vindicant Ballerini itemque Harduinus Canonem LIV. & CLXXXXVIII. Ferrandi; ſicut etiam aſſignant illum, quem Ferrandus ponit num. XXXV. tit. 8.

CON-

1 *Tredecies*) Unus Colbertinus: *quater decies*. Item infra.
2 *Dignum*) Iidem Codices. *Dignus & juſtus eſt*. Quo modo habent etiam alia exemplaria.
3 *Sexies*) Codices Colbert. *ſepties*.
4 *Octies decies*) Unus Colbert. *vicies novies*.

[a] CONCILIUM CONTRA MASSALIANOS HÆRETICOS IN ORIENTE CELEBRATUM

Anno CDXXVII. [1] ſub Cæleſtino Pontifice.

Cauſa, locus & tempus concilii.

[a] *Concilium.*) Anno Chriſti 427. Cæleſtini 4. Theodoſii 20. celebrata eſt ſynodus in oriente, in qua adverſus Maſſalianos hæreticos, alias ſæpe damnatos, conſtitutum fuit, ne, licet ſummam præ ſe ferrent pœnitentiæ ſpeciem, amplius in eccleſiam reciperentur, quam ſæpius graviſſime eluſerant. Hunc conventum epiſcoporum celebrem fuiſſe, ex præſentia Siſinnii Conſtantinopolitani, & Theodoti Antiocheni epiſcopi, evidenter intelligi poteſt. Acta hujus ſynodi perierunt: Canon, quem Photii bibliotheca [a] ſervavit, reliquus reperitur hic dumtaxat unus: *Si quis poſt anathematiſmum fuerit aliquando deprehenſus vel verbo, vel opere in ſuſpicionem hujus morbi lapſus, nunquam amplius in poſterum locum habeat, neque ſi decies millies polliceatur ſe eſſe paratum ad omnia, quæ ad pœnitentes attinent.* Vide Baronium 427. num. 23.

[a] Cod. 52.

IDEM CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.

Ex nova Baluzii Collectione.

Concilium iſtud juſſu, & auctoritate Theodoſii Imperatoris congregatum eſt propter ordinationem Siſinnii Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui recens electus erat in locum Attici. Interfuerunt autem Theodotus Epiſcopus Antiochenus, Neon incertæ ſedis Epiſcopus, & multi alii. Quoniam vero interdum Epiſcopi, qui propter ordinationes tantum convenerant, fidei tamen ac morum cauſas per eam occaſionem tractare ſolebant, in hac ſynodo actum eſt adverſus Maſſalianos hæreticos, qui hoc quoque damnati ſunt. Refert Photius initium epiſtolæ ſynodicæ ad Beriniauum Pergenſem, Amphilochium Sidenſem, & ceteros Pamphyliæ Epiſcopos ſcriptæ, quod ſic habet.

Τοῖς θεοφιλεσάτοις συλλειτουργοῖς Βηρινιανῷ καὶ Ἀμφιλοχίῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, Σισίννιος καὶ Θεόδοτος, καὶ πᾶσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ θείαν χάριν συγκροτηθεῖσα ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, τῆς χειροτονίας ἕνεκα τοῦ θεοφιλεσάτου ἐπισκόπου Σισιννίου, θεσπίσματι τοῦ εὐσεβεσάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Deo cariſſimis ſacrorum collegis Beriniano, & Amphilochio, omnibuſque adeo in Pamphylia Epiſcopis Siſinnius, atque Theodotus, & univerſa ſancta ſynodus, quæ Dei gratia in magna urbe Conſtantinopolitana coacta eſt conſecrandi gratia Deo amantiſſimi epiſcopi Siſinnii, juſſu & auctoritate pientiſſimi & Chriſto cari Imperatoris noſtri Theodoſii, ſalutem in Domino.

In ea ipſa ſynodica epiſtola, ut ait idem Photius, Neon epiſcopus exclamavit, ut ſi quis poſt anathematiſmum ullo tempore deprehenſus fuerit vel aut verbo in ſuſpicionem malæ hujus ſectæ incidiſſe, nunquam poſtea locum teneat, ne ſi millies quidem pœnitentibus conſtitutas pœnas luiturum ſe polliceatur. Pari cum hoc periculo, & eum ſubjicit qui conſentiat applaudatque, ſive epiſcopus, ſive quis alius ille fuerit. Falluntur autem qui hæc Neonis verba nobis obtrudunt, tanquam ſynodi canonem. Quamvis enim haud dubie ita decretum fuerit ab omnibus epiſcopis, hoc tamen non referuntur eorum verba, ſed Neonis tantum.

Mentionem porro iſtius ſynodi Conſtantinopolitanæ ſub Siſinnio reperi in actis Concilii Epheſini primi editis a Roberto Vvintero, quæ dein a Peltano recuſa ſunt in parte III. *ejuſdem Concilii act.* VII. *Illic enim legitur Valerianum Iconienſem, & Amphilochium Sidenſem epiſcopos in eo Concilio conqueſtos eſſe de Meſſalianitis.* At nobis conſiderantibus, *inquiunt*, attulit pientiſſimus, & religioſiſſimus epiſcopus Valerianus ſchedulam ſynodicam de illis compoſitam in magna Conſtantinopoli ſub beatæ memoriæ Siſinnio. Quæ ubi lecta, ab omnibus probata eſt, quod bene ſit condita rectèque habeat. Et placuit nobis omnibus & pientiſſimis epiſcopis Valeriano & Amphilochio & omnibus Pamphyliæ, Lycaoniæ provinciarum pientiſſimis Epiſcopis ut omnia, quæ in ſynodica charta contenta robur habeant, & nullo modo præterenda, ut ſolida ſint.

Hinc ergo, itemque ex Photio, diſcere potuit illuſtriſſimus Cardinalis Baronius locum, in quo ſynodus illa Siſinnii habita eſt, quem ignorare ſe profeſſus eſt in annalibus eccleſiaſticis,

CON-

[1] Cum coactum fuerit hoc Concilium, ut inquit Photius, conſecrandi gratia Epiſcopi Siſinnii, & die ultima Februarii, anno 426. conſecratus fuerit Siſinnius, ad idem tempus referendam ſequitur hanc ſynodum.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Habitum anno CDXXVIII.

Ex Nova Bibliotheca Collectione. Socr. l. 7. c. 26.

POſt mortem Attici epiſcopi Conſtantinopolitani, ingens contentio de ordinatione ſucceſſoris exorta eſt, aliis Philippum Presbyterum, qui factus fuerat Diaconus a ſancto Joanne Chryſoſtomo, cupientibus, aliis vero Proclum, qui etiam Presbyter erat. Et hæc quidem in clero. Sed univerſus populus, communi conſenſu Siſinnium optabat, qui presbyterii gradum ſortitus fuerat in ſuburbano Conſtantinopoleos; cui nomen erat Elæa, virum pietatis nomine celeberrimum, ac præterea ita liberalem in pauperes ut eis multo plura tribueret quam poſſet. Prævaluit igitur ſtudium laicorum; ordinatuſque eſt Siſinnius anno Chriſti 426. pridie Kalendas Martias. Graviter & iniquo animo iſta tuliſſe Philippum collegerunt Socrates, & Photius ex illius hiſtoria Chriſtiana; ubi ordinationem illam pluribus reprehendit; ordinatum ſimul & ordinatores, ac præcipue laicos, acerbe ac immodeſte perſtringens. Siſinnium ſane propterea vehementius carpit quod cum ambo ejuſdem gradus atque ordinis eſſent, & ipſe in dicendo atque in omni genere doctrinæ ſuperior eſſe videretur, Siſinnius tamen ad pontificalem apicem, eo ſpreto, evectus fuiſſet. Sed hi clamores fruſtra fuere.

Phot. cod. 55.

Siſinnius autem cum in epiſcopatu nondum biennium expleviſſet, ex hac luce migravit anno 428. 9. Kal. Januarii. Cum igitur eadem ſtudia recalefcerent in Proclum & Philippum, placuit Imperatoribus neminem ex eccleſia Conſtantinopolitana ad epiſcopatum promovere, propter homines inanis gloriæ ſtudioſos, ut ait Socrates. Peregrinum igitur hominem, Neſtorium, virum, quod dicendum eſt, ſonora voce & expedita facundia, atque adeo idoneum ad docendum populum, Antiochia Conſtantinopolim evocant, eumque epiſcopum Conſtantinopoleos ordinari curant 4. Idus Aprilis ejuſdem anni. Probabile eſt Philippum, qui reprehenderat ordinationem Siſinnii, gravius in iſtam invectum eſſe, utpote quæ facta fuerat in contemptum cleri Conſtantinopolitani: quo reprobato, Neſtorius de aliena Eccleſia prælatus illis erat, qui ſuam in eccleſia Conſtantinopolitana per omnia officia tranſegiſſent ætatem. Quare durum admodum videbatur eum in aliena ſtipendia obrepere & aliis debitam ſibi vendicare mercedem. Certe ſtatim initio inter Neſtorium Philippumque fuere, quæ ita exarſerunt ut etiam Neſtorius ſynodum adverſus eum congregaret. Teſtatum id nobis reliquit Cyrillus epiſcopus Alexandrinus in commonitorio quod dedit Poſſidonio Diacono, quum eum Romam mitteret ad Papam Cæleſtinum in cauſa Neſtorii. Illic enim ſcriptum eſt Philippum arguiſſe Neſtorium prava dogmata prædicantem, cumque eo convenire recuſaſſe, quia eum hæreticum eſſe putabat, eaque re commotum adverſus eum Neſtorium celeberrimo illi Cæleſtio hæretico, qui tum Conſtantinopoli degebat, perſuaſiſſe uti libellos daret adverſus eumdem Philippum, tanquam ſi Manichæus eſſet. *Deinde vocavit*, inquit, *hominem ad Concilium*, nimirum ad Conſtantinopolim. Non detrectavit Philippus; ſed fiducia bonæ conſcientiæ venit in Synodum, paratus diluere quæ ſibi objicerentur. Verum inutilis fuit illa congregatio ſacerdotum. Cæleſtius enim non adfuit, adeoque accuſatio evanuit. Iſta collegimus ex commonitorio Cyrilli nondum edito, quod dabimus in ſequenti Concilio Romano.

Socrat. l. 7. c. 29.

CONCILIUM INCERTI LOCI IN GALLIIS,

Ex quo SS. Germanus & Lupus epiſcopi, hic Trecenſis, ille Autiſſiodorenſis, miſſi ſunt in Britanniam ad profligandam hæreſim Pelagianam Florentio & Dionyſio conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti 429. Cæleſtini Papæ I. 7. Valentiniani III. Imp. 5. licet Sirmondus aliique paſſim Sigeberti Gemblacenſis chronicon ſecuti ad annum Chriſti CCCCXLVI. referant. Vide tomum IV. ad dictum annum.

PRoſper Aquitanus hujus temporis accuratiſſimus ſcriptor in chronico conſulari ſub periocha anni 429. conſulatum gerentibus Florentio ac Dionyſio hæc habet: *Agricola Pelagianus, Severiani epiſcopi Pelagiani filius eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit: ſed ad actionem Palladii diaconi Papa Cæleſtinus Germanum Autiſſiodorenſem epiſcopum vice ſua mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem redigit.* Huic paria refert antiquus auctor vitæ S. Lupi, qu m in ſuſcepto munere ſocium nactus eſt S. Germanus dum ait. *Honorato adhuc Abbate* (factus eſt enim antiſtes Arelatenſis anno 426. poſt Patroclum) *Lupum monaſterium Lerinenſe ingreſſum eſſe, cumque annum unum illic egiſſet, ad Trecenſem epiſcopatum raptum fuiſſe, atque inde exacto biennio iter Britannicum cum S. Germano ſuſcepiſſe.* Neque vero

verò iis adversantur sive Constantius presbyter in vita sancti Germani, sive Beda cap. 17. lib. 1. historiæ ecclesiasticæ Anglorum, ut rectè advertit Baronius ad hunccc annum 429. num. 10. his verbis usus: *Cum auctoritate Prosperi satis liqueat sanctum Germanum episcopum in Britanniam a Cælestino missum esse legatum; Constantius vero ac post eum Beda tradant a synodo Gallicana id factum: potuit quidem utrumque facile contigisse, vel, ut quam mittendam synodus illa delegisset, Pontifex comprobasset, vel quem sibi ad eam provinciam legare deberet, ipse Cælestinus arbitrio Gallorum episcoporum reliquisset. Certe quidem clades ipsa illata Britannorum ecclesiæ ab ipsorum gentile Pelagio ac ejus discipulis prius innotuit episcopis Galliarum legatione catholicorum antistitum Britanorum, ut ex Constantio liquet. Qui igitur legibus imperatorum undique, ut dictum est, exagitati Pelagiani fuere, in insula illa imprimis, ex qua Pelagius auctor impietatis oriundus erat, latebras captare cursarunt; ubi affectato ex more titulo sanctitatis, in se populi oculos convertentes, in eos paulatim cum prædicatione Christianæ vitæ perfectionis, quam se profiteri jactabant, venena hæresis instillarunt; quæ adeo eorum præcordiis imbaserunt, ut jam medicinam nullam admitterent, suorumque pastorum lupos arcentium vocem contemnerent: unde opus fuit, e vicinis Galliis, imo e longe posita Romana ecclesia adversus ingruentia mala auxilium implorare. Sed non unus Germanus episcopus tantum suscepit onus subeundum. Verum additus est illi collega vir sanctissimus Lupus episcopus Trecensis, amboque sicut Paulus & Barnabas in evangelium segregati.* Subdit postea verba Constantii, quibus omissis, ejusdem Prosperi pauca reponam cap. ult. libri contra Collatorem. *Nec vero segniore cura,* (idem Cælestinus Papa) *ab hac eadem morbo Britannias liberavit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes etiam ab illo secreto excludit oceani, & ordinato Scotis episcopo* (Palladio) *dum Romanam insulam studet servare catholicam, facit etiam barbaram Christianam* &c. tum in chronico ad ann. 431. *Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a Papa Cælestino Palladius, & primus episcopus mittitur.* Neque vero unica dumtaxat extitit sancti Germani in Britannicas insulas profectio, alteram quoque aggressus est, non amplius Lupo comite, sed Severo Trevirensi episcopo, quam ad ann. 446. aut quem alium huic proximum referas per me licet. De ea vero præter Constantium ac Bedam supra cit. Ericus Autissiodorensis monachus in vita ejusdem S. Germani carmine heroico scripta ad Carolum Calvum Francorum regem (non ad Carolum Crassum imperatorem, ut mendose Vossius) & in miraculis S. Germani quæ edita sunt tom. I. bibliothecæ novæ mss. librorum. Neque vero hic ascribere fas est quæ tom. seq. habentur. Verum de his jam satis, postquam monuero, quæ de sanctæ Genovefæ Parisiensis urbis patronæ sacta a S. Germano consecratione narrantur, ad primam 429. hujusce anni profectionem pertinere, non ad posteriorem. Ut vel inde advertas eos errasse qui ad ann. 446. numerosam Galliarum synodum differre, quam Baronianis rationibus adhærere maluerunt.

SYNODUS TRICASSINA

Contra Pelagianos quæ in Collectionibus Synodus incerti loci in Galliis appellatur, anni 429.

Ex supplem. Manſi pag. 311. 312.

SYnodum hanc Trecis in Campania celebratam fuisse his verbis demonstravi in notis ad Pagium ad hunc annum num. 2.

Hanc Synodum Gallicanam Trecis in Campania celebratam fuisse inde deduco, quod fidei formula in ea, ut non obscure deducitur, condita contra hanc hæresim pelagianam in Britannia paulo ante invectam, appelletur *Trecassina confessio* in vita S. Lupi antiqua apud Bollandist ad diem XXIX. Julii. Porrò hæc genuina loci hujus lectio videtur, pro eo quod Surius temere substituit. *Ad finem sanæ confessionis.* Vide Bollandist ibid.

ANNO CHRISTI 430.

CONCILIUM[a] ROMANUM

ANNO CHRISTI 430.

SUB CÆLESTINO

CONTRA NESTORIUM.

Causa concilii.

ROmanum.) Causa habiti concilii hæc est. Scripserat Nestorius ad Cælestinum pontificem epistolam de Pelagianis episcopis, qui ob hæresim Pelagianam suis episcopatibus privati, Constantinopolim ad Theodosium confugerant, de injuria sibi illata conquesturi. Atque ut Cælestinum in suas partes callide pertrahere posset, semine suæ impietatis totam illam epistolam replet, quasi hæreticos ille correxisset, ac S. Mariam non Theotocon, sed Christotocon appellandam esse docuisset. Suos hac de re scriptos commentarios addidit, eosque cum literis per Antiochum virum illustrem transmisit. Eodem tempore Possidonius diaconus cum

a Habita hæc Romana Synodus sub initium Augusti, ut videre est apud Baronium n. XII. & seq. ad ann. 430. In ea damnati etiam Pelagiani, ut liquet ex Cælestini P. literis ad Nestorium.

Neſtorius cum ſua hæreſi condemnatus.

literis Cyrilli, & commentariis, quibus Neſtorii impietas confutabatur, ſupervenit, expectans quid de Neſtorio excommunicando pontifex ſentiret. His itaque literis, acceptis, Cæleſtinus, congregata ſynodo, Neſtorii hæreſim nemine refragante condemnavit; ipſique Neſtorio decem dierum ſpatium ad reſipiſcendum, per literas ad eum miſſas, præſcripſit; demum niſi reſipiſcat, anathema comminatur. Scripta epiſtola ad Cyrillum de rebus in hac ſynodo geſtis, extat infra part. 1. cap. 15. in actis concilii Epheſini ſuas illi vices committens, mandat, ut niſi Neſtorius intra decem dierum intervallum, tam verbi prædicatione ad populum quam ſcriptis palinodiam recantet, anathemate illum feriat, aliumque epiſcopum Conſtantinopolitanæ ſedi præficiat, Baronius anno 430. num. 1. & ſequentibus. De vita, moribus & doctrina Neſtorii infra in concilio Epheſino plura.

Epiſtola I. Neſtorii ad Cæleſtinum.

FRaternas nobis invicem debemus collocutiones, ut una inter nos ſecundum obtinente concordia, &c. *infra in concil. Epheſ. part.* 1. *cap.* 16.

Epiſtola II. Neſtorii ad Cæleſtinum.

SÆpe ſcripſi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium & ceteros. *Extat infra in concil. Epheſ. part.* 1. *c.* 17.

Epiſtola Cæleſtini ad Neſtorium.

Aliquantis diebus vitæ noſtræ poſt nefandum, & ſæpe damnatum dogma Pelagii atque Cæleſtii, catholica fides quietem habuit, &c. *Extat infra in actis concilii Epheſini part.* 1. *cap.* 18.

Epiſtola Cæleſtini ad Cyrillum.

Literæ quas ſanctitas tua per filium noſtrum Poſſidonium ad noſtram mœſtitiam miſit, multa nos lætitia affecerunt; etſi interim gaudium quod in illis efferebatur, viciſſitudine quadam cum dolore commutaverimus. Etenim dicta illius intuentes, &c *Ibidem cap.* 15.

IDEM CONCILIUM ROMANUM

Ex Nova Baluzii Collectione.

COncilii ſane iſtius mentionem fecere Binius & poſt eum noviſſimi Conciliorum editores, ſed nimis profecto jejune & exiliter, præſertim in re magni momenti. Agebatur enim de perverſo dogmate Neſtorii Epiſcopi Conſtantinopolitani, quod Eccleſiam conturbabat. Docebat quippe beatam virginem Mariam non Theotocon, ſed Chriſtotocon appellandam eſſe. Et quia ſermones ab eo habiti ad populum dederant locum rumoribus, cum intelligeret cauſam fidei, quæ communis eſt, ad omnes Epiſcopos pertinere, præcipue vero ad Romanum, Cæleſtinum Papam, qui tum apoſtolicæ ſedi præerat, in partes ſuas trahere conatus, literas ad eum commentariosque doctrinam de matre Chriſti ſuam continentes miſit per Antiochum virum illuſtrem. Sed eodem tempore Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, qui ſecundam ſedem tenebat, Diaconum Eccleſiæ ſuæ nomine Poſſidonium Romam miſit cum commentariis, quibus Neſtorii impietas confutabatur. Inventum eſt nuper inter ſchedas celeberrimi viri Jacobi Sirmondi commonitorium quod tum Cyrillus dedit Poſſidonio, quod mecum pro amicitia noſtra & humanitate ſua liberaliſſime communicavit vir clariſſimus Joannes Harduinus cum Latina interpretatione viri item clariſſimi Joannis Garnerii. Sic ergo habet.

COMMONITORIUM ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrilli datum Poſſidonio, cum mitteretur Romam propter Neſtorii negotium.

NEſtorii fides, aut hæreſis potius, ſic ſe habet. Deus Verbum, *inquit*, cum prænoviſſet eum qui ex beata virgine natus eſt, ſanctum & magnum futurum, ipſum idcirco elegit, fecitque ut ſine viro naſceretur ex virgine: quin & hanc ei gratiam contulit ut ſuis nominibus appellaretur, atque ita diceretur filius, Dominus, & Chriſtus. Fecit etiam ut pro nobis moreretur, mortuumque rurſus excitavit.

Propterea vero unigenitus Dei filius verbum dicitur incarnatus, quia ſemper eſt cum homine illo ſancto quem virgo peperit. Quemadmodum autem eſt cum Prophetis, ſic, *inquit*, eſt cum iſto, ſed majore connexione. Quare ubique fugit dicere unionem, ſed connexionem vocat, qua nempe connectitur qui externus adhæret, & quomodo Deus dixit ad Joſue: *Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum.*

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΤΟΥ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου γραφὲν πρὸς Ποσειδώνιον ἀποσταλέντα παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην τῆς κατὰ Νεστόριον σπουδῆς.

ΗΝεστορίου πίστις, μᾶλλον δὲ κακοδοξία τοιάδε ἔχει τινά· φησὶν ὅτι ὁ Θεὸς λόγος προσεγνωκὼς ὅτι ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεννώμενος ἅγιος ἔσται καὶ μέγας, εἵνεκα τούτου ἐξελέξατο αὐτόν, καὶ παρεσκεύασε μὲν γεννηθῆναι, δίχα ἀνδρὸς ἐκ τῆς παρθένου, ἐχαρίσατο δὲ αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ὀνόμασιν, ἤγειρεν αὐτόν.

Ὥστε κἂν ἐνανθρωπήσας λέγηται ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅτι σωλῆνι ἀεὶ, ὡς ἀνθρώπῳ ἁγίῳ τῷ ἐκ τῆς παρθένου, διὰ τοῦτο λέγεται ἐνανθρωπῆσαι. ὥσπερ δὲ σωλῆνι τοῖς προφήταις, ὕπω φησί καὶ τούτῳ, κατὰ μείζονα συναφειαν.

Διὰ τοῦτο φεύγει πανταχοῦ τὸ λέγειν τινὰ ἕνωσιν, ἀλλ' ὀνομάζει συναφειαν, ὥσπερ ἐστὶν ὃς ἐξῆς ἂν εἰκὼς εἴη λέγειν πρὸς Ἰησοῦν, ὅτι καθ' ὃν τρόπον μετὰ Μωσῆ, οὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ.

Κρύ-

Κρύπτων δὲ τὴν ἀσέβειαν λέγει, ὅτι ἐκ μήτρας A συνῆν αὐτῇ. Διὰ τοῦτο ὅτε θεὸν ἀληθῆ αὐτὸν εἶναι λέγει, ἀλλ' ὡς ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ θεοῦ κεκλημένον ὅπως· καὶ καθὼς ἐθέλει ὠνομάσθη, ὅπως πάλιν αὐτὸν βούληται κύριον, εἰς τὸ θεοῦ λόγον χαρισαμένου αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι κύριον οὕτω.

Νῦν, φησὶν, ὅτι ὑπὲρ λέγομεν ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναστῆναι, ὁ ἄνθρωπος ἀπέθανε καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀνέστη, καὶ οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

Καὶ ἡμεῖς μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν, ὅτι καὶ ἀθάνατός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ζωὴ ἐστιν· ἀλλὰ πεπιστεύκαμεν, ὅτι γέγονε σὰρξ, τοῦτον ἑνώσας ἑαυτῷ τὴν σάρκα μετὰ ψυχῆς λογικῆς ἔπαθε σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ πέπονθεν, αὐτὸς λέγεται παθεῖν, καίτοι τὴν φύσιν ἀπαθὴς ὤν. καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀνέστη, οὐ γὰρ εἶδε διαφθορὰν ἡ σὰρξ αὐτοῦ, λέγεται ὅτι αὐτὸς ἀνέστη ὑπὲρ νεκρῶν.

Ἐκεῖνο δὲ οὐ ταῦτα δοκεῖ, ἀλλὰ φησὶν ὅτι ἀνθρώπῳ γέγονε τὸ πάθος, καὶ ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις, καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις σῶμά ἐστιν ἀνθρώπου τὸ προκείμενον. ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν ὅτι τοῦ λόγου ἐστὶ σὰρξ ζωοποιεῖν ἰσχύουσα, διὰ τοῦτο, ὅτι τοῦ τὰ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου γέγονε σὰρξ καὶ αἷμα.

Ταῦτα οὐκ ἀνεχὼν λέγειν ἐκεῖνος Κελέσιον παρεσκεύασεν ἐπιδοῦναι λιβέλλους κατὰ φιλίππου τοῦ Πρεσβυτέρου, ἐλέγχοντα αὐτὸν, ὡς μηκέτι θελήσαντα συναφθῆναι μετ' αὐτοῦ διὰ τὴν αἵρεσιν· ἐν δὲ τοῖς λιβέλλοις αἰτία τις ἦν ὅτι Μανιχαῖός ἐστιν.

Εἶτα κεκλήκει τὸν ἄνθρωπον εἰς συνέδριον, καὶ ἐκεῖνος ἦλθεν, πρᾶγμα ποιῶν κανονικὸν, ἑτοίμως ἔχων ἀπολογήσασθαι· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν εἶχε δεῖξαι ὁ Κελέσιος, ἀφανῆ ἑαυτὸν κατέστησε, καὶ οὐκ ἀπῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον.

Οὐχ εὑρὼν ἑαυτὴν τὴν ἀφορμὴν, ἐφ' ἑτέρᾳ ἐχώρησεν. ἔφη γὰρ ὅτι τινὸς ἕνεκεν παρασκευάξειν ἐποίησας, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ προσφορὰν ἐτέλεσας, παντὸς χεδὸν τοῦ κλήρου λέγοντος, ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἐν καιρῷ καὶ χρείαις τοῦτο ποιεῖ, ἐξένεγκεν ἀπόφασιν καθαιρέσεως κατὰ τοῦ ἀνδρός.

Ἴδοὺ, ἔχεις τόμους ἔχοντας κεφάλαια τῆς βλασφημιῶν Νεστορίου.

Ut vero tegat impietatem, ex ipſo utero dicit ſimul cum ipſo fuiſſe. Non ergo fatetur ipſum eſſe verum Deum, ſed ita fuiſſe appellatum, ex benevola Dei voluntate; & quamvis Dominus vocatus ſit, ita rurſus vult eſſe Dominum ut cui Deus verbum gratia ita conceſſit vocari.

Ait inſuper hominem eſſe mortuum hóminemque reſurrexiſſe, non vero, ſicut dicimus, Dei filium pro nobis mortuum eſſe & reſurrexiſſe. Homo, *inquit*, mortuus eſt, & homo reſurrexit, nihilque ejuſmodi Deus verbum paſſus eſt.

Nos vero confitemur quidem immortalem eſſe Deum verbum, imo eſſe vitam: ſed credimus tamen carnem eſſe factum, & cum univiſſet ſibi carnem anima rationali præditam, paſſum eſſe carne ſecundum ſcripturas. Et quoniam corpus ejus paſſum eſt, dicitur ipſe paſſus, quamvis natura ſit impaſſibilis. Et quoniam corpus ejus ſurrexit, non enim vidit corruptionem caro ejus, dicitur & ipſe ſurrexiſſe pro mortuis.

Neſtorius vero non ita opinatur; ſed ait hominis fuiſſe paſſionem hominiſque reſurrectionem, & quod proponitur in myſteriis eſſe hominis corpus. Nos autem credimus verbi carnem idcirco vivificatam eſſe quod facta ſit verbi cuncta vivificantis caro & ſanguis.

Hæc ille non ſuſtinens dicere, fecit ut Cæleſtius libellos daret adverſus Presbyterum Philippum, qui ipſum arguerat, nec jam cum ipſo propter hæreſim volebat convenire. In his autem libellis acculationis caput erat quod Manichæus foret.

Deinde vocavit hominem ad Concilium. Venit ille rem agens ſecundum canones, promptus ad ſe defendendum. Quoniam vero Cæleſtius non habebat unde probaret objectum crimen, a conſpectu ſe removit, & ad Concilium non venit.

Cum non reperiſſet Neſtorius opportunam occaſionem hanc, ad aliam confugit. Dicebat enim Philippo: Aliquo conſilio conventus feciſti, & in tuis ædibus oblationem peregiſti. Cumque omnis clerus diceret: Quiſque noſtrum id in tempore & data opportunitate efficit, adverſus virum depoſitionis ſententiam tulit.

Ecce habes etiam tomos quibus continetur capita blaſphemiarum Neſtorii.

Poſt acceptas Neſtorii Cyrillique literas & commentarios, Cæleſtinus congregavit Epiſcopos apud Romam, & cum eis examinavit totum iſtud negotium; tandemque univerſorum ſententia fuit, damnandum eſſe impium dogma Neſtorii, eique anathema intendendum niſi reſipiſceret intra decimum diem, poſtquam ei iſta ſententia publice innotuiſſet. Cetera Concilii iſtius acta, quia notiſſima ſunt, non perſequar. Addam tantum fragmentum allocutionis Cæleſtini in Concilio iſto, quod idem Garnerius deprehendit in conflictu Arnobii cum Serapione. Hæc ſunt igitur ejus verba.

Concil. General. Tom. IV.

[1] *Recordor beatæ memoriæ Ambroſium in die natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti omnem populum feciſſe una voce Deo canere*: Veni redemptor gentium, oſtende partum virginis, miretur omne ſæculum: talis decet partus Deum. *Numquid dixit*: Talis decet partus hominem? *Ergo ſenſus fratris noſtri Cyrilli, in hoc quod dicit* Θεοτόκον *Mariam, valde concordat*: Talis decet partus Deum *Deum partu ſuo virgo ejſudit, ipſo potente qui omnipotentia plenus eſt*. *Hilarius quoque, vir acris ingenii, ſcribens* [2] *in Conſtantium Imperatorem, de incarnatione Domini ſic ait*: Filius, *inquit*, Dei factus eſt homo:

1 Fragmentum iſtud orationis Cæleſtini in Concilio Romano contuhmus cum veteri exemplari monaſterii Corbejenſis, in quo continetur altercatio Arnobii cum Serapione. *Baluzius*.

2 *In Conſtantium*.) Codex Corbejenſis habet *ad Conſtantium*. Utraque lectio bona eſt. Sane in codice 2574 bibliothecæ Colbertinæ, pro eo quod in vulgatis Hilarii editionibus legitur *in Conſtantium*, diverſe ſcriptum eſt *ad Conſtantium*. Et Ferrandus Diaconus in epiſtola ad Pelagium & Anatolium *quæ verba, non tua, ſed hæc ſi Hilarii in ſecundo libro quem ad Conſtantium Imp. ſcripſit*. Ceterum hic locus deeſt in ea Hilarii epiſtola. Itaque recte in calce monuerunt editores illam videri eſſe imperfectam. *Baluzius*.

Deus eſt. *Et præpoſterans repetit*: [1] Deus filius hominis factus eſt: ſed homo non eſt factus Deus, nec filius hominis factus eſt filius Dei. Superavit enim magnitudo Domini parvitatem ſervilis formæ, ita ut ipſa forma ſervilis, quam aſſumpſit, ceſſaret eſſe ſervilis per eum Dominum qui eam aſſumpſit. Si enim qui natura non filii Dei, per ipſum efficiuntur filii Dei, quanto magis ipſe, qui natura filius Dei eſt, hunc cum quo voluntate ſua alvo virginali conceptus & natus eſt ita ſublimavit in Deum, ut in nomine ejus omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei patris? *Item*

A *præceſſor meus Damaſus ſcribens ad Paulinum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, inter cetera ait.* Anathematizamus eos qui duos filios Dei aſſerunt, alterum qui ex patre ante ſæcula eſt genitus, & alterum qui ex adſumptione carnis natus eſt ex virgine. *Item ipſe apoſtolicæ memoriæ vir Damaſus* [2] *in altera epiſtola ad Paulinum.* [3] Anathematizamus eos qui duos in Salvatore filios confitentur, alium ante incarnationem, & alium poſt adſumptionem carnis ex virgine, & non eumdem Dei filium & ante & poſtea ipſum eſſe Chriſtum Dominum Dei filium, qui natus eſt ex virgine, confitentur.

CONCILIUM ALEXANDRINUM

IN CAUSA NESTORII.

Acta hujus concilii.

[a] *Concilium Alexandrinum.*) Cyrillus accepB tis Cæleſtini literis, quibus delegatam in cauſa Neſtorii poteſtatem acceperat, ſtatim coegit ſynodum, in qua quatuor legati decernuntur hi: Theopemptus & Daniel epiſcopi: Potamon atque Macarius [4] eccleſiæ Alexandrinæ miniſtri. Hos cum literis Romani pontificis ad Neſtorium ablegavit, præſcripturos ei decem dierum ſpatium ad hæreſim ſuam abjurandam. Addidit quaſdam epiſtolas ſynodales, quarum una cum duodecim anathematiſmis, ad Neſtorium delata eſt: reliquæ ad clerum Conſtantinopolitanum, & patres monaſteriorum ſcriptæ fuerunt. Legati Conſtantinopolim profecti, die dominica, dum ſynaxis in baſilica haberetur, acceptas literas & anathematiſmos Neſtorio obtulerunt; quibus ille cum ſe in craſtinum reſponſurum pollicitus eſſet toto biduo delusit: tandem nec reſpondere quidquam dignatus eſt. In perversis dogmatibus docendis perſeverans, pro more hæreticorum & ad eludendam ſententiam in ſe prolatam, Theodoſium imperatorem adverſus Cyrillum velut dirum perſecutorem commovet, anathematiſmos Cyrilli ad Joannem Antiochenum, alioſque ſibi amicitia conjunctos epiſcopos Syriæ miſſos cavillatur, & de Apollinariſtarum hæreſi ſuſpectos crimen adducit; eo ſane conſilio, ut ſententiæ contra ſe latæ executionem effugeret, & Romani pontificis decretum eluderet: Arbitrabatur enim nequaquam fieri debere, ut ſententia contra hæreticum prolata, illi exequenda committeretur, qui ipſe de hæreſi accuſatus eſſet. Theodoſius imperator hanc ob cauſam arbitratus, quod ad has turbas componendas opus eſſet univerſali concilio, de illo in annum ſequentem Epheſi celebrando apud Cæleſtinum pontificem egit, ut infra dicemus, Vide Baronium anno 430. num. 50. & ſequentibus.

C

Synodicæ epiſtolæ hujus concilii cum anathematiſmis Cyrilli extant in actis Epheſini concilii cap. 26. & 27.

CON-

---

1 *Deus Filius*) In veteri exemplari ſic legitur. *Deus, filius hominis factus eſt Deus. Homo enim factus eſt Deus, non Deus factus eſt homo, & filius hominis factus eſt filius Dei. Superavit &c.* Nos hanc lectionem recipere in textum nolumus. *Baluzius.*

2 *In altera epiſtola*) In aliquot codicibus iſta referuntur ad unicam Damaſi epiſtolam. Quam auctoritatem ſecutus Holſtenius anathematiſmos Damaſi in unam compegit epiſtolam. Verum diverſas fuiſſe hinc patet quod anathematiſmi de divinitate & incarnatione filii bis illic ponuntur. Quod nedum ab ullo, multo minus a tanto viro admitti debuit. Sed quia poſteritas amavit duas illas Damaſi epiſtolas conſequenter deſcribere, mirum non eſt ſi quibuſdam proclive fuit exiſtimare unam eamdemque epiſtolam eſſe. In veteri codice regio hæc poſita ſunt in fronte epiſtolæ, quæ pertinent ad ſecundam. *Formula fidei ſubrogata, cui decrevit hi qui ab hæreſi revertuntur ſubjicere.* Quæ verba recte cohærent cum illis quæ in fine anathematiſmorum addita ſunt in veteri exemplari eccleſiæ Bellovacenſis. *Explicit confeſſio catholica quam ſubdidit Damaſus Papa epiſtola ſua ad Paulinum contra Macedonium, Eunomium, & Apollinarem hæreticos.* In duabus antiquis collectionibus canonum, quorum una habetur in bibliotheca eccleſiæ Lugdunenſis, altera in Colbertina, epiſtola ſecunda, quæ incipit *Poſt Concilium Nicænum*, hunc titulum habet: *Epiſtola confeſſionis Damaſi II. ad Paulinum de damnatione quorumdam hæreticorum.* Codex celeberrimi monaſterii ſancti Galli in Helvetia, in quo anathematiſmi iſtius ſecundæ epiſtolæ ponuntur poſt epiſtolam Hieronymi ad Damaſum de Alleluya, hanc habet in fronte. *Qua ſint in urbe Roma concilio Nicæno ſuperadjecta.* Baluzius.

3 *Anathematizamus*) Hic anathematiſmus paulo aliter refertur in ipſa epiſtola. Verum ſatis fuit Cæleſtino ſenſum referre. *Baluzius.*

4 Hi quoque epiſcopi, ut ex Petri Primicerii Notariorum verbis, quæ leguntur part. 2. Concil. Epheſ. Act. 1. *per Theopemptum, & Danielem & Potamonem & Macarium religioſiſſimos Epiſcopos* &c. & ex antiqua conſuetudine conveniendi Antiſtites majorum Sedium, ſi quando vocandi eſſent ad judicium, per tres ſaltem Epiſcopos. Vide Garnerium in diſſert. de ſynod. contra Neſtorium.

CONCILIUM IN COENOBIO ARCÆ IN MONTIBUS PERSIDIS

Pro aſſerendis archiepiſcopo Seleucienſi juribus Metropolitanis

Sub Beheramo rege & Dadjeſu archiepiſcopo Seleucienſi, non diu poſt annum Chriſti 430. celebratum.

Ex Suppl. Maſſoulam pag. 311 310.

CAuſa ſynodi hujus hæc a Mari & Barhebræo (Abulpharajo ſcilicet) adnotatur, quod ſcilicet, paulo poſt quam Dadjeſus ordinatus fuit, Epiſcopi quidam ab ipſo ſedibus dejecti, & a fidelium communione ſegregati, graviſſimum ei crimen apud Beheramum impegere: qui illum in carcerem detrudi, fuſtibuſque ſubjici juſſit. Pace tandem Beheramum inter & Theodoſium Romanorum imratorem facta: legato ejuſdem Theodoſii apud Beheramum agente, e carcere Dadjeſus dimiſſus, in cœnobium Chibotæ, hoc eſt Arcæ ſe recepit, & dignitatem abdicare omnino conſtituit. Verum ab Epiſcopis in ſynodo congregatis, inter quos Agapetus Elamitarum, & Hoſee Niſibis eminebant, exoratus, ne eccleſiæ regimen dimitteret, ægre tandem paſſus eſt ad ſuam ſedem reduci, omnibus, qui ipſum vexaverant, data erroris venia, præterquam Epiſcopis olim ab Iſaaco & Jaballaha dejectis, in quos ſententiam anathematis confirmavit, quod illegitime ordinati fuiſſent. Decrevit præterea, ut omnimoda Seleucienſi archiepiſcopo obedientia ab epiſcopis præſtaretur, atque omnes agnoſcerent ſe illius juriſdictioni ſubjectos eſſe, nec auderent illum judicare. Acta hujus ſynodi, quæ a Neſtorianis ſcriptoribus referuntur, depravata ſunt. Nam primum ea celebrata dicitur anno quarto regni Beherami filii Jezdegerdis ſub Dadjeſu Catholico, qui ſedem catholicique dignitatem abdicaverat, propterea quod a nonnullis epiſcopis vexatus fuiſſet, quos Catholici ejus præceſſores epiſcopatu dejecerant: idque, ut ſupra ex Mari & Barhebræo notavi, poſtquam idem Dadjeſus, facta Theodoſium inter & Beheramum pace, e carcere dimiſſus fuit. Atqui Beheramus poſt Jezdegerdem patrem regnum inchoavit an. Chriſti 420. Pax vero inter Romanum & Perſicum Imperium firmata fuit anno 422. Dadjeſus autem non ante annum Chriſti 430. Seleucienſem epiſcopatum tenuit. Falſi ſunt igitur illi temporis characteres, quo ea ſynodus habita memoratur; quartus enim Beherami annus in annum Chriſti competit quadrigenteſimum vigeſimum quartum, quo Dadjeſus ad Seleucienſem thronum nondum evectus fuerat. Deinde commentitium plane eſt, quod in ſynodo Arabico & in Nomocanone Eliæ Damaſceni definitum perhibetur in ea ſynodo, ut Seleucienſis ſcilicet archiepiſcopus neque ab Orientalibus judicari poſſit, neque ad Occidentales ejus cauſa deferatur, ſed judicium illius Chriſto duntaxat reſervetur. Verba Synodici Arabici accipe: *Nos igitur definimus non licere epiſcopis Orientis accuſare ſuum Metropolitam apud Patres Occidentis; ſed judicia Orientis coram Patriarcha in Oriente decidantur; ipſius vero* (Patriarchæ) *judicium coram Chriſto: nec ullis hominum liceat ſynodum cogere ad eum accuſandum, aut in domos ſubrepere ad habenda adverſus eum colloquia: quotquot enim infra ipſum ſunt, diſcipulos ejus ſubditoſque ſe eſſe agnoſcant.* Verba Eliæ in Nomocanone. *Anathema dixerunt omnibus, qui eum vel ſucceſſores ejus catholicos calumniati fuerint, aut ſynodum adverſus eum coegerint, aut moleſtiam ei creaverint, vel ipſius cauſam ad aliquem Patriarcham detulerint, ſive libellum accuſationis adverſus eum conſcripſerint, aut mandatis ejus non obtemperaverint. Hanc anathematis ſententiam tulerunt in omnes, qui ei adverſati fuerint, ſive Metropolitæ ſint, ſive epiſcopi, aut laici, aut alii cujuſcumque conditionis.* Hoc, inquam, quod ex ſynodico & Nomocanone Eliæ modo deſcripſi, plane commentitium eſt. Donec Chaldæi orthodoxam fidem coluere, ad Antiocheni patriarchæ juriſdictionem ſpectabant, illumque tanquam ſuum ſuorumque epiſcoporum judicem agnoſcebant. Non igitur a catholicis epiſcopis, quales erant ejus ſynodi ſub Dadjeſu celebratæ Patres, definitum fuit, quod in ſynodico & Nomocanone memoratis aſſeritur; Seleucienſem nimirum archiepiſcopum apud patriarchas Occidentis accuſari nefas eſſe, aut ab ejus ſententia ad illos provocare: ſed lata lege firmatum, ne Orientales adverſus proprium metropolitam ſeu catholicum conventus facerent, neve ipſum criminationibus impeterent. Cætera Neſtoriani ſuppoſuere, qui quum ab eccleſia Catholica & a Patriarchæ Antiocheni obedientia defeciſſent, privilegium illud eccleſiæ Seleucienſis excogitarunt, quo defectionem ſuam cohoneſtarent.

CON-

CONCILIUM ROMANUM

Habitum anno CCCCXXXI.

Ex nova Baluzii Collectione.

POſt damnatum ſuperiore anno dogma Neſtorii, Cæleſtinus Pontifex Romanus epiſtolam ſe ſuaque ſede dignam ſcripſit ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum, qua ei curam impoſuit ſignificandi Neſtorio, ut aut intra decem dies ab hujus conventionis die numerandos pravas profeſſiones ſuas ſcripta profeſſione condemnaret & hanc ſe de nativitate Chriſti domini noſtri fidem tenere confirmaret quam & Romana & Alexandrina & univerſalis devotio tenebat, aut ſciret ſe ab Eccleſiæ corpore modis omnibus removendum. Hujus ſententiæ executionem ſuſpendit auctoritate ſua Theodoſius Imperator, jubens per literas ad omnes Metropolitanos ſcriptas XIII. Kal. Decemb. ut & ipſi ad Epheſiorum urbem convenirent in ipſo ſancto Pentecoſtes die, qui hoc anno incidit in diem ſeptimam Maii, & ſecum adducerent quoſdam Epiſcopos ſuarum provinciarum. Cum ergo Cæleſtinus accepiſſet ſacram Imperatoris, fecit quod tum ſolebant apoſtolicæ ſedis antiſtites, Romam evocavit Epiſcopos occidentales; atque *illi congregati*, ut ajunt patres Epheſini Concilii in relatione ad Imperatores, *præſente etiam magnæ Romæ ſanctiſſimo & Deo amantiſſimo Epiſcopo Cæleſtino*, & rectam de fide ſententiam magno conſenſu prædicarunt, eoſque qui diverſa ſentirent, alienos eſſe penitus ſacerdotio & clero & gradu definierunt. Præterea legationem decreverunt mittendam eſſe ad ſynodum Epheſinam; ad idque munus obeundum delecti ſunt Arcadius & Projectus Epiſcopi, qui totius occidentalis ſanctæ ſynodi ſententiam œcumenico Concilio exponerent, & Philippus Presbyter Romanus, qui Cæleſtini locum in eo teneret. Data fuiſſe Legatis mandata, ut verbo veteris interpretis utar, ſive inſtructiones, ut loqui amant Cæleſtinus ejuſque ſucceſſor Leo, docemur primo ex commonitorio quod Cæleſtinus illis dedit, tum etiam ex relatione Concilii Epheſini ad Auguſtos: ex qua etiam illud diſcimus, eos mandata ſua ex ſcripto depoſuiſſe apud ſynodum. Ea nunc non extant. Sed illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ex epiſtola Cæleſtini ad ſynodum Epheſinam collegit ſic ab eo Romanaque ſynodo miſſos eſſe Legatos in orientem, non ut redditis irritis quæ anno ſuperiore adverſus Neſtorium ab eodem Pontifice decreta eſſent, cauſa ejuſdem novo ſubjaceret examini, ſed potius ut ſententiæ in Neſtorium latæ iidem Legati eſſent executores. Quod ſane confidentius aſſeruiſſet Baronius, ſi commonitorium Cæleſtini vidiſſet quod nos daturi mox ſumus. Illuſtre hoc antiquitatis monumentum, hactenus ineditum, invenimus in vetuſtiſſimo & optimo codice M. S. bibliothecæ Colbertinæ; ac præterea aliud ejuſdem exemplar habuimus ex codice Vaticano, quem circa tempora Nicolai Papæ V. ſcriptum eſſe accepi ab eo, qui illud ad me miſit, eminentiſſimo doctiſſimoque viro Hieronymo Cardinale Caſanata. Emendatius autem eſt in codice Colbertino, quam in Vaticano. Sic ergo habet:

Commonitorium Papæ Cæleſtini Epiſcopis & Presbiteris euntibus ad orientem.

Ex codice 1861 Colbert. & 1210. Vaticano.

CUM Deo noſtra ſicut credimus & ſperamus, auctore ad deſtinata veſtra caritas venerit loca, ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Cyrillum conſilium veſtrum omne convertite, & quicquid in ejus videritis arbitrio, facietis. Et auctoritatem ſedis apoſtolicæ cuſtodiri debere mandamus. Siquidem & inſtructiones quæ vobis traditæ ſunt hoc loquantur ut intereſſe conventui debeatis, * ad diſceptationem ſi fuerit ventum, vos de eorum ſententiis judicare debeatis, non ſubire certamen. Quod ſi tranſactam ſynodum & rediſſe omnes Epiſcopos videritis, requirendum eſt qualiter fuerint res finitæ. Si pro antiqua fide catholica res geſtæ ſunt, & ſanctum fratrem meum Cyrillum Conſtantinopolim didiceritis profectum ire vobis illo neceſſe eſt, ut epiſtolas noſtras Principi porrigatis. Quod ſi aliter actum eſt, & in diſſenſione res ſunt, ex ipſis rebus concere poteritis quid cum conſilio ſupradicti noſtri fratris agere debeatis. Data VIII. Iduum Majarum, Baſſo & Antiocho Conſulibus.

* Forte, & ad Hard.

EPISTOLA SERVORUM DEI

Vitalis & Conſtantii Spanorum ad ſanctum Capreolum epiſcopum eccleſiæ catholicæ Carthaginis.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

In codice Gerivallenſis cœnobii, quo uſus eſt Sirmondus noſter, poſt ſuperiorem Leporii libellum ſubjiciebatur Capreoli Carthaginenſis poſt Aurelium antiſtitis ad Vitalem, & Conſtantium (ſive ut in Baronianis annalibus ad ann. 432. appellatur, Ionantium) Hiſpanos de Unica Chriſti Dei, & hominis perſona adverſus impiam Neſtorii doctrinam epiſtola, ut argumento, ſic etiam pene tempore conjuncta. Illam idcirco nos hic quoque ſubjungemus, quamvis poſt Epheſinam tyndum ſcriptam fuiſſe ex eo arguamus, quod in ea legationis Epheſum a ſe miſſæ Capreolus ipſe meminerit. Alterius porro ad patres in Aſia congregatos per Beſulam diaconum allatæ epiſtolæ, quam a nobis excuſam infra inter alia, quæ ad primam actionem Epheſini concilii pertinent, lector per otium conſulet, illuſtris eſt cum laude mentio apud Vincentinum Lirinenſem presbyterum in poſterioris commonitorii quæ ſuperſunt fragmentis, ubi & hæc S. Cyrilli verba allegantur, *Epiſtola venerandi & multum religioſi epiſcopi Carthaginenſis Capreoli fidei geſtorum inſeratur; cujus aperta ſententia eſt, velut enim antiqua fides dogmata confirmate, novitia vero, & ſuperflue adinventa, & impie promulgata reprobari atque damnari.*

Domino & venerabili, & beatiſſimo in Chriſto famulo Dei, domino noſtro Capreolo, Vitalis & Conſtantius peccatores.

QUÆ prima vota ſunt humilitatis noſtræ, plurimum ſalutamus ſanctam perfectamque & venerabilem beatitudinem tuam, & ſanctum atque incolumem ſemper Deo propitio audire deſideramus: quæ etſi in longinquo poſiti ſumus a ſancto apoſtolatu veſtro, mari terminante, ſed in præſentia veſtri ſumus ſemper in orationibus ſanctitatis veſtræ, domine pater. Illud ſane multum deſiderii noſtri fuit, ſcribere ſanctæ bonorificentiæ tuæ per dulciſſimum fratrem noſtrum Numinianum. Reperit enim parvitas noſtra præcellentem famam & doctrinam tuæ ſanctitatis, per quam & ſcribimus beatitudini tuæ, ut ait pſalmographus: In omnem terram exivit ſonus Pſal. 18. 5. eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Illud etiam conſulimus bonorificentiam tuam, ut de bono theſauro cordis tui noſtris viſceribus inſigari jubeas, quæ fides catholica recta teneat. Quia ſunt hic quidam, qui dicunt non debere dici Deum natum. Nam & hæc eſt fides eorum, hominem purum natum fuiſſe de Maria virgine, & poſt hæc Deum habitaſſe in eo. Quorum nos humiles pueri tui reſiſtimus affirmationi, non ita debere dici, ſed confitemur, ut ait evangeliſta, Luc. 1. 35. adnunciante angelo Gabriele Mariæ dicente. Spiritus ſanctus veniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Confitemur itaque Deum fuiſſe in utero Mariæ virginis, aſſumpſiſſe aliquam partem, fabricaſſe Deum ſibi hominem, natum fuiſſe Deum verum, & hominem verum quem aſſumpſit pro ſalute generis Gal. 4. 4. humani, ut ait apoſtolus: Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret. Philipp. 2. Et iterum: Hoc autem ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo: ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque 1. Tim. 2. 5. ad mortem, mortem autem crucis. Et iterum: Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus. Quia mediator nec jam Deus tantum pure ſine homine quem aſſumpſit dici poteſt, nec homo ſine Deo, quia duplex in una perſona mediatoris ſignificatio Deus, & homo: dum Deus de Deo Deus, & ſecundum carnem idem ipſe filius hominis. Ideo verus Deus & homo verus eſt hic mediator, ſicut & forma Dei & forma hominis. Nam & in principio inchoationis ad Romanos ſic dicit ſanctus apoſtolus: Quod ante promiſerat Rom. 1. 2. per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum, Jeſu Chriſti domini noſtri. Verum etiam & Iſaias auctor prophetarum ſic dicit: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Iſa. 7. 14. Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Sed & hominem purum dicunt pependiſſe in cruce comprehenſum; aiunt, receſſit Deus ab eo. Quibus parvitas noſtra ſic dicit. Nunquam Deus receſſit ab homine aſſumpto, niſi quando dixit de cruce, Heli Heli Lammaſabactani. Matth. 27. 46 Deus Deus meus, quare me dereliquiſti? Ideoque provoluti genibus exoramus humiles ſervi tui ſanctum apoſtolatum veſtrum, ut informetis parvitatem noſtram in his quod rectum habet fides catholica, & detis veniam inſipientiæ vel imperitiæ noſtræ ſi quid per ignorantiam incedimus: potens eſt dominus Chriſtus ſanctis orationibus veſtris nobis veniam dare, ne diveniamus in profundum malorum. Ora pro nobis, domine ſancte, venerabilis, & beatiſſime papa. Subſcriptio. Incolumem venerabilitatem tuam nobis dominus noſter Jeſus longiorem conſervet, domine ſancte, ac venerabilis Papa.

CAPREOLI EPISCOPI CARTHAGINENSIS RESCRIPTUM.

Dilectiſſimis, & religioſiſſimis filiis Vitali, & Conſtantio Capreolus epiſcopus.

SUmptis atque perlectis literis veſtris, quas per Numinianum religioſum virum, filii dilectiſſimi, tranſmiſiſtis, ſaluti, & ſtudio veſtro, quo fundatæ ac vetuſtæ catholicæ fidei regulam inviolabili pietate tenetis, ac defenditis, plurimum gratulatus, adverti Neſtorianam hæreſim, novam infandamque perniciem,

ciem, ſicut quibuſdam locis jam cœperat pullulare, apud vos quoque velle zizaniæ ſuæ ſemina in peritorum corda jacere. Verum eremo atque confido, perfectum agricolam dominum noſtrum, omnium creatorem, in omni loco dominationis ſuæ habere ac ſemper habuiſſe dignos evangelicæ frugis operarios, qui licet ante tempus demeſſionis immunda ſemina extirpari non debeant, continuis tamen orationibus, ac prædicationibus ſemper invigilent: ita ut & illa, ſi fieri dum tempus eſt potuerit, convertantur & commutentur in triticum: aut certe non uſquequaque inimicus humani generis tenera frumentorum genera naſcentia per adulterinam intermixtionem valeat ſuffocare. Jam enim, quod etiam ad veſtram notitiam perveniſſe non dubito, intra orientis partes, ubi primum peſtis iſta ſurrexit, congregata glorioſa ſynodo ſacerdotum, cui etiam legatio noſtra non defuit, in veſtibulo cum ſuo auctore atque aſſertore compreſſa, & radio apoſtolicæ lucis extincta eſt. Nec mirari debet caritas veſtra, ſi etiam poſt damnationem ſuam intermorientes ſpiritus fœtidus adhuc ſtatus adſpiret. Eſt enim ſemper pertinax hæreticorum audacia, & in ſua mala pernicie urgente peccatorum pondere perſeverat. Quod ſi nondum forſitan cognoviſtis, facili lectione poteritis agnoſcere. Quamvis igitur Chriſtianis & devotis mentibus ipſa univerſalis eccleſiæ auctoritas plene ſuffi-C ciat, nec veſtra, quantum miſſus a vobis ſermo perdocuit, in hac cauſa minor videatur adſertio: nec tamen ego quoque petitioni, atque interrogationi ſanctæ neceſſarium videar negare reſponſum, unam veramque doctrinam hanc eſſe confitemur, quam evangelica tenet ac tradit antiquitas. Id eſt, Dei filium Deum verum, & hominem verum, unius prorſus atque inſeparabilis eſſe perſonæ: nec ſicut in aliis patriarchis, prophetis, apoſtolis, ceteriſque ſanctis & præclariſſimis viris habitavit, aut habitat Deus, ita in Chriſtum Jeſum divinam illam plenitudinem velut extrinſecus credimus adveniſſe: ſed proprio quodam atque ineffabili modo filium Dei etiam filium hominis factum, ut qui ingenita patris ſubſtantia unigenitus permanebat, ac permanet, mirabiliter ſuſcepto homine, fieret primogenitus in multis fratribus, & qui erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Ex quo igitur myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis, in Deo cœpit per angelum in utero virginis operari, atque in ea ſanctus Spiritus ſupervenit, & illi virtus altiſſimi obumbravit, Deus in homine naſci dignatus eſt, qui ſemper erat, ut homo naſceretur, qualis ante non fuerat. Qui enim ſine matre in cœlis æterne genitus, ipſe in terris ſine patre in utero virginis homo de E Spiritu ſancto creatus eſt. Et ideo in Chriſto Jeſu ſeparari, vel ſubdividi Dei hominiſque nullo modo credimus poſſe perſonam: ne non jam in divinitate trinitas, ſed quaternitas numeretur. Beatus apoſtolus Paulus dum ad exuendum veterem hominem, & induendum novum, fideles exhortaretur: *Primus*, inquit, *homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis, qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes; quomodo portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem A ejus qui de cœlo eſt*. Rogo dicant, quomodo eſt homo iſte de cœlo, ſi non eſt Deus conceptus in utero? aut quæ diſcretio eſt carnis, & ſanguinis in homine Adam, & in homine Chriſto, ſi non homo iſte plenus eſt Deo? Quid enim ſibi vult ſecundus homo de cœlo? Numquid caro tranſmiſſa deſcendit, ac non, ſicut ſcriptum eſt, Spiritus ſanctus in virginem ſupervenit? Sed quia Verbum caro factum eſt, ideo cœleſtis homo appellatus eſt. Nec propterea carnem veram non habuit, quia de cœlo deſcendit, quia carnem Deus accepit. Merito de ſeipſo idem dominus dixit, *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo*. Certe adhuc loquebatur in terra, nec ad patrem poſt victoriam paſſionis, & gloriam reſurrectionis aſcenderat, & tamen filium hominis jam in cœlo eſſe docebat. Hoc utique omni veritate teſtificans, quia & propter hominem Deus converſabatur in terra, & propter Deum homo habitabat in cœlo. Unde etiam apoſtolus, *Qui deſcendit* Epheſ. 4. 10. inquit, *ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut adimpleret omnia*. Item alibi, cum de carnis ſuæ cibo, & potu ſanguinis ſalvator ipſe myſtice loqueretur, ſciens quod offenſi ex Joan. 6. 60 hoc ejus diſcipuli murmurarent dicentes. *Dura eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* hic Ibid. 62. ait: *Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem, ubi erat prius?* Perhibet aſcenſurum, quem in utero virginis conſtat eſſe formatum, ut ex eo humanæ nativitatis ſumpſiſſet principium. Nemo itaque ſacrilego ſpiritu audeat ſeparare, quod videt in cœlo, & in terra unitate inſeparabili permanere. Sicut enim ab omnipotentia deitatis homo Chriſtus Jeſus eſſe non potuit alienus; ita & ab his quæ in hominem vel circa hominem geſta ſunt, ſeparari non poteſt Deus. Natus ergo homo qui nondum fuerat, qui Verbum caro factum eſt, & inhabitavit in nobis. Simili modo paſſus eſt impaſſibilis per paſſibilem quem ſuſcepit, & immortalis mortuus eſt, & qui nunquam moritur reſurrexit. Neque enim vel in paſſione defuit illi D homini Deus; alioquin non eſt dominus gloriæ crucifixus. An dicimus Deum in ſuſcepto homine etiam apud inferos non fuiſſe? aut vero metuendum eſt, ne divinitas ibi quaſi pœnaliter fuerit, quam nulla qualitas adficit, nulla dimenſio circumſcribit? cujus magnitudinem nemo capit, præſentiam nemo fugit, ſecretum nemo invenit, ſplendorem nullus attingit. Times includi immenſum? teneri omnipotentem? abſcondi ubicumque diffuſum? Reſolvere, ſicut ſcriptum eſt, inferorum parturitiones, in quibus voluit & qualiter voluit rerum dominus, ſubjici hujuſmodi conditioni non potuit. Audi eum ante tot annorum millia, dum beato Job mirabilium ſuorum opera per nubem velut improperanti ſimilis prædicaret, hoc quo- Joan. 38. 15. que inter innumeras ſui potentias cumulantem: *Numquid tu intraſti impii lucem, aut brachium ſuperborum contriviſti? aut veniſti ad fines maris? aut in veſtigiis abyſſi ambulaſti? aut tibi*, inquit, *aperientur metu portæ mortis, aut janitores inferni videntes te timuerunt? aut cognoviſti latitudinem ſub cœlo?* Si patris hæc vox eſt, nihil ergo eſt omnipotenti difficile, quoniam ubique eſt, nuſquam non eſt. Quando ei etiam propheta ex perſona cujuſdam dixit: *Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo fu-*

Joan. 1.

1. Cor. 15. 47.

Pſal. 138. 7.

fugiam? ſi aſcendero in cœlum tu ibi es : ſi deſcendero in infernum, ades. Hoc omnino teſtificans ac demonſtrans, Deum, cujus majeſtate plena ſunt omnia quodam incomprehenſibili utique & inexplicabili modo etiam inferis intereſſe. Si autem, quod ſi magis probabile eſt, in his quæ de eo tanto ante in prophetia prædicta ſunt, & impleta filii Dei vox eſt, quoniam per ipſum facta ſunt omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil: ipſe in homine eſt viſitare inferorum dignatus obſtructa, & præpoſitos mortis præſentia invictæ majeſtatis exterruit, & propter liberandos quos voluit, inferorum portas reſerari præcepit. De ipſo ſiquidem Joannes apoſtolus in Apocalypſi ſic loquitur. *Posuit manum dexteram ſuper me dicens, noli timere. Ego ſum primus & noviſſimus, & vivens: qui fueram mortuus, & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum: & habeo claves mortis & inferorum*. Propter deitatem quippe primus; quoniam principium eſt quod & loquitur nobis: propter humanitatem vero noviſſimus, quia ſuſcipere crucem non dedignatus eſt & mortem pro nobis. Et ideo cui in divinitate nuda ſunt omnia creaturarum, etiam in homine ſuſcepto habet claves mortis & inferorum. Tantum igitur abeſt, Deum Dei filium, incommutabilem atque incomprehenſibilem, ab inferis potuiſſe concludi; ut nec ipſam aſſumptionis animam credamus, aut exitiabiliter ſuſceptam, aut tenaciter derelictam. Sed nec carnem ejus credimus contagione alicujus corruptionis infectam. Ipſius namque vox eſt in pſalmo, ſicut Petrus interpretatur apoſtolus, *Non derelinques animam meam apud inferos, neque ſanctum tuum videre corruptionem*. Ipſe propter culpam noſtram factus eſt velut homo ſine adjutorio: propter innocentiam vero ac potentiam ſuam, inventus eſt inter mortuos liber. Tunc enim vere quæ non rapuerat, ſicut ſcriptum eſt, exſolvebat. Non itaque mirum, ſi Deum locus aliquis recipit, nec tamen capit: præſentiam ſentit, majeſtatem non impedit: expaveſcit omnipotentiam, ſubſtantiam non includit. Siquidem illa ſumma & perfecta beatitudo, & inextinguibilis lucis, nec obſcurari tenebris, nec variari locis, nec paſſionibus affici, nec conditionibus minui, nec temporibus valeat commutari. Deus ergo filium proprium hominem, nec in inferis deſeruit, nec apud inferos dereliquit. Cujus autem virtute ac majeſtate antiqua ſanctorum corpora viſa ſunt reſurrexiſſe, ſi Deus inferos minime viſitavit? Quis ille eſt, qui petras ſcindi, terram commoveri, ſolem obſcurari, diem fugere, velum templi in duas dividi partes effecit? Numquid homo tantum? nonne etiam Deus? Ergo ei nec in cruce, nec in morte, nec in ſepulcro, nec in inferis defuit. Nec aliter, aut de alio ſolet intelligi quod in pſalmo dictum eſt: *Aſſerte portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*. Unde expaveſcentibus atque interrogantibus, quis eſt iſte rex gloriæ? reſpondetur, *Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio*. Quo prælio? niſi in quo mortem morte calcavit, peccatum innocens occiſus extinxit, & trophæum victoriæ de diabolo & angelis ejus reportavit? At enim ipſe in cruce dixit: *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* Sed iſta ſuſcepti hominis vox eſt. Adiende unde aſſumpta eſt, & illic vide quid ſequitur. *Longe, inquit, a ſalute mea verba delictorum*. Similis eſt hac vox etiam illi, qua dicitur: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Nonne paulo ante ipſe diſcipulis dixerat: *In me conturbati eſtis, quoniam dixi: eo ad patrem meum, & jam non videbitis me*; &, *ſi diligeretis me, gauderetis, quia eo ad patrem, quia pater major me eſt*. In quo ergo jubet gaudere diſcipulos ſuos? Qualiter creditur contriſtari magiſter, niſi ut in homine veri hominis paſſiones & fluctuationes oſtenderet? Qui enim propter nos reparandos, inſtituendos, confirmandoque venerat, omnia in ſe infirmitatis noſtræ genera ſuſtinebat. Non enim habemus ſacerdotem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris; etenim ſicut apoſtolus ait, expertus eſt omnia ſecundum ſimilitudinem, ſine peccato. Similis huic eſt etiam illa vox. *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte: verum non quod ego volo, ſed quod tu vis*. Nonne in hoc venerat, ut pro nobis hunc calicem biberet & venenum a ſerpente propinatum tali antidoto ſalutis expelleret? Nonne poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, & poteſtatem habebat iterum ſumendi eam? Nonne ipſe dixerat, *Nemo tollit eam a me; ſed ego a me ipſo pono eam*? Et tamen nunc velut dubitans loquitur & recuſans: ut & illic divina poteſtas appareat, & hic ſe conditio humana cognoſcat. Nonne hoc myſterium ante tempora æterna in Deo fuiſſe abſconditum clamat apoſtolus: Num vero velut repentinum aliquid Chriſtus expavit, quod certo tempore faciendum in æternitate cum patre diſpoſuit? Hæc ergo & talia cum dicuntur aut fiunt, ſicut ſæpe dictum eſt, veram hominis infirmitatem, fragilitatemque demonſtrant, nec ideo præſentiam divinæ majeſtatis evacuant. Hic homo quiſquis es, qui putas Deum Chriſtum ab homine Chriſto paſſionis tempore ſeparatum, non recordaris eum paſſuris diſcipulis ſuam præſentiam fideliter pollicentem, qui dicit: *Cum vos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis*. Itane ille qui ſervis facientibus domini voluntatem ſuam divinam præſentiam promiſit, donavit, exhibuit: in quo nullo exiſtente peccato, pro noſtra ſalute mortem ſubiit innoxiam, ut patris faceret voluntatem, divinum auxilium ſibi carnis tempore denegavit? Et Deus hominem, quem ob hæc ſuſtinenda nulla compulſus neceſſitate ſuſcepit, in hac perfunctione deſtituit? Loquitur inter tormenta martyrum præſens, nec eos aliquid meditari permittit, & ſe ipſum in crucis patibulo dereliquit? Ipſe eſt enim, quod ſæpe ac ſemper eſt repetendum: nec diſtingui poteſt Dei hominiſque perſona, quamvis ſit in eo diverſa ſubſtantia. Abſit aliud credere, abſit aliter de omnipotente ſentire. Nec naſci æternus, nec creſcere perfectus, nec impaſſibilis pati, nec immortalis mori, ſine ulla ſui mutatione vel corruptione, ſicut jam dictum eſt, formidavit. Sed quia hæc pati non poſſet ſola divinitas, hominem per quem tanti muneris myſterio perfungeretur, accepit. Nam & in cœlum receptus, illuc cum levavit, unde nunquam ipſe diſceſſit. Audiamus Apoſtolum prædicantem Chriſtum crucifixum, *Judæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam*. Ipſis vero vo-

Apoc. 1. 17.

Psalm. 15 10. Act. 2 27.

Psalm. 68 5.

Psalm. 23 7.

Ibid. 8.

Psalm. 21 2.

Ibidem.

Matth. 26. 38.

Joan. 16 6. Joan. 14 28.

Hebr. 4. 15.

Matt. 26. 39.

Joan. 10. 18.

Coloſſ. 2. 6.

Matt. 10. 19.

1 Cor. 1. 23.

catis Judæis & Græcis eundem ipſum Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Advertite, filii dilectiſſimi: & quod jam noſtis, agnoſcite. Ipſum Chriſtum, qui propter humilitatem ſuſcepti hominis Judæis dicitur fuiſſe ſcandalum, gentibus autem ſtultitia, ipſum eſſe Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Numquid vel hic ſeparata aut diſcreta eſt ab Apoſtolo divinitatis humanitatiſque perſona? aut erubuit eamdem dicere Dei ſapientiam, quam factam dixerat gentium ſtultitiam? aut eumdem aſſerere Dei virtutem, quem ſcandalum dixerat Judæorum? Quid ergo nos erubeſcimus confiteri Deum propter hominem, atque in homine natum & paſſum; cum non negamus donante Deo factum eumdem ipſum hominem Deum? quod utique per Divinam gratiam, non per humanam ſubſtantiam accepiſſe cognoſcitur. Adhuc paulo infra ſubſequitur: *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui factus eſt nobis a Deo ſapientia & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, & quemadmodum ſcriptum eſt: qui gloriatur, in Domino glorietur.* Certe Chriſtus Jeſus hominis tantum nomen eſt, ait hæreticus. Sed Paulus qui ſciebat & dixerat non eſſe in homine gloriandum, Chriſtum Jeſum non tantum hominem, ſed Deum quoque cognoverat: quem ſapientiam, & juſtitiam, & ſanctificationem, & redemptionem, nobis a Deo factum eſſe credebat, & in eo credentes gloriari docebat. Quoniam Chriſtus Jeſus & homo & Deus eſt, & ad hæc conſequenter non elatione verbi, aut ſapientiæ, myſterium Dei adnuncians addit & dicit: *Nihil me judicavi ſcire in vobis, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Ac ne Judæorum iniquus populus parvum ſe aſſerat admiſiſſe peccatum, ſi ſe intelligat nudum tantum hominem perſecutum: myſterium in Dei ſapientia dicit abſconditum, nulli principum hujus ſæculi revelatum, teſtificans, quod *ſi cognoviſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* Ecce & hic Chriſtum Jeſum, quem dominum gloriæ confitetur, ipſum prædicare non metuit ſæculi principibus crucifixum. Omnem hujus lectionis continentiam conſideretis exhortor: & videbitis quanto molimine atque conatu, tanctus Apoſtolus hominum mentes a terrenæ tantum intelligentiæ utilitate ad Divina in hoc myſterio & cœleſtia conſideranda ſuſtollat. Breviter enim cuncta tranſeo, quæ ipſi plenius & latius poteritis advertere. Nam & ad Corinthios ſecunda quodam loco ſic loquitur. *Sive*, inquit, *mente exceſſimus, Deo; ſive temperantes ſumus, vobis. Caritas enim compellit nos, judicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus eſt.* Et paulo poſt: *Omnia*, inquit, *ex Deo, qui reconciliavit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis myſterium reconciliationis, quia Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.* Quæro quemadmodum: non aliter quam natcendo, patiendo, moriendo, reſurgendo, atque in cœlum aſcendendo. Quæro etiam, quod ſit myſterium reconciliationis noſtræ? Num aliud quam ſacrificium quod per ſuum ſanguinem ſummus ſacerdos obtulit Chriſtus? Videamus ergo utrumnam ſolus homo perfecerit: quoniam ſicut illi putant, Deus ab eo in paſſione diceſſit. Sed huic opinioni Paulus apoſtolus evidentiſſime contradicit: *Deus*, inquit, *erat in Chriſto*. Erat in Chriſto, non diſceſſerat a Chriſto. *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi*. Quemadmodum reconcilians? non reputans illis delicta eorum. An forte hoc ſtultiis placet, ut per hominem tantum fiat remiſſio peccatorum? quod cum etiam Judæi reſpuerent, dicendo: *Blaſphemat: quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* ipſe Dominus, Dei hominiſque filius, volens manifeſtare incredulis non eſſe ſolum hominem quem videbant, ſed Deum etiam in quem credere contemnebant, & poteſtatem Divinam hominiquoque, propter unitatem perſonæ ejus ac præſentiæ, contributam evidenter oſtendere: *Ut ſciatis*, ait, *quoniam poteſtatem habet filius hominis ſuper terram dimittere peccata, tunc dixit paralytico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Ita Deus & homo, unus & verus animarum corporumque ſalvator, & exteriorem hominem morbo carnali, & interiorem peccati onere levavit. Deus ergo erat in Chriſto mundum re concilians ſibi, nuſquam & nunquam deſerens hominem, quem propria dignatione, nulla prorſus neceſſitate ſuſcepit. Ad Hebræos quoque idem Apoſtolus in ipſius epiſtolæ prima fronte, teſtatur: *Poſtremo*, inquit, *in his diebus locutus eſt nobis in filio quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, gerens quoque omnia verbo virtutis ſuæ, purgatione peccatorum a ſe facta ſedit in dextera majeſtatis in excelſis.* Ipſe ergo filius Dei, filius hominis, unus eſt atque idem, qui propter æternitatem, cum patre fecit ſæcula; propter incommutabilem lucem, ſplendor eſt gloriæ; propter æqualitatem, figura eſt ſubſtantiæ; propter majeſtatem, gerit omnia verbo virtutis. Ipſe etiam propter ſuſcepti hominis paſſionem, peccatorum noſtrorum fecit purgationem; & propter remunerationem, habet in patris dextera ſeſſionem. Quomodo autem purgationem fecit peccatorum, niſi delens chirographum, quod adverſum nos fuerat diabolo accuſante conſcriptum? quomodo delevit, niſi cruci affigens, & ſanguine innocente diluens? Quod ergo olim Deus locutus eſt patribus in prophetis, & poſtremo eſt teſtificatus in filio, hoc credamus, hoc teneamus, hoc omnibus viribus defendamus. Accedit ad cauſam, quod tunc principatus & poteſtates exſpoliavit fiduciaſiter, triumphans eos in ſemetipſo. Quod opus non eſt omnino ſolius hominis, ſed Divinæ in homine majeſtatis. Neque enim homo fortis & potens, ſed Dominus potens in bello. Item illic poſt multa, quibus Apoſtolus myſterium novi teſtamenti a veteris figura diſcrevit, ſic ait: *Refragans legi Moyſi, ſine miſeratione moritur in duobus aut tribus teſtibus, quanto magis videtur deteriore pœna dignus, qui filium Dei conculcavit, & qui ſanguinem novi teſtamenti immundum æſtimavit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ Dei contumeliam fecit? novimus enim eum, qui dixit, mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.* Quæro qualiter poſſit Deus Dei filius conculcari. Videtis etiam hic, quemadmodum nec dubitet, nec metuat, nec erubeſcat aſſerere Dei filium conculcatum. Sed quoniam ſi quis ſanguinem in quo ſanctificatus eſt immundum exiſtimat, utique filium Dei conculcat: ideo non diſcrevit hominis paſſionem a majeſtate, cujus reum vult eſſe illum, qui pro nihilo exiſtimaverit pro ſe ſanguinem fuſum. Non enim filius Dei conculcatur: niſi in eo, quod

quod mortis, quem in homine ſuſtinuit, beneficium ſpernitur. Ipſe quoque ſalvator ac Dominus, fidem remuneraturus, interrogat:
Matth. 6. 13. Videte quid dixerit: *Quem me*, inquit, *dicunt homines eſſe, filium hominis?* Atque cum diverſas aliorum opiniones illi ſuggererent: *Vos autem*, inquit, *quem me dicitis eſſe?* me utique filium hominis. Ad hæc Petrus, ab eodem inſpiratus, & in hac confeſſione ad rectam fidem forma ſui univerſis gentibus profuturus, adverte quanta & quam plena integritate reſponderit. *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. Tu tù, o ille qui te filium hominis dicis, tu es Chriſtus filius Dei vivi. Numquid non etiam hic, ſive in interrogatione Domini, ſeu in reſponſione Apoſtoli, utriuſque ſubſtantiæ una monſtratur oſtenditurque perſona; dum & ille ſe hominis filium, quod in aperto videbatur, edicit; & Petrus eum Chriſtum Dei filium, quod in occulto gerebatur, donata ſibi confeſſione monſtravit? unde laudatus a Domino, & beatus eſt dictus, quoniam non ei caro & ſanguis revelaverit, ſed pater qui in cœlis eſt. Quod ergo credere debeamus, Deus pater per Deum filium revelet, non caro & ſanguis inſinuet. Poſt reſurrectionem quoque cum Dominum Maria minime cognoviſſet, & ille proprio nomine appellando, viam illi recognitionis aperiret, ac ſe tangere volentem nec faceret prohiberet: quid ei nunciandum diſcipulis delegare dignatus fuerit, audiamus. *Vade*, inquit, *ad fratres meos, & dic eis, aſcendo ad patrem meum & ad patrem veſtrum: ad Deum meum & ad Deum veſtrum*. Age nunc, eligat hæreticus utrum putet, & cujus vocem malit hanc eſſe, ipſe diſcernat. Utraque parte acuto ſpiritali gladio ferietur. *Aſcendo*, inquit, *ad patrem meum, & ad patrem veſtrum: ad Deum meum, & ad Deum veſtrum*: Si hominis vox eſt, ergo filius Dei eſt homo ille: ad patrem, meum, dixit aſcendo: Si Dei vox eſt, ergo homo eſt Deus ille: ad Deum meum enim, dixit, aſcendo. Nec enim, ait, aſcendo ad patrem meum, & Deum hominis mei: aut aſcendo ad Deum meum, & ad patrem Dei mei. Qui igitur perſonam divinitatis humanitatiſque diſcernit, utroque intellectu convincitur. Aut homo dixit, & idem ipſe eſt Dei filius; aut Deus dixit, & idem ipſe eſt etiam homo ſuſceptus. Qui enim dicit, aſcendo ad patrem meum & ad Deum meum: repetendo meum & meum, unam probat polliceturque perſonam quamvis diſtinguat utramque ſubſtantiam. Quod enim ait, aſcendo ad patrem meum, pertinere quidem videtur ad unigenitum filium; quod autem ait, ad Deum meum, pertinere videtur ad hominem factum. Sed in Chriſto Jeſu nec homo creatus poteſt dici, nec filius: nec unigenitus Deus negari homo poterit natus. Atque ideo nec Dei tantum, nec hominis tantum, vox iſta eſſe convincitur: quam Deus & homo, unus atque unicus ipſe filius, ad ſuos diſcipulos perferendam inſeparabili omnino atque indiviſibili manda[illegible] affectu. Denique ut noveritis, & plenius advertatis ita eſſe quod dicitur: ad diſſolvenda omnium hæreticorum machinamenta, & univerſas calumnias refellendas, ubi opus fuit naturam creatoris a creatura diſcernere, videte qualiter pro nobis pietas Divina vigilavit. *Vade*, inquit, *ad* Joan. 20. 17. *fratres meos, & dic eis, aſcendo ad patrem meum, & ad patrem veſtrum, ad Deum meum, & ad Deum veſtrum*. Ecce hic evidenter ipſius Domini, id eſt Dei & hominis, a famulorum ſuorum perſona diſtinguitur, & a natura vocatio ſeparatur. Quamvis enim id quod mandatur, jam amicis mandetur & fratribus: oſtenditur tamen, quid Domino debeatur, quid ſervis ceteris tribuatur. Potuit namque dicere, aſcendo ad patrem noſtrum, & ad Deum noſtrum. Quia multum diſtat inter dominationem & conditionem, inter generationem & adoptionem, inter ſubſtantiam & gratiam. Ideoque hic non permixte nec paſſim dicitur, aſcendo ad patrem noſtrum, aut Deum noſtrum: ſed ad patrem meum, & patrem veſtrum. Aliter enim illi Deus pater eſt, aliter nobis. Illum ſiquidem natura coæquat, miſericordia humiliat: nos vero natura proſternit, miſericordia erigit. Hoc enim egit iſta Divina humanitas, & humana divinitas, tali ac tanto miraculo, ut hujuſmodi gratiam indigna mortalium meruiſſet infirmitas. Et quis poterit, vel cui ſufficiat, paginarum ſanctarum omnia uno in tempore documenta congerere, quibus ſincera hæc & mera veritas perdocetur? ſed & modus ſermonis, qui jamdudum exceſſit, aliquando tenendus eſt. nec mihi diutius laborandum cum eis, quos inſtruente Domino eruditos novi. Inſtate itaque, ſicut Apoſtolus præcepit, opportune ac importune, & doctrina ſana univerſos errantes arguite, revocate, inſtruite, roborate. 2. Tim 4. 2. Non mea, quæ nulla aut parva ſunt, habentes in hac fidei regula documenta, ſed ſcripturarum, ac magnorum & doctiſſimorum virorum, qui hæc ante nos & firmiſſime tenuerunt, & multiplicibus libris eloquentiſſime docuerunt.



Η ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΤΡΙΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

SANCTUM EPHESINUM CONCILIUM TERTIUM GENERALE.

HISTORIA CONCILII EPHESINI.

a Ex editione Romana GL. conciliorum generalium anni 1608.

SUCCESSERAT in [b] Conſtantinopolitana ſede Neſtario S. Joan. Chryſoſtomus, Chryſoſtomo Arſacius Neſtarii frater, Arſacio Atticus, Attico Siſinnius. Poſt cujus obitum Theodoſius junior Auguſtus, Theodoſii ſenioris nepos, & Arcadii filius, adverſis pugnantium civium ſtudiis offenſus, non ex Conſtantinopolitana, ſed ex Antiochena eccleſia adſciſcendum epiſcopum putavit, Neſtorium [c] nomine, Germaniciæ natum, dicendi quidem facultate præditum, a forenſi [d] tamen ſtrepitu alienum: qui plebeii veſtitus ruditate, inceſſus ac ſupercilii gravitate, oris pallore ac macie, cum continentiæ, pietatis, ac veteris diſciplinæ mentiretur imaginem, magno omnium conſenſu Conſtantinopolim accerſitus, IV. Idus Aprilis, Felice & Tauro coſſ. epiſcopus initiatus eſt. Duxerat ſecum Antiochia [e] Anaſtaſium presbyterum, fidiſſimum comitem, quo admodum familiariter utebatur. Is presbyter [f] cum aliquando verba faceret ad populum, in tantum ſcelus erupit, ut beatam Mariam Θεοτόκον, hoc eſt deiparam vocandam eſſe impudentiſſime negaverit, propterea quod ab homine Deus naſci non poſſet. Excitavit impia vox magnos populi tumultus ac turbas. Neſtorius autem ſuum presbyterum tantæ ſeditionis auctorem, diro aſioquin anathemate & ultimo dignum ſupplicio, advocata concione magnifice collaudavit: utque ſacrilegia ſacrilegiis obfirmaret, ſublato deiparæ nomine, Chriſtum dominum [a] in Jnas diſtraxit hypoſtates ac perſonas; in eoque aſſeruit ſicut naturas duas, ita & filios duos, & Chriſtos duos; unum quidem Deum ex patre Deo, hominem alterum ex matre, quam idcirco non Theotocon ſed Chriſtotocon appellabat.

b Soc. lib. 6. c. 19 & 18. lib. 7. c. 26. & 29.

c Soc. lib. 7. c. 29. Liber. in Brev. c. 4.

d Theodor. l. 3. de fabul. hæret. cap. ult.

e Soc. lib. 7. c. 32. & Liber. cap. 4.

f Soc. & Liberat. ubi ſupr.

a Vincent. Lirinen. c. 29.

Sed & Dorotheus [b] quidam epiſcopus ſpe forſidi quæſitus religionem prodidit. Nam in eccleſia coram Neſtorio ſacris operante, cum in editiorem cathedram irrupiſſet, ex ea repente omnibus qui deiparæ vocem uſurparent, anathema conclamavit. Facinus [c] comprobat Neſtorius, impiumque impius ſacrorum myſteriorum communione dignatur. Attollitur [d] continuo irati populi clamor ac fremitus adverſus epiſcopum; obſtrepitur docenti; decurritur per urbem magno tumultu; ab nefarii hominis conſortio ſeceſſio fit, non modo plebis & ſenatus, ſed monachorum quoque, & eorum qui archimandritæ dicebantur; mœſtis demum vocibus [e] inclamatur per vices, eſſe quidem in urbe regulum, epiſcopum non eſſe. Quas ob cauſas ira ac metu furere Neſtorius, rapere quos poſſet ad judicum tribunalia, clericos [f] recte ſentientes ab aris ac ſocis avellere; vexare fame, vinculis, calcibus & archimandritas. Vulgantur [g] interea per orientem deſcriptæ Neſtorii conciones, ſanie ac veneno diffluentes: fremunt adverſus eas orthodoxæ plebes & antiſtites, Cyrillus

b Parte 1. concilii capitibus 20. & 22.

c Par. 1. cap. 20.

d Par. 1. c. 24.

e Par. 1. c. 29.

f Par. 1. c. 24.

g Par. 1. c. 29.

h Par. 1. c. 24.

a Prosper contra Collatorem, c. 41.

rillus [a] in primis Alexandrinus episcopus, vir omni sapientia & sanctitatis exemplo clarissimus; quem difficillimo sane tempore Deus & apostolicæ fidei propugnatorem, & Nestorii antagonistam acerrimum comparaverat. Is primum

b Par. 1. c. 2. & 24.

Ægypti [b] monachos per literas de Nestorio docuit, ejusque detestabilem vecordiam, prout par erat, detexit: deinde cum Nestorianum malum magis ac magis in dies serperet, pullulantem hæresim doctissime confutavit libris tribus ad Theodosium & ad reginas, hoc est, Pulcheriam & Eudociam, missis: tametsi secus quam oportuit, eam tum interpretatus imperator, suadente Nestorio, illum acerbioribus quam decuit literis perstrinxerit. Dedit & aliis aliquot eodem argumento epistolas Cyrillus; quæ piorum hominum studio cum ad Nestorium perlatæ fuissent, is graviter offensus, sanctissimi viri existimationem cœpit criminationibus ac probris atrocissimis violare. Illum contra Cyrillus crebrioribus literis ad saniorem mentem hortatus, & quam longe ab apostolicis traditionibus recessisset, edocere. Calcitrabat contra stimulum Nestorius, & hortatorem suum quasi insolentem & indoctum frequentibus per epistolas conviciis impetebat. Verum nec Constantinopolitani imperii finibus contentus homo nequissimus, Romanorum etiam aures ausus est pertentare: Misit itaque per Antiochum virum illustrem Cælestino Romano episcopo impias, quas Constantinopoli habuerat, conciones. Cyrillus quoque suas ad Nestorium, & Nestorii ad ipsum ultro citroque datas literas, per Possidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum eidem Cælestino misit. Qui statim coacta Romæ multorum

c Par. 1. c. 16.

[c] episcoporum synodo, cum nefarii hominis mentem sensumque solerter inspexisset, sacro approbante concilio,

d Par. 1. c. 15.

[d] exitialem hæresim damnat: deinde severissimas execrationes, & episcopalis abrogationem honoris denunciat Nestorio, nisi intra decem dies conscelcratam, quam invexerat, sectam publicis testificationibus ejuraret: restituitque in pristinum gradum quos ille vel ab ecclesiæ communione, vel a sacris functionibus abstraxerat. Tum per literas primariis

e Par. 1. c. 20.

[e] orientis episcopis catholicæ fidei patrocinium adversus Nestorianos furores gravissimis verbis commendat, Cyrillo

f Par. 1. c. 14.

[f] in primis, cui suas etiam partes vicesque demandat, ut apostolicæ sedis nomine sententiam contra Nestorium (nisi intra legitimum tempus facti pœniteat) evulget, atque exequatur, pestilentemque hominem a fidelium communione depellat: quæ de re Constantinopolitanum etiam populum Cælestinus

g Par. 1. c. 29.

[g] docuerat per epistolam. Cyrillus, quo suo officio satisfaceret, plures epistolas de fidei veritate, & Nestorii cauta, una cum mandatis Cælestini, ad Joannem

h Par. 1. c. 22. & 24.

[h] Antiochenum, Juvenalem Hierosolymitanum, & Acacium Beroënsem transmisit: & ut consultius ageret, Alexandrinam

i Par. 1. c. 26. & 27.

[i] synodum coegit, & quatuor

k Act. 1. ante med. in 1. parte concilii.

[k] episcopos misit, qui Nestorium coram commonefacerent, eique insignem synodi

l Par. 1. c. 26. in Act. 1. ante med.

[l] epistolam deferrent, duodecim capita, qui ab anathemate adversus hæreticos anathematismi dicti sunt, complectentem. Sprevit omnia Nestorius: rogantibus episcopis ne aditum

m Par. 1. c. 29.

[m] quidem præbuit: anathematismos

n Par. 1. c. 29.

[n] anathematismis opposuit: monachos, qui consiliis ipsius obsistebant insensius, adegit in custodias

o Par. 1. c. 30.

[o] ac tormenta: sed & in ceteros quacumque potuit ferocia & crudelitate desæviit. At vero, cum Cyrillus ipsius Nestorii resipiscentiam sibi in primis ante oculos proponeret, synodum generalem necessariam esse putavit: statimque, ut dictum est, præcipuas orientis ecclesias, earumque antistites literis perungere instituit, ut communicatis consiliis cogitarent de Nestorio vel ad meliorem frugem revocando, vel, si res ita ferat, ab ecclesiæ membris resecando juxta Cælestini decretum: is enim Pontificis auctoritatem, veluti maximum hujus causæ pugionem & clypeum, inculcabat omnibus, quibus scribebat, episcopis, præsertim Juvenali Hierosolymitano, Acacio Beroënsi, & Joanni Antiocheno, quem præter alios affatur his

a Par. 1. c. 11.

[a] verbis: Porro autem expositionibus Nestorii, ejusdemque epistolis, & iis præcipue, in quibus, quod apertam ipsius subscriptionem præ se ferrent, nullus tergiversandi locus reliquus erat, palam lectis, sacra Romana synodus disertam statim in illum sententiam tulit. Qua de re & ad tuam quoque pietatem perscripsit. Horum proinde decreto modis omnibus parendum est illis, qui a totius occidentis communione excidere noluerint. Scripserunt namque expositæ sententiæ exempla cum ad Rufum piissimum Thessalonicæ episcopum, tum ad alios quoque nonnullos religiosissimos Macedoniæ episcopos, qui ab illius sententia non temere decedere solent. Scripserunt nihilo secius & ad Juvenalem quoque piissimum Hierosolymorum episcopum. Jam tuæ pietatis fuerit, diligenter quid in rem futurum sit expendere. Nos enim quæ illi judicaverunt, sequi omnino constituimus. Veremur namque, ne a tantorum virorum communione excidamus, qui non levi de causa indignantur, neque ob parvi momenti res hos motus excitaverunt, eamque sententiam tulerunt; sed propter ipsam fidem, universasque orbis terrarum ecclesias, & communem populi ædificationem.

Hæc autem tam vehemens Cyrilli exhortatio ad parendum Cælestino non alio sane spectabat, quam ad implorandum episcoporum conventum & synodum, quæ de Nestorio cognosceret: de hac enim diserte Cælestinus

b Par. 1. c. 20.

[b] Joanni scripserat his verbis: Sciat nihilominus sanctitas tua, ejusmodi a nobis, vel ab ipso verius Christo domino ac Deo nostro per nos sententiam in Nestorium latam esse, videlicet quod nisi intra decem dies post acceptam admonitionis nostræ syngrapham enumerandos, sacrilegam de Christi ortu doctrinam scripta confessione damnaverit, eamque fidem in posterum se sectaturum promiserit, quam & Romanorum & Alexandrinorum & universa profitetur & servat ecclesia, certo fore, ut ab episcoporum synodo exauctoretur, proprioque exitio se læsum esse experiatur. Ac propterea in epistola

c Actio 2. in 2. parte concilii.

[c] quam ad ipsum concilium Ephesinum per Arcadium & Projectum episcopos, & Philippum presbyterum, legatos suos, Cælestinus dedit manifesto declarat, quanta cum ejus voluntate, aut voluptate potius ad eam synodum celebrandam conventum fuerit. Non immerito igitur Firmus

d Actio 1. in fin.

[d] Cæsareæ Cappadociæ, & Juvenalis Hierosolymorum, episcopi palam in Ephesina synodo legatis apostolicis profitentur, ipsam synodum secutam id quod præscripserat Cælestinus, ejusque auctoritate compulsam de Nestorii dogmate & abdicatione exercuisse judicium.

His expositis planum fit, orientalibus episcopis satis perspectum compertumque fuisse, justisse

juſſiſſe Cæleſtinum, ut quod ipſe de Neſtorio decreverat, id rurſus ipſi ſancirent & exequerentur in ſynodo. Verum quoniam plurima, quæ ad ſynodum tam auſpicandam, quam ad optatos exitus promovendam pertinebant, vix perfici poterant ſine Imperatoris auctoritate; quocirca moris erat his in rebus imperatoriæ majeſtatis implorare præſidium: ideo [a] Cyrillus Juvenalem Hieroſolymorum epiſcopum monet, ſerio cum Imperatore agendum eſſe, ut ad Neſtorianos fluctus, quibus agitabatur orbis terrarum, ſedandos ſuam opem poteſtatemque conferret. Scribit & [b] Conſtantinopolitanis, qui cum ipſo ſentiebant, ſi Neſtorius amicorum monitis non acquieſcat, rem ad concilii tribunal oportere deduci. Quibus literis, & quotidianis quibus a Neſtorio vexabantur injuriis, commoti Baſilius diaconus & univerſus monachorum ordo, qui degebant Conſtantinopoli, enixe Theodoſio [c] ſupplicarunt, ut ad reſtituendum eccleſiarum, quas Neſtorius diſcindebat, nexum & pacem, ad ſynodum epiſcopos convocaret. Quibus rebus adductus Imperator Theodoſius, ipſomet XIII. & Valentiniano III. coſſ. XIII. Kal. Decemb. per literas Cyrillo [d] ceteriſque metropolitanis generale concilium, ad ſequentis anni pentecoſten Epheſi celebrandum, denunciat.

Eo ſtatim poſt paſchales ferias convolat Neſtorius, magna populi frequentia ſtipatus. Paulo poſt, cum inſtaret ſolennitas pentecoſtes, adfuit & Cyrillus cultu apparatuque [e] pontificio, quippe Cæleſtini juſſu, & apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodo præfuturus. Quarto poſt pentecoſten die Juvenalis [f] Hieroſolymorum epiſcopus advenit cum epiſcopis Palæſtinis. Capreolus [g] vero Carthaginenſis epiſcopus Beſulam diaconum miſit, qui ſynodum doceret, ob Vandalicam feritatem ac barbariem, quæ tota graſſabatur Africa, Africanis epiſcopis integrum non fuiſſe ut Epheſum proficiſcerentur: Auguſtinum autem Hipponenſem epiſcopum, priuſquam Imperatoris epiſtolam, qua vocabatur ad ſynodum, accepiſſet, e vivis exceſſiſſe: quare non eſſe quod antiſtites ulli expectarentur ex Africa. Solum itaque opperiebantur Joannem Antiochenum cum ejus epiſcopis: qui non ob intervalla locorum, ſed ut Neſtorio (id enim Epheſina [h] ſynodus ſcripſit Cæleſtino) morem gereret, pluſquam hebdomadas duas ultra conditam diem moratus, tandem per duos metropolitanos ſuos, Apameenſem & Hierapolitanum, Epheſinis patribus ſignificavit, non eſſe diutius expectandum ipſum, nec ſynodum differendam.

Quapropter cum ea cunctatio eſſet epiſcopis, qui ducenti & [i] eo amplius jam convenerant moleſtiſſima, quod alii ſumptuum premerentur inopia, alii gravibus ac periculoſis morbis conflictarentur, alii interpretarentur tantam moram contumelia & contempru ſynodi non carere; magna conſenſione decreverunt ſynodum auſpicari, idque in æde beatæ Mariæ, decimo Kalendas [k] Julias, Baſſo, & Antiocho coſſ. cum jam Epheſum adveniſſent illuſtres comites [l] duo, Irænus & Candidianus, nihil ſane de fidei cauſis cogniturі; ſed Irenæus quidem amicitiæ tantum ſtudio Neſtorium ſecutus, nulla publica poteſtate; Candidianus autem cum Theodoſii mandatis, ut ſynodi tuendæ promovendæque ſolicitudinem curamque pro imperio ſuſtineret. Itaque perlectis in concilio Auguſtalibus literis, quibus ad ſynodum epiſcopos invitaverat, antequam diſceptationis initium fieret, Neſtorium, qui ſcelerum conſcientia perterritus in medium prodire auſus non fuerat, accerſendum curarunt, ut in ſynodo ſacrilegia, quorum poſtulabatur, audiret, coramque dilueret. Abnuit [a] accerſitus, ſpretoque concilii juſſu omnem diſputationem, conteſtatamque litem in Joannis [b] epiſcopi extrahebat adventum. Poſtera die ſecundo [c] ac tertio mittuntur epiſcopi qui illum ſynodi nomine convenirent: totam opperiuntur diem pro foribus, nihil præter convicia reportant: ſed & a ſatellitibus, qui Neſtorianam domum cinxerant, petulanter accepti pulſatique diſcedunt.

Fruſtra tentatis [d] omnibus, quæ inſanienti Neſtorio mederi potuiſſent, itum eſt ad ſynodicam cauſæ dijudicationem. Itaque publice pronunciantur Nicænæ fidei ſymbolum, & Cyrilli ad Neſtorium, & Neſtorii ad Cyrillum literæ: tum conciones, epiſtolæ, libelli ac tractatus Neſtorii: quæ omnia a Nicæna fide, ſanctorumque patrum ſententiis, quæ tunc quamplurimæ prolatæ ſunt in medium, abhorrere judicata ſunt: poſtremo producti nonnulli viri graves, qui de Neſtorii adverſus Chriſtum ac deiparam virginem blaſphemiis teſtimonium dixere. Quibus omnibus graviter & accurate perpenſis, ab epiſcopatu, ſacerdotumque conſortio Neſtorius dejicitur conſtantiſſima totius ſynodi [e] ſententia, epiſcoporum omnium ſubſcriptionibus munita: quam ſtatim ſolenni pompa præcones tota urbe circumtulere; nec voce tantum, ſed aſſixis etiam publice ſyngraphis promulgarunt. Quin & [f] populus, qui ab ortu ſolis ad veſperam ſynodi judicium expectaverat avide, incredibili gratulatione perfuſus, collucentibus rædis ac ſunalibus domum deduxit epiſcopos, prætercuntibus thura & odores incendit, impiique hominis condemnationem acclamatione ac plauſu ſauſtiſſimo celebravit. Perſcriptum [g] eſt continuo quidquid actum geſtumque fuerat, imperatori: quæ ſynodi literæ, licet eas intercipere terra marique conaretur Candidianus comes Neſtorio obſequens, perlatæ tamen ſunt. Quod ubi cognovit beatus [h] Dalmatius, admirabili vir ſanctitate, divinæ vocis admonitu egreſſus monaſterium, in quo totos quadraginta octo annos ab omni hominum conſuetudine ſemotus delituerat, longo archimandritarum monachorumque ordine inter gratulantium cantus & pſalmos ad palatium contendit, ut quid in ſacroſancta ſynodo decretum eſſet, ab Imperatore perdiſceret. Accurrerunt etiam anachoretæ cum facibus & hymnis, magnaque populi frequentia. Quibus omnibus audientibus Epheſiorum patrum literæ in S. Mocii baſilica perlectæ ſunt, ſingulari omnium voluptate, conclamante populo, anathema Neſtorio.

Hanc Neſtorii condemnationem apoſtolicæ ſedis [i] legati, qui poſt latam ſententiam advenere, cum acta ſynodi recognoviſſent diligenter, ſuo etiam ſuffragio, & chirographo munierunt. At vero Joannes Antiochenus, [*] qui cum epiſcopis ſuis, poſt damnatum eumdem Neſtorium, ante legatorum adventum Epheſum acceſſerat, Candidiani [k] comitis ſuaſu doloque deceptus, indigniſſime ſe ferre palam profeſſus eſt, non habita abſentis ratione, ſeque inconſulto damnatum Neſtorium, & Cyrilli anathematiſmos, de quibus perperam ſentiebat, om-

a Par. t. c. 24.
b Par. t. c. 22.
c Par. t. c. 19.
d Par. t. c. 20. & 31.
e Balſam. tit 8. cap. 1. Nicephor. lib. 14. cap. 34.
f Liberat. c. 5
g Act. 1. circa med. in epiſt. Capreoli ad ſynodum
h Act. 1. aliquanto poſt princ.
i Act. 1. poſt med. & Act. 2. paulo poſt princ.
k Vinc. Lirinenſ. c. 42.
l Par. t. c. 24.

a Act. 1. paulo poſt princ.
b Socr. l. 7. c. 33
c Act. 1. non longe a princ
d Ibid.
e Act. 1. circa med.
f Ibidem.
g Ibidem.
h Ibid. paulo poſt.
i Act. 2. in fin.
* Evagr. l. 1. cap. 5.
k Act. 2. non longe a fine.

omnium ſententiis fuiſſe approbatos. Itaque ve- A
tut ulturus injuriam, ſeceſſione facta, conjunctiſque cum Neſtorio viribus, quoddam ſeorſim conciliabulum, cui & œcumenicæ ſynodi nomen arrogabat, coegit ex triginta [a] circiter epiſcopis, ſeu potius perditiſſima atque infima epiſcoporum fœce : quippe quorum alii extorres erant ac vagi, alios gravibus de cauſis ipſorum metropolitani abdicarant epiſcopatu ; alios ob hæreſes ſuis e finibus ejecerant Theſſali ; alii demum Pelagii errores ſequebantur. Hac hominum colluvie fretus Joannes, primum Theodoreti Cyrenſis opera duodecim [b] Cyrilli anathematiſmos, ſeu capita confutavit : deinde Cyrillo ac Memnoni Epheſino epiſcopo, viris ætate ac morum integritate graviſſimis, falſo ipſos B cum Apollinare ſentire objiciens, indicta cauſa epiſcopalem honorem ac nomen abſtulit, reliquos autem, qui ſynodo interfuerant, injuſte piorum communione privavit : ſtatimque ſcripſit Imperatori, Cyrillo ac Memnoni epiſcopalem dignitatem legitimis judicum ſuffragiis ademptam fuiſſe. Quarum rerum indignitate commoti patres Epheſinæ ſynodi, acceptis ſupplicibus [c] libellis, quos pro ſe Cyrillus ac Memnon obtuleraut, trium epiſcoporum legatione Joannem monent, ut in ſynodum veniat, rationem eorum quæ in Cyrillum, in Memnonem, & reliquos per ſummam injuriam conſtituerat, C redditurus. Hærere Joannes, averſari, trepidare ; & militum potius coronæ, quam cauſæ conſiſus, abnuit quo jubebatur, accedere. Quocirca ſacroſancta ſynodus illum [d] cum ſociis, qui peſſime Cæleſtium ac Pelagium olebant, anathemate atque epiſcopatus abdicatione multat : Cyrillum, Memnonem, ac reliquos contra fas ac jus omne damnatos eſſe pronunciat, Cæleſtinumque per literas de his omnibus certiorem facit, & Joannis exauctorationem apoſtolicæ ſedis reſervat arbitrio. Verum Theodoſius, Joannis atque orientalium deceptus literis, Neſtorium, Cyrillum, & Memnomen legitime damnatos credidit, ac Joannem comitem ad ſynodum miſit, qui eoſdem in [e] cuſtodiam tradi juſſit. Mirum eſt quantum mœroris calamitas Cyrilli & Memnonis attulerit cum Conſtantinopolitano clero, tum ſacroſanctæ ſynodo, quæ continuo epiſcopos [f] octo legatos Conſtantinopolim miſit, qui rerum geſtarum omnium ordinem coram exponerent Imperatori. Is vero auditis [g] concilii actis, ea recipit venabundus, Cyrillum ac Memnonem liberat, exilium [h] imperat Neſtorio, ac pro eo alium in Conſtantinopolitana ſede [i] jubet ſuffici per epiſcopos, qui Conſtantinopolim convenerant. Qui difficilem ſane ingreſſi deliberationem, Maximianum [k] denique creant epiſcopum, notiſſimæ pietatis virum : cujus electionem cum Cæleſtinus [l] a ſynodo & Theodoſio per legatos & literas accepiſſet, ſumma lætitia comprobavit.

Verum, quia Joannes ſimultatem, quam cum E
Cyrillo exercuerat Epheſi, nondum abjecerat ex animo, Antiochena & Alexandrina eccleſiæ ſuos antiſtites ſecutæ inter ſe vehementer diſſidebant, non ſine magno piorum dolore, offenſione populorum & Neſtorianorum voluptate, idque toto pene triennio poſt ſolutam ſynodum : latiuſque manaſſet hoc malum, niſi Imperatoris ſingulari vigilantia, incenſoque rectæ fidei ſtudio repreſſum fuiſſet. Quare per Ariſtolaum [m] tribunum ac notarium religioſiſſimis monitis ac ſeveriſſimo juſſu Joannem adegit, ut poſitis diſſidiis reconciliaretur Cyrillo, & acta Epheſinæ ſynodi ſua ſuorumque ſubſcriptionibus comprobaret. Cujus rei gratia Paulus Emiſenus [a] epiſcopus a Joanne miſſus Alexandriam, venit ad Cyrillum, accurateque recognito Neſtorianæ controverſiæ ſtatu, cum omnia, recte atque ordine geſta fuiſſe comperiſſet, Joannis & Antiochenæ [b] eccleſiæ nomine, Neſtorii & damnat hæreſim, & approbat exauctorationem ; Maximiani confirmat electionem, duorumque illuſtrium antiſtitum, & eccleſiarum communionem ac pacem redintegrat, [c] atque horum omnium ratio reddita eſt Sixto [c] tertio, qui eo tempore, mortuo Cæleſtino, Romanam eccleſiam adminiſtrabat. Neque his contenta pietas Imperatoris ad majorem adhuc [d] tam infandæ hæreſeos execrationem, Neſtorii nomen Auguſtali lege [d] damnavit ; ſanxitque, ut ejus ſectatores non Neſtoriani, ſed Simoniani [e] nominarentur. Bonorum adhuc publicatione propoſita, a Neſtorii libris ſive legendis, ſive habendis, ſive deſcribendis deterruit univerſos. Illum vero deportari juſſit [f] Oaſim, quæ & Ibis dicitur, oppidum in Lybiæ deſertis : quod cum Nomadum, ſeu Blemmyum incurſione vaſtatum eſſet, dimiſſus a barbaris Neſtorius Thebaidem venit ad civitatem Panos : inde migrare juſſus eſt ad Elephantinam, quæ ultra Thebæorum fines erat : & licet variis huc illuc exiliis circumactus, nihilo tamen melior in tot ærumnis effectus, in Chriſtum dominum & deiparam virginem, quocumque iret, maledicta vomere non deſinebat. Sed magno divinæ ultionis oſtento, vermes, qui ex ore [g] impuri hominis eruperant, blaſphemantis linguam depaſcebantur, donec ad longe graviora ſupplicia migraturus funeſtum diem obiit, vel ad terram [h] eliſus, vel abſumptus [i] amentia, vel ſpecu terræ [k] dehiſcentis abſorptus.

Epheſinum autem concilium jure optimo inter œcumenicas ſynodos legitime indictas approbataſque numeratum ſemper eſt. Nam primum fuit epiſcoporum ex omnibus [l] regnis D
conventu celebratum, & Cæleſtini Romani Pontificis auctoritate coactum. Deinde quæ de recta fide adverſus Neſtorium ſanxit ab eodem Cæleſtino non approbata modo, ſed præſcripta etiam fuere. Nam poſtquam Cyrilli Neſtoriique literas ac libellos accepit, Romanam ſynodum habuit, ut Cyrillus [m] & Alexandrini patres teſtantur in epiſtola ad Neſtorium, & iterum Cyrillus in epiſtola [n] ad Joannem Antiochenum : in qua ſynodo (ut ſupra breviter indicatum eſt) cum fidei quæſtionem, quæ inter Cyrillum & Neſtorium vertebatur, ad apoſtolici judicii normam Cæleſtinus exegiſſet, adverſus impii Neſtorii dogma, ut eccleſiæ, apoſtolicis traditionibus, diviniſque ſcripturis adverſum pontificiam tulit ſententiam, quam Cyrillo mandavit exequendam, ut ipſemet Pontifex auctor eſt in epiſtolis ſuis ad eumdem [o] Cyrillum ad Neſtorium, ad populum clerumque Conſtantinopolitanum, & ad Joannem Antiochenum. Id quod etiam Juvenalis Hieroſolymorum, clarius vero Firmus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus tota audiente ſynodo affirmat his verbis : *Sacra & apoſtolica Cæleſtini ſanctiſſimi ſacratiſſimique ſedes literas quas pridem ad Cyrillum Alexandrinum & Juvenalem Hieroſolymitanum, & Ruſum Theſſalonicenſem, ſanctiſſimos ſacratiſſimoſque epiſcopos, nec non ad ſanctas Conſtantinopolit & Antiochiæ eccleſias miſit, certam de præ-*

a Par. p. c. 24. & 25.
b Liber. c. 8.
c Par. p. c. 37. & 38.
d L. damnato C. de hæret.
e L. 65. tit. 5. lib. 16 in C. Theod. & lib. 3. de ſum. Trinit. & fid. cath.
f Evahr. l. 1. cap. 7.
g Evagr. ib. Cedren. in Theodoſio jun. Niceph. l. 14. c. 36.
h Evagr. ubi ſupra.
i Theod. l. 4. hæret. fab. c. de Neſtorio.
k Niceph. ubi ſupra.
l Act. 3 ante med. & Act. 5. in epiſt. ſyn. ad Cæleſt. & alibi.
m Par. 1. c. 26.
n Par. 1. c. 22.
o Par. 1. c. 27. 28. & ſeqq.
Act. 2 prope fin.

a Act. 4. in princ. & act. 5. in epiſt. ſyn. ad Cæleſtin.
b Act. 1. non longe a fin. & act. 3. poſt med.
c Act. 4. in prin. & Liberat. c. 6.
d Act. 1. in epiſt. ſynodi ad Cæleſtin.
e Act. 1. in epiſt. Joan. Comitis
f Act. 3. prope fin. in relat. ſynodi ad impp.
g Liberat. c. 6.
h Evagr. l. 1. cap. 7.
i Liberat. c. 7.
k Socr. l. 7 c. 34 Liber. cap. 3.
l Par. 3. c. 19. & ſeqq.
m Par. 3. c. 22.

præſenti negotio ſententiam ſuam quamque præſcripſit; quam nos proinde ſecuti, ſumma canonum diligentia ubique obſervata, eaſdem ſanctiones apoſtolicasque juſſiones exercuimus. In epiſtola [a] quoque, qua Epheſina ſynodus Imperatoribus expenit quæcumque contra Neſtorium geſſerat, ita ſcribit: *Huius rei cauſa ipſum a ſacerdotio, perverſæque doctrinæ cathedra removimus, canonicoque exauctoravimus; Cæleſtinum ſanctiſſimum, Deoque dilectiſſimum urbis Romanæ epiſcopum diligens præconis exhibentes, qui ante noſtram ſententiam hæretica illius dogmata condemnarat, noſtraque in ferenda contra Neſtorium ſententia anteverterat.* Et iterum in altera ad eoſdem Auguſtos [b] epiſtola: *Nam etſi*, inquit, *ingens itinerum intercapedo univerſam illam ſanctorum epiſcoporum multitudinem ad nos pervenire prohibuerit; attamen illis in locis ſimul congregati, Cæleſtino ſanctiſſimo piiſſimoque Romanæ urbis epiſcopo præſente, & præſidente, noſtram de fide ſententiam ſummo conſenſu prædicarunt, eoſque qui diverſa ſentiunt, ab omni prorſus ſacerdotii ſorte quamvis adhuc alienos cenſendos eſſe definiverunt. Et hanc quidem ſuam, ſuorumque ſententiam, antequam ulla omnino ſynodus Epheſi conveniret, Cæleſtinus ſanctiſſimus magnæ Romæ epiſcopus per literas ſuas indicaverat, Cyrilloque ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo Alexandrinorum epiſcopo ut ſuas hac in parte vices ſubiens, Romæ definita perficeret, commiſerat. Verum his non contentus, eadem hæc aliis denuo literis ſacræ ſynodo, quam veſtra dominatio in Epheſiorum metropoli convenire præcepit, nunc iterum inculcavit. Miſit autem haſce literas per Arcadium & Projectum ſanctiſſimos epiſcopos, & Philippum religioſiſſimum presbyterum, qui Cæleſtini ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi magnæ urbis Romæ epiſcopi perſonam hic ſuſtinet. Quia ergo viri iſti totius occidentalis eccleſiæ ſententia noſtræ huic ſynodo coram per literas expoſuerunt, judiciumque de fide noſtra & pietate noſtro per omnia conſonum ediderunt, & eadem omnino tum per literas, tum per ea quæ in mandatis acceperant (quæ majoris lucis cauſa nobis quoque aperuere) quæ nos decreverunt, publiceque depoſuerunt; propterea non potuimus, quod res poſtulabat, hoc eſt, illum quem illi nobiſcum communem habent filii ſenſum, ad majeſtatem veſtram non referre.* Id quod etiam manifeſto apparet ex ipſius ſynodi [c] adverſus Neſtorium ſententia. Quin & ipſi Apoſtolicæ ſedis legati ſynodum ingreſſi, ſacrum patrum conſeſſum aditu ſunt [a] his verbis: *Dudum ante ſanctiſſimus beatiſſimuſque pater noſter Cæleſtinus ſedis apoſtolicæ epiſcopus, ea per epiſtolam ad Cyrillum piiſſimum eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopum de præſenti hac cauſa & controverſia præſcripſit, definivitque quæ par fuit: quæ literæ ſacro veſtro cœtui haud dubie jam pridem ſunt exhibitæ. Idem nunc alias rurſum ad corroborandam fidei catholicæ doctrinam ad veſtram pietatem per literas nos miſit.* Et paulo poſt, illos ad ſynodum veniſſe, ut executores [b] ſententiæ contra Neſtorium, quam a Cæleſtino acceperant in mandatis, non modo ipſimet legati Arcadius, Projectus & Philippus, ſed etiam Cyrillus Alexandrinus ſynodo declararunt. Quoniam igitur Pontifex legatis ſuis diferte tradiderat quæ per ſynodum cuperet definiri, ideirco in epiſtola ad Epheſinam ſynodum [c] profitetur cum plena ſe poteſtate miſiſſe legatos, qui ſuo nomine Concilii acta confirmarent, & ad extremum hæc ſubiicit: *Quæ vero decreveritis, ea pro omnium eccleſiarum tranquillitate habeantur definita decretaque.* Tametſi Epheſii patres, ut veterem eccleſiæ conſuetudinem retinerent, quidquid ab ipſis actum decretumque fuerat, poſtmodum per ſynodicam epiſtolam [d] expoſuere Cæleſtino, ejuſque arbitrio reſervarunt ultimam adverſus Joannem Antiochenum ſententiam: addiderunt etiam, recipere ſe Romanæ eccleſiæ decreta adverſus Cæleſtium & Pelagium quæ ſynodo miſerat Cæleſtinus. His etiam addere poſſumus, eumdem Cæleſtinum, cum ex ſynodi, & Theodoſii literis Neſtorii depoſitionem & Maximiani electionem intellexiſſet, ſummam illam lætitia & congratulatione confirmaſſe. Ad hæc Sixtus tertius, qui ſucceſſerat Cæleſtino, omnia Epheſinæ ſynodi geſta confirmavit, auctore Cyrillo in epiſtola ad Acacium [e] Melitinenſem epiſcopum. Generalia demum concilia, quæ deinceps ſecuta ſunt, præſertim Chalcedonenſe quartum, quintumque Conſtantinopolitanum, approbationem venerationemque, qua Epheſinam ſynodum proſequebantur, variis actionibus teſtatiſſimam reliquere: ut mirum non ſit, ſi eamdem inter illas quatuor B. Gregorius [f] numerarit, quibus ut quatuor evangeliis honorem cenſuit deferendum.

[a] Act. 1. loco poſt. cit.

[b] Act. 1. proxime fin.

[c] Act. 1. circa med.

[a] Act. 1. initio

[b] Act. 1. circa med.

[c] Action. 2

[d] Action. 3. longe poſt initium.

[e] Parte 3. c. 20.

[f] Libri 1. epiſt. 24.

ANNO CHRISTI 431.

COLLECTIO EORUM QUÆ CONCILIUM EPHESINUM ANTECESSERUNT.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'. A CAPUT I.

* Conſulimus cum antiquiſſimo codice actorum concilii Epheſini, qui ſervatur in locupletiſſima bibl. illuſtriſſimi viri Petri Sequierii Galliæ cancellarii.

Ὁμιλία Πρόκλου * ἐπισκόπου Κυζίκου, λεχθεῖσα καθεζομένου Νεστορίου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν ἀνθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος Μαρία, καὶ ὅτι ὁ τεχθεὶς οὔτε Θεὸς γυμνὸς, οὔτε ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλ' Ἐμμανουὴλ τυγχάνει, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἀσυγχύτως καὶ ἀμετρεπτῶς ὑπάρχων.

Homilia Procli epiſcopi Cyzici, habita ſedente Neſtorio in magna eccleſia Conſtantinopolis, in incarnationem domini noſtri Jeſu Chriſti, quod deipara ſit beata virgo Maria, & ex ea natus neque Deus tantum, neque purus homo, ſed Emmanuel, inconfuſe & incommutabiliter Deus & homo.

α'. I.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν *, ἀδελφοὶ, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος. Καὶ μάλα εἰκότως. ἀγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τὸ * ἄνθος τῆς γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τῇ θήλει, διὰ τὴν ἐν ἡμέρᾳ μητέρα καὶ παρθένον. ἑτέρας αὕτη * κἀξαίσιος ἡ συμφορά· ἐδὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα * δορυφορεῖ τὴν παρθένον· ἡ μὲν τὰ νῶτα ταῖς ὁλκάσι γαλήνιος * ἐφαπλώσασα, ἡ δὲ τὰ ἴχνη τῆς βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. σκιρτᾷ ἡ φύσις, * καὶ γυναῖκες τιμῶνται. χαιρέτω ἡ ἀνθρωπότης, καὶ παρθένοι δοξάζονται. ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. συνεκάλεσε μᾶς ὁ τοῦτο ἡ ἁγία καὶ θεοτόκος παρθένος Μαρία, τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, τὸ ἐργαστήριον τῆς * ἑνώσεως τῆς φύσεων, ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου στεφάνου, ἡ πᾶσαν ὃν ὁ λόγος συνεφέσατο τὴν σάρκα, ἡ * ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ * κατέκαυσεν· ἡ ὄντως νέφη νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ χερουβὶμ μὴ σώματος βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανῶν ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ σωτήριον ἐνεδύσατο· ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος καὶ ὁρατὸς, ἡ μόνη Θεῷ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα, ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἴσος *, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη τῆς * ἑνώσεως χιτών· ὑπὲρ ἰσυργὲς

* ἀμήν.

* νεῦρ.

* Deeſt in c. Sequierano. * ἐμπορεῖ. * συναλλάττουσα, ὁμαλίζουσα, ὑφαλύουσα,

* καὶ ἀγαλλιᾶται τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, &c.

* ἐνότητος.

* ἔμψυχος.

* κατέφαγεν.

* ἐξ ἴσου.

* σαρκώσεως.

VIrginea * panegyris, frequenſque ac celebris hic conventus, fratres, feſta hac luce linguam ad laudem provocat; præſenſque ſolennitas præſenti cœtui utilitatis rationem optimo jure conciliat: continet enim caſtimoniæ ſanctitatiſque materiam, juſtamque fœminei generis gloriationem: neque enim vulgaris muliebri ſexui per virginem & matrem in tempore acceſſit gloria. Deſiderabilis ſane, planeque inaudita eſt hæc virginis & matris copula. Ecce enim & terra & mare virginem honorant, & obſequii cauſa tanquam ſatellites ſtipantur; hoc quidem mitia navigantibus dorſa ſubſternens, illa vero viatorum veſtigia inoffenſe dirigens. Exultet natura; honorantur fœminæ: choros humana ducat natura, & carmina cantet; glorificantur virgines. *Ubi enim abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia.* Sacra deipara Maria in unum nos coegit. Hæc illibatæ virginitatis purus ille theſaurus, decuſque & ornamentum: hæc ſpiritalis ſecundi Adami paradiſus: hæc unitarum inter ſe naturarum officina: hæc ſalutaris reconciliationis panegyris: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem ſibi deſponſavit: hæc animatus naturæ rubus, quem divini partus ignis non combuſſit: hæc vere levis illa nubes, quæ ſuper cherubim ſedentem in corpore ſuo geſtavit: hæc vellus munditiſſimum cœleſti pluvia madens, ex quo paſtor ovem induit: hæc ancilla eſt & mater, virgo & cœlum: hæc ſola pons eſt, per quem Deus

a Tres alia hujus encomii interpretationes vidimus veterem a Dionyſio, ut creditur, Exiguo elaboratam, Theodori Peltani atque Vincentii Riccardi: ſunt & aliæ forte plures.

Roman. 5. v. 20.

Exod. 3. Iſai. 19.

Judic. 6.

1 Ex Græcis Collectionibus hic titulus eſt. Τόμος πρώτος περιέχων τὰ πρὸ τῆς Συνόδου. Iſidorus Mercator hanc habet præfationem. *Incipit Synodus Epheſina prima ducentorum Epiſcoporum, habita adverſus Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui purum hominem ex Sancta Virgine Maria natum aſſeruit: ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Chriſtum in Verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſeparatim atque ſejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc Synodus Theodoſio juniore XIII. & Valentiniano III. Conſulibus, æra CDLXVIII. Cui Synodo præſedit beatiſſimus quondam Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus, qui eum omni Concilio ad eumdem Neſtorium hæc Synodalia decreta tranſmiſit: Epiſtola Concilii Epheſini ad Neſtorium: Religioſo & Deo amabili conſacerdoti Neſtorio Cyrillus, vel quicumque ſunt apud Epheſ Synodum. Cum ſalvator noſter aperte pronunciet &c.* Ipſa eſt epiſtola Cyrilli ac Synodi ipſius, quam inferius exhibetur cap. 26. par. 1. addita poſt anathematiſmos parte maxima Epiſtolæ alterius ejuſdem Cyrilli, quæ infra par. 1. cap. 8. dabitur. Et in fine ſubjicit Mercator: *Explicit Concilium Epheſinum*; nec plura omnino de eo Concilio habet; ut adnotavit Harduinus. Græce primum hujus Concilii Acta, teſte Fabricio bibl. Græc. tom. XI. viderunt lucem A. 1591. fol. apud Commelin. & Latine ex Theodori Peltani verſione Ingolſtad. 1576. 4. & apud Commel. 1604. fol. quam ſervarunt, qui Græco-latina acta dedere Romani, Binius, Regia editio, & Labbeus.

ad homines deſcendit : hæc admirandæ illius œconomiæ tela [a], in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius unionis tunica confecta eſt, cujus quidem textor extitit Spiritus ſanctus ; netrix, virtus ex alto obumbrans ; lana, vetuſta Adami pellis ; trama, impolluta virginis caro ; radius textorius, immenſa geſtantis gratia ; artifex, verbum per auditum illapſum. Quis vidit, quis audivit talia ? Incircumſcriptus Deus uterum inhabitat ; quem cœli non capiunt, venter non coanguſtavit virginis.

[a] ex quâ.

Luc. 1. v 35.

Αμφὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἶδος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δυνάμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ χιτῶνα· κρόκη δὲ, ἡ ἐκ παρθενίου ἀμόλυντος σὰρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης, ὁ δὶ' ἀκοῆς εἰσπηδήσας λόγος. τίς εἶδε, τίς ἤκουσε, ὅτι μήτρα ὁ Θεὸς ἀπιερογράπτως ᾤκησε; ἢ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησε, γαστὴρ τῆς παρθένου ἐκ ἐστενοχώρησε.

* συνέστη.

II.

Attamen qui ex virgine naſcitur, nec ſolum Deus eſt, nec purus rurſum homo : idemque natus, mulierem, quæ peccati quondam janua extiterat, ſalutis oſtium reddidit. Nam ubi ſerpens per inobedientiam vitus ſuum infuderat, ibi verbum per obedientiam ingreſſum, vivum ſibi templum exædificavit ; unde peccator Cain primus emerſit, inde generis noſtri aſſertor Chriſtus ſine ſemine prodiit. Clemens Deus ex muliere naſci non erubuit : quod enim agebatur, vita erat. Nullam inde ille contrahit labem, quod intra viſcera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat. Quod ſi ea quæ genuit, virgo non permanſit ; neque is qui natus eſt aliud quam purus homo extitit : atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quod ſi illa etiam poſt partum virginitatem illæſam retinuit, is citra omnem controverſiam arcano modo ex ea ortus eſt, quem, cum per clauſas januas ingreſſus eſſet, apoſtolus Thomas in gemina natura ſubſiſtentem agnovit, agnitumque non abſque ingenti ſtupore hujuſcemodi voce compellavit : *Dominus meus, & Deus meus* :

Genſ. 3.

Genſ. 4.

Joan. 20. v 28.

β'.

Αλλ' ἐκ γυναικὸς ἐχρημάτισε Θεὸς ὁ γυμνὸς, καὶ ἀνθρώπου οὐ φιλὸς· καὶ πύλαι σωτηρίας ὁ τεχθεὶς τῷ παλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν * ἐνέχεε, ἐκεῖ ὁ λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησε. ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Κάϊν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τοῦ γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησε. οὐκ ἠρυθριάσε ὁ φιλάνθρωπος τῷ ἐκ γυναικὸς ᾠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν τὸ πραγματευόμενον. οὐκ * ἐμιάνθη οἰκήσας μόεμα, ἄπειρ αὐτὸς ἀνυβρίστως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ παρθένος ἔμεινε μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τοκος. εἰ δὲ καὶ μὴ τοκον ἔμεινε παρθένος *, ἐκεῖνος ἀφράστως ἐγκυμονήθη, ὁ καὶ τῆς θύρας κεκλεισμένων ἀπωλύτως εἰσελθὼν, οὐ τῷ συζυγίαν τῆς φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀναχερόγει λέγων· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

* ἐμολύνθη.

* οὐκ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ μυστήριον ἄῤῥητον, ὅτι.

III.

Ne igitur, o homo, partum hunc erubeſcendum cenſeas. Hic enim ſolus ſalutis [a] antidotum nobis attulit. Nam ſi ex muliere natus non eſſet, mortem utique non oppetiviſſet. Quod ſi mortuus non eſſet, neque illum quoque *per mortem deſtruxiſſet, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, diabolum*. Porro autem, ut architecto nullam maculam aſpergit, ſi domum, quam forte extruxerat, incoluerit : neque lutum figulum inficit, dum vaſculum quod finxerat, ex eo refingit : ita ex utero virgineo prodiſſe, puriſſimum illud numen nihil quidquam polluit. Quam enim citra ullam ſui labem formaverat, ex hac quoque, nulla macula contracta, proceſſit. O venter, in quo communis libertatis ſyngrapha confecta eſt : o utere, in quo arma adverſus mortem fabrefacta ſunt : o arvum, ex quo naturæ colonus ſine femine exortus eſt ; o templum, in quo Deus ſacerdos factus eſt, naturam non demutans, ſed eum, *qui eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec*, induens noſtri miſericordia. Verbum caro factum eſt, etſi Judæi domino id aſſeveranti non credant : Deus hominis formam induit, tametſi Gentes miraculum hoc ſubſtinent. Unde Apoſtolus : *Prædicamus Chriſtum, Judæis quidem*

[a] cauſam, occaſionem.

Hebr. 2. v. 14.

Pſal. 109.

1. Cor. 1. v. 23.

γ'.

Μὴ ἐπαισχυνθῆς τῷ ᾠδῖνα ὦ ἄνθρωπε. αὐτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐχρημάτισε, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τῦ θανάτου κατήργησε τὸ κράτος ἔχοντα τῦ θανάτου, τυτέστι, τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρις ἀρχιτέκτονι, μένειν * ἐφ' οἷς ἐχαλόδομησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀναχαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον Θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. ἵνα καὶ πλάσσων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν οὐκ ἐμιάνθη. ὦ γαστὴρ, σὺ μὲν τὸ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας γραμματεῖον συνετάγη. ὦ κοιλία, σὺ μὲν τὰ κατὰ τοῦ θανάτου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, σὺ μὲν ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς * ἀσπόρως ἐβλάστησε. ὦ ναὸς, σὺ μὲν ὁ Θεὸς γέγονεν ἱερεὺς· οὐ τῷ φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ * δι' οἴκτον ἐνδυσάμενος. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κἂν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν εἰπόντι τῷ κυρίῳ. ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπε ἐφόρεσε, κἂν οἱ Ἕλληνες χωμῳδῶσι τὸ θαῦμα· διὰ γὰρ τοῦτο, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, ὁ Παῦλος βοᾷ. τοῦ γὰρ μυστηρίου τῷ δύνασιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν

* ἐν οἷς in e. Seguier.

* τὴν ἄσηκτον.

* ἄκτου

τὸν

τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσεν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος ἔφασκε χωρίον, οὐκ ἂν ἐκαθίσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τῆ ἁγίᾳ θρόνῳ. εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις οὐκ μικρὰν ἐν ἑαυτοῦ ἐποιεῖτο, ἆρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρις ἀνθρώπων ὑπηρετεῖν.

scandalum, *Gentibus vero ſtultitiam*: quandoquidem myſterii hujus vim, ut quod omnem humanam rationem excedat, non cognoverunt. *Si enim cognovissent, numquam gloriæ dominum crucifixissent*. Si verbum uterum non inhabitaſſet, neque caro quoque illius ſacrum illum thronum occupaſſet. Quod ſi ignominioſum eſt Deo in uterum, quem ipſe formarat, illabi; erit ergo & angelis quoque probroſum homini miniſtrare. 1. Cor. 2. 8.

δ'.

Ὁ * οὖν κατὰ φύσιν ἀπαθὴς, γέγονε δὶ οἶκτον παθητὸς. οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστὸς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ * δὶ οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πεπίστευμαι. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τίνι οἰκείαν δύλιν ἐπεγράψατο μητέρα, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ. ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ κατὰ τὸν Παῦλον; εἰλικὸς ἄνθρωπος. οὐκ ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα. εἰ γυμνὸς Θεὸς, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα. νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλάσης· ἀπάτωρ δὲ. ὡς * πλάσμα.

Qui itaque ſecundum propriam naturam impatibilis eſt, is propter meram erga nos miſericordiam pluribus perpeſſionibus obnoxius factus eſt. Neque Chriſtus per ſuccedentia virtutum incrementa factus eſt Deus, abſit: verum, ut fides noſtra prædicat, Deus miſericordia permotus, factus eſt homo. Neque hominem deificatum prædicamus, ſed Deum incarnatum confitemur: ſiquidem qui ſecundum propriam naturam matrem neſcit, nullumque ſecundum carnis diſpenſationem patrem in terra agnoſcit, is propriam ancillam ſibi in matrem adſcivit. Nam quomodo juxta Paulum ſine patre & matre eſt? Si enim purus homo eſt, utique non ſine matre eſt. Matrem enim habet. Rurſum ſi purus Deus eſt, haud dubie non eſt ſine patre: habet enim patrem. Nunc vero unus idemque ſine matre eſt, ut rerum conditor eſt; ſine patre rurſum eſt, ut homo eſt. Hebr. 7.

ε'.

Αἰδέσθητι * καὶ τὴν προσηγορίαν τῆ ἀρχαγγέλῳ. ὁ τὴν Μαριὰμ εὐαγγελισάμενος, Γαβριὴλ ἐλέγετο. τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριήλ; μάθε ἀκούσας, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν ὁ παρ' αὐτῆ εὐαγγελιζόμενος, Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, προείληφε καὶ προσηγορία τὸ θεῖμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν. μάθε τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, καὶ δόξασον τὴν δύναμιν τῆ σαρκωθέντος. * πολλὰ ὤφειλεν ἐξ ἁμαρτιῶν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἠπόρει πρὸς τὸ χρέος. διὰ γὰρ τῆ Ἀδὰμ πάντες * τὴν ἁμαρτίαν ἐχειρογράφησαν· δύλους ἡμᾶς κατεῖχε ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν προέφερε, * γραφῆ κεχρημένος τῆ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι. ἐκτέτει ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλασιογράφος, ἐπιστεύων ἡμῖν τὸ χρέος, καὶ ἀπαιτῶν ἡμᾶς τὴν δίκλιν. ἔδει τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ πάσι ἐπαχθῆναι τὸν ἐκ τῆς κατηδίκης θάνατον, ἐπειδὴ καὶ πάντες ἥμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι πρὸς ἀντίδοσιν τίμημα, ᾧ πᾶν ὑπῆρχε δικαίωμα πρὸς παραίτησιν. ἀνθρώπος μὲν οὖν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπέκειτο γὰρ τῆ χρέει τῆς ἁμαρτίας. ἀγγέλῳ ἐξαγοράσασθαι τῶν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυε· ἠπόρει γὰρ τοιούτῳ λύτρῳ. λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος Θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλε· αὕτη γὰρ ἐλείπετο μόνη τοῦ καιροῦ * λύτρωσις.

V.

Moveat te vel ipſa nominis archangeli appellatio. Ille namque, qui lætum illud nuncium Mariæ detulit, Gabrielis nomen fortiebatur. Et quid, quæſo, Gabriel interpretatum ſonat? audi & diſce: idem utique ſonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annunciabat, Deus erat & homo, quo diſpenſationis myſterium perſuadeat, rei miraculum nominis notione anticipat. Adventus cauſam diſce, & incarnati virtutem laudibus evehe. Humana natura propter peccata multis obſtricta debitis tenebatur; neque quod debebat, ulla ratione dependere poterat. Per Adamum namque omnes peccato quaſi chirographum dederamus, omneſque diabolus in ſervitutem redegerat. Etenim corpore noſtro permultis paſſionibus ſubjecto, veluti charta ulus, noſtræ venditionis pretia oſtentabat, paſſionumque malignus deſcriptor inſtabat, ob oculos nobis debitum ponens, ac nos univerſos ad ſupplicium condemnationemque depoſcens. Erat itaque alterutrum duorum neceſſarium; aut ut omnes eondemnati præcipites abirent in mortem: (omnes enim peccaverant) aut certe ut tale redemptionis pretium daretur, quod omnibus juſtitiæ numeris ſufficeret ad liberationem. Atqui homo, quod peccati debito ſubjaceret, ſalvare non poterat: angelus vero, quod tantum redemptionis pretium ipſi non ſuppeteret, humanum genus redimere nequibat. Supererat igitur, ut Deus pro omnium peccatis morereturr, qui nulli peccato obnoxius erat: nam unica hæc reſtabat mali ſolutio. Luc. 1.

A

VI.

Ille itaque, qui universam naturam ex nihilo produxerat, cuique nulla ad eroganduм facultas deeſt, vitam morti condemnationique addictis reperit tutiſſimam, mortiſque ſolutionem decentiſſimam; dum nimirum ex virgine, modo quem ſolus ipſe novit (nulla enim oratio miraculum hoc aſſequi valet) humanam naturam aſſumit, aſſumptamque in mortem contradit, & redimit per id, quod erat, juxta illud Pauli:

Epheſ. 1. v. 7. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, peccatorumque remiſſionem.* O rem ſtupendam! immortalitatem, quam ipſe habebat, per ſuam mortem aliis conciliat. Ejuſmodi nullus unquam fuit, nec eſt, nec erit, quam unus & ſolus ille, qui ex virgine natus eſt Deus ſimul & homo; non ſolum id pretium habens, quod reotum multitudini redimendæ par eſſet, ſed ejuſmodi, quod multis partibus excelleret. Nam ut Filius eſt, nulla variatione affectam cum Patre unionem retinet: ut vero rerum opifex, nullius virtutis indiget: ut autem miſericors, immenſa inexhauſtaque miſericordia atque ſympathia pollentem ſe manifeſtavit: denique ut pontifex, dignitſſimus eſt qui apud patrem intercedat. Horum autem omnium nihil unquam ſimile, nihil æquale in alio quopiam comperias. Conſidera immenſam illius benignitatem; ultro ad mortem condemnatus, mortem quæ crucifixoribus debebatur, deſtruxit; occiſorumque iniquitatem in ſceleratorum ſalutem convertit.

VII.

Poſſe itaque ſalvare, virium puri hominis non erat: nam ipſe quoque ſalvatore egebat juxta illud Pauli: *Omnes*, inquit,

Rom. 3. v. 23. *peccaverunt, & egent gloria Dei.* Quia vero peccatum peccatorem diabolo obſtringebat, obſtrictumque diabolus in mortem præcipitem agebat, res humanæ in ſummum diſcrimen adductæ cernebantur, nec ulla liberationis ſpes ſeſe offerebat. Quare prophetæ, qui animarum medici deſtinati fuerant, concionabantur quidem, & incuſabant: verum ubi inflictum vulnus humana induſtria majus eſſe animadvertebant, cœleſtis medici opem implorabant: & hic quidem ajebat, *Inclina cœlos, & deſcende*: alius, *Sana me domine, & ſanabor*: alius, *Excita potentiam tuam, & veni ad ſalvandum nos*: alius, *Numquid vere Deus habitabit inter homines?* alius, *Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis*: alius, *Heu me, periit pius a terra, & non eſt inter homines qui æquitati ſtudeat*: alius, *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina*: alius, *Adhuc puſillum, & qui venturus eſt veniet, & non tardabit*: alius, *Erravi ſicut ovis quæ periit; quære ſervum tuum domine ſperantem in te*: alius, *Deus manifeſte veniet, Deus noſter & non ſilebit*. Ille igitur qui ſuapte natura rex eſt, humanam naturam tyrannide oppreſſam non deſpexit, neque permiſit miſericors Deus, ut perpetuo obligata diabolo teneretur: ſed venit ille, qui ſemper præſens adeſt, pro-

Pſal. 143. verſ. 5. Jer. 17. Pſal. 78. v. 9. 3. Reg. 8. verſ. 27. Pſalm. 78. verſ. 8. Micha 7. verſ. 2. Pſal. 69. Habac. 3. v. 3. Pſalm. 118. Pſalm. 69. verſ. 3.

B

C

D

E

ς'.

Τί ὦν; αὐτὸς ὁ πᾶσαν φύσιν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, ᾧ μηδὲν πρὸς παροχὴν ἄπορον, ἐξεῦρε τοῖς κατακείτοις ζωὴν ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν ἁρμοδιωτάτην, καὶ γίνεται ἄνθρωπος ἐκ παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ ἁρμόσαι τὸ θεῖον καὶ δυνατόν. καὶ ἀποθνήσκει ᾧ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ᾧ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵ- Coloſſ. 1. v. 7. ματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων· ὧν τῶν μεγάλων πραγμάτων. ἄλλος ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχεν ἀθάνατος. τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ, ἢ μόνος ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς θεὸς καὶ ἄνθρωπος. οὐκ ἀντιταλαντεύουσαν μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τῷ πλήθει τῶν ὀφειλόντων, ἀλλὰ καὶ πάσας ψήφους ὑπερέχουσαν· ἐν μὲν τῷ υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν πατέρα· ἐν δὲ τῷ δημιουργὸς, τὸ τῆς δυνάμεως ἀπαρασθενὲς ἔχων· ἐν δὲ τῷ * φιλοικτίρμων, τὸ εἰς συμπάθειαν * ὑπέρ- * φιλοικτίρβλητον ἐδημοσίευσεν· ἐν δὲ τῷ ἀρχιερεῖ, τὸ εἰς * μεσιτείαν * ἀνυπέρβλη- παράσασιν ἀξιόπιστον φέρων· ὧν οὐδεὶς ἂν τοῦτο ἐπ' οὐδενὶ ἴσον, ἢ παραπλήσιον ποιοῖτο. ὅρα γὰρ αὐτὸν τὴν φιλανθρωπίαν. ἐκὼν κατακριθεὶς τὸν κατὰ τὴν σωρωσάντων ἔλυσε θάνατον, καὶ * ἀνέστρε- * ἀντέστρεψε ψε τὴν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

ζ'.

Ἀνθρώπου τοίνυν φιλεῖ τὸ σῶσαι οὐκ ἦν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ σώζοντος, κατὰ Παῦλον τὸν λέ- Epheſ. 3. 23. γοντα· ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπειδὴ ὧν ἡ ἁμαρτία τὸν ταύτης ὑπόδουλον τῷ διαβόλῳ προσῆγε, ὁ διάβολος τοῦτον τῷ θανάτῳ παρέπεμπε· τυγχάνοντι δὲ μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς προῆγε, καὶ οἱ ἀπόροις ἴσως ἡ λύσις τοῦ θανάτου· εἰ πεμφθέντες ἁγιοὶ κατηγόρουν. τί οὖν; ὡς εἶδον οἱ προφῆται μεῖζον τέχνης * ἀνθρώπου τὸ ἕλκυσμα, τῶν ἐξ οὐρανοῦ ἐπε- * ἀνθρωπείας ἰ βοῶν ἰατρόν. καὶ ὁ μὲν ἔλεγε, κύριε κλῖνον οὐρανὸς, * ἀνθρωπίνης καὶ καταβῆθι. ἄλλος, ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἕτερος, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ἄλλος, εἰ ὄντως * οἰκήσει * ἆρα. ὁ θεὸς μετ' ἀνθρώπων; ἄλλος, ταχὺ προκατάλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. ἕτερος, οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν ἐλαφὶς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχει. ἄλλος, ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειαν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ἄλλος, ὅσον ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἄλλος, ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. ἄλλος, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρσιωπήσεται. οὐ παρεῖδε τοίνυν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην τυραννουμένην ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων· οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπεύθυνον ὁ φιλοικτίρμων θεός. ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ * παρών, * καὶ συντυχὼ.

καὶ καταβαλὼν λύτρον τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ ἑδωκεν ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ἀνταλλαγμα τῷ θανάτῳ, ὃ ἐκ παρθένου ἐφόρεσε σῶμα, καὶ ἐξηγόρασατο τὸν κόσμον ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας. καὶ βοᾷ Παῦλος. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου.

A priumque ſanguinem noſtri cauſa in redemptionis pretium profundens, & carnem quam e virgine ſuſceperat, in commutationem morti dedens, mundum a legis maledicto redemit, morteque mortem deſtruxit. Atque huc illud Pauli tendit: *Chriſtus*, ait, *nos redemit de maledicto legis*. Gal. 3. v. 13.

η'.

Ὁ τοίνυν * ἀγοράσας ἡμᾶς, ὦ φιλὲς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖε· ἡ γὰρ ἀνθρώπων φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ δεδαίλωτο. ἀλλ' οὔτε μὴν Θεὸς γυμνὸς ἀνθρωπότητος· σῶμα γὰρ εἶχε ὦ Μανιχαῖε· εἰ μὴ γὰρ ἐνέδυσατο ἐμέ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμέ. ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ὁ ἀποφυαμμος, τὸν κατάδικον ἐνέδυσατο. καὶ ἐκεῖ τὸ φρικτὸν γέγονε συναλλαγμα, δὺς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σαρκα, ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς παρθένου, καὶ ἐκ τῆς παρθένου. τὸ μὲν ἐπεσκίασε, ὁ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. εἰ ἄλλος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς λόγος, οὐκ * ἔτι ξιὰς, ἀλλὰ τετράς· μὴ χίσῃς τὸν τῆς οἰκονομίας χιτῶνα, τὸν ἄνωθεν ὑφαντὸν. μὴ * μαθητεύθης Ἀρείῳ. ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν τὴν οὐσίαν τέμνει. σὺ τὴν συναφειαν μὴ μείζε, ἵνα μὴ μειωθῇς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; ἄνθρωπος; καὶ πῶς * ; ὁ γὰρ ἐν σκότει διῆγε; κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα. ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους· ἦμεν γὰρ ποτε σκότος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. τίς οὖν ἐπέφανε; Δαυὶδ σε διδάσκει, λέγων· Ἀλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. εἰπὲ φανερῶς ὦ Δαυὶδ, ἀναβόησον τῇ ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· ὡς σάλπιγγα ὕψωσον τὴν φωνὴν σου, εἰπὲ τίς οὗτος; κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων· Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ὁ γὰρ λόγος σαρξ ἐγένετο. συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσυγχύτως ἔμεινεν ἡ ἕνωσις.

VIII.

Qui itaque nos redemit, o Judæe, non purus eſt homo, humana enim natura peccati ſervitute oppreſſa tenebatur: ſed neque tantum quoque Deus erat humana natura deſtitutus; corpus enim habebat, o Manichæe, niſi enim me induiſſet, me non ſalvaſſet; verum in ventre virginis qui ſententiam tulerat, ille me condemnationi obnoxium aſſumpſit. Ibi ergo admiranda commutatio intervenit: dato namque Spiritu accepit carnem; idem cum virgine, & ex virgine. Et Spiritus quidem obumbravit, Luc. 1. ille vero ex illa carnem induit. Si alius eſt Chriſtus, & alius Dei Verbum, jam non trinitas in divinis erit, ſed quaternitas. Noli diſpenſationis tunicam deſuper contextam ſcindere: noli diſcipulus eſſe Arii. Ille enim impie eſſentiam ſecat: tu noli dividere conjunctionem, ne dividaris a Deo. Sed dic, obſecro, ecquiſnam apparuit iis, Joan. 19. v. 23. *qui in tenebris & in umbra mortis ſedebant?* Luc. 1. v. 79. homone erat quomodo homo in tenebris diverſans prævaluit? nam juxta Pauli doctrinam, *de poteſtate tenebrarum nos eripuit*: Coloſſ. 1. v. 13. *Eramus enim aliquando tenebræ*, ſicut ſcriptum eſt. Ecquis ergo ille, *qui apparuit nobis*? David ad hoc tibi reſpondet. Scribit autem: *Benedictus qui venit in nomine domini*. At clarius dic David, quiſnam ſit ille; exclama quantum viribus potes, *nec ceſſes*: *exalta quaſi tuba vocem tuam, & edicito, quiſnam ille ſit*: *Dominus Deus*, inquit, *virtutum, Deus dominus, & illuxit nobis*: *Verbum enim caro factum eſt*, duæque in unum ſimul coierunt naturæ: at id citra ullam omnino confuſionem.

Ephes. 5. v. 8. Pſal. 117. v. 26. Iſai. 58. Pſal. 117. v. 27. Joan. 1.

θ'.

Ἦλθεσῶσαι, ἀλλὰ ἐχρῆν καὶ παθεῖν. πῶς ἦν δυνατὸν * ἑκάτερα; ἄνθρωπος φιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε. Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. τί οὖν; αὐτὸς ὢν Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν. ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν. διὰ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ ἐκκλησία στεφανώσασαν αὐτὸν ταῖς ἀκανθαις τὴν συναγωγὴν * θριωδοῦσα τὸν τολμῶν ἔλεγε· θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐξέλθετε καὶ ἴδετε τὸν στέφανον, * ὃν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκάνθινον ἐφόρεσε στέφανον, καὶ τὴν τῶν ἀκανθῶν ἔλυσεν ἀπόφασιν. ὁ αὐτὸς ἐν κόλποις πατρὸς, καὶ ἐν γαστρὶ παρθένου· ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, καὶ ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. ὁ αὐτὸς ὑπ' ἀγγέλων προσεκυνεῖτο, καὶ τελώναις συνανεκλίνετο. τὰ σεραφὶμ ὑποστέιλλε, καὶ Πιλάτῳ ἠρώτα. ὁ δοῦλος ἐρράπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἔφριττεν. ἐπὶ σταυρῷ ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης οὐκ * ἐγκρύπτωτο. ἐν τάφῳ * κατελύετο, καὶ τὸν ὑρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέρριν. ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδου ἐσκύλευεν. ὧδε

IX.

Venit quidem ad ſalvandum, ſed & pati quoque illum opórtuit. At quomodo utraque hæc fieri potuerunt? Homo purus ſalvare non poterat, Deus ſolus pati nequibat. Quid igitur? ipſe Emmanuel Deus factus eſt homo; & id quidem quod erat, ſalvavit; quod vero factum eſt, paſſiones ſubiit. Unde cum eccleſia ſynagogam cerneret ſpinis illum coronantem, lugens tantum faxinus ajebat: *Filiæ Jeruſalem exite, & videte coronam, qua coronavit eum mater ſua*. Ipſe etenim ſpineam coronam portavit, & ſpinarum ſententiam evertit. Idem erat in ſinu Patris, & in utero virginis. Idem detinebatur inter matris brachia, & ferebatur ſuper ventorum pennas. Idem ab angelis adorabatur, & cum publicanis menſæ accumbebat. Cherubim aſpicere non audebant, & Pilatus interrogabat. Servus colaphis cædebat, & rerum natura horrebat. Crucifigebatur, & thronus gloriæ non deſerebatur. In ſepulchro concludebatur, & cœlum uti pellem extendebat. Inter mor-

Luc. 24. Joan. 19. Gen. 3. Joan. 1. Pſal. 112. Matth. 9. Ezech. 10. Joan. 18. Matth. 27. Pſalm. 103.

tuos

tuos reputabatur, & infernum deſpoliabat. Hic ut deceptor calumniis afficiebatur, ibi ut ſanctus glorificabatur. O myſterii magnitudinem! miracula video, & divinitatem prædico: cerno paſſiones, & humanitatem non nego. Naturæ portas reſeravit Emmanuel ut homo; ſed virginitatis elauſtra non violavit, neque perrupit, ut Deus. Ita enim ex utero eſt egreſſus, ſicut per aurem ingreſſus: ita natus, ſicut conceptus: qui impatibiliter fuerat illapſus, incorruptibiliter eſt elapſus. Hinc propheta Ezechiel ajebat: *Convertit me dominus ad viam portæ ſanctuarii exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa. Et dixit dominus ad me: Fili hominis: porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam, ſed dominus Deus Iſrael ſolus ipſe ingredietur & egredietur, & erit porta clauſa.* En evidens demonſtratio ſacræ deiparæ virginis Mariæ. Dirimatur proinde omnis contradictio, ſcripturarumque illuminemur ſcientia, quo regnum cœlorum conſequamur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 25.

Ezech. 44.

πλάνος ἐσυκοφαντεῖτο, καὶ ἐκεῖ ἅγιος ἐδοξολογεῖτο. ὦ τῆς μυστηρίου. βλέπω τὰ δαίμονα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν θεότητα. ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐ ἀρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. ἀλλ' ὁ Ἐμμανουὴλ φύσεως μὲν πύλας οὐ ἀνέῳξεν ὡς ἄνθρωπος, * παρθενίας δὲ κλεῖθρα οὐ διέῤῥηξεν ὡς Θεός. ἀλλ' ὅπως ἐκ μήτρας ἐξῆλθεν, ὡς δὲ ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως * ἐγεννήθη, ὡς συνελήφθη· ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, * ἀφθάρτως ἐξῆλθε, κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ τὸν λέγοντα· ἐπέστρεψέ με ὁ κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῆς ἁγίων τῆς ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. καὶ εἶπε κύριος πρός με· υἱὲ ἀνθρώπου, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται. οὐκ ἀνοιχθήσεται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας. λυέσθω τοίνυν ἀντιλογία πᾶσα, καὶ τῇ τῆς γραφῶν καταφωτιζώμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τυχωμεν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* παρθένου.

* ἐγεννήθη.

* ἀφράστως.

CAPUT II.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI Alexandrini ad monachos Ægypti.

Cyrillus presbyteris, diaconis, patribus monachis, ceteriſque ſolitariam vitam vobiſcum excolentibus, & in fide Dei conſtanter perſeverantibus, dilectis & deſideratiſſimis in domino ſalutem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Αλεξανδρείας πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχούς.

Κύριλλος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, πατράσι μοναχοῖς, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἑδρυμένοις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

I.

a Theodori Peltani S. J. theologi eruditiſſimi interpretatio a Romanis concilii hujus editoribus interpolata, atque ubi faſior, nonnunquam reſtricta: quod ſcire lectorem oportuit.

EX iis [a] qui una vobiſcum ætatem degunt, quidam de more Alexandriam venere. Cum autem rogarem, ac ſtudioſe admodum percontarer, ecquid honeſtis patrum veſtigiis inſiſtentes recta inculpataque fide excellere eniteremini, ſpectatæque vitæ ſtudiis gnaviter incumberetis, nec non monaſticæ exercitationis labores in præcipuis voluptatibus haberetis, eas demum veras rati delicias, ſi virtutis ergo forti & libenti animo toleretis labores: reſpondeunt illi, ita vos comparatos eſſe; addideruntque cum præclaris majorum virtutibus impigre vos decertare. Itaque non potui non gaudere, & apud animum meum lætitia exultare; ut qui filiorum meorum gloriam, meam eſſe exiſtimarem; idque optimo jure. Abſurdum enim foret, pædotribas ex adoleſcentum, quos in palæſtra exercendos ſuſceperunt, alacritate & robore voluptatem capere; ac ſi quid forte commendatione dignum artis induſtria præſtiterint, hoc ipſum veluti coronam quamdam capitibus ſuis adjungerem atque adeo quæ illis propter fortitudinem laus tribuitur, eam ſuum decus arbitrari, nos autem patres ſpiritales, qui doctrinis quæ ad animi cultus vireſque comparandas haud parum faciunt, vos imbuimus (quo nimirum carnis tumultibus ſedatis, vitatiſque peccatis, quantumcumque laboret ſatanas ut ſuis vos molitionibus proſternat, glorioſum triumphum reportetis) non magis quam illos pia quadam mentis jucunditate perfundi.

α'.

ΑΦΙΚΟΝΤΟ μού τινες κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῆς σὺν ὑμῖν. ἠρόμην δέ μου, καὶ φιλοπόνως τοῦτο λίαν, εἰ τῆς τῶν πατέρων ἐπιεικείας ἴσοντες κατ' ἴχνος καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, πίστει μὲν ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ ὀχυροῦσθαι ἐπείγεσθε, πολιτείᾳ δὲ * τῇ καλλίστῃ κατασεμνύεσθε, καὶ τοῖς τῆς ἀσκήσεως ἐναβρύνεσθε πόνοις, ξυφλοῦ ἀληθῶς ἡγεμόνος τὸ ὑπὲρ γε τὸ * ἀγαθὸν τλημονεῖν ἐλέσθαι * γνησίως. ἀπήγγελλον μοὶ ἐκεῖνοι, ταῦτά γε ὑμῶν ὕπως ἔχειν. προσέθεσαν δὲ, ὅτι τοῖς τῆς φρολαβόντων ἀνδραγαθήμασιν ἁμιλλᾶσθε φιλοτιμότερον. ἐχαιρον οἷς ἀναγκαίως ἐγὼ, καί μοι διεχεῖτο πρὸς θυμίαν ὁ νοῦς, ταῖς τῆς ἐμῶν τέκνων εὐδοκιμήσεσι οἰκειούμενος, καὶ σφόδρα εἰκότως. καὶ γὰρ ἔστι τῆς ἀτόπου, παιδοβίβας μὲν ταῖς τῆς νέων ἐπιγάννυσθαι ῥώμαις, κἂν ἔτι γλισχρῶς παρ' αὐτῆς εἰς ἐπαίνους συμπλουτοῦντα τῇ τέχνῃ, τοῦτο ταῖς σφῶν αὐτῆς οἷά τινα στέφανον ἀναπτύσσειν κεφαλαῖς, καὶ τῆς ἐκείνων ἀνδρείας μεμίζεσθαι τὰ αὐχήματα· ἡμᾶς δὲ πατέρας πνευματικοὺς ὄντας, καὶ λόγοις ὑμᾶς ἐπαλείφοντας τοῖς εἰς ἀγαθὸν ἀτολμίαν, ἵνα καταθλήσαντες μὲν τῆς τῆς σαρκὸς κινημάτων, παραιτούμενοι δὲ τὸ πίπτειν εἰς * ἁμαρτίαν, καὶ μὴν καὶ πτοᾶσθαι πειράζοντι τῷ σατανᾷ, πολεμοῦντες δὲ τὸ βραβεῖον, * καὶ ὄχι δὴ μᾶλλον ἡ ἐκείνους θεοφιλῶς ἀναπίμπλασθαι θυμηδίας.

* παρθένου.

* ἀγαθὸν.

* γνησίως.

* ἁμαρτίας.

* μὴ.

β'.

1 Extat vetus verſio, quam infra dabimus cum veteri hujus Concilii verſione ex Balutio cap. 1.

A

β'.

Οὐκοῦν, καθὰ φησι τῦ σωτῆρος ὁ μαθητὴς, σπουδὴν πᾶσαν * παρεισφερόμενοι, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονὴν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν, ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην. ταῦτα γὰρ ὑμῖν παρόντα, καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι, τοὺς οἵῳπερ ἂν ἔλοιντο τῆς ἐν Χριστῷ νομιμοῦς ζωῆς τὴν εὐκλεᾶ τε καὶ ἀξιέραστον * διαγωγὴν ὁδὸν, πρῶτον μὲν ἁπλῆ τε καὶ ἀλωβήτῳ κατασεμνύεσθαι πίστει, προστεπάγεσθαι δὲ ὅπως αὐτῇ τὴν ἀρετήν. οὗ δὴ γεγονότας, πειρᾶσθαι καταπλήτειν τοῦ κατὰ χριστὸν μυστηρίου τὴν γνῶσιν, καὶ ἀναφοιτᾶν εὖ μάλα πρὸς τελεωτάτην συνέσιν. τῦτο γὰρ ὄφειλεν ἐστὶ τὸ, εἰς ἄνδρα τέλειον καταντῆσαι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθεῖν τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. νήψει δὴ οὖν τῇ πρεπούσῃ μοναδικῇς τὰς ἑαυτῶν ὀσφύας εὖ μάλα διεζωσμένοι κατανδρίζεσθε τῶν παθῶν, ψυχικῶν τε ἅμα καὶ σωματικῶν. ἔσεσθε γὰρ ὕπω λαμπροὶ καὶ δόκιμοι, ἐν τῷ καλῷ τῆς ἐλπίδος τῆς τοῖς ἁγίοις ἡτοιμασμένης. ἔσω δὲ ὑμῖν καὶ πρόχειρος ἡ ἄλλων ἡ πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαπήλευτος, καὶ τὸ * ἀνεπίπλεκτον ἔχουσα πάντελῶς. ὕτω γὰρ ὕπω καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἰσχνολογωτέραν εὐσέβειαν, ἐναυλισθήσεσθε σὺν αὐτοῖς ταῖς ἄνω μοναῖς, καὶ σκήνας οἰκήσετε τὰς ἐν οὐρανοῖς. * ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας διαμέμνηται λέγων. οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται Ἰερουσαλὴμ * πόλις πλουσία, σκήνας αἳ οὐ μὴ σεισθῶσι.

* συμπεριφερόμενοι.

* διάγειν.

Ephes. 4. 13.

* ἀπαράλυτον.

* ὅτι.

* πολλὴ πλουσία.

II.

Igitur, ut Chriſti ſalvatoris noſtri diſcipulus monet, curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem: hæc autem vobis cum adſint, & ſuperent, non vacuos, neque ſine fructu conſtituent vos in domini noſtri Jeſu Chriſti cognitione. Nam eos qui internam ſpiritalemque in Chriſto vitam laude æmulationeque dignam ſerio inire volunt, fide in primis ſincera atque integra ornatos eſſe decet: Fidei porro integritati, virtutis quoque ſtudium adjungant oportet. Hoc autem facto fundamento, cognitione myſterii Chriſti ſe locupletent, & ad abſolutam ejuſdem intelligentiam contendant, neceſſum eſt. Quam vitæ rationem tenere, eſt, ut puto, *in virum perfectum occurrere, & ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti pervenire*. Sobrietate proinde & caſtimonia, qua ſolitariam vitam agentes excultos eſſe convenit, lumbos veſtros pulchre præcincti, virile contra animorum corporumque perturbationes certamen ſuſcipite; ſic enim clari, & in bono ſpei, quæ ſanctis parata eſt, illuſtres evadetis. Ante omnia, recta in vobis & ſincera, nullique prorſus reprehenſioni obnoxia fides exiſtat: ita namque, ita inquam, & vos quoque ſanctorum patrum pietatem iiſdem veſtigiis proſequentes, in ſupernas illas beatorum ſedes olim immigrabitis, cœleſtiaque tabernacula una cum illis incoletis. Qua de re divinus propheta Iſajas ita ſcribit: *Oculi tui videbunt Jeruſalem habitationem opulentam, tabernacula quæ non concutientur*.

1. Petr. 1. verſ. 5

Ephes. 4. verſ. 13.

Iſa. 33. v. 20.

γ'.

Λαμπρὸς μὲν οὖν ὅτι καὶ ἀξιάγαστος ὑμῖν ὁ βίος, ὀρθή τε καὶ ἀκαπήλευτος εἰδρυται πίστις, οὐκ ἠγνόηκά ποθεν· τεταράχυμαι δὲ ὑπὲρ μέτριος, ἀκηκοὼς, ὅτι θρύλλοι τινὲς εἰς ὑμᾶς ἀφίκοντο χαλεποὶ· καὶ περιοσῶσί τινες, τὴν ἁπλῆν ὑμῶν παραλύοντες πίστιν, καὶ ῥημάτιον ἑκάστοις * ὑποπτύοντες ὄχλον, ἀναπυθανόμενοί τε καὶ λέγοντες, τὴν ἁγίαν παρθένον Μαριὰμ, πότερόν ποτε θεοτόκον, ἢ μὴ, καταινομάζεσθαι χρή. καὶ δὴ μὲν ἄμεινον τοῖς τοιούτοις ὑμᾶς ζητημάτων εἰς ἅπαν ἀποφοιτᾶν, καὶ ἃ μόλις ἐστὶν ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι θεωρεμένα τοῖς ἀρτίοις τὴν φρένα, καὶ βεβηκόσι τὸν νοῦν, μηδὲ ἀνορύττειν ὅλως. τὰ γὰρ ἰσχνότερα τῆς * θεωρημάτων τῶν τῆς ἀκεραιοτέρας ὑπερηκοντίζειν ναῦν. ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ οὐκ ἀνήκοοι τῆς τοιούτων μεμβύκατε λόγων, καὶ φιλονεικεῖν ἐλέσθαι τινὰς εἰκὸς, καὶ τοῖς τὴν νῶν οὐκ ἐρηρεισμένοις, οἷά τινα σκόλοπα, τὸ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τοῦτο ἐμπερονῆσαι βλάβος, δεῖν φήθην ἀναγκαίως ὀλίγα * τινὰ πρὸς ὑμᾶς περὶ τούτων εἰπεῖν. οὐχ ἵνα λογομαχῆτε μᾶλλον, ἀλλ' ἵνα εἴ τινες ὑμῖν ἐπιφύοιντο, ταῖς ἐκείνων εἰκηλολογίαις τὸ ἀληθὲς

* παρεισφερόμενοι.

* περὶ τούτων εἰπεῖν.

III.

Eſſe igitur vitam veſtram plane conſpicuam & admiratione dignam, fidemque modis omnibus integram & incorruptam vobis ſuppetere non ignoro; conturbor tamen non parum vehementer. Audio enim exitiales quoſdam rumores inter vos proſeminatos. & nonnullos oberrare, qui ſinceram veſtram fidem demoliri ſtudeant, & inanium vocularum turbas eructantes, utrum deiparam appellare liceat ſacram virginem, in controverſum vocare audeant. Præſtaret ſane ejuſmodi quæſtionibus omnino abſtinere, & in ea quæ abſtruſioris conſiderationis ſunt, nec aliter fere, niſi veluti in ſpeculo & ænigmate, etiam ab iis qui ſoliditate judicii, mentiſque firmitate pollent, perſpici poſſunt, nequaquam inquirere: nam ſimpliciorem captum ſubtiliora theoremata excedunt. At quia horum ſermonum expertes non permanſiſtis, fitque probabile, contentioſos quoſdam non defuturos, qui venenum, quod ſemel hauſerunt, veluti ſpicula quædam in imbecilliorum animos defigere conabuntur, operæ me pretium facturum putavi, ſi pauca quædam iis de rebus ad vos diſſererem; non eo id quidem conſilio, ut vos ad lites,

tes, verborumque digladationes inflammem; verum ut ſi qui de cetero vos adorti fuerint, illorum futilitati veritatem opponentes, & ipſi erroris perniciem effugiatis, & alios opportunis rationibus perinde ut fratres inducatis, quo fidem jam olim eccleſiis per ſanctos apoſtolos traditam, non ſecus ac margaritam animis ſuis inſertam, conſtanter retineant.

A * ἀντιπαίοντες, αὐτοί τε ὀξυδιδάσκητε τοὺς ἐν τῇ πλανᾶσθαι ζημίαν, προσωφελῆτε δὲ καὶ ἑτέρους, τοῖς παθήμασι λογισμοῖς ὡς ἀδελφοὺς ἀναπλάττοντες, τὴν ἀνωθεν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραδοθεῖσαν πίστιν, καθάπερ τινὰ πολυτίμητον μαργαρίτην ἐν ἰδίαις ἔχειν ψυχαῖς. * ἀντιπαίοντες.

IV.

Miror itaque majorem in modum eſſe aliquos omnino, qui utrum ſacra virgo deipara appellanda ſit, plane addubitent. Etenim ſi dominus noſter Jeſus Chriſtus Deus B eſt, quo tandem modo ſacra virgo, quæ illum edidit, deipara non dicatur? Hanc fidem divini diſcipuli nobis tradiderunt, quamvis iſtius dictionis non meminerint. Ad hunc modum a ſanctis patribus inſtituti ſumus. Enimvero percelebris memoriæ pater noſter Athanaſius, qui totos quadraginta ſex annos Alexandrinæ eccleſiæ pontificatum egregia cum laude geſſit, loquacibuſque impurorum nefariorumque hæreticorum commentis invicta, planeque apoſtolica ſapientia reſtitit, quique ſcriptis ſuis veluti fragrantiſſimo quodam unguento totum orbem mirifice recreavit, & cui de dogmatum abſoluta integritate, fideique rectitudine omnes teſtimo- C nium dant, libro quem de ſancta & conſubſtantiali trinitate conſcripſit, oratione tertia, ſacram virginem paſſim deiparam nominat. Cogor autem ipſis illius verbis hoc loco uti, quæ hunc in modum habent: Itaque divinæ ſcripturæ ſcopus ac character, ut ſæpe monuimus, ejuſmodi eſt, ut utrumque de Chriſto ſalvatore noſtro pronunciet; puta Deum illum eſſe, & nunquam non hoc ipſum extitiſſe, ut *qui Patris ſit Verbum, ejuſdemque ſplendor, & ſapientia*: tum eumdem rurſum novitſimis hiſce temporibus corpore ex deipara virgine Maria ſumpto, noſtri cauſa hominem factum eſſe. Et nonnullis interjectis iterum: Multi extitere ſancti, D & ab omni peccato immunes: nam & Jeremias de materno utero ſanctificatus eſt: & Joannes in lucem nondum editus, voce deiparæ Mariæ percepta, lætabundus exiliit. Sane idoneus eſt hic vir, apprimeque dignus, cui intrepide fidem adjungere, quemque tuto ſequi liceat, ut qui nihil protuliſſet, quod a divinis literis alienum eſſet. Quo enim pacto illuſtris ille celebratuſque pater, qui in ſacra illa magnaque ſynodo Nicæna in tanta omnium admiratione habitus eſt, a veritatis tramite aberrat? Nam etſi per id tempus epiſcopi munus nondum ſuſtineret, ſed inter clericos etiamnum degeret; attamen propter præclaram indolem, E inſignemque vitæ probitatem, & ſubtilem ac incomparabilem mentis perſpicaciam, a beatæ memoriæ epiſcopo Alexandro ad ſynodum comes adſcitus eſt. Verſabatur autem cum ſene tanquam filius cum patre, ad quidvis utiliter conficiendum ſeſe ducem præbens, nec non in omnibus quæ obeunda forent, commodum iter oſtendens.

Athanaſius.

Lib. x.

1. Cor. 2.

Jerem. 1.

Luc. 1.

ϛ.

Α πλεονέκτημα μετὰ ὐδαμῶς τὰς πρὸ αὐτῦ γεγονότας, εἰ ὡς ὲν ὀργάνων τάξει τε καὶ χρείᾳ κατὰ τὸν ἴσον ζῆτον καὶ ὗτος παραλαμβάνεται. προφυαίρηκε δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ κἀκεῖνο εἰπών· ὅτι τίς ὲν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ὲν υἱοῖς Θεῦ;

XXII.

At ſapientiſſimus Paulus Moyſen, ad Hebræos ſcribens, domeſticis annumerat; cum vero, qui divina diſpenſatione ex muliere natus eſt, hoc eſt Chriſtum, Deum ac dominum vocat. Scribit enim hunc in modum: *Unde, fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum, qui fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iſtæ præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant: Chriſtus autem tanquam filius in domo ſua, cujus domus nos ſumus.* Iterum atque iterum hic mihi expende, quomodo & humanæ naturæ proprietates integras illi conſervet, & ſummæ nihilominus, ſolique Deo convenientis gloriæ, ac dignitatis excellentiam eidem tribuat. Primo namque apoſtolum ac Pontificem illum vocat; mox ei qui fecit illum, fidelem extitiſſe pronunciat; poſtremo dignitate & honore tantum Moyſen excelluiſſe aſſeverat, quantum architectus domo quam fabricavit, gloria præſtat. Subjungit deinde: *Omnis enim domus fabricatur ab aliquo: is vero qui omnia creavit, Deus eſt.* Divinus itaque Moyſes inter res effectas & ſtructuras cenſetur: at vero Chriſtus omnium opifex declaratur. Et quia omnia condita dicit a Deo, Chriſtum verum Deum eſſe omnino neceſſarium eſt: addit rurſum: *Et Moyſes quidem tanquam famulus in tota ejus domo fidelis erat; Chriſtus autem tanquam filius ſupra domum illius eſt, cujus domus nos ſumus*, juxta illud prophetæ: *Quoniam habitabo in illis, & ambulabo cum illis, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.*

Hebr. 3. v. 1.

Ibidem

2. Cor. 6. v. 16. ex Leuit. 26. v. 11.

κβ'.

Α'λλ' ὄγε σοφώτατος Παῦλος τελοῦντα μὲν ὲν οἰκέταις ἀποφαίνει Μωσέα, Θεὸν δὲ καὶ κύριον ἀποκαλεῖ τὸν ἐκ γυναικὸς οἰκονομικῶς γεγονότα, τυ- Β τέα Χριστόν. γέγραφε γὰρ ὧδε. ὥστε ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ιησῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ὲν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῦ. πλείονος γὰρ δόξης ὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ὲν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῦ ὡς θεράπων, εἰς μαρτυρίαν τῶν λαληθησομένων. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. ἄθρει δὴ ὅπως C τὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτῦ πετήρηκε μέτρον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης καὶ θεοπρεπῦς ἀξίας ἀπαυείμει τὴν ὑπεροχήν· ἀρχιερέα γὰρ καὶ ἀπόστολον εἶπών, καὶ μὴν καὶ γλίχεσθαι πιστὸν τῷ ποιήσαντι αὐτὸν εὖ μάλα διαβεβαιούμενος, τετιμῆσθαι μειζόνως ἢ κατὰ Μωσέα φησὶ, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. εἶτα προσάγει. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. ὅθεν πεπταχται μὲν ὲν ποιήμασι καὶ ὲν τοῖς * κατασκεύασμοῖς ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς· κατασκευαστὴς * δὲ τῶν ὁ διὰ παντὸς ὅλων Θεός· καί τοι Θεῦ λεγομένων κατασκευάσαι τὰ πάντα. Θεὸς ὢν ἄρα καὶ ἀληθινὸς ἀνενδοιάστως ἐστί. D Μωϋσῆς μὲν ὡς θεράπων ὲν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῦ πιστὸς, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτῦ· ὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. καί τοι Θεῦ λέγοντος διὰ φωνῆς προφητικῆς. ὅτι ἐνοικήσω ὲν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

Hebr. 3. v. 1.

* κατασκευασμάτων. * δι' ὅλων δύναται Χριστός. καί τοι.

XXIII.

Dixerit forte quiſpiam: Ecquis hoc inter Chriſtum & Moyſen diſcrimen agnoſcere queat? Etenim ſi uterque ex muliere progenitus eſt, quomodo alter eſt in domo tanquam famulus, alter vero tanquam E natura filius & dominus ſupra domum illius, quæ domus nos ſumus? Res hæc, ut ego quidem ſentio, iis qui ingenio valent, ſenſumque & mentem Chriſti (ut apoſtolus loquitur) obtinent, neutiquam obſcura eſt. Moyſes namque erat homo ſervitutis jugo preſſus; Chriſtus vero ut Deus & univerſorum architectus, ſuapte natura liber erat. Nam etſi noſtri cauſa in exinanitionem voluntariam ſeſe demiſit, ea tamen abjectio divinam gloriam illi nequaquam adi-

1. Cor. 7. v. 40.

Philipp. 2.

κγ'.

Α'λλὰ τίς ἂν νοοῖτο, φαίη τις ἂν ἴσως, ἡ διαφορὰ Χριστῦ καὶ Μωϋσέως, ἔμφυτος γεγόνασι διχα γυναικὸς; πῶς ὁ μὲν οἰκέτης καὶ ὡς ὲν οἴκῳ πιστὸς, ὁ δὲ κατὰ φύσιν κύριος ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὗτοί ἐσμεν ἡμᾶς; οἶμαι δὲ ἐγωγε παντὶ τὸ χρῆμα ὑπάρχειν ἐναργές, εἴπερ ἔστι ὲν καλῷ φρενὸς, καὶ νοῦν ἔχει Χριστοῦ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ ζυγὸν * δουλείας. ὁ δὲ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὡς Θεὸς, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, καὶ κύριος ἀπάντων ἐλεύθερος ἦν· ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο αὐτὸν τῆς θεοπρεποῦς δόξης ἐξοικίσει, οὔτε μὴν τῆς ὑπερτάτης καὶ κατὰ πάντων ὑπεροχῆς * ἀποσοβήσει

* δουλείαν.

* ἀποσοβήσει.

σει τοῦτό. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς τὸ αὐτοῦ πνεῦμα πλουτήσαντες · κατῴκησε γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πεποίηκεν ἡμᾶς ἐν τέκνοις Θεοῦ, τύχῃ μὲν εἶναι τοῦτ' ὄντας ἐσμὲν οὐκ ἀπαξιβλήκαμεν · ἐσμὲν γὰρ ἄνθρωποι κατὰ φύσιν, καὶ τὸν Θεὸν λέγοντες, Ἀββᾶ ὁ πατήρ · οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ἀπορρήτως ἐκπεφυκὼς Θεὸς λόγος, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, τετίμηκε μὲν τὴν φύσιν, οὐ μὴν ἔξω γέγονε τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς, μεμίμηται δὲ καὶ ὁ ἀνθρωπότητι Θεός. οὐκοῦν οὐκ ἐν ὀργάνου τάξει παρειλῆφθαί φαμεν τὴν ἐκ τῆς παρθένου * νεον· ἐπόμεθα δὲ μᾶλλον τῇ πίστει τῇ ἱερῶν γραμμάτων, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς, σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον ὁμολογοῦμεν, κατά γε τοὺς ἤδη πλείστους ἡμῖν προκεκοσμημένους ἔρωτας * αὐτὸν καὶ τεθνάναι ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχήν. ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὁ θάνατος αὐτῷ τοῦ κόσμου ὁ σωτήριος, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ τὸν ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὡς Θεός. πῶς οὖν ἡ ζωὴ τεθνάναι λέγεται; τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ παθοῦσα τὸν θάνατον, ἵνα φαίνηται ζωή, ζωοποιοῦσα πάλιν αὐτήν.

* δια'.
* non habetur quoque in MS. Seguieriano.
* ὅτι γάρ.

κδ'.

Φέρε γὰρ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ὁ τοῦ θανάτου πολυπραγμονήσωμεν τρόπος. οὐχ ἁπάντων ἐστὶν ἐν φρονοῦντων ἐρεῖ τοῖς ἀπὸ γῆς σώμασιν * συγκαταφθείρεσθαι τὰς ψυχάς. ἀλλ' οἶμαι τοῦτό ἐστι τὸ οὐδενὶ τῶν ὄντων εὐδοκιμοῦν. πλὴν ἀνθρώπου θάνατος, τὸ συμβεβηκὸς ὀνομάζεται. οὕτω νοήσωμεν καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Ἐμμανουήλ. ἓν μὲν γὰρ ὁ λόγος ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τῷ ἐκ γυναικὸς, ἰδίδου δὲ αὐτὸ τῷ θανάτῳ κατὰ καιρὸν, πάσχων μὲν οὐδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν αὐτός· ζωὴ γὰρ ἐστὶ καὶ ζωοποιός· οἰκειούμενον δὲ τὸ * σαρκικὸν, ἵνα καὶ αὐτοῦ λέγηται τὸ παθεῖν, καὶ εἷς ὁ πάντων, ἀναστὰς, πεθνεὼς ὑπὲρ πάντων, ἀγοράσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ κατακτήσηται τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ τοῦτο ὡς ἀληθὴς ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας ὀξαγορεύει λέγων ἐν πνεύματι· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῆς ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνέλιγχε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη.

* τὸ σῶμα σθαι.
* σαρκὸς.
Ἡσαΐ. νγ'.

κε'.

Εἷς οὖν ὁ πάντων ἀξιώτερος τῇ ἰδίαν ὑπὲρ πάντων τέθεικε ψυχήν. καὶ σωτηρίως μὲν εἰκονομικῶς καταβιάζεσθαι βραχὺ τῷ θανάτῳ τὴν σάρκα, * κατήργηκε δὲ πάλιν αὐτὸν ὡς ζωὴ, παθεῖν οὐκ ἀνεχομένην τὸ παρὰ φύσιν ἰδίαν· ἵνα καὶ

* κατώργηκε.

met, nec a ſuprema illa excellentia, quam ſuper omnes habet, ulla ex parte ipſum excludet: quandoquidem ut nos ſpiritu ipſius locupletati (in noſtris enim cordibus hic inhabitat,) inter filios Dei cenſemur; neque per hoc tamen id quod naturaliter ſumus, eſſe deſinimus (ſumus namque homines ſecundum naturam, etiamſi Deo, Abba Pater, dicamus) ita Deus Verbum, quod inexplicabili quodam modo ex Dei & Patris ſubſtantia gignitur, naturam humanam quam aſſumpſit, honore quidem affecit, non ob id tamen propria dignitate aut excellentia excidit: manſit enim Deus, etiam humanitate jam indutum. Neutiquam ergo templum illud, quod ex ſacra virgine aſſumptum eſt, organi loco acceptum dicimus: verum ſacrarum ſcripturarum ſenſum, ſanctorumque patrum ſententias ſecuti, Verbum modo non ſemel jam expoſito carnem factum, & ſuam pro nobis animam poſuiſſe aſſerimus. Nam cum mortem ſuam ſalutem mundo allaturam eſſe non ignoraret, crucem ſuſtinuit confuſione contempta; tametſi ſecundum naturam vita eſſet, utpote Deus. Quomodo igitur vita mortem oppetiviſſe dicitur? Non aliter ſane, quam mortem in propriam carnem excipiens; quando quidem dum hanc denuo viam reddidit, veram ſe vitam eſſe aperte oſtendit.

Rom. 8. 9. 11.
Ibidem.
Hebr. 11. 9. 11.

C

XXIV.

Verum quo planius fiat quod dicitur, age, & in noſtram quoque mortem inquiramus, ejuſdem rationem accurate conſideremus. Nunquid ergo mortalium quiſpiam ſana mente utens, dum corpus hoc terrenum extinguitur, una cum illo ipſam quoque animam extingui credit? Non exiſtimo vel uni ex omnibus id eſſe perſuaſum: & tamen quod communiter accidere ſolet, non corporis, ſed hominis mors appellatur. Ad eum itaque modum & de ipſo quoque Emmanuele ſtatuas licet: erat enim Verbum in eo quod ex muliere ſuſceptum erat, tanquam in proprio corpore; hoc ipſum autem corpus præfinito tempore in mortem contradidit, nihil interim incommodi propria natura ſuſtinens: ipſum namque & vita eſt, & cetera omnia vivificans eſt: veruntamen quæ carnis ſunt veluti propria in ſe transferens, & mortem perpeſſum, ac reſurgens quod erat pro omnibus mortuum, proprio ſanguine humanum genus expiaſſe; & quotquot per terrarum orbem degunt, Deo & Patri acquiſiviſſe dicitur. Unde ſacer vates Iſaias, divino Spiritu afflatus, hæc de illo pronunciat: *Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium dividet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit.*

D

E

Iſai. 53.

XXV.

Unus ergo omnes dignitate præſtans pro omnibus animam ſuam poſuit; & œconomica quadam ratione carnem per mortem nonnihil humiliari ſinebat. Verbum ſecundum propriam naturam, in quam nullus dolor, nulla cadit perpeſſio, eamdem mortem vi-

ciſſim deſtruxit, quo hac nimirum ratione
1 Cor. 15. v. 22. corruptio in omnium corporibus enervare-
tur, mortiſque imperium diſſolveretur. Et-
enim, ut in Adam omnes morimur, ſic e
contrario in Chriſto omnes vivificamur.
Neque enim ea quæ ad ſalutem noſtram fa-
ciunt, ſecundum naturam divinam perfeciſ-
ſet, ſi ſecundum naturam humanam mortem
noſtri cauſa non ſuſtinuiſſet. Traditur nam-
que mortem primo quidem oppetiiſſe ut ho-
mo; mox vero per id quod ſua natura eſt
Deus, in vitam denuo rediiſſe. Si igitur mor-
tem ſecundum ſcripturas corpore non per-
tulit, neque ſpiritu vivificatus revixit quo-
2. Cor. 15. v. 17. que. Quod ſi vero in vitam non reſurre-
Rom. 6. v. 3. xit, fides noſtra vana eſt, & in peccatis
etiamnum ſepulti jacemus. Nam juxta bea-
ti Pauli doctrinam, in mortem illius bapti-
zati ſumus: peccatorumque remiſſionem per
ſanguinem illius obtinuimus.

XXVI.

Porro autem ſi neque verus Dei filius eſt
Chriſtus, neque natura Deus, ſed æque ac
nos nihil aliud quam homo, aut divini-
tatis inſtrumentum; nequaquam per Deum
ſalutem conſecuti ſumus, ſed per Deum
qui noſtri ſimilis noſtri cauſa mortuus, al-
teriuſque virtute & poteſtate reſuſcitatus eſt.
Quomodo ergo mors per Chriſtum devicta
dicitur? Atqui Chriſtum de ſua anima ita
Joan. 10. v. 18. pronunciantem audio: *Nemo tollit illam a me, ſed ego pono eam a me, poteſtatem enim habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſum ſumendi eam*. Qui enim mortem ne-
ſciebat, ille ſecundum propriam carnem in
mortem omnibus communem ſe abjecit,
quo & nos quoque una cum illo ad vitam
reſurgeremus. Revixit enim deſpoliatis
inferis, non ut noſtræ conditionis homo,
ſed ut Deus in carne nobiſcum & ſupra
nos. Obtinuit autem natura in ipſo tan-
quam in capite incorruptionem. Contrita
eſt mors quoque, dum corpori quod ipſius
vitæ erat, hoſtiliter inſultat. Quemadmo-
dum enim illa per Adam vicit, ita per
Chriſtum debellata corruit. Quamobrem di-
vinus ille pſaltes David ad Deum cœle-
ſtemque Patrem pro nobis & propter nos
aſcendenti, nempe quo nobis terræ hujus
inquilinis viam ad cœlum muniret, ejuſmo-
Pſalm. 46. v. 6. 7. di triumphali carnem accinuit: *Aſcendit Deus in jubilo, dominus in voce tubæ. Pſallite Deo noſtro, pſallite; pſallite regi noſtro; pſallite, pſallite ſapienter. Deus regnavit ſuper omnes gentes*. Sed & beatus Paulus quoque de il-
Epheſ. 4. v. 10. lo his conſentanea ſcribit; *Qui*, inquit, *deſcendit, ipſe eſt qui & aſcendit ſuper omnes cœlos, ut adimpleret omnia*.

XXVII.

Cum igitur ſecundum naturam verus ſit
1. Cor. c. 2. v. 8. rex, & Deus item verus gloriæ dominus
crucifixus prædicetur; cui dubium eſſe po-
teſt, quin ſacra virgo deipara ſit nomi-nan-
da? Tu igitur Emmanuelem ut unum ad-
ora, neque poſt factam unionem in duos
illum diſſeca. Tunc enim inſanus Judæus
incaſſum ridebit, tunc proculdubio occiſi
domini reus agetur; tunc illum non in vul-

A Ἐν τοῖς ἁπάντων ἀνοήτοις σώμασιν ἡ φθορὰ, καὶ τῷ θανάτῳ παραλύεται κράτος. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, ὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες * ζωοποιηθησόμεθα. εἰ γὰρ μὴ πέπονθεν ἀνθρωπίνως ὑπὲρ ἡμῶν, ὃ δὲ ἐνήργησε θεϊκῶς τὰ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. λέγεται γὰρ πρότερον ἀποθανεῖν μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἀναβιῶναι δὲ μετὰ τοῦτο, διὰ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν Θεός. εἰ τοίνυν οὐ πέπονθε τῷ τεθνάναι σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, οὐδὲ ἐζωοποιήθη πνεύματι, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἀνεβίω. καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν· ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. βεβαπτίσμεθα γὰρ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὰς, καὶ τὴν ἄφεσιν τῆς ἁμαρτιῶν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. B C D

κς'.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς ὅτε υἱὸς ἀληθῶς, ὅτε μὲν φύσει Θεὸς, ἄνθρωπος δὲ ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, & θεότητος ὄργανον, στεγώσμεθα μὲν οὐκ ἐν Θεῷ πεθεν, ἑνὸς δὲ μᾶλλον τῆς καθ' ἡμᾶς πεφυκότος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δυνάμενον ἀλλοξίαις ἐγκεκρᾶσθαι. πῶς οὖν ἔτι κατηργήθη ὁ θάνατος διὰ Χριστοῦ; καί τοι λέγοντος ἀκούω σαφῶς περὶ τῆς ἰδίας ψυχῆς· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν γὰρ ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. κατέβη γὰρ μετ' ἡμῶν εἰς θάνατον διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁ θάνατον οὐκ εἰδὼς, ἵνα καὶ ἡμεῖς * ἀναβιῶμεν συν' αὐτῷ πρὸς ἀεὶ ζωήν. ἀνεβίω γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, οὐχ ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ * ἡμᾶς. καταπλούτει δὲ ἡ φύσις ὡς ἐν αὐτῷ δὴ καὶ πρώτῳ τῇ ἀφθαρσίαν, καὶ σωτηρίᾳ ὁ θάνατος, τῷ τῆς ζωῆς σώματι πολεμίᾳ δίκην εἰσβαλών. ὥσπερ γὰρ νενίκηκεν ἐν τῷ Ἀδὰμ, ὕτω πέπτωκεν ἐν τῷ Χριστῷ. καὶ γοῦν ἀναβαίνοντι δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν ἐν ἐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν, ἵνα τοῖς ἐπὶ γῆς βασιμον ἀποφαίνῃ τὸν ὐρανὸν, τὰς ἐπινικίους ᾠδὰς ἀνετίθη λέγων ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς· ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε. συνετῶς. ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη, ἔφη δέ που καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτοῦ, λέγων· ὁ καταβὰς, ὁ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν ὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. E

κζ'.

Ὅτι τοίνυν καὶ Θεός ἐστιν ἀληθῶς, καὶ βασιλεὺς κατὰ φύσιν, εἴρηται δὲ καὶ τῆς δόξης κύριος ὁ ἐσταυρωμένος, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον; προσκύνησον ὡς ἕνα, μὴ διελὼν εἰς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν. τότε γελάσεται μάτην ὁ παράφρων Ἰουδαῖος, τότε κενοκτόνος ἔσται κατὰ ἀλήθειαν· ἀλώσεται δὲ πεπλημμελικὼς οὐκ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν * τὸν τῆς ὅλων σωτῆρα Χριστόν· καὶ δὴ

* ζωοποιηθησόμεθα.
* ἀναβιῶμεν. * ἀναβαινομεν πρὸς ἀεὶ. * ἡμῶν.
* τὸν σωτῆρα Θεόν.

δὴ καὶ ἀκύσεται · καὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν , λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν , σπέρμα πονηρὸν καὶ υἱοὶ ἄνομοι · ἐγκαταλίπετε τὸν κύριον , καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ . ἐλλιπῶν δὲ παῖδες κατ' οὐδένα ξόπον τιμῶ τῷ χριστιανῶν ὀχμωμησονται πίστιν . λειπατρεκεμβῶ γὰρ οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ . μὴ γένοιτο · Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ φύσιν , ὃν ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὴν δόξαν , κἂν εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς , μεμβυηκὼς ὅτερ ἴσμεν , τοῦτόν Θεὸς , δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ εἴη δόξα σιὼ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι , εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων . Ἀμήν .

A garem quempiam hominem nobis ſimilem impie ac ſcelerate ſæviſſe apparebit , ſed in univerſorum ſalvatorem & Deum ; audietque vel invitus : *Væ genti peccatrici , populo pleno peccatis , ſemini nequam , & filiis ſceleſtis . Dereliquiſtis dominum , & exacerbaſtis ſanctum Iſrael* . Tunc gentium populus nullo prorſus jure Chriſtianorum fidem ſubſannare poterit. Agnoſcet enim nos non nudo alicui homini divinum cultum deferre , abſit ; ſed illi qui natura Deus eſt : neque enim gloriæ majeſtatiſque illius ignari ſumus: nam etſi perinde ac nos factus eſt, id tamen quod erat, nimirum Deus , ſemper manſit . Per ipſum , & cum ipſo, Deo & B Patri ſit gloria, cum ſancto & vivifico Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

Is. c. 1. v. 4.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

* λέγει.

* εὐλαβεστάτου.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας * προσφωνητικὸς πρὸς τὸν * εὐσεβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον , περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν .

CAPUT III.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini de recta in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fide liber , religioſiſſimo imperatori Theodoſio nuncupatus .

α'.

ΤΗΣ μὲν ἐν ἀνθρώποις ἀκλείας τὸ ἀνώτατον , καὶ ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνεγκλητός τε καὶ ὑπερκείμενον , ὑμεῖς ὦ φιλόχριστοι βασιλεῖς , καὶ κλῆρος ὑμῖν ἐξαίρετός τε καὶ πρέπων παρὰ Θεοῦ , τῆς ἐνούσης αὐτῷ κατὰ πάν-

* ὑπεροχῆς.

* ἐπιτοχῆς αὐτοῦ ἐπὶ γῆς φῶς.

* ὑπίχυσαι.

των * ὑπεροχῆς , εἰκὼς γὰρ ἐπὶ γῆς τὸ γέρας . καμπτει μὲν γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ , θρόνοι τε καὶ ἀρχαὶ , κυριότητες καὶ ἐξουσίαι , δῆλον * ὑπίχυσαι τὸν αὐχένα , καὶ ταῖς καθηκούσαις ἀεὶ δοξολογίαις καταγεραίρουσι . πλήρη τε εἶναί φασι τὸν οὐρανὸν καὶ τιμῆ γλῶ τῆς δόξης αὐτοῦ . ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος , τῆς οὕτω περιφανοῦς καὶ ἀνωτάτω πασῶν ἀκλείας ὀλαμπρέποντά τε καὶ ἐναργῆ τὸν τύπον . ὑμεῖς γὰρ ἔστε καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἀξιωμάτων πηγαὶ , καὶ ἀπάσης ὑπεροχῆς ἐπέκεινα , καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀκμῆς ἀρχὴ , καὶ γένεσις · καὶ νεύμασι μὲν τοῖς ἡμερωτάτοις τῶν ὑμετέρων κρατοῦσι , πρὸς ἔννομόν τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ ἀοίδιμον πεδαλευχεῖται ζωὴν πᾶν ὅσον ἐστὶ τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις ὑπερωμένον . οἱ δὲ τῆς ζυγλης ὑκ ἀνεχόμενοι , πίπτουσι ῥᾳδίως , τῆς ἐνούσης ὑμῖν καθυπείας ἡττώμενοι . κἂν ἀσπάσῃ μόνον ἡ βασιλέως ἀσπὶς , φροῦδα τὰ ἐκείνων ὄχυρα , καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀπονοίας τὸν οἰκεῖον ἀθῦσαι ἀποσήσαντες νοῦν , πεσόντες εἰς γόνυ ζητοῦσι τὸν ἔλεον . τοιγάρτοι κεκράτηκε τῆς ὑπ' οὐρανὸν πᾶν ὑμετέρων ὑπασπισῶν ἡ μαχιμωτάτη , καὶ ἐμπεφορτόλεμος , καὶ ἀεὶ νικῶσα πληθύς . ὑμεῖς ἐστε πᾶν πρὸς ἑῴαν καὶ ἑσπέραν καὶ φόδη , καὶ λύρα , καὶ ἀπάσης ὑπόθεσις ἀφημίας · ὑμᾶς οἱ πρὸς νότον , καὶ μεσημ. καὶ ὅσοι βορειότερον οἰκοῦσι τύπον , φωναῖς χαεσπεῖοις στεφανοῦσι οὐ καταλήγουσιν . ἔρεσμα δὲ τὸ ἀκραδάντου τῆς οὕτω θεοφιλοῦς καὶ δικαιοτάτης ὑμῶν βασιλείας , αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστος . δι' αὐτὸ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι , καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην , κατὰ τὸ γεγραμμένον . ἔστι γὰρ αὐτῷ παναλκὲς τὸ θέλημα , καὶ ὃν τῷ καταυνεῦσαι μόνον ἡ παντὸς πλήρωσις ἀγαθοῦ . ὀχνέμει δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως

I.

SUpremum humanæ gloriæ culmen, Chriſtianiſſimi imperatores , longe maximo diſcrimine ceteris omnibus antecellens præſtanſque ; præclara itidem ſors , munuſque perilluſtre a divina excellentia & majeſtate in vos defluxit , nempe quo ſummæ illius celſitudinis & dignitatis aliquod quoque veſtigium & quaſi ſimulacrum in terris extaret . Igitur ut ſummo illi numini omne genu incurvatur , thronique & dominationes, principatus ac poteſtates prona ſubmittentes colla , congruis illud laudibus & hymnis venerantur , necnon cœlum terramque plena ejuſdem gloria & majeſtate eſſe profitentur : ita in veſtra quoque ſerenitate adeo conſpicuæ atque omnium ſupremæ claritudinis illuſtrem ac plane expreſſam imaginem intueri licet. Vos etenim omni terreno faſtigio ſuperiores , ampliſſimarum dignitatum fontes eſtis . Vos humanæ felicitatis principia & origines: clementiſſimis majeſtatis veſtræ nutibus ad juſtam honeſtamque ac beatam vivendi rationem promovetur quidquid uſquam eſt gentium , regni veſtri ſoliis ſubſtratum. Quod ſi qui ſunt , qui jugum detrectent, illi veſtra potentia nullo pene negotio ſuperati ſuccumbunt. Imo vero ſi regium ſcutum vel ſemel concuſſum micuerit , vana illorum conſilia atque ſtudia in ventos mox abeunt ; quippe qui amentiam ſuam miſſam facientes, e veſtigio ad genua veſtra ſeſe provolant , ſuppliceſque veniam expoſcant. Nimirum cohortes veſtræ bellicoſiſſimæ , militariſque diſciplinæ peritiſſimæ , ac triumphis agendis nunquam non aſſuefactæ , terrarum orbem ſubjugarunt . Vos proinde totus oriens, vos totus canit occidens , omnique laudum genere proſequitur ; vos, qui ad auſtrum vergunt, vos , qui ad aquilonem pertinent , feſtivis gratulationibus exornare nunquam deſinunt . Inconcuſſum autem piiſſimi & ſacratiſſimi imperii veſtri firmamentum eſt ipſe dominus Jeſus Chriſtus. *Per hunc enim*, ut ſcriptum eſt, *reges regnant , & potentes decernunt juſtitiam* : eſt enim

Is. 45. v. 23.

Iſai. 6.

Proverb. c. 8. v. 15.

enim illi voluntas omnipotens, omnisque boni, si solum annuat, copia. Dilargitur is ergo amicis suis munera in primis eximia & præclara, & quæ in pretio habeantur, quam maxime idoneo, & id quidem admodum alacriter & prompte. Quod hic dicimus, vel ea sola quæ majestati vestræ ab eo donata sunt, & olim adhuc, quemadmodum confidimus, donabuntur, verum esse evidenter ostendant. Cæterum quod eximia in Deum pietas inconcussum regiæ dignitatis fundamentum existat, id quanta fieri poterit brevitate & claritate, vel ex ipsa sacra divinaque scriptura docere enitar.

A τῆς ἀγαθότητος αὐτὸν τὰ πάντων ἐξαίρετα, καὶ ὅσα ἐστὶν ἐξαίρετα, καὶ πεθαυμασμένα. καὶ ἀπόχρη μὲν εἰς ἀπόδειξιν ὧν ἔφαμεν, τὰ τῷ ὑμετέρῳ πράτει δεδωρημένα, δοθησόμενα δὲ ἔτι, καθὰ πέπεισμαι. ὅτι δὲ ἐστὶ χρηστὸς ἀνὴρ τοῖς βασιλείοις τιμαῖς, τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας τὰ αἰτήματα, καὶ ἐξ αὐτῆς πεφάσομαι τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου πληροφορῆσαι γραφῆς, βραχυλογήσας, ὡς ἔνι.

II.

Plurimi citra controversiam retro actis temporibus extitere, qui Judæam provinciam administrarunt regnique illius gubernacula tractaverunt. Verum quotquot ex illis cultu & observantia, quæ Deo debentur, impie contemptis, & justitiæ magistra lege pro nihilo ducta, suo fastui suisque libidinibus libere indulgendum esse putaverunt, omnes hi mali & miseri male miserque perierunt. Est enim res periculosissima, quidpiam in Deum committere, proculcataque æquitate quocumque modo in illius offensam incidere. Contra vero quicumque se pios in illum declararunt, quæque illi placitura credebant, omni ope præstare elaborarunt, citra sudorem ac pulverem hoste devicto debellatoque triumphum cecinerunt. Ejusmodi inter ceteros fuit Josias ille, qui idolorum cultoribus una cum ipsis delubris & aris incensis, incantationibusque & falsis divinationibus omnibus e medio sublatis, ac inanibus dæmoniacæ impostura ludibriis profligatis, regnum apprime nobilitatum, summaque apud veteres ac recentiores omnes, qui ea quibus divina mens oblectatur, colere didicerunt, laude & admiratione dignum reliquit. Verum enimvero licet isthæc omnia cum virtute & gloria a majoribus vestris, vobisque ipsis susceptæ observataque sciam, non erit tamen inutile, opinor, si quæ sapientis Ezechiæ pietate ac studio eo in genere gesta sunt, hoc loco apte commemoravero: hujusce namque narrationis vis & energia non parum commodi vestræ sublimitati apportabit.

4. Reg 23.

III.

Fuit ex Persica Babylone vir quidam, cui Rapsaces nomen. Hic posteaquam universam Judæorum provinciam propemodum occupasset, Samariamque una cum ipsa hostiliter depopulatus esset; copiis innumerabilibus stipatus ipsam quoque Hierosolymam adoriri moliebatur. Porro autem cum minime contemnendas, imo vero tantum non inexpugnabiles equitum turmas, peditatumque maris arenas pene æquantem adduceret: vastatrices urbium machinas reliquumque belli apparatum civitatis mœnibus admovet; barbaraque vesania ac supercilio plurimum elatus, sanctam Hierosolymorum civitatem perinde ac alias vi se capturum expugnaturumque jactitabat, & contra venerandam Dei majestatem petulanter quoque in-

Isai 36.

β'.

Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι γεγόνασι κατὰ καιρούς, οἱ τῆς Ἰουδαίων ἄρξαντες χώρας, καὶ τοὺς τῆς παρ' αὐτοῖς βασιλείας διέποντες θρόνους. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς ἀνοσίως ὀλιγωρήσαντες, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης φρύαγμα παρ' οὐδὲν ποιούμενοι νόμον, καὶ τοῖς τῆς * φαυλότητος βόθροις ἑαυτοὺς ἐνέντες οἱ τάλανες, κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι. παγχάλεπον γὰρ τὸ προσκρούειν Θεῷ, καὶ κατά τι γοῦν ὅλως ἔξω φέρεσθαι τοῦ εἰκότος, λυπῆντας αὐτόν. ὅσοι δὲ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας γεγόνασιν ἐπιμεληταί, καὶ τῆς ἀρεσκόντων αὐτῷ γνώσεως φύλακες, νενικήκασιν ἐχθροὺς ἀμοιχθί, καὶ κεκρατήκασι τῆς δι' ἐναντίας. τοιοῦτός τις δὴ Ἰωσίας ἐκεῖνος, ὃς αὐτοῖς τεμένεσι καὶ βωμοῖς τοὺς τῆς εἰδώλων κατεμπρήσας θεραπευτὰς, γοητείας τε ἁπάσης καὶ ψευδομαντείας ξόανα πελεκῶν, καὶ τὰ τῆς δαιμονιώδους ἀπάτης καταλύσας παίγνια, τῷ παντὸς ἀξίαν ἀπέφηνε λόγου τῷ ἑαυτοῦ βασιλείαν, καὶ ἀξιάγαστον μὲν τοῖς πάλαι, πεθαυμασμένην δὲ καὶ εἰς δεῦρο, παρά γε τοῖς εἰδόσι τιμῶν τὰ οἷς ἂν ὁ θεῖος ἐφήδοιτο νοῦς. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἅπαντα τοῖς ὑμετέροις προγόνοις, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς εὖ μάλα κατώρθωται. ὀλίγα μνησθήσομαι δὲ χρησίμως καὶ τῆς ἐν Ἐζεκίᾳ τῷ σοφωτάτῳ κατὰ καιρὸν πεπραγμένων. ὀνήσει γὰρ οὐ μετέωρα τῷ εὐσεβεστάτῳ ὑμῶν κορυφαίῳ καὶ τῆς λόγων δυνάμεως.

C

D

γ'.

Ἀνήρ τις τῆς ἐκ Βαβυλῶνος τῆς Περσικῆς, Ῥαψάκης οὗτος ἦν. οὗτος ἀνεῖλε μὲν ἅπασαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν τῆς Ἰουδαίων χώραν· καταδηώσας δὲ σὺν αὐτῇ τὴν Σαμάρειαν, ἐπ' αὐτὴν ἤει τὴν Ἱερουσαλὴμ * μυριάνδρῳ πληθύϊ τῶν ὑπὸ χεῖρα δορυφορημένος· καὶ φάλαγγα μὲν ἱππικὴν οὐκ ἀχείρωτον ἔχων, μᾶλλον δὲ καὶ δυσάντητον· ὁπλίτην δὲ πεζομάχον, καὶ τοῖς ψάμμοις ἰσάριθμον. εἶτα τῷ τείχει * περισήσας ἑλεπόλεις, καὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν, ἀπονοίας τε βαρβαρικῆς οὐ μετέωρος κατωφρικώς, αἱρήσειν μὲν κατὰ κράτος ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις καὶ αὐτὴν ἔφασκε τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ τῆς ἀῤῥήτου δόξης κατεθρασύνετο καὶ παλιμφήμους ἠφίει φωνάς, ἀκρατῆ καὶ ἀχάλινον τὴν γλῶτταν ἀνεὶς ἐπὶ Θεῷ. ἔφη γὰρ ὅτι

Isai 36.

* φιλαυτίας.

* μυριάνδρου.

* περιστήσας.

ὅτι κἂν εἰ βούλοιτο σῶζειν αὐτούς, ἀνόητον ἔσεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτῷ πεποιθόσι τὴν χάριν τῆς ἐπικουρίας. ἐπειδὴ δέ τινες ἀπαγγέλλοντες τῷ βασιλεῖ σῆς ἐκείνου σκαιότητος τὰ τολμήματα, καὶ τοὺς Περσικοῦ φρονήματος γέμοντας λόγους· τότε δὴ τότε μόνοις ὥσπερ ἐπαλγήσας τοῖς κατὰ Θεοῦ δυσφημίαις, καὶ τῷ τὴν πόλιν ἁλῶναι τούτῳ ἔσεσθαι προφάσιν ἐμφρόνως ὑπειληφὼς, περιρρήγνυτο τὴν ἐσθῆτα, καὶ εἰς τὸν οἶκον ἀνέβη τοῦ Θεοῦ, λιτοῖς δηλονότι τὴν θείαν ὀργὴν ὑποτρέχων, καὶ τῇ ἐπὶ ταῖς δυσφημίαις αἰτιαμάτων ἑαυτὸν ἀπαλλάττων. καὶ τί τὸ σωτῆσθαι; ἅμιλλᾶται καὶ ἐλέων κατεπήσατο τὸν τῆς δυνάμεως κύριον· νενίκηκε τὸν Ἀσσύριον· οὐκ ἵππον εἰς μάχην ὁπλίσας ἁρματικὸν, οὐ τοξοτῶν ἀτρεκίαις, οὐ δορατῶν βολαῖς, οὐδὲ ταῖς τῆς τακτικῶν ἐμπειρίαις τῆς ὑπὸ χεῖρα χρώμενος, ψήφῳ δὲ μᾶλλον τῇ παρὰ Θεοῦ, τῆς τῆς Ἀσσυρίων στρατιᾶς τὸν ἓν μιᾷ νυκτὶ καθορίσαντος θάνατον. ἐξῆλθε γάρ, φησὶν, ἄγγελος κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῆς Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας. καὶ ἀναστάντες τῷ ὄρθρῳ, εὗρον πάντα τὰ σώματα νεκρά. οὕτω τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καρποὶ, καὶ τοῦ μὴ ἀναχεῖσθαι φωνῆς, εἰ κατ' αὐτῆς τῆς θείας * χύσοιτο δόξης.

δ'.

Δεῖν δὲ οἶμαι μάλιστα ταῖς βασιλέων εὐσεβέσιν ἀκοαῖς παλίμφημον μὲν ὅδ' ὁν λαλεῖσθαι κατὰ Θεοῦ, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον, ὅσα καὶ μόνα πάντως καὶ δοξαβολῆς ἐπέκεινα τρέχει, καὶ τῆς ἁρπαστῆς δοξολογίας αὐτῷ ποιεῖται τῶν ἔκτισεν. ἄρτι δὲ τοῦτο κἀγὼ εἰδὼς ἔχειν, παρωρμήθην ἀναγκαίως, τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀποστολικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν ἐγγράψαι μοὶ τῷδε τῷ βιβλίῳ, ξένιον δὲ ὥσπερ τι πνεῦματικὸν προσκομίσαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἀληθῶς βασιλίσιν, αἷ τῷ ὑμετέρᾳ γαληνότητι συναναπαύσονται. καὶ ἡ μὲν ταῖς ἑτεροπάτριος ὑμῖν ἐπαυξοῦσα γοναῖς, καὶ τῆς εἰσαεὶ διαμενούσης τὰς ἐλπίδας τοῖς σκήπτροις εἰσφέρουσα. ἡ δὲ τοῖς παρθενικοῖς βλαστήμασι συναυξομένη, καὶ τὰς τῆς ἀκλεεστάτης ὑμῶν βασιλείας οἰκειουμένη φροντίδας. λίθοι μὲν ἂν ἐνδικοι τὰς ἀοιδίμους ὑμῶν καταφαιδρύνουσι κεφαλάς. ψυχῆς δὲ καὶ νῷ νοητὸς ἂν γένοιτο κόσμος, πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαπήλευτος. ἣν ὅτι τηρήσετε τεθαρσηκώς, προσάγω * τὸν λόγον, ὡς ἔρεισμα νῷ, καὶ ψυχῆς ἀγλάϊσμα, καὶ καρδίας στέφανον. γέγραπται γάρ, ὅτι κρείσσων σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν. ἐκοῦν διὰ βραχέων εἰπεῖν πειράσομαι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μονογενοῦς, καὶ ὅ, τι ποτέ ἐστι τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, ἁρπαζόμενον ὅτι μάλιστα σαφῶς, κατά γε τὸ ἐγχωροῦν τοῖς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι βλέπουσι, καὶ ἐκ μέρους γινώσκουσι, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. οὐδεὶς γὰρ λέγει κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· καὶ οὐδεὶς λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ.

surgens, liberaque incontinentiſſimæ ac inſolentiſſimæ linguæ fræna permittens, maledictas in Deum voces detorquere non dubitabat. Ajebat enim, eos qui ſuam in ipſum ſpem collocaverant, etiamſi vellet, ſervare, ſperatique ſubſidii beneficium eiſdem præſtare non poſſe. Cum ergo acceſſiſſent, qui *Iſai 37.* infanos illius conatus, verbaque Perſico faſtu turgentia regi denunciarent; ille ſola convicia in Deum detorta ægerrime ferens, eaque capiendæ civitatis cauſam eſſe poſſe, pie prudenterque conſiderans, derepente conſciſſa veſte in domum Dei aſcendit, ſuppliciter iræ divinæ obſecundans, & ſe ab illo blaſphemiarum crimine exſolvens. Et quid illo ſtudio promovit? Illud nimirum, quod virtutum dominum benignum propitiumque ſibi reddidit: quandoquidem non frænatis & ad pugnam inſtructis equis, non ſagittariorum dexteritate, non haſtatorum pilis, non ducum peritia, ſed Dei auxiliis uſus munituſque, Aſſyrios debellari volentis, una nocte omnem illorum exercitum delevit. Scriptum namque eſt: *Egreſſus eſt autem angelus domini, & percuſſit ex caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia: Et ſurgentes mane invenerunt omnia corpora mortua.* Hi pietatis ſunt fructus; hæc eorum, qui blaſphemas in Deum voces non ferunt, merces.

IV.

Arbitror autem ad pias principum aures nihil quod in Deum blaſphemum ſit, efferri debere; verum id tantum, quod extra omnem notam & reprehenſionem poſitum, ad laudem & gloriam, quæ ſummo jure ſummo illi numini debentur, omni ex parte faciat. Cum ergo optimum convenientiſſimumque id eſſe compertum habeam, incitor neceſſario, ut rectæ fidei canonem ab apoſtolis traditum, & commentariolo hoc breviter comprehenſum, veluti ſpiritale quoddam xenium, cum veſtræ majeſtati, tum ipſis quoque regnis veræ pietatis ſtudioſiſſimis offeram; ut quæ ambæ una cum veſtra ſerenitate coruſcent, inſigniterque floreant: altera enim ſobole vobis exoptatiſſima felix, regni veſtri ſceptris perpetuæ ſucceſſionis ſpem affert: altera vero inter virgineas gemmas adoleſcens, regni veſtri præclariſſimi curas vobiſcum communes habet. Igitur ut veneranda capita exornant Indici uniones; ita ſpiritalis animæ mentiſque ornatus erit recta, ſincera, inculpataque in Deum fides. Quam quidem fidem quia vos conſervaturos plane confido, præſens hoc ſcriptum veluti quoddam mentis firmamentum, animæque lumen, & cordis coronam offero. Scriptum eſt enim: *Melior eſt ſapientia lapidibus pretioſis; & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.* *Proverb. 8. v. 11.* De unigeniti itaque incarnatione breviter verba facturus, quænam ſacramenti hujus ratio exiſtat, quanta quidem perſpicuitate ab iis id fieri poterit, qui in ſpeculo tantum & ænigmate conſpicantur, & ex parte ſolum, nempe ſecundum menſuram donationis Spiritus ſancti, ut divinus Paulus loquitur, cognoſcunt (*nemo enim dicit dominum Jeſum, niſi per Spiritum ſanctum: ſicut nemo rurſum dicit anathema Jeſum, niſi in Beelzebub*) explicare tentabo. *1. Cor. 12. v. 11.* *Ibid. v. 3.*

V. Di-

A

V.

Dixerit autem hic quiſpiam : Quandoquidem hujus rei cauſa in arenam deſcendere, laboremque uſque adeo difficilem atque arduum ſubire lubet; age, ſi placet, oratione minime ad fucum comparata, ſed vera, ſed ſincera, ſed ab omni nota vitioque libera, Chriſti myſterium expedi. Nam oracula, quæ cum in nova, tum in veteri quoque ſcriptura ea de re paſſim occurrunt, ea quidam variis opinionibus ebrii, a vero germanoque ſenſu in præpoſterum detorquent. Non fugit nos ſane nihil extare tam abſurdum, quod inſipientes non attentent : verum corruunt illi proni in profundum inferni, ſicut ſcriptum eſt, & in pedicas mortis; *non intelligentes neque quid loquantur, neque de quibus affirment*. Retulerit autem noſſe, & quænam illæ ſint ſingulorum nugæ, ſtolatæque fabulæ.

1 Tim. 1. 7.

VI.

Manichæi. Quidam igitur Verbum ex Deo & Patre genitum in hominis formâ apparuiſſe, haud inviti concedunt; at vero ex ſacra & deipara virgine carnem ſumpſiſſe, id audaci temeritate inficiantur : ſiquidem totam ſacramenti hujus rationem in ſolo externo ſchemate poſitam fuiſſe, ſacrilege ementiuntur. Alii turpe pudendumque rati, ſi hominem adorare videantur, terrenamque carnem ſummo honore afficiant; dum fœdo hoc inſcitiæ morbo, pravaque & adulterina religione laborant. Verbum ex Deo natum in oſſium & nervorum carniſque naturam demutatum affirmant. Atque ita miſeri illi Emmanuelis ex virgine ortum ludibrium habentes, optimam illam diviniſſimamque œconomiam indecoram judicant. Sunt qui cœternum Deo Patri Verbum tarde natum, hoc eſt, tum demum productum credunt, cum ſecundum carnem in lucem editum eſt. Non deſunt rurſum, qui in tantam ſtultitiam & impietatem prolapſi ſunt, ut Dei Verbum anhypoſtaton, hoc eſt, nullam habens ſubſiſtentiam (cujuſcemodi illud eſt, quod tunc ſolum eſt & intelligitur, dum ore profertur) dicere audeant, taleque Verbum in homine factum contendunt. Hi vero ſunt Marcellus & Photinus. Comperiuntur alii, qui etſi unigenitum Dei Verbum vere hominem factum & incarnatum non negent; induci tamen nequeunt, ut carnem, quam aſſumpſit, anima ratione & mente noſtræ ſimili prædita perfectam animatamque fuiſſe credant. Etenim Verbum quod ex Patre, & templum quod ex ſacra virgine ortum eſt, in unam perfectam unitatem contrahentes, Verbum in illo inhabitaſſe, corpuſque aſſumptum ad eum modum ſibi proprium effeciſſe confingunt, ut animæ ratione utentis locum per ſeipſum expleverit. Sunt denique qui horum omnium opinationibus adverſantes, ſententiiſque refragantes, ex Dei Verbo, animaque intelligente, & corpore, hoc eſt, humana natura numeris omnibus perfecta abſolutaque Emmanuelem conſtitutum, compoſitumque conſtanter affirment; neque adhuc tamen ſanam prorſus, omniſque vitii expertem ſententiam tuentur. Quandoqui-

Cerinthiani.

Photiniani.

Apollinariſta.

Neſtoriani.

ε'.

Φαίη δ' ἄν, οἶμαί, τίς· ἀκῶν ἐπειδή σοι καὶ τῆς ἐπὶ τοῦτῳ κόνεως ἅψασθαι δοκεῖ, καὶ τὸν ὑπὲρ ὄγκου καὶ δύσκολον ἀνατλῆναι πόνον, ἀσκύθρωπε ὄγκασαφὲς τὸν ἀκριβῆ τε καὶ ἀκριβολόγον, καὶ πάσης αἰτίας ἀπηλλαγμένον ἐπὶ Χριστῷ λόγον. διαφόροις γὰρ δόξαις καταμεδύουσί τινες, παραπλάττοντες εἰς τὸ ἀκαλλὲς τὰ ἐπ' αὐτῷ * κεχρησμωδημένα παρά τε τῆς νέας καὶ ἀρχαιοτέρας γραφῆς. ὧν ἠγνοήκαμεν οὖν, ὡς ἂν ἀνεπιτιμήτων ἐστὶ τῶν ἁπάντων τοῖς ἀσυνέτοις οὐδέν· πίπτουσι δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως εἰς πέταυρον ᾅδου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εἰς παγίδα θανάτου, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περί τίνων διαβεβαιοῦνται. τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ παρ' ἑκάστῳ θρύλλοι, καὶ τὰ σεμνὰ μυθάρια, διεκπεῖν ἀναγκαῖον.

* κεχρησμωδημένα.

ς'.

Οἱ μὲν γάρ, ὅτι σεφθηνε μὲν ἀνθρωπῳ ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὁμολογοῦσιν ἑκόντες· τὸ μὴν ὅτι καὶ πεφόρηκε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου σάρκα, φρονεῖντε καὶ λέγειν τετολμήκασι. καταψεύδονται δὲ μόνων τῶν μυστηρίων τὴν δόκησιν. ἕτεροι δ' αὖ πατερυθριῶν σκεπτόμενοι, τὸ δοκεῖν ἀνθρώπῳ προσκυνεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ταῖς ἀνωτάτω δόξαις σεφανῶν παραιτοῦμενοι, ἐκ τῆς ἄγαν ἀμαθίας νοθεύοντινὰ καὶ παρεφθαρμένῃ νοσοῦντες εὐλαβείαν, παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς φῦντα λόγον εἰς ὀστέων τε καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν, τὴν ἐκ παρθένου γένεσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ πλατὺ γελῶντες οἱ πίλανες, καὶ τὸ ἀπρεπὲς καταγράφοντες τῆς οὕτως ἁγίας καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας. οἱ δὲ καὶ ὀψηχθῆ τὸν σωματεῖον τῷ πατρὶ θεὸν λόγον εἶναι πεπεισθέντες, καὶ εἰς τὸ μόλις ὑπάρξαι διακεκληῆσθαι τότε, ὅτε καὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἔλαχε τὴν ἀρχήν. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τοῦτο μανίας διεστεβῶς ἠγμένοι, ὥστε καὶ ἀνυπόστατον τὸν ἐκ θεοῦ φασιν εἶναι λόγον, ῥῆμα δὲ ἁπλῶς τὸ κατὰ μόνων νοεῖσθαι φοφορὰν ἐν ἀνθρώπῳ γεγένεσθαι. Μάρκελλος δὲ ὅτι καὶ Φωτεινός. δοκεῖ γε μὴν ἑτέροις ἐνανθρωπῆσαι μὲν ἀληθῶς τὸν μονογενῆ, ἐν σαρκὶ γεγένεσθαι πιστεύειν, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐμψυχῶσθαι τελέως τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα ψυχῇ λογικῇ, καὶ νοερᾷ ἐχούσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς· εἰς ἐνότητα δὲ τὴν εἰς ἅπαν, ὥσπερ οὖν οἴονται, κατασφίγγοντες τόν τε ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ναόν, κατοικῆσαί φασιν ἐν αὐτῷ τὸν λόγον. καὶ ἴδιον μὲν ποιήσασθαι τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθέν, ψυχῆς δὲ αὐτὸν τῆς λογικῆς τε καὶ νοερᾶς ἀναπλρῦν τὸν τόπον. ἕτεροι δ' αὖ πρεσβεύσι μὲν ταῖς τούτων δόξαις τὰ ἐναντία, καὶ ἀντιφέρονται τοῖς φρονήμασιν, ἐκ τε Θεοῦ λόγου καὶ ψυχῆς τῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἥτοι τελείας ἁπλῶς ἀνθρωπότητος, σωιεσάναι τε καὶ ἀναπαλίχθαι διαβεβαιούμενοι τὸν Ἐμμανουήλ· οὐ μὴν ἔτι καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀμώμητον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ τηρήσασι δόξαν. κατιδιτσᾶσι γὰρ εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτῆς ἐνιέντες τὴν διά-

διαιτομίαν, ἀνὰ μέρος ἑκάτερον μονονουχὶ καὶ ἐσῶτα παραδεικνύουσιν· ἕτερον μὲν εἶναι διαιτενόμενοι τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δ' αὖ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· οὐχ ὅ, τι ποτέ ἐστιν * ἢ τε τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τῆς σαρκὸς, διακρίνοντες, οὐδὲ μόναις ταῖς εἰς τοῦτο διαφοραῖς ἐμφιλοχωρῶν ἐθέλοντες. οὐδὲ γὰρ ἂν ἑνώσεως τῆς ἀληθοῦς εἰς τοῦτο διήμαρτον, ἐπεὶ μὴ φύσις ἦν αὐτὴ σαρκός τε καὶ θεότητος· ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον ἰδίᾳ τιθέντες καὶ ἀνὰ μέρος, τὸν δὲ, ὡς Θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὀνομάζουσι. καί τοι θέλοντες εἶναι χριστιανοί. καὶ δὴ καὶ λογίδια ἄττα περὶ τούτων συγγράφοντες, εἰπεῖν τετολμήκασιν αὐτοῖς λέξεσιν, ὧδε. ὁ μὲν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐστὶν, ὁ δὲ, ὁμωνύμως τῷ υἱῷ υἱός. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀνελλιπῶς. ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς προηγουμένως καὶ καθ' ἑαυτὸν υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τοῦ πάντων δημιουργοῦ· ὃν δὲ ἀνελάβετο ἄνθρωπον, οὐ φύσει Θεὸς ὢν, διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς υἱὸν Θεοῦ, ὁμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει. τὸ μὲν γὰρ, οὐδεὶς ἔγνω τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, τὸν φύσει τέλειον καὶ ἀληθείᾳ δηλοῖ ἐκ τοῦ πατρὸς υἱόν. τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ, μὴ φοβοῦ Μαριὰμ, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· τῷ ἀνθρώπῳ ἐφαρμόζει. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ἐκεῖνοι φρονησάτωσαν· ἡμᾶς οὐχ ὧδε. ἀναπείσει γὰρ οὐδαμῶς τὴν ἐπιροδοξοῦσαν ὁ λόγος, τὰ ὀχίαν ἀφέντας τὴν * ἐπ' ἀλήθειαν, διαβαίνειν ἑτέραν τὴν ἔξω σκοποῦ καὶ διεσταλμένην.

* ὅ τε τῷ λέγω φύσις.

* ἐπ' εὐθεῖ. * διατεμνων.

A dem unum Chriſtum in duos ſecernunt, & craſſa quadam ſeparatione inter hunc & illum inducta, utrumque ſeorſum, ac quaſi per ſe ſtare contendunt; & alterum quidem, eum nimirum qui ex virgine natus eſt, perfectum hominem; alterum rurſum ipſum Dei Patris Verbum eſſe dicunt; non quid inter Dei & carnis naturam interſit, diſtinguentes, neque intra ſolos diſcrepantium naturarum terminos conſiſtentes. Ita enim, a veritate non aberrarent: alia enim carnis, alia rurſus Verbi eſt natura. At hi alterum ſeorſum ac per ſe, tanquam merum hominem ſtatuunt; alterum vero ut verum naturalemque Deum nominant; cum interim & Chriſtiano nomine ſibi blandiantur, & quoſdam quoque hiſce de rebus libellos conſcripſerint. Ad verbum autem hunc in modum ſcribere auſi ſunt: Hic ſiquidem (nempe Dei Patris Verbum) verus & naturalis eſt Filius; ille vero (puta virginis natus) æquivoce Dei Filius dicitur: & paulo poſt iterum: Utique Dei Verbum non eſt homo, ſed hominem aſſumpſit. Quandoquidem unigenitus jam inde ab initio per ſe, Dei omnium opificis Filius eſt: homo autem, quem ſuſcepit, cum natura Deus non ſit, propter eum a quo aſſumptus eſt, qui verus Dei Filius eſt, eodem cum ipſo nomine appellatur. Quare hoc Chriſti oraculum: *Nemo ſcit, quis ſit Filius, niſi Pater*; verum & naturalem Dei Patris Filium oſtendit. At illud vero a Gabriele pronunciatum: *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in utero, & paries filium & vocabis nomen ejus Jeſum*; in hominem quadrat. Et hæc illi hactenus. Nos autem ejus ſententiæ nequaquam ſumus. Abſit enim, ut aliter ſentientium oratio huc nos inducat, ut recta ſemita relicta, diſtortam, & a recto veritatis ſcopo abducentem viam ingrediamur.

Luc. c. 10. v. 22.

Luc. c. 1. v. 30.

ζ.

* ἐπιστῆ.

Καὶ εἰ μὲν τις ἔλοιτο μακρὸν ἐφ' * ἑκάστου ποιεῖσθαι λόγον, καὶ διαρκῆ τὴν βάσανον, οὐκ ἀμέτρητον μὲν δαπανήσει χρόνον. δυσαχθῆ δὲ ἱδρῶτι καὶ δυσδιάφυκτον ἀνατλὰς, κατορθώσει μόλις. παρέντες δὲ οὖν τὸ δεῖν εἴεσθαι μακρὰ καὶ σφοδρὰ ξενολεχεῖν, καὶ ὀλίγῳ κομιδῇ τὴν βάσανον ἐπιῤῥιπτοῦντες ἑκάστῳ, φέρε λεγώμεν καὶ προσέχῃ ἄλλων τοῖς δοκήτοις· πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μήτε μὴν τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, τουτέστι Χριστόν. ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. δεῖν δὲ οἶμαι, τὰς δὲ ἐναντίας ἢ ψῆφον ἐπάγειν τὴν αἰσχίω τοῖς πάλαι, ἢ ψευδηγόρους ἀποκαλεῖν τὰς τῆς οἰκειμένης μυσαραγωγὰς, αἷς αὐτὸς ἔφη Χριστός· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. ἢ εἰ μὴ τοῦτο καταπεφεύκασι δρᾶν, ὀρθὰ μὲν ἐλέσθαι φρονεῖν τὰ εἰς Χριστὸν. φράσαντας δὲ τὸ ἐῤῥῶσθαι δεῖν ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀμαθίαις, ἀσφαλῶς μὲν ἔχεσθαι τῆς ἱερῶν γραμμάτων, τὴν δὲ ἀπλανῆ τῶν ἁγίων διάγοντας τρίβον, ἐπ' αὐτὴν ἰέναι τὴν ἀλήθειαν.

* Ἐπιστρ. Timoth. κεφ. 3. 16.

VII.

Quod ſi quis prolixum de qualibet iſtarum opinionum ſermonem, juſtumque & accuratum examen inſtituere vellet, næ immenſum ille tempus inſumeret; laboreque exhauſto præarduo ac difficile ſuperabili, vix quidpiam adhuc laude dignum præſtaret. Nugis proinde, orationiſque longitudine prætermiſſis, agendum perbrevem ſingulis cenſuram adhibeamus. Et primo quidem iſtis phantaſmatum architectis jure dici queat; *Erratis, neſcientes Scripturas, neque magnum pietatis myſterium*, hoc eſt Chriſtum, *qui manifeſtatus eſt in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatus eſt gentibus, creditus eſt in mundo, aſſumptus eſt in gloria*. Adverſarii autem vel turpem notam antiquis ſcriptoribus inurant oportet; orbiſque doctores, quibus Chriſtus ipſe præcepit: *Euntes docete omnes gentes*, mendacii redarguant; vel certe ſi id facere exhorreant; ut rectam de Chriſto ſententiam complexi, ſuas inſcitias valere jubeant; diviniſque ſcripturis mordicus adhærentes, necnon tutam erroriſque expertem ſanctorum viam ingreſſi, recta ad ipſam veritatem contendant.

Matth. c. 22. v. 29. 1. Tim. c. 3. v. 16.

Matt. c. 28. v. 19.

A

VIII.

Porro autem illud pietatis myſterium aliud nullum eſt nobis, ut opinor, quam ipſum Dei Patris Verbum, quod manifeſtatum eſt in carne: ſiquidem ſervili forma aſſumpta, ex ſacra & deipara virgine natum eſt. Viſum eſt & angelis: nam & recens natum venerati ſunt, & doxologiam illam: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*, ediderunt: Iidem illi paſtoribus quoque Deum Verbum propter nos in carnem veniſſe denunciarunt: *Ecce*, inquiunt, *natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus dominus, in civitate David. Et hoc* B *erit vobis ſignum: Invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio.* Cum ejuſmodi ergo Dei ortus per virginem extiterit, talique ejuſdem in carne manifeſtatio; quemodo non magna vanitas, meraque temeritas eſt; imo vero quemodo non aperta infania, merumque delirium eſt, tam illuſtri, tamque evidenti œconomiæ, apparentiæ nomen imponere? Enimvero ſi Verbi incarnatio umbra eſt, aut res tantum imaginaria, nec virgo vere enixa eſt; ergo neque Verbum, quod ex Deo Patre prodiit, ſemen Abrahæ apprehendit, neque fratribus aſſimilatum eſt. Etenim quæ in nobis cernuntur, ea nec typus, nec umbra, nec ſpectrum ſunt, C ſed veritas, & res ipſa. Vivimus namque in corporibus, quæ & tangi & videri poſſunt; terrenaque carne veſtiti, interitui, ceteriſque paſſionibus ſubjecti ſumus.

η'.

Εἰ γὰρ ἀν ἠχ ἕτερον οἰμαί τι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἢ αὐτὸς ἡμῖν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. γεγένηται γὰρ διὰ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ ὤφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἳ γενηθέντα κατεγεραίρουσι. δόξα τε, φασὶν, ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. καὶ μὴν καὶ τοῖς ποιμέσι κατισημαίνοντες τὸν δι' ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸν λόγον, ἰδοὺ δὴ, φασὶν, ἐγεννήθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος, ἐν πόλει Δαυίδ. καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ· εἰ θεὸς ἦν τεχθεὶς διὰ παρθένου, καὶ φανέντος ἐν σαρκὶ, πῶς οὐκ ἀβρανὴς ἐνομίσθη, πῶς δὲ οὐκ μανίας καὶ λήρος, τὸ τῆς δοκήσεως ὄνομα τῆς ὅπου σαφῆς τε καὶ διαρρήδην καταγράφειν οἰκονομίας; εἰ γὰρ σκιὰ καὶ δόκησις ἦν, καὶ ὅπερ σάρκωσις ἀληθῶς, ὅτε μὴν τέτοκεν, ἡ παρθένος, οὐκ ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραὰμ ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὐκ ὠμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς. * σκιὰ γάρ, ἢ τύπος τι καθ' ἡμᾶς, ἢ δόκησις· ἀλλ' ἐσμὲν καὶ σώμασιν ἁπτοῖς τε καὶ ὁρατοῖς, καὶ πῶς γένοιτ' ἂν ταῦτα σάρκα κατημφιεσμένοι, καὶ φθορᾶς καὶ παθῶν ἡττώμεθα.

* Τοῦτο, ἡ σκιὰ γὰρ ἢ τύπος τι κατ' ἡμᾶς, ἀλλ'.

IX.

Igitur ſi Dei Verbum caro factum non eſt, cum nec in eo quod ſubſtinuit, tentatum ſit, non poteſt iis qui tentantur opem ferre. Siquidem nulla in umbram paſſio cadere poteſt: atque ita omnia, quæ ſalutis noſtræ cauſa facta ſunt, vere in nihilum recident. Nam quale dorſum, quæſo, pro nobis cædendum præbuit? aut quales D percutientibus genas exhibuit; aut quomodo ad Judæorum verba fortiter perſtitit? aut cujuſmodi manus aut pedes clavis pervios habuit? aut quale latus Pilati ſatellites perfodientes pretioſum ſanguinem una cum aqua fluentem cernentibus offenderunt? Et ut his amplius quiddam dicam, nec vere quoque pro nobis mortem oppetit Chriſtus dominus, neque ex mortuis exſuſcitatus eſt. Hoc autem conceſſo, fides noſtra plane evaneſcit; ad hæc crux, quæ eſt mundi ſalus & vita, interit; interit denique & univerſa quoque illorum fiducia, qui in fide dormierunt. Hoc nunquc reſte hinc conſequi, & divino quoque Paulo viſum fuit, ait namque. *Tradidi* E *enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas; & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc undecim: deinde viſus eſt plusquam quingentis fratribus ſimul; ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt: deinde viſus eſt & Jacobo; deinde apoſtolis omnibus: noviſſime autem omnium tanquam abortivo viſus eſt & mihi.* Et paucis interjectis: *Si autem Chri-*

θ'.

Οὐκοῦν εἰ μὴ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, οὐδὲ ἐν ᾧ πέπονθεν αὐτὸς παραδέξεται, δυνατὸν τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. οὐδὲ γὰρ ἄντε παθοῦσκιά. οὐκέτι δὴ οὖν τὸ σύμπαν ἡμῖν εἰς τὸ μηδὲν ἀληθῶς. ποῖον γάρ ἔτι νῶτον δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν; ἢ ποίαν τοῖς παίουσι παρειὰν ὑπερώσας, πρὸς τὰς ἐκ τῶν Ἰουδαίων διεκαρτέρει πληγάς; ἵλεως δὲ διατεθεάρθαι χεῖράς τε καὶ πόδας τὸν ἐκ Θεοῦ σαρκὶ πεφηνότα, τίνα δὴ τρόπον οἰκθέντα τις ἄν; ἢ ποίαν, εἰπέμοι, πλευρὰν διακύπτοντες οἱ Πιλάτου δορυφόροι, τὸ τίμιον αἷμα συναναβλύζον ὕδατι τοῖς θεωμένοις παρεδέξαν; καὶ εἰ χρή τούτων τὸ ἐπέκεινα λέγειν· ὑπὲρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅτε μὴν ἐγήγερται ὁ Χριστός. ἢ παραδεχθέντος εἰς ἀληθειαν, κεκένωται μὲν ἡ πίστις, οἴχεται δὲ ὁ σωτὴρ, ἡ τῷ κόσμῳ σωτηρία καὶ ζωὴ, καὶ διόλωλε παντελῶς ἡ ἐν Χριστῷ κεκοιμημένων ἐλπίς. εὖ γὰρ ὧδε ἔχειν ἐδόκει καὶ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ. παρέδωκα γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ὅτι ἐτάφη. καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν· ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ. ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν· ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. καὶ μεθ' ἕτερα

πρα πάλιν · εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσιν ἐν ὑμῖν τινες, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν. κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν, εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. τεθνήκη γάρ ἂν, ἐμέ μοι, τίνα δὴ τρόπον ἡ σκιά; πῶς οὖν ἀνέστησε τὸν Χριστὸν ὁ πατὴρ σκιὰ ὄντα καὶ δοκησιν, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς οὐκ ἁλώσιμον; οἰχέσθω δὴ οὖν ὁ ἐκείνων ἔμετος. μύθοι δὲ ἄλλως, καὶ ἀποστόλου βουλῆς ἀποβράσματα τὰ * παρ' αὐτοῖς ἡγούμεθα. τοὺς γὰρ τοιούτους ἡμῖν προκαπαιλύειν γράφων τῷ σωτῆρος ὁ μαθητὴς. ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον. ἐν τούτῳ γινώσκεται τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πᾶν πνεῦμα ὁ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου ὃ ἀκηκόατε, ὅτι ἔρχεται. καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. εἰ γὰρ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος, μήτε μὴν ἀναβέβηκεν ἐν σαρκὶ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν, οὐδ' ἂν ὑποστρέψη ἐξ οὐρανοῦ καθ' ἡμᾶς, ἄνθρωπος δηλονότι καὶ ἐν σαρκί.

* ἐκεῖνοι.

Ἐπειδὴ δὲ ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀναμορφωμένης κτίσεως διὰ ἁγιασμοῦ πρὸς Θεὸν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτὸς γένητος ἐδείχθη ἐκ πνεύματος, τὴν ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς ἀ περιμιξόν σωὸδον, καὶ οὐκ ἀτιμίᾳ καὶ μώμῳ κατεδικάζων τὴν φύσιν· τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ὁ πλάσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτός· ἀλλὰ τῷ * μείζονι καὶ ἀσυγχεύτως ὑπερκειμένῳ προσνέμων ἤδη πως τὰ ἀνθρώπινα· γένητὸς γὰρ πνεύματος, οὐκ ἀνδρῶν ἡμᾶς ἔτι χρηματίζειν ἤθελε. καὶ γὰν πατέρα, φησὶ, μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοὶ ἐστέ. ἐκείνῳ ἀμώμητον παντελῶς τὸ πιστεύειν εἰς αὐτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τῇ ἐκ πλημμελημάτων ἀμνησίᾳ τετίμηται. γράφει δὲ ὧδε πάλιν ὁ ἐκλεκτὸς Παῦλος· εἰδότες δὲ, ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· ἐφ' ᾧ οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοί, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνιστάνω. ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα θεῷ ζήσω· Χριστῷ συνεσταύρωμαι· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός· ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε. καὶ πάλιν· ἐν τῷ ἐλπίζειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ ἔθνη. καὶ πάλιν· ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. καὶ πάλιν· ἐν

Filius meus; nec ſeorſum ut alter in altero intelligatur, ſed ſecundum diſpenſatoriam unionem unus idemque ſimpliciter accipiatur: Quanto autem cum diſcrimine erroreque conjunctum ſit, hiſce obniti, id dilucide demonſtrat Joannes, ita ſcribens: *Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod eſt teſtificatus de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.* Teſtificatus eſt autem eum, qui carne ſervilique forma indutus apparuit, unice, proprie, ac verè ſuum eſſe Filium. Præterea illuſtrem illam ſacri baptiſmatis gratiam, quæque ipſi cohæret vivificationem, & Dei participationem per ſanctificationem in ſpiritu per Jeſum Chriſtum nobis obtingere, fatebimur neceſſario. Meminimus enim Joannem dicentem; *Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.* Jam hic te interrogo; num Spiritu ſancto & igni baptizare poſſe opus ſit ſolius humanæ naturæ? Quis, quæſo, iſtud credat? Atqui virum illum qui mox affuturus ac videndus erat, Spiritu ſancto & igne baptizaturum prædicat: quippe cum immittat Spiritum baptizatis, non alienum, ut ſervus & miniſter, ſed ut Deus ſecundum naturam cum ſumma poteſtate & auctoritate eum qui ex illo eſt & ipſius eſt proprius. Per hunc quoque divinus character nobis imprimitur: reformamur enim in Chriſtum Jeſum, veluti in divinam quamdam imaginem: non quod corpoream aliquam conformationem ſubeamus; (iſtud namque opinari deſipere eſſet) ſed quod Spiritus ſancti participes effecti, ipſum in nobis Chriſtum habeamus; ita ut jam illud Propheticum lætabundis cantare liceat: *Exultet anima mea in domino: induit enim me amictu ſalutis, ſtolaque lætitiæ. Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

1. Joan. 5. v. 9.

Matth. 3. v. 11.

Pſalm. 34 v. 9.

Galat. 3. v. 27.

XXXVII.

Quod ſi quis ulterius interroget: Num ergo in hominem baptizati ſumus? Et hoc inficiabor minime. Sed heus tu, quiſquis es, quid moliris? itane omnem ſpem in terram detrahis? Baptizati ſane ſumus non in hominem ſimpliciter, verum in Deum hominem factum, qui pœnas, veteresque noxas iis qui fidem in illum præſtolabantur, vel potius complexi ſunt, remittit. Unde divinus Petrus Judæos ita alloquitur: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum; & accipietis donum Spiritus ſancti.* Peccata namque iis qui illi adhærent, condonans, ſuo mox ungit eos ſpiritu, quem quidem ut Dei Patris Verbum ipſe immittit, & ex propria natura in nos quaſi ex fonte quodam transfundit: quinetiam facultate hac propter unionem & incarnationis œconomiam, cum homine communicata, corporaliter quoque ut homo inſpirabat; inſufflavit enim in ſanctos apoſtolos, dicens: *Accipite Spiritum ſanctum.* Sed neque ex menſura dat Spiritum, juxta Joannis vocem, ſed ex ſe non ſecus ac Pater eumdem infundit.

Act. 2. v. 38.

Joan. 20. v. 22.

Jerem. 3. v. 3.

λζ.

Εἰ δὲ δήτις ἔροιτο προσιών· ἆρ' ἂν εἰς ἄνθρωπον βεβαπτίσμεθα; καὶ τοῦτο εἶναι φήσομεν * ἀλήθειαν, καὶ σωτῆρας ἡμῶν ἀνταισέπται· δίφημει ἄνθρωπε. τί δρᾶς, ὦ ἄτος, * καταισχύνων ἡμῶν εἰς χαρὰν τὴν ἐλπίδα; βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐκ εἰς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς Θεὸν ἐνανθρωπήκοτα, καὶ ἀτίνυται * ποινῆς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τοὺς τὴν εἰς αὐτὸν πίσιν * ἐκδιδεγμένους, μᾶλλον δὲ εἰσδιδεγμένους. καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος Πέτρος Ἰουδαίοις προσλαλῶν ἔφη· μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὑμῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἀπολύων γὰρ ἁμαρτίας τὸν αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι· ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς, ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. κοινὸν δὲ ὥσπερ τὸ χρῆμα τιθεὶς τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὡς ἀνθρωπικῶς ἐνέπνει σωματικῶς. ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, εἰπών· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, τὸ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτὸς ἐνίησιν ἐξ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἀμε-

* ἡ ἀνθις.

Joan. 3. 9.

* ὧ.

* κατηχουμένους.

* ἀληθές.

* κατηχούμενοι.

* ποινῶν.

* κατηχουμένους ubique aliis verbis.

λει

λει καὶ ὁ πατήρ. καὶ γὰρ ὁ θεοπέσιος Παῦλος, ὅλην ἀποσησας τὴν ἐν γε τούτῳ διαφοράν, ποτὲ μὲν αὐτὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς προσημαίνων ὁρᾶται, ποτὲ δ' αὖ τοῦ υἱοῦ. γράφει γὰρ ὧδε· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι· εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἴτις δὲ πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. ἄρα σε οἶν, ὅτι καὶ ἴδιόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι οὐ μόνον ἡ λόγος ἐστὶ προφορικὸς ἐκ πατρὸς, ἀλλ' εἰ καὶ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γενόμενος, οὐ τῆς θεότητος ἰδιωμάτων ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει λειπόμενος. καὶ γὰρ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ πάντων ζωὴ, διὰ τοῦ ἐκ τοῦ ζῶντος πατρὸς ἀῤῥήτου γέννησιν, ζωοποιεῖσθαι λέγεται μεθ' ἡμῶν. παρὸ δ' ὧν ὅμως ἰδεῖν χαριζόμενον μὲν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς θεοπρεποῦς ἐνεργείας τὴν δόξαν, οἰκειούμενον δ' αὖ τοῦ σάρκα, καὶ οἱονεί πως καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν, καὶ τῇ ἰδίᾳ περιτιθέντα φύσει.

A Unde magnus ille Paulus totam hanc controverſiam e medio tollens, modo Spiritum Deo & Patri, modo rurſum ipſi Filio tribuit. Sic enim ſcribit: *Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus autem vivit propter juſtificationem.* Patet ergo Spiritum Filii quoque proprium eſſe, nec ſolum quatenus Verbum eſt ex Patre prodiens, ſed etiam ſi cogitetur ſecundum nos homo factus, divinitatis proprietatibus, quæ in propriam illius naturam conveniunt, non deſtitutus. Nam B licet ut homo proinde ac nos vivificari interdum dicatur; attamen propter inexplicabilem illam ex vivente Patre generationem, omnium vita exiſtit. Videre eſt autem ubi Verbum divinæ actionis gloriam propriæ carni largiatur: contra rurſum ubi quæ carni ſunt, in ſe transferat, ac propter diſpenſationis unionem propriæ quodammodo naturæ tribuat.

λή.

Η' ἐχὶ δὴ μάλιστα πρέπειν ἐρεῖ τις τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ τὸ ἄνωθεν ἥκειν καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ζωογονεῖν διαπράττεσθαι τὰ οἷς ἂν ἐνιέναι βούλοιτο τοῦ ζωῆς; τί δὲ τὸ δημιουργεῖν, εἰπέ μοι, θεϊκῶς δοίη τις ἂν εἶναι ἢ τοῦ ἀνθρωπίνων; οὐδαμῶς. πῶς οὖν; ἡμᾶς ζωοποιεῖ μὲν ὡς Θεός· πλὴν οὐ μόνῳ τῷ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐδεστὸν παραθεὶς καὶ τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἔφη γάρ, ὅτι ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τοῦ σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καταιχρεμοιῶντων δὲ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων ποτὲ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσι ψῆφον ἀναπτεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπιχειρηκότων τῷ μαχαίρᾳ Μωσεῖ, εἰρηκότων δὲ ἀναφανδὸν· οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς ἐστι γεγραμμένον· ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν· τί ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα πιστεύσωμέν σοι, τί ἐργάζῃ, ὡς ἄνωθεν ἡμῖν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταπομίσας τὸ σῶμα; φησὶν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ πρός γε τούτοις πάλιν μονονουχὶ καὶ δακτύλῳ καταδεικνὺς ἑαυτὸν σὺν σώμασι τὸν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ. καί τοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς καταπεφοίτηκε μὲν ἐκ τῆς οὐρανοῦ ἡ σάρξ, ἀλλ' ἐκ παρθένου, κατὰ τὰς γραφάς; ὅτι ἔστι δὲ οὐκ ἐδεστὸς ὁ λόγος, ἀλλ' ἐς ἓν ἄμφω συλλέγων κατὰ συμβασιν οἰκονομικὴν τὰ τῆς φύσεων ἰδιώματα, διὰ μυρίων ὅσων ἡμῖν φαίνεται

XXXVIII.

An non in Verbum, quod ſecundum naturam a Deo Patre procedit, maxime convenit ſuperne ac de cœlo venire, eaque quiC bus vitam impartiri voluerit, poſſe vivificare? dic, quæſo te, numquid divino modo condere ac procreare, humanæ naturæ largiendum eſt? minime gentium. Eo quo ergo modo nos vivificat? ut Deus: verumtamen non per hoc ſolum id facit, quod ſanctum nobis Spiritum impartitur, ſed per hoc quoque, quod Filii hominis carnem, quam aſſumpſit, veſcendam proponit. Ait enim: *Amen, amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Rurſum cum Judæi ipſum aliquando deriderent, conviciiſque appeterent, ac beatum Moyſen illi neſcio quo modo anteponentes, aperte diceD rent: *Patres noſtri manducaverunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt. Panem de cœlo dedit eis manducare: quod ergo tu ſignum facis, ut credamus tibi?* Quid operaris, ut corpus ſuperne de cœlo nobis attuliſſe credaris? Reſpondit ille: *Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum: panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.* Denique tantum non digito ſeipſum in corpore conſtitutum demonſtrans, ita ait: *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Qui manducat meam carnem, & bibit* E *meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut me miſit vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe vivet propter me.* Atqui nulli obſcurum eſt, carnem Filii hominis non deſcendiſſe de cœlis, ſed e ſacra virgine ſecundum ſcripturas ſumptam eſſe. æque certum eſt: Verbum ſecundum ſe manducari non poſſe; attamen ſecundum diſpenſatoriam illam unionem, multis paſſim locis videre licet, ut utriuſque naturæ proprietates familiariter ſibi vendicet uſurpetque. Quare Nicodemo myſterium hoc

non

non intelligenti, ſed imperite, *Quomodo poſſunt hæc fieri?* ſciſcitanti, ita occurrit: *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi cœleſtia vobis dixero, credetis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis.* Judæis autem eodem plane inſcitiæ morbo cum Nicodemo laborantibus, ipſique quod corpus ſuum vivificum, necnon de cœlo dilapſum affirmaret, neſcio quomodo illudere non dubitantibus, ſic ajebat: *Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem ubi prius erat?* Quid? nonne Emmanuelem ex muliere natum dicimus? Ubi ergo prius erat, aut qua ratione eo aſcendiſſe ſe aſſerit, ubi ante erat? Nonne corpore ſibi unito ex ſancta virgine natum profitemur? An non carnem quæ de terra eſt, quod quidem ad propriam naturam attinet, inefficacem ad hoc eſſe agnoſcimus, ut vivificare poſſit? Quo igitur modo die, quæſo, aut caro vivifica eſt, aut corpus quod terrenum eſt e cœlo dilapſum intelligi poteſt? utique ſecundum unionem, qua vivo illi cœleſtique Verbo conjunctum eſt. Hunc ergo in modum ſentientes, vera, divinisque litteris conſentanea ſentiemus. Unus enim idemque divinus eſt opifex etiam carne veſtitus

Joan. 1. 6. v. 63.

Λείγων. Νικοδήμῳ μὲν γὰρ ὁ σωτὴρ τὸ μυστήριον, ἀναπεπραγότι δὲ ἀμαθῶς· πῶς δύναται ταῦτα γίνεσθαι; εἰ τὰ ἐπίγεια, φησὶν, εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· πῶς ἐὰν εἴπω τὰ ἐπουράνια ὑμῖν, πιστεύσητε; καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Ἰουδαίους τε πάλιν τοὺς ἴσους ἐκείνῳ νοσοῦσιν ἀπαιδευσίᾳ, καὶ βλασφημεῖν ἐκ οἷόν τε ὄντας ἑλομένοις αὐτὸν, ἐπείπερ ἔφη ζωοποιὸν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἴδιον σῶμα· τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει, φησὶν; ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον; ἢ οὐχὶ τετύχθαι φαμὲν ἐκ γυναικὸς τὸν Ἐμμανουὴλ; πῶς οὖν τὸ πρότερον οὗ, ἢ πῶς ἀναβέβηκεν ἔνθα φησὶν εἶναι αὐτόν; καὶ τὸν τεχθέντα διὰ τῆς ἁγίας παρθένου τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σώματος. οὐχὶ δὲ καὶ ἀπρακτεῖν ὁμολογήσαιμ' ἂν τὸ ἀπὸ γῆς σάρκα πρὸς τὸ διαθαι ζωοποιεῖν, ὅσον ἦκεν εἰς ἰδίαν φύσιν; πῶς οὖν εἴπε μοι ζωοποιὸς ἡ σάρξ; ἢ πῶς ἂν νοοῖτο καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἀπὸ γῆς; καθ' ἕνωσιν δηλονότι, τὸ πρός γε φημὶ τὸν ζῶντα τε καὶ οὐρανόθεν λόγον· φρονήσομεν γὰρ ὡδὶ τὰ λίαν ὀρθὰ, καὶ τοῖς ἱεροῖς συμβαίνοντα λόγοις. εἷς γὰρ ἐξ ἑκατέρων δημιουργὸς θεῖκὸς, καὶ ὅτι μὴ δίχα νοοῖτο σαρκὸς.

1 Joan. 3. 12

ὁμολογήσω. μβ.

ὁμολογήσω. μβ.

C λθ'.

XXXIX.

Aſtipulatur huic quoque doctrinæ divinus ille, cœleſtiſque ſapientiæ magiſter apoſtolus Paulus. Scribit autem in hæc verba: *Gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum: qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis, & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis; ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ terris, ſive quæ in cœlis ſunt*: En hic iterum diſerte exponitur per ipſum, & in ipſo omnia eſſe condita; rurſum ante omnia exiſtere, univerſaque in ipſo conſtare, tum ipſum quoque primogenitum ex mortuis prædicat, qui per ſanguinem crucis ſuæ omnia pacificarit, tam quæ in cœlis quam quæ in terris. At quis, quæſo, ex mortuis primogenitus eſt, niſi Chriſtus Jeſus, hoc eſt, in carne & cum carne Verbum? Nam cum Verbum Deus ſit, quod quidem ad propriam naturam attinet, intermori nullo modo poteſt: neque ſi homo tantum noſtri ſimilis ſit, univerſorum conditor dici poteſt; condidit autem ut Deus, etſi poſt unionem citra carnem non intelligatur. Primogenitus autem ex mortuis vocatur; prout homo apparuit, divina natu-

Coloſſ. 1. v. 12.

Συλλήπτορα δὲ τῇ λόγῳ ποιήσομαι πάλιν ὠδὶ γεγραφότι τὸν οὐρανόφρονα καὶ θεσπέσιον Παῦλον· εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὃς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἰδοὺ δὴ πάλιν ἀναφανδὸν δι' αὐτοῦ φησι, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται τὰ πάντα· καὶ μὴν ὅτι πρὸ πάντων ἐστὶ, καὶ ὅτι τὰ πάντα συνέστηκεν ἐν αὐτῷ· καὶ αὐτὸν εἶναί φησι πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, εἰρηνοποιήσαντα διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, τά τε ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. εἶτα τίς ὁ ἐκ νεκρῶν πρωτότοκος, εἰ μὴ Χριστὸς Ἰησοῦς, τυπτόμενον ἐν σαρκὶ ᾧ μετὰ σαρκὸς ὁ λόγος; πεθναίη γὰρ ἂν οὐδαμῶς τό γε εἰς ἰδίαν φύσιν ἦκον, Θεὸς ὢν ὁ λόγος· οὐδ' ἂν νοοῖτο τῷ ὅλων δημιουργὸς, καθ' ἡμᾶς ὢν ἄνθρωπος, εἰ μὴ δεδημιούργηκε μὲν ὡς Θεὸς, κἂν εἰ μὴ δίχα σαρκὸς νοοῖτο μετὰ τὴν ἕνωσιν. πρωτότοκος δὲ καὶ ἐκ νεκ-

Ephes. 1. 12

νεκρῶν, καθὸ πέφυκε ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεὸς διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν.

Ara poſt aſſumptam humanitatem non abjecta.

μ΄.

Ἴδοις δ' ἂν καὶ ἑτέρωθι διὰ τῆς αὐτῆς ἰόντας λόγων τοὺς πνεύματοφόρους. Ἰωάννης μὲν γάρ, Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πᾶσι δὲ αὐτῷ ἐγίνετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Παῦλος δὲ αὖ· εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. ἀλλ' ὑπὲρ ἑνώσεως τινὸς μεσολαβῶν μοι τὸ λύεσθαι σαρκὶ τὸν λόγον, καὶ εἰς ἑτερότητα κατυδιαιρῶν τὸν ὡς ἐν υἱοῦ δυάδα φημὶ, κατὰ τοῦτο δοκῶν, πῶς ἐκτίσθη ἅπαντα δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ μὴν ἐκτίσθη δὲ αὐτοῦ τὰ πάντα. καρδίαλον ἂν, ὅτι τὰ φύσει τε καὶ ἰδίως συνυπάρχοντα τῷ ἐκ πατρὸς ὄντι λόγῳ, τετήρηται πάλιν αὐτῷ, καὶ ὅτε πέφυκε ἄνθρωπος. ἐπισφαλὲς ἂν ἄρα τὸ ὁμαρτῆσαι ἀποτολμᾶν. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα δεδημιούργηκεν ὁ πατήρ. τοιγαροῦν καὶ δημιουργὸς θεϊκῶς, καὶ ζωοποιὸς ὡς ζωὴ, ἀνθρωπίνως τε αὖ καὶ τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἰδιώμασιν εἰς ταὐτὸ τε τὸ μεταξὺ συγκείμενος. μεσίτης γάρ ἐστι Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὰς γραφὰς, φύσει μὲν ὑπάρχων Θεὸς καὶ ὁ δίχα σαρκὸς· ἄνθρωπος δὲ ἀληθῶς, καὶ οὐ ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς ὁπέρ ἰῶτ καὶ εἰ γέγονε σάρξ. γέγραπται γάρ, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

XL.

Videas & alios quoque divino ſpiritu aſflatos ſimilibus ſententiis nonnunquam uti. Apud Joannem hæc legimus: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt neque unum.* Apud beatum Paulum rurſus verba illa: *Unus eſt Deus Pater, ex quo omnia: & unus dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia.* Porro autem ſi poſteaquam Verbum unitum eſt carni, medium aliquod divellens, ac in diverſa, puta in filiorum dualitatem, ut quibuſdam placet, diſtrahens, intercedit; quomodo omnia per Jeſum Chriſtum condita eſſe vere aſſeritur? atqui omnia per ipſum ſunt condita. Perſpicuum eſt ergo, omnia, quæ Verbo ex Patre nato proprie & naturaliter inſunt, ea ipſa integra ei permanſiſſe, etiam tum cum factum eſt homo. Periculoſum proinde eſt ſectionem aliquam inducere: unus enim eſt dominus Jeſus Chriſtus, per quem Pater condidit omnia. Unde conditor eſt, ut Deus; vivificator vero ut vita; ex proprietatibus humanis & ſuperhumanis in unum quoddam medium coeuntibus conſtitutus. Siquidem ſecundum ſcripturas, Dei & hominum mediator eſt; qui quidem natura eſt Deus, etiam ſi carne ſit indutus: verus autem homo, non tamen purus ut nos: nam etſi Verbum factum eſt caro, manſit tamen quod erat. Scriptum eſt enim: *Jeſus Chriſtus heri & hodie, & idem & in ſæcula.*

μά.

Ἦ γὰρ οὐχὶ ὀφὶ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου πεπεῖχθαι φαμὲν καὶ πιστούμεθα ἐν ἑκάστοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς τὸν Ἐμμανουήλ; εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀληθὲς; τὸ δὲ δὴ χθὲς καὶ σήμερον, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, καιρὸν ἡμῖν τὸν ἐνεστηκότα, καὶ τὸν ἤδη παρωχηκότα κατασημαίνειν ἂν· πῶς γὰρ ἂν ὁ αὐτὸς εἴη ἐς τε τὸν παρωχηκότα, καὶ τοι γε χθὲς ὤφθη κατὰ τὸν κατὰ σάρκα λαχών; οὐχὶ μὲν ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ, καὶ ὡς ἐξ ἀϊδίου τε καὶ ἀξέπτου πεφυκὼς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἔχει καὶ αὐτὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ ἀϊδιόν τε καὶ ἄξεπτον· ἢ οὐχὶ νεώτατον κομιδῇ, καὶ τοῖς τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνοις σωδεδραμικὸς ὄνομα τῷ λόγῳ τὸ Χριστὸς Ἰησοῦς; καὶ μὴν τοῦτο ἡμῖν ἤδη ὀφὶ πλείσων ὅσων εἰδέχθη λόγων. σιωπᾷς ἄν, ὅτι Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ ἁ μονοειδῶς τὸν λόγον, χθές τε καὶ σήμερον τὸν αὐτὸν εἶναί φησι καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. πῶς δ' ἂν ἔχῃ τὸ ἄξεπτόν τε καὶ τῷ ἐν ταυτότητι ὀφαμονῶ ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ τοι κίνησιν ἐκπεμψάσα, καὶ προόδῳ τῇ ἄλλων τίνων ἐξ ὄντων εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῶ; δημάρτηκεν ἄρα ταλήθῆς ἡμῖν τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν; καὶ τὸν χθὲς ἀεὶ ὄντα προεῖναί φησι; φαίλω ἂν ἐχὶ τοῦτο ἐγὼ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. χθὲς γὰρ καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦς Χριστός. τὸ δὲ τῷ λόγῳ καὶ πρεσβύτατόν τε καὶ ἀκλινὲς ἥκιστα μὴν ἀρνήσομαι, καὶ εἰ γέγονε σάρξ· ὁμήσομαι δὲ καθ' ὕφωσιν μὴ τῆς

XLI.

An non Emmanuelem in noviſſimis ſæculi temporibus ex ſacra deipara virgine ortum dicimus & credimus? ſane; nec id in quæſtionem cadit. Ceterum cum, heri & hodie, præteritum & præſens tempus ſignificent; quomodo, Chriſtianiſſime imperator, idem omnino dici poteſt præterito tempore, ſi ſecundum carnem necdum erat genitus? Verbum citra ullam controverſiam in principio erat, atque ut ex æterno & immutabili Deo Patre procedit; ita ipſum quoque ſecundum propriam naturam æternitatem & immutabilitatem poſſidet. Sed nonne, inquis, nomen hoc Jeſus Chriſtus admodum recens, hoc eſt ipſo incarnationis articulo, Verbo acceſſit? Næ; hoc enim pluribus jam ante a nobis oſtenſum eſt. Advertis ergo quod Chriſtum Jeſum, & non in una forma Verbum, heri & hodie & in ſæcula eundem eſſe dicat. At quomodo humana natura, quæ mutationi obnoxia eſt, & præſertim illi, quod de non eſſe ad eſſe & vivere evecta eſt, immutabilitatem & in identitate ſtabilitatem obtinere poteſt? Aberravitne ergo a veritatis ſcopo ſcriptura ſacra, dum eum qui heri non erat, prius extitiſſe commemorat? Abſit procul, ut tale quippiam equidem dicam (Chriſtus enim Jeſus idem eſt heri, & hodie, & in ſæcula) aut ut Verbum, tametſi caro factum eſt, antiquiſſimum & immutabile eſſe prædicare

dubitem : puto enim eumdem ſignificari et-A iam poſt unionem cum propria carne, ut heri exiſtentem atque præexiſtentem. Etenim cum inſanus Judæus Chriſtum execraretur, repulſaque fide lapidibus eumdem obruere adoriretur, (nam cum hominem noſtri ſimilem cerneret, indignabatur, quod ætatem humana majorem ſibi arrogaret) tale ut Deus de ſe teſtimonium dixit: *Amen*, *Amen dico vobis*, *priuſquam Abraham fieret ego ſum*. Ad hæc contra illi: *Quinquaginta annos nondum habes*, *& Abraham vidiſti?* Joannes quoque ita ait: *Hic eſt*, *de quo dixi vobis*: *poſt me venit vir*, *qui ante me factus eſt*, *quia prior me erat*. At quomodo cum B Emmanuelem & virum agnoſcat, & virum nominet, illum priorem, & ante ſe factum prædicat, cum tamen & tardius, & poſt ipſum natus eſſet? Sed gloria forte ac dignitate Joanne majorem prioremque extitiſſe dicet quiſpiam, ut obiici intelligo: verum oratione non admodum prolixa oſtendi poteſt, ejuſmodi expoſitionem & pravam & inſcitiæ plenam eſſe. Nam ſi priorem eſſe, idem eſſe ſtatuerimus quod in gloria potiorem eſſe; eadem omnino ratione poſteriorem eſſe idem erit quod gloria inferiorem: atque ita Chriſtum Joanne inferiorem (o rem maxime abſurdam!) concedere compellemur: ait enim: *Poſt me venit vir*. Sane ſi recte, quod in pſalmis de eo ſcriptum legitur, expenderimus, rem longe aliter habere arbitrabimur: *Quis*, inquit, *in nubibus æquabitur domino? ſimilis erit domino in filiis Dei?* Summa igitur antiquitas Verbo tanquam Deo ſecundum naturam, etiam ſi carni unitum ſit, propriæque naturæ bona cum corpore quod aſſumpſit, communicare conſueverit, attribuenda eſt.

Joan. 1. 30. Joan. c. 1. v. 30. Pſalm. 88. v. 7.

XLII.

Quod iſtuc autem ita ſe habeat, rectèque dictum ſit, id ex aliis quoque teſtimoniis, ſi modo libuerit, facile didiceris: dicit namque alicubi Deus per quemdam ſanctorum D prophetarum de Chriſto ex ſemine David ſecundum carnem orto: *Et tu Bethlehem domus Ephrata*, *non parvula es in millibus Juda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator Iſrael*, *& egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis*. De filiis vero Iſrael ſacratiſſimus Paulus ita ſcribit: *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari*, *& omnes eumdem eſcam ſpiritualem manducaverunt*, *& omnes eumdem potum ſpiritualem biberunt: bibebant autem de ſpirituali*, *conſequentes eos*, *petra autem erat Chriſtus*. En ſummam illam antiquitatem, quæ in Verbo proprie convenit, ſecundum œconomicam unionem hic Chriſto Jeſu aſſignatam eſſe. An obſcurus eſt hic ſermo? E Evidenter enim exponit Bethlehemitam illum, qui ex muliere natus eſt homo, ab initio ſæculi exitum habere: in principio enim & ante omnia ſæcula erat quod incarnatum eſt Verbum, ipſeque erat petra illa, quæ Iſraeliticum populum ſitientem inſperatis inexſpectatiſque aquæ fluentis inebriavit: etiamſi in noviſſimis ſæculi temporibus ſecundum carnem, humanamque naturam progenitus, & miſſione in hunc mundum a Deo Patre inunctus ſit: neque enim aliunde hoc nomen

Mich. 5. v. 2. 1 Cor. 10. v. 2.

ἰδιας σαρκος ὡς χθὲς ὄντα καὶ πρωϋπαρχοντα καταδηλοῦσθαι πάλιν αὐτόν. καὶ γὰρ κατεμυσάττετο μὴ * παραφρονῶν Ἰουδαῖος, καὶ καταλιθοῦν αὐτὸν ἐπεχείρει, τὸν πίστιν ἀπροσίμβυος. κατεπτήττετο γὰρ, ὅτε καὶ τις καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος, τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρχαιότητος ἑαυτῷ τε προσβάτατον ἐπεμαρτύρει, λέγων ὡς Θεὸς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γένεσθαι, ἐγὼ εἰμι. ὁτὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἔφασκον ἐκεῖνοι· πεντήκοντα ἔτη ὅπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; ἔφη δὲ πάλιν καὶ Ἰωάννης· ὅτος ἦν, περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. καί τις πῶς ἄνδρα τε εἰδὼς & ὀνομάζων τὸν Ἐμμανουὴλ, ἔμπροσθέ τε αὐτοῦ, καὶ πρῶτον γένεσθαι φησὶ τὸν ὀψιγενῆ καὶ μετ' αὐτὸν; ἀλλ' ἱερῶς τις ἴσως· ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ πρῶτον γενέσθαι φησὶ κατά γε τὴν δόξαν, ὥσπερ ἂν ἐπεσί μοι νοεῖν. κἀμοὶ ὅτι κἀβδηλότερόν τε καὶ σμαθὲς τὸ τῇ δεκτὸν, ὁ μακρὸς ἡμῖν ἐπέδειξε λόγος. παραδεξάμενος γὰρ τὸ ἔμπροσθεν εἰς τὸ ἄμεινον ἐν δόξῃ, κατὰ τὸν ἴσον πως λόγον, καὶ τὸ ὀπίσω φήσομεν τὸ ὡς ἐν ἐλαχίστῳ ὑστερον εὖ μάλα καταδηλόν. συμβήσεται τοίνυν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν τὸν Ἰωάννην δεῖξαι πρωτεύοντα Χριστοῦ, καὶ ὀπίσω ἀσωμάτως * ὁμολογεῖν. ἔφη γάρ, ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνήρ. ὧν τῆς ἀτοπίας· οὐκ ἐσμὲν γὰρ ἐν τῷδε ἔχειν, ἐναυσκοπῆσαι ὀρθῶς τὸ ἐν ψαλμοῖς γεγραμμένον· ὅτι, τίς ἐν νεφέλαις ἐσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; ἀναθετέον δὴ ἄρα & κατὰ σαρκὸς αὐτῷ τὸ προσβάτατον, ὡς Θεῷ κατὰ φύσιν ἑνωθέντι σαρκί καὶ τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἀγαθὰ κοινοποιεῖν εἰωθότι τῷ ἰδίῳ σώματι.

* παραφρον.

Joan. 8. 58. Joan. 1. 30. Pſalm. 88. 7. * ὁμοιωθ.

μβ'.

Τοῦτο δ' ἂν μάθοις ὧδέπη ἔχον, καὶ ἐκ πολλῶν ὀρθῶς, καὶ ἐξ ἑτέρων δὴ, εἴπερ ἔλοιο, μαρτυρίων. ἔφη μὲν γάρ πῃ Θεὸς περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τοῦ κατὰ σάρκα Χριστοῦ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Μιχ. 5. 2 Εὐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. περὶ δὲ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὁ ἱερώτατος Παῦλος. ὅτι πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν 1. Κορ. 10. 2. ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πάντες βρῶμα Πνευματικὸν τὸ αὐτὸ ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα. ἐπιον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ἄθρει δὴ ἐν ὂν Χριστῷ Ἰησοῦ δεικνύμενον καθ' σωσιν οἰκονομικὸν τὸ ἰδιωτικῶς τῷ λόγῳ προσβάτατον. ἢ ἐκ ἐναργὴς ὁ λόγος; τὸν γὰρ τοῦ Βηθλεεμίτην, ὡς ἄνθρωπον καὶ ἐκ γυναικὸς, ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος τὰς ἐξόδους ἔχειν εὐμάλα φησίν. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος ὁ ἐνανθρωπήσας Θεὸς λόγος· καὶ αὐτὸς ἦν ἡ πέτρα, δεδιψηκότα τὸν Ἰσραὴλ τοῖς παρ' ἐλπίδα καὶ ἀδοκήτως ἐκμεθύσκων ὕδασι· καί τοι γυμνηθεὶς κατά γε τὸ σὰρξ & τὸ ἀνθρώπινον ἐν ἐσχάτοις τοῖς αἰῶνος ἡμέροις, καὶ κεχεσμένος τῷ εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ

καὶ

καὶ παῦλος · κατανόμασαι γὰρ οὐχ ἑτέρου τινὸς χάριν ἢ διὰ τοῦτο Χριστός. Χριστὸς δὲ ἰδίως ἡ πέτρα κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸν Παῦλον. ἐπαγωνιᾷται δ' αὖ καὶ συμφθλήσει τῷ λόγῳ καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης, μονονοχί καὶ συναγείρων τὰς φύσεις, καὶ συνδέων εἰς ἕνωσιν τῷ

1 Joan. 1. 1. ἑκατέρᾳ προσόντων ἰδιωμάτων τὴν δυάδαμιν. Φησὶ γὰρ ὅ φησιν · ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς · καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. Ἰδὼν τοίνυν ὁ ἀπ' ἀρχῆς ὤφθαι τὸ φησιν σαρκωθέντα, σωματοῦται δὲ καὶ ἁφῇ. ἀνεκεκράγει γὰρ ὁ

Joan. 20. 28. Θωμᾶς · ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου · ἀναμεξήσας δακτύλῳ πλευρᾶν τε τὴν τοῦ σώματος, καὶ τὰς διαβρήσεις τῶν ἥλων. γεγρῆσθαι δέ φησι τὰς ἁγίους ἀποστόλους καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Λουκᾶς αὐτόπτας τε καὶ ὑπηρέτας τοῦ λόγου. γέγονε γὰρ ἔμφασις ὁ ἀσώματος, καὶ ἀπτὸς ὁ ἀναφής · ἐκ οἰκείου ἔχων περίβλημα τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, ἀλλ' ἴδιον αὑτῷ ποιησάμενος ναόν, καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ σὺν αὐτῇ γνωριζόμενος ὡς Θεὸς καὶ κύριος. γεγραφότι δὲ οἶδά πως καὶ

Rom. 14. 7. τὸν ἱεροφάντην Παῦλον · οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν · ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκωμεν · ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ κυρίου ἐσμέν. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

A Christi ſortitus eſt, quam ab una hac unctione, & functione; atqui Chriſtus ſecundum legem, & ſecundum beatum Paulum erat illa petra. Confirmat hanc rurſum ſententiam & ſapiens Joannes quoque; ſiquidem naturas in unum quodammodo cogens, proprietatumque vim, quæ utrique adjacent, in unionem redigens, ita ſcribit: *Quod fuit, ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Ecce diſerte affirmat eum, qui fuit ab initio, & viſum eſſe, & palpabilem factum B eſſe. Etenim Thomas, poſteaquam manus in latus, & digitos in clavorum foramina intuliſſet, ſtatim exclamavit: *Dominus meus, & Deus meus.* Quin eximius quoque evangeliſta Lucas ſanctos apoſtolos Verbi ſpectatores, ejuſdem miniſtros extitiſſe ait: nam qui corporis expers erat, factus eſt ſpectabilis: & qui tangi non poterat, terrena carne non tanquam extraneo amictu, ſed tanquam proprio templo ſeſe induens, factus eſt palpabilis, & in ipſa, & cum ipſa etiam uti Deus & dominus cognitus fuit. Meminiſtis quoque ſacratiſſimum Paulum alicubi ita ſcripſiſſe: *Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur. Sive vivimus, domino vivimus; ſive morimur, C domino morimur. Sive ergo vivimus, ſive morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, ut & vivorum & mortuorum dominetur.*

Joan. 1. 1.

Joan. 20. 28.

Rom. 14. 7.

μγ'.

Ἆρα σὺν ἀληθῶς, ὅτι κεκυρίευκεν ἀληθῶς νεκρῶν τε καὶ ζώντων ὁ μὴ ἑτέρᾳ τῇ χάριτι, πλὴν ὅτι τῷ δέ τε καὶ μόνῳ, πεθνεὼς καὶ ἐγηγερμένος. τίνα δὴ οὖν ἆρα φαμὲν, ὡς ὑπέδυ μὲν θάνατον, ἀνέβιω δ' αὖ, ἢ τὸν υἱὸν δηλονότι; ἀλλ' ὅτι μὲν τὸν υἱὸν, ἀπαξιοῦν, οἶμαι, συνιδέσθαι ἄν. τί ἐν ἐρᾶμεν; πότερα θνητός τε ἐστι καὶ φθορᾷ κατέχος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ἢ πέρα θανάτου καὶ φθορᾶς ἀμείνων ὡς ζωή; καὶ τοι πῶς οὐκ ἄπασιν εὐαργές, ὅτι θανάτου κρεῖττον ὡς ζωή; εἶπε

Psalm 87. 6. πῶς γέγονεν ἐν νεκροῖς ὁ ἐλεύθερος, κατὰ τὰς γραφάς; πεθναίη γὰρ ὅτι που καθ' ἑαυτὸν ὁ λόγος. φαμὲν οὖν, ὅτι πεπονθώς τε αὐτῷ τῆς σαρκὸς, αὐτὸς τοῦτο λέγεται παθεῖν. ὑκὸν ὁ δίχα σαρκὸς, σὺν αὐτῇ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν αὐτῇ τὴν τῆς κυριότητος ἀνεδέξατο δόξαν, ὁ νόμῳ σαρκὸς καὶ φύσει τῇ καθ' ὑμᾶς πεθνεκὼς, ἐγηγερμένος · ἀνθρώπινον μὲν τὸ πεπονθέναι πάθος, ἐλέγχημα δὲ θείκον τὸ ἀναβιῶναι δεικνὺς, ἵνα δὲ ἀμφοῖν γνωρίζηται καθ' ἡμᾶς τε ἅμα, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων γεγονὼς ὁρῶτο κύριος, ὁ καὶ πρὸ σαρκὸς βασιλεύων μετὰ τοῦ ἰδίου πατρός. ὅτως αὐτὸν ὁ Ναθαναὴλ ἐπιγινώσκων,

Joan. 1. 49. ἔφασκε · Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. αὐτὸς δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς

Joan. 13. 13. · ὑμεῖς καλεῖτέ με, φησὶν, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε · εἰμὶ γάρ. ἔργῳ δὲ αὐτὸ πεπόμφως, ἀφίησι μὲν ἁμαρτίας, ἐξουσίαν δὲ δέδωκε κατὰ πνεύματος ἀκαθάρτου, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μα-

XLIII.

Vere itaque decebat, ut vivorum mortuorumque dominaretur, qui nullius alterius, ſed hujus ſolius cauſa, & mortuus eſſet, & revixiſſet. At quem alium, quæſo, mortem ſubiiſſe, iterumque in vitam rediiſſe putabimus, quam Filium? Nullum itaque alium; neque id ullus opinor inficias iverit. Quid igitur dicemus? numquid Dei Patris Verbum morti corruptionique obnoxium D eſſe, an potius omni morte, omnique corruptione, quandoquidem vita eſt, præſtantius eſſe? Atqui, ut vita eſt, morte ſuperius eſſe, quis non videt? Quomodo igitur ſecundum ſcripturas, inter mortuos liberum extitit? Sane licet Verbum per ſe emori Pſalm. nequaquam valeat, attamen carne illius intermoriente, ipſum quoque mortem perpeſſum recte perhibetur. Igitur qui ſecundum carnis legem, humanamque naturam mortuus eſt, & reſurrexit; idem ille non abſque carne, imo vero cum carne, & in carne imperii gloriam obtinuit; planumque fecit, mortem quidem naturæ humanæ affectionem eſſe; a E mortuis autem ſe denuo excitare, divinæ virtutis opus. Quo factum eſt, ut per utrumque cognoſcatur, & nobis ſimilis ut homo, & nobis rurſum ſuperior ut Deus, univerſorumque dominus, qui etiam ante aſſumptam carnem una cum Patre ſuo regnabat. Atque talem illum eſſe intelligebat Nathanael, cum diceret: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael.* Ipſe autem ad ſuos diſcipulos ita dicebat: *Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim.* Et opere ipſo verbis ſuis fidem faciens peccata re-

Joan. 1. 49.

Joan. 13. 13.

miſit, poteſtatemque contra immundos ſpiritus apoſtolis impertivit; quo nimirum & illos ejiciant, & omnem præterea ægritudinem & languorem in populo curent. In nomine enim Jeſu Chriſti Nazareni, claudus qui ad ſpecioſam portam ſedebat, ſanatus eſt. Pari modo Æneas, cum diutiſſime ægrotaviſſet, convaluit, & morbum pene immedicabilem evaſit; cum magnus ille Petrus hac eum oratione compellaret: *Æneas, ſanat te, dominus Jeſus Chriſtus.*

Act. cap 3. v. 6.

Act. cap 9. v. 34.

XLIV.

Undecumque igitur ad veritatem compulſi, & quæ ſacris litteris decreta ſunt, ſtudioſe venerari ſtudentes, & patrum ſententias æmulati, eum qui ex radice Jeſſe, qui ex femine David, qui ex muliere ſecundum carnem, qui nobiſcum legi obnoxius, ut homo; ſupra nos autem, & ſupra legem, ut Deus; qui propter nos, noſtræque naturæ ſimilitudinem, nobiſcum inter mortuos habitus eſt: qui ſupra nos denique per ſeipſum & vivificator & vita eſt, verum Dei Filium eſſe credimus; neque humanitatem divinitate ſpoliantes, neque Verbum rurſum poſt inexplicabilem illam & arcanam unionem humanitate exuentes; ſed unum eumdemque Filium ex duabus rebus in unum quoddam, quod ex utroque non ſecundum naturæ everſionem, ſed excellentiſſima illa unione admirabiliter conſtitutum eſt, confitentes.

XLV.

Porro autem quantum emolumenti ii percepturi ſunt, qui ita ſentiunt, hoc divinus ille Chriſti diſcipulus his verbis declarat: *Qui*, inquit, *confeſſus fuerit, quod Jeſus eſt Filius Dei; in hoc Deus, & ipſe vicißim in Deo manet.* Quod autem Jeſus Chriſtus, qui ſecundum carnem ex David ortus eſt, ſit verus & naturalis Dei Filius, quatenus Verbum caro factum habitavit in nobis: iſtuc idem ille Joannes ejuſmodi oratione explanat: *Scimus*, ait, *quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio ejus Jeſu Chriſto: hic eſt verus Deus, & vita æterna*: per ipſum & cum ipſo Deo Patri ſit gloria, cum ſancto & adorando & vivifico Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

1 Joan. 4. v. 15.

1 Joan. 5. v. 20.

CAPUT IV.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini liber religioſiſſimis reginis nuncupatus.

I.

SANE vos ſacras caſtiſſimaſque Chriſti omnium noſtrum ſalvatoris ſponſas (religioſiſſimæ, ac Deo dilectiſſimæ imperatrices) orbis terrarum ornamentum, ſanctiſſimarumque eccleſiarum decus optimo jure quiſpiam appellarit: in quibus nimirum omne virtutum genus, omniſque ornatus divinæ majeſtatis ocuiis gratus aceeptuſque mirifice ſplendet. Neque his opibus contentæ, omnem

Πραξ. 3. 6.

Πραξ. 9. 34.

μδ'.

Πανταχόθεν ἂν ἄρα συνωθούμενοι πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τὰ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι δοκοῦντα ἐγκεκλιμένα ἐυμαλῶς σπουδάζοντες, καὶ ταῖς τῶν πατέρων ἐπόμβροι δόξαις, τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, τὸν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, τὸν μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, ὑπὲρ νόμον ὡς Θεόν, τὸν δὶ ἡμᾶς τε, καὶ καθ' ἡμᾶς, μεθ' ἡμῶν ἐν νεκροῖς, τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς δὶ ἑαυτὸν ζωοποιὸν, καὶ ζωὴν, υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν πιστούμεθα· ὅτε ψιλοῦντες θεότητος τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε μὴν ἀνθρωπότητος ἀπαμφισπάστως τὸν λόγον μετὰ τὴν ἄῤῥητον καὶ ἀπερινόητον σύνωσιν· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντες υἱὸν, ἐκ δυοῖν πραγμάτων εἰς ἕν τι τὸν ἐξ ἀμφοῖν ἀπῤῥήτως ἐκπεφηνότα, καθ' ἕνωσιν δηλονότι τὴν ἀνυπόπτωτον, καὶ ἀφύτως παραξοπλῶ.

μέ.

Ὅσον γὰρ τοῖς ὅπῃ δοξάζουσι πεπεῖσθαι τὸ κέρδος, σαφηνιεῖ γράφων ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς· ὃς ἂν ὁμολογήσῃ, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ. ὅτι δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐκ Δαυὶδ κατὰ σάρκα, κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κατασφραγιεῖ λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· καὶ οἴδαμεν ὅτι υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκομεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν. καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος· καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ πατρὶ καὶ Θεῷ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ προσκυνητῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1 Joan. 4. v. 15.

1 Joan. 5. v. 20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας προσφωνητικὸς τῶν εὐσεβεστάτων βασιλίσσαις.

ά.

ΣΕΜΝΟΛΟΓΗΜΑ μὲν οἰκουμενικὸν, καὶ κόσμημα δὲ τῆς ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ παντὸς σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φαίη τις ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, ὑμᾶς δὴ τὰς ἱερὰς καὶ παναγεῖς αὐτοῦ νύμφας, εὐσεβέστατα καὶ θεοφιλέστατα βασιλίδες, αἷς τὸ παμποίκιλον τῆς ἀρετῆς ἐναπεσράπτει κάλλος, τοῖς τῆς θειότητος ὀφθαλμοῖς ἡδὺ καὶ γνωσιμώτατον· μελέτη δὲ καὶ σπουδὴ μᾶλ-

μᾶλλον δὲ ἤδη κατώρθωται, καὶ δὺ' ὧν πίστει διεσπάρητε ὀρθῇ, καὶ κατ' οὐδενὸς ζόφου σεσαλευμένη. γράφων δέ που φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος ὁ πολυμαθὴς ἀληθῶς, καὶ τοῦ Χριστοῦ τῶν ἐθνῶν ἱερουργήσας μυστήριον· ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε. ὅπου γὰρ πίστις ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος τοῖς ἐξ ἔργων ἀγαθῶν πεπυκνώμεθα εὖ μάλα συμφέρεται, καὶ ἰσόδρομον ἔχει τὸν συμβολὴν, ἐκεῖ που πάντως ἂν εἴη ἐν παντὶ καλῷ τελειότης, καὶ τὸ ἀρτίως ἔχον εἰς ἁγιασμόν. λόγος μὲν οὖν ἅπας ὁ ἐν ἡμῖν, τῆς ἐνούσης ὑμῖν ἐλλείψεως κατόπιν ἔρχεται, καὶ ὁμολογεῖ τῷ ἥττονι, ἐρυθριάσας οὐδόλως· εἰ δ' ἄν τις συγγνώμης ἄξιος, εἰ δέοι ἐπαινεῖν, ὧν οὐκ ἂν ἐφίκοιτο τῆς ἀξίας. εἰ μὲν γὰρ ἔχει τὸ δικαῦσθαι καταρθοῦν τὸ ποθούμενον, ὀλιγωρεῖσθαι μέν, πολὺ νοσήσας τὸ ἀδρανὲς, καὶ τῷ εἰς τοῦτο μέλλησιν ἀπαλλαττέτω μηδεὶς τῆς εἰς ῥᾳθυμίαν αἰτιάματος. ὃς γὰρ ἰῷ εἰκὸς καταπαλλωτίειν δικαῦσθαι τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀφορμαῖς, ἀνθ' ὅτου λυπεῖ, σιωπᾶν ἠρεμοῦντα. εἰ δὲ ἀπονεῖ, καὶ δέδιε, καὶ ὁμολογεῖ τῷ ἥττονι, οὐκ αὐτῷ δὴ μᾶλλον τὰς αἰτίας ἀναθήσομεν, ἀλλ' ὑμῖν τοῖς οὕτω περιφανέσιν, αἷ τινες τῆς ἰδίων ἀνδραγαθημάτων ὑπεροχαῖς καὶ τοὺς ἅπαντας κοσμεῖν εἰωθότας λόγους οὐδὲ ὀπτὰς ἀπεφλιάτε. αἷμα μὲν γὰρ ὑμῖν ἀνωθεν καὶ ἐκ μακρῶν ἥκει χρόνων τὸ βασιλικόν· παρατέτακε δὲ καὶ εἰς δεῦρο, καὶ ἔτι, καθὰ φαίνεσθε μάλα. ἀλλ' ἰδοὺ δὴ καὶ μάλα σαφῶς, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ βασιλείας ἐπιδραττόμενοι, τὰ αὐτῷ δοκοῦντι φρονεῖν τε καὶ δρᾶν σπεύδοντες· τοῦτο μέν, ὡς ἔφην, ἔργοις τε καὶ ἀμώμητον ὀλιγωρήσασι πίστει, καὶ τὰς ὑμῶν τε καὶ βασιλείους αὐλὰς τῇ τῆς παρθενίας καταλαμπρυνούσαις δόξῃ· τοῦτο δὲ πολυτελεστάτους ἀνεσώσαι ναοὺς τῷ Χριστῷ. κεχάρισται γὰρ παρ' αὐτοῦ πιστοῖς ἁγίαις ὑμῶν ψυχαῖς μὴ τῆς ἄλλων καὶ τοῦτο.

A quoque curam omnemque ſtudium adhibetis, quo fide recta, nullamque in partem vacillante excellatis; memores haud dubie illius, quod ſapientiſſimus myſteriorum Chriſti diſpenſator, gentiumque doctor Paulus ſcribit: *Itaque fratres mei dilecti*, ait, *ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere domini ſemper*: quandoquidem ubi fides recta & inculpata cum bonarum actionum honeſtate conjungitur, æquabilique niſu & curſu cum illis copulatur; ibi omnis boni perfectio ſanctificationiſque integritas comperitur. Quapropter nos gloriæ & celebritati veſtræ parem orationis dignitatem afferre non poſſe, ingenue fatemur, nec erubeſcimus: unde & venia quoque digni merito cenſebimur, ſi ea laudare veremur, quorum excellentiam nos aſſequi poſſe non putamus: Ac ſiquidem id, quod præſtare deſideramus, cum laude præſtandi facultatem haberemus, jure profecto accuſaremur, ſi de infirmitate noſtra anxie nimis cogitantes, cunctantius ageremus: neque ignaviæ crimen liceret effugere, utpote qui ſilentio utentes, iis quos ob virtutem meritis laudum præconiis exornare debueramus, moleſtiam potius, triſtitiamque pareremus. Ceterum quando jam antea de imbecillitate noſtra in dicendo, tumoreque conqueſti confeſſique ſumus, noſque oneri tanto impares declaravimus; vos magis ſilentii hujus culpam ſuſtinebitis, quæ illuſtres adeo, adeoque conſpicuæ eſtis, ut veſtræ virtutes ac recte facta omnium oratorum eloquentiam longe vincant. Nam & regium veſtrum genus jam inde ab exordio longa temporum ſerie hucuſque eſt propagatum, & ulterius, ut credimus, in poſterum adhuc propagabitur: nec non Chriſti regnum capeſſere, & ea, quæ illi grata ſunt, facere & ſentire ſtudetis; partim quidem præclaris actionibus, inculpataque fide, ut paulo ante dicebamus, præſtantes; partim veſtras regiaſque aulas virginitatis gloria condecorantes; partim denique ſumptuoſiſſima templa Chriſto excitantes. Nam & hoc quoque pietatis ſtudium inter cetera ille ſanctis veſtris animis impertitus eſt.

β'

Οὐκοῦν· ἐρῶ γάρτε λαβὼν καὶ ἐκ τῆς ἱερᾶς γραμμάτων· χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. ἐγνώσθη μὲν οὖν, καὶ δεδιβεβόηται, καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν χώραν τε καὶ πόλιν, καθάπερ τις εἰκὼν γραφὴν ἔχουσα τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὸ κάλλος, διελαμψε σαφῶς, καὶ τῶν παντὸς ἠξιώθη θαύματος. φήθλιον δὲ δεῖν καὶ τοῖς ἐφ' ὅτιοῦν τῆς ἀγαθῶν ἐχούσαις ἀρτίως χάρισμά τι μεταδοῦναι πνευματικὸν, ὡς ἁγίαις Χριστοῦ νύμφαις, τοῦτο δὴ τὸ ἀρτίως ἐμοὶ ποιηθὲν βιβλίον, οὐ μετρίαν παρέχειν δυνάμενον, ὥς γε οἶμαι, τοῖς ἐντυξομένοις τὴν ὄψιν. τοὺς μὲν γὰρ οὐκ ὀρθὰ φρονεῖν διδιδαγμένους, ἤγουν ἀναπεπεισμένους περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, ἐφ' ὃ ἐπανόρθωσιν ἀνακομιεῖ, καὶ μυσαγωγήσει καλῶς. τοὺς γε μὴν ὀρθῶ βεβηκότας νῷ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐμφιλοχωροῦντας δόγμασιν, ἀσφαλεστέρους ἀπο-

Igitur, ut ex ſacris litteris aliquid quoque depromam, *Gaudete in domino ſemper: iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*. Imo vero jamdudum illa apud omnes civitatum & regionum omnium homines divulgata percrebuit; neque ſecus fere atque tabella quædam depictam in ſe pietatis in Chriſtum venuſtatem gerens, lateque reſplendens, omnium admirationem excitavit. Ratus ſum autem nonnullum operæ pretium me facturum, ſi vobis vere ſanctis Chriſti ſponſis (quamquam ad quodvis opus bonum abunde inſtructæ videamini) libellum hunc non ita pridem a me elaboratum, velut ſpiritale quoddam xenium nunc mitterem: qui quidem non contemnendum, ut opinor, lectoribus allaturus eſt utilitatis fructum. Siquidem eos, qui recte ſapere dedidicerunt, hoc eſt, quibus ita perſuaſum eſt de Chriſto omnium ſalvatore, in viam reducet, & ad veram ſapientiam inſtituet: ceteros vero, qui rectum ani-

II.

animi ſenſum habent, & in veritatis doctrina perſiſtunt, variis argumentorum & ſententiarum inventis, divinarumque ſcripturarum demonſtrationibus in fide corroborabit. Hinc etenim & Emmanuelem verum ac naturalem Deum, & virginem rurſum, quæ eum peperit, veram propter ipſum deiparam eſſe, planum fiet. Si qui autem ſunt, qui iſtuc ſentire & profiteri verentur, hi profundum illud pietatis myſterium, ut ſane videtur, nequaquam expendunt. Perneceſſarium autem judicavi ea paucis hoc loco repetere, quæ apoſtoli & evangeliſtæ de Chriſto omnium domino tradiderunt, tum ea quoque non præterire, quæ in ceteris ſanctæ ſcripturæ libris ea ipſa de re habentur; & omnino exponere, quo ſpectet vis dogmatum veritatis.

φανεῖ τοῖς ἐξ ἀγαθῶν ἐννοιῶν πολυτρόποις λογισμοῖς, καὶ ταῖς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀποδείξεσιν. * μαθήσεται γὰρ ὅτι φύσει μὲν καὶ ἀληθείᾳ θεὸς ἐστιν ὁ Ἐμμανουὴλ, θεοτόκος δὲ δι' αὐτὸν καὶ ἡ τεκοῦσα παρθένος. εἰ γάρ δή φαίνεταί τι τοῦτο καὶ φρονεῖν δεδοίκοτες, οὐ νενοήκασι, κατὰ τὸ εἰκός, τὸ βαθὺ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. χρεὼν δὲ ὑπολαμβάνω διὰ βραχέων εἰπεῖν τίνα ποτὲ ἀποστολικὴ καὶ εὐαγγελικὴ παράδοσίν, * ὃν ἐπὶ Χριστῷ πεποίηται τῷ πάντων δεσπότῃ. καὶ ἁπάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸν ἐπ' αὐτῷ σκοπὸν, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει τῆς τῆς ἀληθείας δογμάτων ἡ δύναμις.

* μαθήσονται.

* ἃ τίνι χρ.

III.

Credimus igitur in unum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium & inviſibilium omnium conditorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus, ante omne ſæculum & tempus ex ipſo naturaliter genitum. Nam quod ad tempus attinet, æque principii expers, & coæternus eſt, atque is qui illum genuit; eademque quoque poteſtate & gloria cum illo eſt, per omnia deinque & in omnibus eidem æqualis. Figura namque & ſplendor ſubſtantiæ illius eſt. Credimus ſimiliter & in ſanctum quoque Spiritum, quem a divina natura alienum minime reputamus: ſiquidem naturaliter a Patre eſt, per Filium in creaturam dimanans. Ad hunc enim modum ſancta illa, adorandaque trinitas, una in eſſentia, par in gloria & majeſtate cognoſcitur. Aſſerimuſque ipſum unigenitum Verbum arcano inexplicabilique modo ex Dei & Patris ſubſtantia genitum; quod ſæcula condidit, per quod & in quo conſiſtunt omnia, quod verum lumen, naturaque omnia vivificans eſt, (vita eſt enim, utpote ex Patre vita procedens) noviſſimis ſæculi temporibus, Patre pro ſua benignitate ita volente, quo nimirum genus humanum, quod in maledictionem prolapſum fuerat, & per peccatum in mortem & corruptionem præceps abierat, reſtitueret, Abrahæ ſemen apprehendiſſe; carni quoque & ſanguini, ſecundum ſcripturas, communicaſſe, hoc eſt, hominem factum eſſe; carne aſſumpta, eademque propria ſibi reddita, e ſancta & deipara Maria ſecundum carnem natum eſſe.

Heb. c. 1. v. 4

Heb. c. 2. v. 29. & 15.

γ'.

Πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γεννηθέντα κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου. καὶ γάρ ἐστι συναΐδιος κατὰ χρόνον, καὶ συναίδιος τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, συνέδρός τε καὶ ἰσοκλεὴς αὐτῷ, καὶ ἰσότητι κατεσεμνυμένος τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν· χαρακτὴρ γάρ ἐστι καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. πιστεύομεν δὲ ὁμοίως καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀλλότριον αὐτὸ τῆς θείας φύσεως καταλογιζόμενοι· καὶ γάρ ἐστιν ἐκ πατρὸς φυσικῶς, προχεόμενον δι' υἱοῦ τῇ κτίσει. νοεῖται γὰρ οὕτω μία τε καὶ ὁμοούσιος, καὶ ἐν ταυτότητι δόξης ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη Τριάς. φαμὲν δὲ, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπορρήτως γεννηθεὶς μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, τὸν αἰῶνα ποιητὴς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἡ πάντα ζωογονοῦσα φύσις· ζωὴ γὰρ πέφηνεν, ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ πατρός· ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος, καταδεξαμένου τοῦ πατρὸς, ἵνα σωθῇ τὸ ἐπὶ γῆς γένος πεπτωκὸς εἰς ἁμαρτίαν καὶ κατακριθὲν εἰς θάνατον καὶ φθορὰν, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλάβηται, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, τοῦτέστι γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ σάρκα λαβὼν, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος, ἐγεννήθη σαρκικῶς διὰ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.

Ephes. c. 1.

Ephes. c. 4. v. 16.

IV.

At quamvis Verbum noſtram naturam aſſumpſerit, ſervilemque formam diſpenſatione induerit; perſeveravit nihilominus in ea majeſtate & divinitate, quæ ſecundum naturam ipſi convenit. Neque enim deſiit Deus eſſe, etiamſi factum eſt caro, hoc eſt, noſtri ſimilis, & homo. Nam cum ut Deus, nulli ſecundum naturam obnoxium ſit mutationi, manens id quod erat, eſt, ſemperque erit, factus eſt filius hominis.

δ'.

Ἀλλὰ καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, ἐν τῷ τὴν δούλου μορφὴν οἰκονομικῶς ὑποδύς, μεμένηκεν ἐν τῇ κατὰ φύσιν θεότητι καὶ κυριότητι. οὐ γάρ πέπαυται τοῦ εἶναι θεὸς, εἰ καὶ γέγονε σάρξ, τουτέστι καθ' ἡμᾶς τε καὶ ἄνθρωπος. ἐπειδὴ δὲ ἄτρεπτος κατὰ φύσιν, ὡς θεὸς, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, ἀμεταβλήτως υἱὸς ἀνθρώπου.

Καὶ

A

ε'.

Καὶ ἐπειδὴ κατεβίβηκεν ἐκὼν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις · καθῆκε γὰρ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν · ὑπομεμβήκεν ἀναγκαίως καὶ γέννησιν τὴν ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβοῦσης τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, ὅτε κατὰ σάρκα γεγεννῆσθαι λέγεται. ἀλλ' ἵν' μὴ ᾖ ἔσιν, ὡς ἔφην, ἐκ Θεοῦ πατρὸς φυσικῶς τε καὶ ἀληθῶς ὁ λόγος. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀνθρωπος ἁπλῶς νοεῖται καθ' ἡμᾶς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένος, ἀλλ' αὐτὸς σαρκωθεὶς ὁ λόγος, καὶ ἴδιον ἔχων σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται γεγεννῆσθαι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

V

Ceterum ſimulatque ad humanæ naturæ leges ſemel deſcendit, (ſiquidem ſua ſponte ſe exinanivit) non potuit ex muliere quoque non naſci. Nec ob id tamen divina illius natura exiſtendi principium tum demum ſumpſit, cum illud ſecundum carnem natum dicitur. Sed fuit quidem, & eſt (ut dixi) ex Deo Patre naturaliter & vere Verbum. Quoniam vero is qui ex ſacra virgine natus eſt, non homo ſimpliciter ut nos, ſed ipſum Dei verbum incarnatum intelligitur, quod corpus ex ipſa ſumptum proprium ſibi fecit ; hinc eſt quod ſecundum carnem natum dicitur, carnis nimirum nativitatem ut propriam in ſe transferens.

ς'.

Οἱ δὲ λέγοντες ἀσεμνότερον θεοτόκον οὐκ εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐμπίπτουσιν ἀναγκαίως εἰς τὸ δύο λέγειν υἱοὺς τοῦ Θεοῦ. εἰ γὰρ μὴ τέτοκε σαρκικῶς σαρκωθέντα Θεὸν ἡ ἁγία παρθένος, πάσπερ ἀνάγκη καὶ οὐχ ἑκόντας αὐτοὺς ὁμολογεῖν, ὅτι κοινὸν γεγέννηκεν ἄνθρωπον, οὐδὲν ἔχοντα παρ' ἡμᾶς τὸ τέλειον. εἶτα πῶς αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός ; πῶς αὐτῷ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τὴν ἀνωτάτω δυναμέων, ἡ ἁγία πληθύς ; ἆρ' οὖν ἀνθρώπῳ κοινῷ λελάβηκε μεθ' ἡμῶν καὶ σύμπας ὁ οὐρανὸς ; μὴ γένοιτο · προσκυνοῦμεν γὰρ ὡς Θεὸν ἀληθινὸν τὸν Ἐμμανουήλ. ἔσται δὲ οὐχ ἑτέρως προσκυνητὸς, ἐὰν μὴ πιστεύωμεν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, ὁ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκυνούμενος, σαρξ ἐγένετο κατὰ τὰς γραφάς. οὐκ εἰς σάρκα μετεβλήθη, ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σάρκα λαβών, ὡς ἔφην, καὶ ἀνθρωπίνως μετ' ἡμῶν ὑπομείνας γενέσεις · ἵνα καὶ ἄνθρωπος γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθάνῃ μὲν ἀνθρωπίνως, ἀναστῇ δὲ θείως, πατήσας τὸν θάνατον τὸ κράτος. ἐπεὶ γὰρ ἐν Ἀδὰμ ἐπτώκαμεν, ἵνα νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ.

VI.

Illi autem, qui ſacram virginem deiparam eſſe imperite negant, huc neceſſario adiguntur, ut duos Dei filios conſtituant. Nam ſi ſacra virgo Deum incarnatum ſecundum carnem non peperit, vel inviti concedant oportet, hominem tantum vulgarem, nobiſque nihilo excellentiorem in lucem edidiſſe. Quod ſi res ita habet, qua obſecro ratione, omne genu illi incurvabitur, omniſque lingua confitebitur, quod dominus noſter Jeſus eſt in gloria Dei Patris ? Quomodo angeli, & ſacer ille cœleſtium virtutum cœtus illum adoret ? Numquid hominem communem & nos, & univerſum cœlum hactenus percolimus ? Abſit : adoramus enim Emmanuelem tamquam verum Deum. Atqui nulla ratione adorari poteſt, niſi credamus ipſum Dei Patris Verbum, quod ab univerſa creatura adoratur, ſecundum ſcripturas carnem factum eſſe : non quod in carnem demutatum tranſierit, ſed quod ex ipſa ſacra virgine carnem ſuſceperit, humanamque, ut ante expoſitum eſt, nativitatem, perinde ac nos, ſubiverit ; quo nimirum homo noſtri cauſa factum, more quidem aliorum hominum mortem pateretur, procuſcato autem mortis imperio, divina vi rurſum reſurgeret. Hoc enim modo factum eſt, ut nos quoque per Chriſtum vincere, peccatoque debellato, ac poſita corruptione, mortem effugere poſſemus, lætitiaque in Chriſto pleni diceremus : *Ubi eſt mors victoria tua ? ubi eſt ſtimulus tuus inferne ?* Ut enim in Adam devicti ſumus, ita rurſum in Chriſto devicimus.

Φιλιπ. 2. 11.

1. Cor. 15. 55.

ζ'.

Εἰ δὲ ἄνθρωπος μὲν κοινὸς ὁ Ἐμμανουήλ, πῶς ἂν ὠφέλησε τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ ἀνθρώπου θάνατος ; καίτοι πολλοὶ προαπέθανον ἅγιοι προφῆται, Ἀβραὰμ ἐκεῖνος ὁ μακάριος, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Μωσῆς τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ οἱ καθεξῆς γεγονότες ἅγιοι · ἀλλ' οὔπω ἐσβέννυτο μὲν ἐδέν τὸ ἐπὶ γῆς τὴν ἀνθρώπων γένεσιν ὁ ἐκείνων θάνατος, σέσωκε δὲ ὁ Χριστός. προσκεκόμικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἰδίαν σάρκα, καὶ δοὺς * αὐτὴν τῷ θανάτῳ δι' ἡμᾶς, πάντας ἐξείλετο τῆς τοῦ θανάτου δεσμῶν. ἦρκεσε γὰρ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν ὁ

* ἑαυτὸν. * αὐτὸν. In MS. Seguierianо.

E

Quod ſi vulgaris tantum homo eſſet Emmanuel, quomodo mors hominis humanæ naturæ opem tuliſſet ? Enimvero non pauci ſanctorum prophetarum mortem obierunt, ut laudatiſſimus ille Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes, Samuel, reliquique deinceps, qui vitæ ſanctimonia claruerunt ; verumtamen mors illorum generi humano nihil omnino contulit : at vero mors Chriſti ſalutem præſtitit ; ſiquidem propriam pro nobis carnem obtulit, mortique ſemetipſum noſtri cauſa contradens, omnes ex mortis laqueis exemit. Unus enim pro omnibus moriens ſatisfecit, ut

qui

qui plurimum ceteris omnibus dignitate præ-
ſtaret. Nam & Dei Patris Verbum eſt, & na-
tura Deus, & corpus quod pro nobis in odo-
rem ſuavitatis Deo & Patri offerebat, illius
proprium fuit. Impium eſt ergo, longeque ab-
ſurdiſſimum, unum dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum in duos filios divellere, maxime cum
ſapientiſſimus Paulus huic ſententiæ diſerte re-
clamet: ait enim: *Unus dominus, una fides,*
unum baptiſma. Nam ſi unus dumtaxat eſt do-
minus, quem illi in duos filios diſtrahunt;
utri, quæſo, ex illis dominationis gloriam
aſſignabimus? An Dei Patris genito Verbo? in
hunc namque cum univerſorum dominus reipſa
ſit, & dominatus nomen, & res ipſa quoque
multo maxime convenit. Cedo autem, quo
interim loco alterum illum habebimus? Nam
cum hic priori illi, utpote infinitis partibus
excelſiori, jure meritoque ceſſurus ſit, neceſſum
eſt ut dominationis titulum prorſus amittat. At
dominationis gloria, ut illi ipſi qui leparant,
dicunt, e muliere prognato tribuetur. Cum
igitur ſacrarum litterarum teſtimonio, unus
tantum ſit dominus; ſi dominationis voca-
bulum nudo homini impartimur, quomodo
Dei Patris Verbum dominationis appellatio-
ne coheneſtabimus? Quomodo rurſum una
erit fides, & unum item baptiſma? Nam ſi
duo ſunt filii, ut quidam opinantur, in
quem ex illis credimus? illorum inſcitiæ erit
dicere, in cujus etiam nomine baptizati ſu-
mus, cum unum ſit baptiſma.

VIII.

Intelligit prudentia veſtra perſpicue, in
famam hanc doctrinam in magnam abſurdi
tatem inclinare, imo vero in extremam im
pietatem præcipitem ferri. Exiſtimo autem
vos quæ divinum illud Chriſti myſterium ac-
curatius expenditis, perſpicaci mentis oculo
illos internoſcere, qui impoſturam molun
tur, orationique ſuæ pietatis perſonam indu
cunt, cum quovis interim venenato jaculo
magis feriant. nam ſi quod res ipſa eſt, pa
lam dicere licet, dominum qui eos redemit,
hoc eſt, Chriſtum, inficiantur. Verumtamen
impiorum ob hanc rem offenſionem, zelum
que æmulatione dignum metuentes, cum qui
ex ſacra virgine natus eſt, & Deum & Domi-
num, & Dei Filium eſſe profitentur. Quod
ſi qui ex rudioribus illorum ſermones forte
hauriunt, reſta mox, ut probabile eſt, &
convenientia, & quæ a veritate non diſſen-
tiant, illos loqui arbitrantur. Verum qui dic-
ta illorum exactius perſcrutantur, & juſtis
ponderibus examinant, nihil non fucatum ac
perplexum comperiunt: ſunt enim dii mul-
ti & domini multi, & in cœlo & in terra,
quemadmodum divinus Paulus ſcriptum no-
bis reliquit: *Nobis tamen unus eſt Deus Pa-*
ter, ex quo omnia, & nos in illum. & unus
dominus noſter Jeſus Chriſtus, per quem omnia,
& nos per ipſum. Ceterum cum Dei Patris
Verbum humana forma indutum, Jeſum
Chriſtum nominamus, dignitatem hanc non
muneri datam, aut ei extrinſecus adventitiam
obtigiſſe ſignificamus; ſed quod creditum eſt
eſſe, hoc ipſum ſecundum veritatem eſſe in-
dicamus. Nam cum extra carnem ſuapte
natura Deus eſſet, poſteaquam carnem induit,
Deus eſſe non deſtitit. Rurſum cum ante

πάντων ἀξιώτερος, ὅτι καὶ φύσει Θεὸς ὁ ἐκ πατρὸς
ἐστι λόγος, καὶ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν
εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσφερόμε-
νον. οὐκοῦν ἀσεβὲς, καὶ τῆς λίαν ἐκτοπωτάτης,
τὸ τέμνειν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χρι-
στόν. ἀντιτάξεται δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ σοφώτατος Παῦ-
λος λέγων· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισ-
μα. εἰ γὰρ ἐστι κύριος εἷς, εἶτα τέμνουσί τινες
εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα, τίνος τιμὴν τῆς κυριότητος
δόξαν περιθήσομεν; ἆρα οὐ τῷ ἐκ πατρὸς φύσει τε
λόγῳ; πρέπει γὰρ αὐτῷ τὸ τῆς κυριότητος ὄνο-
μα τε μάλιστα καὶ χρῆμα, καὶ ἔστιν ἀληθῶς τῆς ὅλων
δεσποτης. εἶτα ὅπου ποτὲ τὸν ἕτερον θήσομεν; ἐγὼ γὰρ κεῖσεται τὸ εἶναι κύριος, παραχωρῶν
τῷ πρωτοπάρχοντι, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερτρομέω·
ἀλλὰ τῷ ἐκ γυναικὸς, ὡς αὐτοί φασιν ἀποδεί-
ξαντες, τιμὴν τῆς κυριότητος ἀναψομεν δόξαν. εἶ-
τα πῶς ἔσται κύριος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος;
εἴπερ ὄντος ἑνὸς κυρίου, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀν-
θρώπῳ ψιλῷ τὸ τῆς κυριότητος ὄνομα χαριούμε-
θα; πῶς δὲ καὶ μία πίστις; ἢ πῶς ἓν τὸ βάπ-
τισμα; εἰ γὰρ υἱοὶ δύο, κατά τινας, εἰς τίνα πι-
στεύομεν; τῆς ἐκείνων ἀμαθίας ἔργον ἂν εἴη
λέγειν, εἰς τε τιμῶν ὄνομα βεβαπτίσμεθα, καὶ
τοῦ βαπτίσματος ὄντος ἑνός.

ἡ.

Ἀλλ' ὁρᾶτε πάντως ἡ ὑμῶν ἀγχίνοια με-
θίστατε τὸν ἐπὶ τοῦτο λόγον, καὶ κατατεμόμενον
εἴσπε τὸ ἀκαλλὲς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς ἔσχατον ἀσε-
βειαν ἀπενηνεγκότα. οἶμαι δὲ δεῖν ὑμᾶς τὸ θεῖον
αὐτῆ φωλεύσαντα μυστήριον, ὀξεῖ διαβοίας
ὄμματι καθορᾶν, τοὺς σωκοφαντεῖν ἐθέλοντας,
καὶ προσωπεῖον μὲν εὐσεβὲς τοῖς ἰδίοις περιπλάτ-
τοντας λόγοις, βολιδᾶν δὲ μᾶλλον ἀπάσης ὀξύτε-
ρον ἔχοντας αὐτοὺς. ἀρνεῖσθαι μὲν γὰρ, ὅσον ἥκειν
ἐπὶ τὴν εἰς δύναμιν ἀληθείας, τὸν ἀγοράσαντα αὐ-
τοὺς δεσπότην, τοῖσι Χριστὸν· δεδιότες δὲ τῆς δι-
στάζειν εἰωθότων τοὺς ἐπὶ τοῖσδε λύπας, καὶ μᾶλ-
ζηλον τὸν ἀξιάγαστον, ὁμολογοῦσιν, ὅτι καὶ Θεὸς
ἐστὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένος, καὶ μὴν
ὅτι καὶ κύριος, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. κἂν εἰ μᾶλλον τις τῆς
ἁπλοῦς τοὺς παρ' αὐτῆς δεχθεῖσι λόγους, νομιεῖ πε
καὶ τὸ εἰκὸς ὁρᾶν καὶ εἰκότα λέγειν, καὶ τοῖς τῆς
ἀληθείας οὐκ ἀπάδοντα δογμασιν. εἰ δὲ δή τις
ἐλοιτο κατισχυσαι τοῖς ἰδίοις αὐτὸς, καὶ τὸ ἀκρι-
βὲς ποιεῖσθαι τῷ εἰρημένων τιμῶν βάσανον, οὐκ
ἁπλοῦν ἄρτσει. εἰσὶ μὲν γὰρ θεοὶ πολλοὶ, καὶ
κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ
καὶ ὁ μακάριος ἡμῖν γράφει Παῦλος. ἀλλὰ ἡμῖν εἷς
Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐ-
τὸν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα,
καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. πλὴν ὅταν Ἰησοῦν Χριστὸν ὀνομά-
ζωμεν, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἐν ἀνθρωπείᾳ
μορφῇ πεφηνότα σημαίνομεν, οὐκ ἐν χαείτω
μέρει καὶ ἐπακτὸν ἔξωθεν ἔχοντι τὸ ἀξίωμα, ἀλ-
λὰ ὄντι τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, ὅπερ εἶναι πεπί-
στευται. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ δίχα σαρκὸς,
μεμένηκε Θεὸς καὶ μετὰ σαρκὸς· καὶ υἱὸς ὢν φύσει

καὶ

καὶ πρὸ σαρκὸς, μεμψήκατο υἱὸς καὶ * ὅπερ γέγονε σὰρξ· καὶ πάλιν ὢν ἀληθῶς τῆς ὅλων, ἐν τοιῷδε πάλιν ὁρᾶται * δόξῃ, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι γέγονώς. ὡς ἂν εἰ Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι λέγωσι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, τετιμῆσι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, κατὰ φύσιν ἐνῶσθαι σαρκὶ, δι' ἃ τί δεδίασιν ὁμολογεῖν, ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος; ἀλλὰ σκοπὸς αὐτοῖς ἐκπλάττεσθαι μὴ, ἢ λέγειν, ὅτι ναὶ καὶ Θεός ἐστι, καὶ κύριος, καὶ συναΐδιος τῷ πατρί· φρονοῦσί γε μὴν οὐχ οὕτως κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' ὡς ἐν χάριτος μέρει, καὶ ὡς ἐκ προκοπῆς δεδόσθαι φασὶ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κοινῷ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπῳ γεγεννημένῳ τιμὴν τῆς υἱότητος καὶ τῆς κυριότητος δόξαν.

* Sup.

* vide

A assumptam carnem naturalis Dei Filius esset, quando caro jam factum est, Filii rationem non amisit. Tandem cum universorum dominus ante existeret, posteaquam humana natura ornatum prodiit, ab eo ordine & dignitate non excidit. Igitur si eum, qui ex sacra virgine prodiit, hoc est Dei Patris Verbum carni secundum naturam unitum, verum Deum esse agnoscunt, cur eamdem virginem esse deiparam fateri verentur? Verum ipsis propositum est haud ex animo profiteri virginis Filium Deum ac dominum, eademque cum Patre auctoritate præditum esse, sed verbis tantum hoc ipsum simulare. Existimant enim, homini ad nostram similitudinem ex sancta virgine prognato, cum B filiationis, tum dominationis quoque gloriam per modum cujusdam gratiæ, ac per progressus obvenisse.

θ'.

Ὅτι δὲ καὶ ἡ Θεοτόκος φωνὴ ἅμα αὐτοῖς γέγονε σωθῆναι πῖσι πρὸ ἡμῶν ἁγίοις πατράσιν, οἵ καὶ ἐπ' ὀρθῇ θαυμάζονται πίστει, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τιμὴ ὑπήκοον, δεῖ. φάθιμι ἀληθῶς ἀποφῆναι. ἵνα γὰρ μὴ δοκοίην τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς ἀβασανίστως λέγειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις πεποιημένων βιβλίων ἐν * ἐκκλησίᾳ, τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνειστορήσας, καὶ παρθεὶς εἰς ἀπόδειξιν, * κατισφραγίσω εἰς ἀλήθειαν τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους. ἔφη τοίνυν ὡς ἀληθῶς ὁ τεσμαχάριος καὶ * δεξάμενος εἰς Διόσβειαν Ἀθανάσιος, ὁ γεγονὼς κατὰ καιροὺς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, περὶ Χριστοῦ τάδε.

* παλαιοτέρων
* κατασφραγίσω.
* ἀληθῶς

Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως λόγου.

Περὶ Χριστοῦ.

IX.

Porro autem vocem hanc, deipara, veteribus patribus, quorum sanctimoniam & fidei integritatem admiramur; necnon omnibus qui eos deinceps hucusque sunt secuti per universum (ut ita dicam) terrarum orbem, familiarem esse, ostendendum esse existimavi. Ne enim citra delectum, ac temere quidquid in mentem venerit, effutire videar, argumentis ex libris, quos illi ad ecC clesiæ utilitatem composuere, petitis, atque huc in medium allatis, orationis meæ veritatem confirmare studebo. Igitur beatissimus ille; ac propter pietatis opinionem apud omnes celeberrimus Athanasius, qui superioribus temporibus Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum tenuit, libro de Christo incarnato hujusmodi verbis differit.

Athanasii episcopi Alexandriæ ex libro de incarnatione Verbi.

De Christo.

ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ γὰρ, φησὶ, καὶ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ πνεῦμα, υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, καὶ δύο φύσεις τὸν ἕνα υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει· οὐ δύο υἱούς, ἄλλον μὲν υἱὸν Θεοῦ ἀληθινὸν καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν υἱὸν Θεοῦ χρηματίζοντα, ὡς καὶ ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ, ὡς ἔφην, ἕνα υἱὸν Θεοῦ, καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἄλλον. καὶ ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς ὁ ἄγγελος τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ λέγουσῃ· πῶς τοῦτο ἔσται, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἔλεγε· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γενώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ· ὁ τοίνυν γενόμενος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, υἱὸς Θεοῦ φύσει, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ οὐ χάριτι καὶ μετουσίᾳ, κατὰ σάρκα μόνον τιμὴ ἐκ Μαρίας, ἄνθρωπος, κατὰ δὲ πνεῦμα, αὐτὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός. παθὼν μὲν τὰ ἡμέτερα πάθη κατὰ σάρκα, ὥσπερ γέγραπται· Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ. καὶ πάλιν.

1 Petr. 4.

D AGNOSCIMUS illum Dei Filium, & Deum esse secundum spiritum: Filium autem hominis secundum carnem; non duas naturas unum filium, unam adorandam, alteram non adorandam; sed unam naturam divini Verbi incarnatam, quæ simul cum ejus carne una adoratione adoratur, neque duos rursum filios, alterum verum adorandumque, nempe filium Dei; alterum ex Maria hominem non adorandum, sed per gratiam perinde ac ceteri homines, in filium cooptatum: verum unum, ut dixi Filium Dei, illum ipsum nimirum, & non alium, qui ex Deo est. Qui novissimis diebus secundum carnem ex Maria natus est, quemadmodum angelus deiparæ Mariæ: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* scisciE tanti exposuit: ait namque: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Is igitur quem virgo peperit, est verus naturalisque Dei Filius, & Deus verus, non participatione vel ex gratia, secundum carnem tantum quam sumpsit ex Maria, homo; secundum spiritum, Filius Dei, & Deus ipse. Qui quidem secundum carnem humanæ naturæ convenientia passus est: scriptum est enim; *Christo pro nobis*

Luc. 1. 34.

Petr. 4.

Rom. 8. v. 32. his *in carne paſſo*: rurſum: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum*: nihilominus ſecundum divinam naturam impaſſibilis ac immutabilis uſque permanſit, juxta illud Prophetæ pronunciatum: *Ego Deus, & non mutor*. Mortuus eſt ſane ſecundum carnem noſtra morte, noſtrorumque peccatorum cauſa; quo nimirum per mortem noſtri gratia ſuſceptam, mortem aboleret. Hinc Apoſtolus: *Abſorta eſt mors in victoria: ubi eſt mors victoria tua? ubi eſt ſtimulus tuus inferne?* Iterum: *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas*. At vero ſecundum divinitatem immortalis, omnique interitu ſuperior erat, ut qui impatibilis Patris virtus eſſet, morteque juxta Petri ſententiam teneri nullo modo poſſet. Deinde aliis quibuſdam interjectis, hæc ſubjungit: Si quis autem aliud ex divinis litteris docuerit, & alium Dei Filium, alium Mariæ per gratiam inſtar noſtri adoptatum, profeſſus fuerit, tamquam duo ſint filii, alter Dei ſecundum naturam, ille videlicet qui ex Deo natus; alter ſecundum adoptionis gratiam, homo nimirum qui ex Maria exiitit: aut ſi domini noſtri carnem non ex deipara Virgine Maria ſumptam, ſed cœlitus dilapſam prædicaverit; aut divinitatem in carnem verſam, aut confuſam, aut mutatam; aut domini divinitatem paſſibilem, aut ejuſdem domini noſtri carnem, veluti nudi hominis, minime adorandam dixerit; hunc anathemate pleſtit ſancta & catholica eccleſia, dictis apoſtoli parens ita ſcribentis: Galat. 1. v. 9. *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Hucuſque beatus Athanaſius.

Ὅς γε τῶ ἰδίῳ υἱῶ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν Rom. 8. 32.
πάντων παρέδωκεν αὐτόν. ἀπαθὴς δὲ διαμένας τῇ
τῇ ἀναλλοίωτῳ κατὰ τὴν θεότητα, κατὰ τὸ λε-
γόμενον ὑπὸ τῶ προφήτου· ἐγὼ Θεός, καὶ οὐκ Malac. 3. 6.
ἠλλοίωμαι. ἀπαθανὼν μὲν τὸν ἡμέτερον θάνατον
κατὰ σάρκα ὑπὲρ τῆ ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα τὸν θά-
νατον ἀνέλῃ διὰ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θανάτῳ, κατὰ τὸν
λέγοντα ἀπόστολον· καταπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖ- 1. Cor. 15.
κος. ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦ σου ᾅδη τὸ κέν- 55.
τρον; καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁ-
μαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς. ἀθάνατος δὲ
καὶ ἀκράτητος τῷ θανάτῳ διαμένας τὴν θεό-
τητα, ὡς ἀπαθὴς τὸ παθητὸς δυνάμις, κατὰ τὸν
λέγοντα Πέτρον· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐ- Pr. 2. 24.
τὸν ὑπὸ τὸ θανάτου. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει, πα-
ρενθεὶς ἕτερα μεταξύ ὅτις· Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα
ἐκ τῆ θείων γραφῶν διδάσκει. ἕτερον λέγων
τὸν υἱὸν τῶ Θεῶ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας, κατὰ
χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱούς,
ἕνα κατὰ φύσιν υἱὸν τῶ Θεῶ τὸν ἐκ Θεῶ, καὶ ἕ-
να κατὰ χάριν, τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον. ἢ εἴτις
τὴν τῶ κυρίου ἡμῶν σάρκα ἄνωθεν λέγει, καὶ
μὴ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας· ἢ ξαπεῖσαν τὴν
θεότητα εἰς σάρκα, ἢ συγχυθεῖσαν· ἢ ἀλλοιω-
θεῖσαν, ἢ ταθητὴν τὴν τῶ κυρίου θεότητα, ἢ
ἀπροσκύνητον τὴν τῶ κυρίου ἡμῶν σάρκα ὡς ἀν-
ἀνθρώπου, καὶ μὴ προσκυνητὴν ὡς κυρίου καὶ Θεῶ
σάρκα, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ
ἐκκλησία, πεποιθυῖα τῷ θείῳ ἀποστόλῳ λέγον-
τι· εἴτις ὑμῖν εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελά- Gal. 1. 9.
βετε, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ ταῦτα μὲν ὁ μακάριος
Ἀθανάσιος.

X.

Exiſtimo autem & aliorum quoque ſanctorum epiſcoporum ſententias, quibus idem docere propoſitum eſt, neutiquam hic omittendas eſſe.

Attici epiſcopi.

HODIE Chriſtus dominus benignitatis erga homines nativitatem ſuſcepit: divinæ quippe dignitatis nativitate præexiſtebat. Addit his tactum: Benignitatis Verbum, cum ſuapte natura exinanitionis capax non eſſet, exinanitur: ſervili enim forma ſuſcepta ſemetipſum exinanivit. Qui expers erat Joan. 1. v. 14. carnis, carne induitur, *Verbum caro factum eſt*. Qui ob naturam corporis expertem ſub tactum non veniebat, palpabilis efficitur. Qui principium neſciebat, ſecundum corpus initium ſortitur. Qui abſolute perfectus erat, incrementa ſumit. Qui converti non poteſt, proficit. Qui dives eſt, in diverſorio gignitur. Qui cœlum nubibus tegit, faſciis involvitur. Qui rex eſt, in præſepio deponitur.

Antiochi epiſcopi.

QUEM heſterno die pro noſtra ſalute immaculato puerperio genitrix vitæ, mater pulchritudinis, magnificentiæ lucifique parens, ſpei apportatrix, deipara, quæ novo peperit modo, virgo & mater peperit Maria.

i.

Οἶμαι δὲ δεῖν καὶ ὑπέρων ἁγίων ἐπισκόπων παρα-
τεθεῖναι φωνὰς, τὸν αὐτὸν ἔχεσας σκοπόν.

Ἀττικὸ ἐπισκόπου.

ΣΗΜΕΡΟΝ Χριστὸς ὁ δεσπότης τῆ τῆς
φιλανθρωπίας χρήσιν ἀνεδέξατο· τὴν γὰρ
τῆς θείκης ἀξίας προϋπῆρχεν. εἶτα τούτοις ἐπιφέ-
ρει πάλιν· ὁ τῆς φιλανθρωπίας λόγος κενοῦται,
ἀκουσίως τῇ φύσιν τυγχάνων· ἑαυτὸν γὰρ ἐκέ-
νωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁ ἄσαρκος σαρκοῦ-
ται, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ὁ ἁφὴ μὲν ὑποπί- Ioan. 1. 16.
πτων διὰ τὸ τῆς φυσικὸς ἀσώματον, ψηλαφᾶται.
ὁ ἀνάρχος ὑπὸ ἀρχὴν γίνεται σωματικήν. ὁ
πλεῖος αὔξει, ὁ ἄβρεπτος προκόπτει, ὁ πλή-
σιος ἐν καταλύματι τίκτεται. ὁ περιβάλλων τὸν
ἔρανὸν ἐν νεφέλαις, σπαργανοῦται· ὁ βασιλεὺς
ἐν φάτνῃ καθιδρύεται.

Ἀντιόχου ἐπισκόπου.

ΟΝ χθὲς ἀχράντοις λοχείαις σωτῆρα ἡμῖν
ἡ ζωοτόκος, ἡ καλλιπάρθενος, ἡ μεγαλοτό-
κος, ἡ φαεσφόρος, ἡ ἐλπιδεφόρος, ἡ θεο-
τόκος, ἡ ξενοτόκος, ἡ παρθενομήτωρ ὤδινε
Μαρία.

Ἀμ-

A

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.

Ἡ Ἀλήθεια ἐγνώσθη, ἡ χάρις ἦλθε, καὶ ἡ ζωὴ ἐφάνη. ὁ τοῦ Θεοῦ ὢν υἱὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, σὰρξ ἐγένετο δι' ἡμᾶς ἵνα ὄντας εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀναστήσῃ, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναγείρῃ. ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ πρὸ πάσης κτίσεως ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μόνῳ πατρὶ καὶ πνεύματι συνυπάρχων ἀθάνατος, σήμερον ἐδείχθη ἡμῖν ἐκ παρθένου γεγεννημένος, χωρὶς πάσης ἁμαρτίας, ἄνευ ἀνθρώπου, ἤτοι ἀνδρός.

Amphilochii episcopi Iconii, ex libro de generatione domini ſecundum carnem.

VERITAS cognita eſt, gratia venit, vita apparuit. Dei Verbum, Deique Filius propter nos incarnatus eſt, quo nimirum mortales a morte ad vitam æternam revocaret. Univerſorum opifex, qui ante omnem creaturam tam viſibilem quam inviſibilem ſoli Patri & Spiritui ſancto coexiſtebat immortalis, ecce is citra ullum peccatum, ullamque hominis aut viri operam, hodie nobis ex virgine naſcitur.

Ἀμμωνος ἐπισκόπου Ἀδριανουπόλεως. B

Ἔφη γάρ που περὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου.

Ammonis epiſcopi Adrianopoleos.

Sic enim ipſe ait de Deo Verbo.

Εἰ δὲ αὐτὸς Θεὸς τὴν φύσιν ὑπάρχων, ὡς τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, ἐν προσλήψει τῆς δούλης μορφῆς γεγονὼς, καὶ πρωτότοκος υἱὸς τῆς ἁγίας παρθένου κληθῆναι καταξιώσας, ἀντίλυτρον ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων δέδωκε. προσεπάγει δὲ τούτοις· ἤδη μὲν ἔδειξα τὴν ἀσέβειαν, ἣν περιπίπτουσιν οἱ ἀρειανοὶ, λέγοντες χρείαν ἔχειν τὴν θεοτόκον Μαρίαν τῶν κατὰ τὸν νόμον τότε προσφερομένων θυσιῶν ὑπὲρ τῶν τικτουσῶν γυναικῶν.

QUOD ſi is, qui Deus ſecundum naturam eſt, utpote unigenitus Dei Filius, ſervili forma aſſumpta, ſacræque virginis primogenitus appellari non dedignatus, ſemetipſum redemptionem pro omnibus tradidit. Addit præterea: Clare patet, in quantam impietatem prolabantur Ariani, qui deiparam Mariam iis ſacrificiis, quæ pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuiſſe aſſerunt.

Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, περὶ τῆς θείας γεννήσεως. C

Φησὶ δὲ περὶ τῆς ἁγίας παρθένου.

Joannis epiſcopi Conſtantinopoleos, de divina generatione.

Dicit autem de ſancta virgine.

ΑΝΤΙ' δὲ ἡλίου, φησὶ, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἀπερυθριάστως χωρήσασα. καὶ μὴ ζητήσῃς πῶς· ὅπου γὰρ βούλεται Θεὸς, νικᾶται φύσεως τάξις· ἠθελήθη γὰρ, ἠδυνήθη, κατῆλθεν, ἔσωσε. σωτήριον πάντα θεοῦ. σήμερον ὃ ὢν τέτυπται, καὶ ὃ ὢν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν. ὢν γὰρ Θεὸς, γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. οὔτε γὰρ κατ' ἔκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε Θεός. ἀλλὰ λόγος ὢν ἀεὶ τὸ ἀπαθὲς, σὰρξ ἐγένετο, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. ἐπάγει τοίνυν· ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπουρανίου καθήμενος, ἐν φάτνῃ τέθειται· ὁ ἀναφὴς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ ἀσώματος, χερσὶν ἀνθρωπίναις ψηλάφεται· ὁ τὰ τῆς ἁμαρτίας ὄφεσπῶν δεσμὰ, σπαργάνοις ἐμπλέκεται.

LOCO ſolis, ait, incircumſcriptæ juſtitiæ ſolem complexa fuit. Neque hic quæſieris quomodo hoc factum ſit, aut fieri potuerit. Ubi enim Deus vult, ibi naturæ ordo cedit. Voluit, potuit, deſcendit, ſalvavit: omnia Dei nutum ſequuntur. Hodie qui eſt, gignitur; & rurſum qui eſt, fit id quod non erat; nam cum Deus eſſet, fit homo; ab ea tamen quam habebat deitate non excidit; nec cum deitatis jactura factus eſt homo, neque rurſum per ſuccedentia incrementa ex homine factus eſt Deus; ſed Verbum exiſtens, natura propria ob ſui impatibilitatem manente inde mutata, factum eſt caro. Adjungit demum: Qui in ſolio ſublimi præceliſque conſidet, is in præſcpio ponitur: qui impalpabilis, ſimplex, ac incorporeus eſt, humanis manibus contrectatur: qui peccatorum vincula diſrumpit, faſciis conſtringitur. D

Σεβηριανοῦ ἐπισκόπου.

Severiani epiſcopi.

ΟΤΑΝ γὰρ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ παρθένου λόγος, ἀπορρήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως, ὁ αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ παρθένου Μαρίας· ἵνα οἱ πρότερον γεννηθέντες κάτωθεν, ἄνωθεν γεννηθῶσιν ἐκ * δόλτε τας, τυτέστι Θεοῦ.

QUANDOQUIDEM Verbum quod ſuperne arcana quadam inexplicabilique, ac incomprehenſa ratione ex Deo Patre ab omni æternitate naſcitur, idipſum inferne ex virgine Maria in tempore generatur; quo hi nimirum, qui nati erant inferne, ex Deo renaſcantur denuo ſuperne. E

* Δόλτε. ita codex Seguierianus, in quo tituli teſtimoniorum deſiderantur a librario præmiſſi.

Οὐιτελίου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου.

Vitalii epiſcopi, ex ſermone de fide.

ΕΤΙ δὲ καὶ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος πιστεύομεν, ὅτι ἀναλλοίωτος καὶ ἀξέπτωτος τοῦ Θεοῦ λόγος, τῇ σάρκωσιν γενέσθαι πρὸς * ἀναλλοίωτον ἀνθρωπότητος· υἱὸς

CREDIMUS ad hæc, quod quidem ad ſalvatoris noſtri diſpenſationem ſecundum carnem attinet, incarnationem, Dei Verbo immutabili inconvertibilique permanen-

* ἀναλλοίωτον.

nente, ad humanæ naturæ inſtaurationem factam eſſe. Nam cum illud ſecundum æternam ex Deo Patre originem verus Dei Filius ſit, ſecundum eam quæ eſt ex virgine factum eſt Filius hominis. Eſtque unus & idem ſecundum divinitatem Filius perfectus, & Patri conſubſtantialis; & idem rurſum ſecundum generationem ex virgine perfectus homo, ejuſdem cum ceteris hominibus eſſentiæ ſecundum carnem. Si quis autem dixerit Chriſti corpus e cœlo deportatum eſſe, aut carnem quam habet, Deo conſubſtantialem eſſe, anathema ſit. Si quis negaverit domini carnem ex ſacra virgine ſumptam eſſe, aut hominibus conſubſtantialem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit dominum ac ſalvatorem noſtrum, qui ex Spiritu ſancto & Maria virgine ſecundum carnem natus eſt, animæ, mente, aut ſenſu deſtitutum eſſe, anathema ſit. Si quis audeat dicere Chriſtum deitate paſſum, & non carne, ut ſcriptum eſt, ſit anathema. Si quis dominum ac ſalvatorem noſtrum in duos divellit, & alterum quidem Filium Verbum Dei appellat, alterum vero hominem aſſumptum, neque confitetur unum & eundem, anathema ſit.

A γὰρ ὢν ἀληθῶς Θεῦ κατὰ τὴν ἀΐδιον ἐκ Θεοῦ γέννησιν, γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν. Ὃς ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς τέλεος Θεὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος τῷ πατρί· ὃς τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ ὁμοούσιος ἀνθρώποις κατὰ τὴν σάρκα. εἴτις δὲ ὀρθῶς λέγει σῶμα ἔχειν τὸν Χριστὸν, ἢ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ κατὰ τὴν σάρκα, ἔστω ἀνάθεμα. εἴτις μὴ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ κυρίου σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ὃς ἀνθρώποις ὁμοούσιον, ἔστω ἀνάθεμα. εἴτις τὸν κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα, τὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου γενόμενον κατὰ σάρκα, ἄψυχον λέγει, ἢ ἀναίσθητον, ἢ ἄλογον, ἢ ἀνόητον, ἔστω ἀνάθεμα. εἴτις τολμᾷ λέγειν τὸν Χριστὸν θεότητι πεπονθέναι, καὶ μὴ σαρκὶ, ὡς γέγραπται, ἔστω ἀνάθεμα. εἴτις διαιρεῖ καὶ χωρίζει τὸν κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα, καὶ λέγει ἕτερον μὲν εἶναι υἱὸν τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἕτερον τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁμολογεῖ σὺν καὶ τὸν αὐτὸν, ἔστω ἀνάθεμα.

B

Theophili epiſcopi, ex ſermone inſcripto ad eos qui cum Origene ſentirent.

Sic autem dicit de Chriſto.

Θεοφίλου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ λόγου πρὸς τοὺς φρονοῦντας τὰ Ὠριγένους.

C

Ἔφη δὲ οὕτως περὶ Χριστοῦ.

CETERUM ne is qui apparuit ſolo verbo, ſed virtute quoque verus Deus eſſe crederetur, ipſe operum magnificentia certiſſimum divinitatis ſuæ judicium fecit. Perfectus itaque Deus cum eſſet, factus eſt voluntate ſua homo; neque quidquam omnino, quod humanæ naturæ cognatum eſſet, præter unam impiam malitiam, reliquit: nam etſi infans, Emmanuel tamen eſſe agnoſcebatur. Conſtat namque magos qui ad illum venerunt, eum ipſum qui apparuerat, adoratione ſua ut Deum agnoviſſe. Sic quoque licet ſecundum carnem in crucem ageretur, ſolis tamen radios reprimebat, novoque miraculo divinitatem ſuam orbi terrarum pateſacicbat. Nuſquam autem aut ſeipſum diviſiſſe, aut in duos ſalvatores diſſecuiſſe comperitur. Quin ejuſmodi potius ſermone diſcipulos ſuos compellaſſe legitur: *Ne vocetis magiſtrum in terra: unus eſt enim magiſter veſter Chriſtus*. Neque enim quando apoſtolis hæc imperabat, divinitatem ſuam a corpore quod cernebatur, ſejungebat; neque rurſum, cum ſe Chriſtum eſſe teſtabatur, ſe animo & corpore divellebat, ſed ſimul utrumque, hoc eſt, Deus & homo erat. Servus quippe erat, qui cernebatur; dominus vero qui intelligebatur. Deitatis celſitudinem humili incarnationis forma occultabat: contra vero corpori, quod videbatur, humilitatem deitatis operatione evehebat.

ΙΝΑ μὴ ἐν λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει Θεὸς ἀληθινὸς, ὀφανὲς εἶναι πιστεύηται, τῇ τῶν δρωμένων μεγαλουργίᾳ τὴν περὶ αὐτοῦ δηλῶν ἀσφάλειαν. πλήρης μὲν ὢν Θεὸς, * αὐτοθελῶς δὲ ἀνθρωπήσας, καὶ μηδὲν ἀνθρωπείας ὁμιώσεως κατολείψας ἐκτὸς, πλὴν μόνης τῆς ἀνοσίου κακίας. καὶ βρέφος γὰρ ὁμολόμενος, Ἐμμανουὴλ ὡμολογεῖτο, μάγων πρὸς αὐτὸν ἰόντων καὶ τῷ προσκυνεῖν καὶ Θεὸν εἶναι τὸν φανέντα. βοώντων· ὅτι ὃς σαρκὶ σταυρούμενος, ἡλίου σωέλλουσι ἀκτῖνας, ὃς τῷ ξένῳ δαίματι τὴν οἰκείαν σαφηνίζων θεότητα, ὑδαμῶς σκεπάσας ἑαυτὸν, ἢ ὀχλήσας εἰς σωτῆρας δύο. ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε. μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν καθηγητὴς ὁ Χριστός· ἃ γὰρ ὅτε τοῦτο τοῖς ἀποστόλοις * παρήγγειλε, τὸ φαινόμενον σώματος τὴν οἰκείαν διώριζε θεότητα· ἐπεὶ ὅτε Χριστὸν ἑαυτὸν διεμαρτύρετο εἶναι, ψυχῆς καὶ σαρκὸς διωρίζετο· ὅτε ἄμφω τυγχάνων Θεός τε καὶ ἄνθρωπος, δοῦλος ὁρώμενος, καὶ κύριος γνωριζόμενος· τὸ μὲν ὑψηλὸν τῆς θεότητος τῷ ταπεινῷ τῆς ἀνθρωπήσεως ὑποκρυπτόμενος φρονήματι, τὸ δὲ γε ταπεινὸν τὸ ὁρώμενον σώματος τῇ τῆς θεότητος ὑπεραίρων ἐνεργείᾳ.

D

E

* αὐτοθελῶς.

* παρήγγειλε.

XI.

Non fuerit autem difficile alia ejuſmodi præclara teſtimonia non pauca his adjicere; quæ tamen prætereo, cum ſcriptum eſſe non ignorem: *Da ſapienti occaſionem, & addetur*

τά.

* Εὐχερὲς μὲν ὃν καὶ ἕτερα τούτοις ἐπισυνθεῖναι πλείστα ὅσα καὶ ἀληθῆ μαρτύρια· παρίημι δὲ, τὸ γεγραμμένον εἰδώς· δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται· γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τῷ

* οὐκ ἔστιν μή.

Παροιμ. 9. 9.

τοῦ δέχεσθαι. πλὴν ἐκεῖνο φαμὲν· ἴδοι δὴ πάντες οἱ πανάγιοί τε καὶ σοφοὶ κατὰ χρόνους ἡμῶν γεγονότες πατέρες, καὶ θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἁγίαν παρθένον· λυσθῆναι δὲ κατὰ φύσιν ὁμολογοῦμεν τῷ σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, ἔν τε τῇ νηδύϊ γρήσθαι φασὶ τῇ παρθενικῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς προελθεῖν κατὰ σάρκα· καί τοι τὸν ἄναρχον καὶ πρὸ πάντας αἰῶνος καὶ χρόνου λαχόντα γίνεσιν ἐκ πατρός. ἐπειδὴ δὲ ἴσως εἰκὸς, ὃν ταῖς μακροτέραις καὶ ἐφεξῆς τῇ λόγῳ συμπλοκαῖς ὀλιγωρεῖν ἔχοντα τὸν νοῦν, ἐθέλησαι μᾶλλον δὲ, ὡς ὃν βραχεῖ καὶ * συνεταλμένῳ ἰδεῖν τῇ ἐπὶ Χριστῷ δογμάτων τὸ ἀκραιφνέστατον κάλλος, αὐτὰς κατὰ μόνας τὰς τῇ ὄντως, ἵνα οὕτως εἴπω, καρδίας, ἐκ τῆς θεοπνεύστου καὶ νέας γραφῆς συναγηγερκὼς, πέπομφα τῇ ὑμετέρᾳ κατὰ Θεὸν εὐσεβείᾳ· ὡς ἂν ἐντυγχάνουσαι, κατὰ βραχύτε καὶ ἀνὰ μέρος αὐταί τε τὸν ἐν ὑμῖν καὶ ἔτι μείζονος καταφαιδρυνητε νοῦν· φωταγωγοῦσαι δὲ πρὸς ἀλήθειαν καὶ ὡς ἂν ὠφελεῖν ἔληθε, καυχήμασιν ἀποσολικοῖς τὰς ὁσίας ὑμῶν καταφαιδρυνητε κεφαλάς. πλούσιος δὲ λίαν ὁ ἐπὶ τούτῳ μισθὸς· γέγραπται γὰρ· ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. ἐν δέ γε ταῖς τῇ ἐννοιῶν κρίσεσιν, ἥπερ συμπεράσμασιν, ὅταν λέγωμεν. Θεὸς οὖν ἄρα ὁ Χριστὸς, ἦγουν εἷς ἄρα ὁ υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὐχ οὕτω φαμὲν, ὡς ἐκεῖνοι, Θεὸν κατὰ χάριν, ἢ υἱὸν, ἢ κύριον ὠνομάσθαι τὸν Ἐμμανουὴλ, ἢ ἐκ προκοπῆς, ἢ ἐπιδόσεως, εἰς τοῦτο δόξης ἐλθεῖν, ὡς ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς κοινὸν καὶ ἡγιασμένον ἄνθρωπον· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, εἶτα καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἐν δούλου μορφῇ καταβεβηκὼς, οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ φύσει τῇ ὅλων κύριος ἔσαι, καὶ μόνος, καὶ ἰδικῶς υἱός. ᾧ καὶ ἡμεῖς συμμορφούμενοι κατὰ χάριν τὴν δι' αὐτοῦ, πρὸς τὴν τῆς υἱοθεσίας ἀναβαίνομεν δόξαν.

ιβ'.

Ὄνομα δὲ τὸ, Χριστὸς, πρέπειν μὲν οὐκ οἶδα πῶς ὑγιαίνουσί τινες καὶ ἰδικῶς τε καὶ κατὰ μόνας, καὶ ἔξω σαρκὸς ὄντι τε καὶ νοουμένῳ τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι λόγῳ. πρέπειν δὲ ὁμοίως καὶ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγυμνημένῳ, κἂν εἰ νοοῖτο ὑπάρχων κατὰ μόνας ἔτι καθ' ἑαυτόν. ἔτι δὲ πρέπειν * ἀμφοῖν, ὥσπερεὶ τῇ τῆς συναφείας λόγου, καθάπερ αὐτοί φασιν, εἰς ἓν αὐτὼς πρόσωπον * συνεσδέοντες· ἑνώσεως γὰρ τῆς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθοῦς ἀδεὴς λόγος αὐτοῖς· καί τοι ταύτῃ ἐχόντως τῇ μυστηρίου τῆδε ὁδὸν ὀρθὴν καὶ ἀπλανεστάτην· καὶ ἡ σκέψις αὐτῷ οὐχ ἁπλῆ, πικρίας δὲ μᾶλλον καὶ ἀπάτης μεμέστωται. ἐπειδὴ γὰρ ἡ θεόπνευστος γραφὴ Χριστὸν ὀνομάζουσα, πάντα αὐτῷ προσνέμει τὰ θεοπρεπῆ. οἴδε γὰρ, οἴδε ἐν ἀνθρωπίᾳ μορφῇπεφηνότα καὶ σεσαρκωμένον τὸν Θεοῦ λόγον. σκοπὸς δὲ τοῖς ἕτερα παρὰ τοῦτο φρονεῖν ἠρημένοις, καὶ κοινὸν ἄνθρωπον ἀποφαίνειν τὸν ἐκ γυναικὸς, ἐξ ἐπιδόσεως, ὡς ἔφην, καὶ ἐξ ἰδίας τε καὶ ἀν-

A *ei ſapientia : doce juſtum, & feſtinabit ſuſcipere.* Hoc unum interim non prætermiſerim, optimos ac ſapientiſſimos quoſque patres quotquot ante nos extiterunt, omnes ſacram virginem deiparam quoque appellare, Deique Verbum, etiamſi principii expers ſit, & ante omne ævum tempuſque ex Patre natum, carni ſecundum naturam unitum eſſe, nec non in utero virgineo latuiſſe, ac inde ſecundum carnem prodiiſſe, atteſtari. Quoniam verò dubium non eſt, mente prolixa auctoritatum ſententiarumque recitatione obtundi, remiſſioremque fieri, malle autem brevi quodam compendio dogmatum de Chriſto venuſtatem dilucide perſpicueque ob oculos propoſitam cernere; ideo ipſas, ut ſic loquar, ſententiarum medullas ex divinis novi teſtamenti ſcripturis collectas, ad veſtram in Deum pietatem mittendas exiſtimavi. Quo nimirum breviter ac ſigillatim haſce evolventes, veſtram in primis mentem etiam nunc cohonestare, deinde ad agnoſcendam veritatem, aliis quibuſcumque viſum fuerit, adjumento eſſe, necnon apoſtolicis præconiis perinde ac ſertis quibuſdam capita veſtra redimire poſſitis. Quandoquidem copioſa merces ea de cauſa reddi conſuevit: ſcriptum eſt enim: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Porro autem cum ejuſmodi ſententiis adducendis, vel earumdem quoque concluſionibus, ſubinde dicturi ſumus, Deus igitur eſt Chriſtus; aut unus ergo Filius & dominus eſt Chriſtus: non eo ſenſu id dicimus, quo illi; quaſi nimirum Emmanuel ſecundum gratiam tantum Deus, aut Filius, aut dominus ſit nominatus; aut per aſſiduos progreſſus & incrementa, perinde ac unus quiſpiam e medio grege noſtrique ſimilis homo ſanctificatus, ad illud gloriæ culmen conſcenderit. Verum unum hoc inſtituimus & dicimus, nempe Verbum cum Deus eſſet, ad exinanitionem, ſervilemque formam ſe demiſiſſe ac deſcendiſſe; ita tamen ut verus nihilominus Deus ac ſecundum naturam univerſorum dominus permanſerit, ſoluſque & proprie Filius: cui & nos quoque per gratiam ipſius conformamur, & ad adoptionis gloriam conſcendimus.

XII.

Ceterum nomen hoc, Chriſtus, quidam neſcio quomodo Dei Patris Verbo etiam ſeorſum ac per ſe, hoc eſt, ut extra carnem poſitum mente concipitur, convenire aſſerunt: mox vero in illum quoque ſimiliter illud competere contendunt, qui ex ſacra virgine natus eſt, prout hic quoque per ſe ſeparatim ſubſiſtere conſideratur: poſtremo ambobus ſimul perinde ac uni congruere tradunt, ratione nimirum conjunctionis, ut ipſi loquuntur, in unam illos perſonam colligante: (nam veræ illius naturalisque unionis, etiamſi unam hanc myſterii hujus viam planam, & ab omni errore tutam propoſitam habeant, nulla apud illos habetur fatio) & hæc illorum ſimulata confeſſio non eſt ſincera, ſed atri veneni impoſturæque plena. Nam cum divina ſcriptura Chriſtum nominans, omnia illi divina ſimpliciter tribuat; (novit enim, novit, inquam, illa, Dei Verbum in humana forma apparuiſſe & carnem factum eſſe) illorum autem inſtitutum & ſcopus, qui diverſa ab his ſentiunt, ſit perſuadere eum qui ex muliere natus

B

C

D

E

* συνεταλμένῳ

* ἀμφοῖν ἀντὶ τοῦ συναμφοτέρων.

natus eſt, hominem eſſe unum quempiam, qui per incrementa, ut dixi, & per propriam, hoc eſt humanam virtutem dignum ſe præbuerit, qui honorem quoque connexionis cum Dei Verbo aſſequeretur, & inſigni prædeſtinatione eligeretur.

A ἀνθρώπινης ἀρετῆς ἄξιον ἑαυτὸν παρασήσαιτο τοῦ χρίεσθαι τιμᾶσθαι καὶ συναφείᾳ προσώπῳ τῇ πρὸς τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ ἀπόλεκτον γένεσθαι κατὰ πρόγνωσιν.

XIII.

Idcirco nomen hoc, Chriſtus, ſoli quoque Verbo quod ex Deo Patre ortum eſt, ut ſeorſim ac per ſe ſubſiſtere conſideratur, convenire aſſerunt. Nos autem ita ſentire aut loqui nequaquam didicimus: quandoquidem tunc primum Verbum Jeſu Chriſti appellationem ſortitum dicimus, cum factum eſt ca- B ro; ſiquidem ob id Chriſtus vocatur, quia exultationis oleo, hoc eſt Spiritu ſancto a Deo Patre inunctum eſt. Quod autem inunctio illa aſſumptæ humanitatis ratione illi conveniat, id apud recte ſentientes in quæſtionem non venit: nam ſi Dei Verbum Deus eſt, nulla utique unctione indiget. Nec ullus unquam docuit Dei Verbum Spiritu ſuo inunctum aut ſanctificatum eſſe, quaſi is ſecundum naturam ab illo ſit diverſus, ſuperior & excellentior. *Minus namque ſine ulla contradictione a meliori ſemper benedicitur*. Quia ergo ſanctificatio & inunctio humanæ naturæ humilitati congruunt, fit neceſſario ut Dei Verbum non tum Chriſti C nomine donatum ſit, cum etiamnum nudum, hoc eſt, nondum incarnatum eſſet, ſed tunc demum, cum more noſtro factum homo, ſecundum naturam humanam inunctum eſt. Quamobrem nomen hoc Chriſtus, nulla ratione prius in Dei Patris Verbum conveniebat, quam humano more atque modo genitum eſſet. Quod ſi abſolute alicubi Chriſtus nominatur, mox illud incarnatum intelligas: & ſi Verbum audias peracta jam incarnatione, unitæ ipſi carnis non obliviſcaris. Porro autem arbitrari vocem hanc Chriſtus ſeorſim huic, & ſeorſum rurſus illi convenire, iſtuc, inquam, ſentire vel loqui ſtultum eſt omnino, imo vero impium, & pro- D fanum. Unus eſt enim dominus Jeſus Chriſtus non diviſus, neque diſſectus; quemadmodum ſapientiſſimus Paulus, qui Chriſtum in ſe divinum hoc myſterium recludentem habebat, manifeſte docet. Verum ad capita ordine hic jam ſequentia animum adjungentes, orationem meam rectam & ad veritatis normam accommodatam comperietis. Conſentaneum eſt autem, opinor, ut illud quoque hoc loco proteſter; puta Dei Patris Verbum æque perfectum ſuiſque numeris abſolutum eſſe in humanitate, & ſecundum humanitatis rationem, atque perfectum eſt in divinitate. Tum corpus quoque quod aſſumpſit non inanimum eſſe, ſed anima intelli- E gente perfectum & informatum. Univerſarum rerum opifex auctorque Deus (ſanctæ Chriſti ſponſæ) qui ſe diligentibus cœleſtia bona impertitur, beatas animas veſtras ſuis donis impleat, quo in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti conſurgentes, vitam glorioſam probatamque, & omni admiratione dignam tranſigatis.

ιγ'.

Ἐκεῖνό φασιν, ὅτι τὸ, Χριστὸς, ὄνομα πρέπει μόνῳ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἑαυτὸν νοουμένῳ καὶ ὑπάρχοντι τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς * ἀσυγχύτως λόγῳ. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω διδιδάγμεθα φρονεῖν, ἢ λέγειν. ὅτε γὰρ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, τότε καὶ ὠνομάσθαι φαμὲν αὐτὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. ἐπειδὴ γὰρ κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, ἤτοι τῷ ἁγίῳ πνεύματι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ταύτῃ τοι Χριστὸς ὀνομάζεται. ὅτι δὲ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἡ χρῖσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων. * εἰ μὲν γὰρ Θεός ἐστι καὶ λόγος, οὐκ ἂν ἐδεήθη χρίσεως, οὐ γάρ που φαίη τις ἂν κεχρίσθαι καὶ ἡγιάσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον τῷ ἰδίῳ πνεύματι, ὡς ἕτερῳ παρ' αὐτὸν τὴν φύσιν ὑπερκειμένῳ καὶ προὔχοντι. χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἁλίσκεται. ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέρεσι τὸ ἁγιάζεσθαι τε καὶ χρίεσθαι πρέπει, πᾶσά πως ἀνάγκη Χριστὸν ὀνομάζεσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· οὐχ ὅτε γυμνὸς ὢν ἔτι καὶ ἄσαρκος ἐτύγχανε, ἀλλ' ὅτε γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, τετέχθαι ἄνθρωπος, ἐχρίσθη κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. ὥστε τὸ, Χριστὸς, ὄνομα πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον οὕτω καθ' ἡμᾶς γεγονότι τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς φωτὶ λόγῳ. εἰ δὲ ὀνομάζοιτό ποι Χριστὸς, ἀνθρωπήσαντί μοι νοήσεις αὐτόν. κἂν λόγον ἀκούσῃς, πεσαρκωμένον ἤδη τῆς ἀνθρωπήσεως, τῆς ἐνωθείσης αὐτῷ μὴ ἀμνημονήσῃς σαρκός. ἀνὰ μέρος δὲ ταύτῳ καὶ ἐκείνῳ πρέπειν οἴεσθαι τιλὼ φωλιὼ, ἀσυμέτρων παντελῶς, μᾶλλον * δὲ καὶ ἀνόσιον ἢ φρονεῖν, ἢ λέγειν. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ οὐ μεμέρισται, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, τὸ θεῖον αὐτῷ λαλοῦντι μυστήριον. προσβαλοῦσαι δὲ τοῖς ἑφεξῆς κεφαλαίοις, ἁθρήσετε καὶ ἀπεξεσμένον εἰς ἀλήθειαν τὸν ἐμὸν λόγον. προσμαρτύρασθαι δὲ οἶμαι κἀκεῖνο καλόν. ὥσπερ γὰρ ἔστιν ἐν θεότητι τέλειος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον· οὐκ ἄψυχον σῶμα λαβών, * ἔμψυχον δὲ μᾶλλον ψυχῇ λογικῇ. ὁ δὲ Θεὸς τῷ ἄλλων, ὁ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ ὑπὲρ ἀρετὴν ἀγαθὰ, τὰς ὁσίας ὑμῶν ἐμπλήσαι ψυχὰς τοῖς παρ' * ἑαυτοῦ χαρίσμασιν· ἵνα καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἀναβαίνουσαι τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἔνδοξόν τε καὶ εὔδοκιμον τῷ ἀξιάγαστον ὑμῶν ἀποφήνητε ζωὴν, ἁγίαι νύμφαι Χριστοῦ.

Τάδε

A

Ταῦτ ἔνεστιν ἐν τοῖς ἑφεξῆς.

Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον εἰς τιμὴν αὐτῷ δόξαν ἀναβαίνοντος καὶ τοῦ προσληφθέντος ναοῦ, ἐκ τῶν ἀποστολικῶν.

* ἐκλογαί. Ἐκ τῆς καθολικῶν * ἐκλογὴ εἰς τὸ αὐτό.

* ἐκλογαί. Ἐκ τῆς εὐαγγελικῶν * ἐκλογὴ εἰς τὸ αὐτό.

Ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ Χριστὸς, ἐκ τῆς κειμένων παρὰ τῷ ἀποστόλῳ Παύλῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀποστολικοῖς * ῥήσεις. * ἰσ. εἰρήσεσι.

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις ὡς εἰς Θεὸν, ἐκ τῆς καθολικῶν, καὶ ἐκ τῆς εὐαγγελικῶν.

Ὅτι ζωὴ καὶ ἱλαστήριον ὁ Χριστὸς, ἐκλογαὶ διάφοροι. B

Ὅτι ὁ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος, ἐκ τῆς ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν ἐκλογαί.

Hæc insunt in iis quæ sequuntur.

Quod Chriſtus ſit Deus, unione ad Deum Verbum aſcendente ad ejus gloriam templo quoque aſſumpto, ex apoſtolicis.

Ex catholicis ſententiæ in idem.

Ex evangelicis ſententiæ in idem.

Quod Chriſtus ſit vita, & vivificator, argumenta ex apoſtoli Pauli aliorumque apoſtolorum litteris petita.

Quod fides ſit in Chriſtum, ut in Deum, ex catholicis & evangelicis.

Quod Chriſtus ſit vita & propitiatorium, explanationes variæ.

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit, ex apoſtolicis & evangelicis annotationes.

ΟΤΙ ΘΕΟΣ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ, ΕΝΩΣΕΙ Τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον εἰς τιμὴν αὐτῷ δόξαν ἀναβαίνοντος * καὶ τοῦ προσληφθέντος ναοῦ.

* quatuor quæ ſequuntur voces abſunt ac. Segnier.

QUOD CHRISTUS SIT DEUS, per unionem ad Deum Verbum aſcendente ad ejus gloriam templo quoque aſſumpto.

Ἐκ τῆς πρὸς Ρωμαίους.

Ex epiſtola ad Romanos.

Ρωμ. 1. 1. ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Ιησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, C ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.) ἀκὴν, εἴπερ ἔστιν εὐαγγέλιον Θεοῦ τὸ περὶ Χριστοῦ κήρυγμα, πῶς ὁ Θεὸς ὁ Χριστός; Ϛ εἰ πάσης προφητείας ἐπ' αὐτὸ βλεπούσης πείρας, καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ κηρυττούσης αἱ γραφαὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, κἂν ὠρίσθαι λέγοιτο κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης διὰ τὸ τῆς ἐναντρωπήσεως μυστήριον, πῶς οὐχ υἱὸς ἀληθῶς, ἐκ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως μαρτυρούμενος; ἐγήγερται D Ρωμ. 1. 22. γὰρ οὐκ ἄνθρωπος κοινὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς θανάτου κρείττων, καθὸ καὶ ζωὴ καὶ Θεός.

Περὶ τῆς προσκυνούντων τὴ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ἐχαρίσησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. γράφει πῶς Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις, τοτέσιν ἡμῖν. νυνὶ δὲ γνόντες Θεὸν, Γαλ. 4. 9. μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ. τίνα τρόπον ἐγνώκαμεν διὰ τῆς πίστεως, ἢ πάντως Χριστὸν Ιησοῦν; ἀκὴν εἰ μὲν ὡς Θεὸν ἐγνώκαμεν, Ϛ ὡς Θεὸν δοξάζομεν, πεφωτίσμεθα κατὰ ἀλήθειαν· εἰ δὲ ἀλλάσσομεν αὐτῷ τιμὴν δόξαν, μεμετανοήμεθα καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἡμῶν. εἰ γὰρ ὅλως πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς Θεὸν πιστεύομεν. ἢ δεῖται πάντες καὶ πάντως ὁμολογεῖν, ὅτι τοῖς τῆς ἀρχαίας ἀπάτης καὶ τῶν ἐνισχήμεθα βρόχοις, ἀνθρώπῳ κοινῷ τιμὴν πίστιν προσάγοντες. * ἀλλ' οὕτω τὸ ἀληθές. * ν. τὸ ἀληθές.

PAULUS *ſervus Jeſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in evangelium Dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem; qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundum Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti domini noſtri.* Igitur ſi prædicatio de Chriſto eſt evangelium Dei, quomodo Chriſtus non eſt Deus? Rurſum ſi omnes omnino prophetæ ad ipſum quaſi ad ſcopum collimant, divinæque ſcripturæ illum ipſum, qui ex ſemine David ortus eſt, quamquam propter incarnationis myſterium ſecundum ſanctificationis Spiritum prædeſtinatus dicatur, Filium Dei prædicant, quo pacto non eſt verus Filius; maxime vero cum per reſurrectionem ex mortuis evidens teſtimonium habeat? Neque enim in vitam reſuſcitatus eſt ut unus quiſpiam homo noſtri ſimilis, ſed tanquam morte ſuperior, quatenus nimirum vita eſt & Deus. Rom. 1. 1.

De his qui creatoris loco creaturam adorant: *Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Scribit idem Paulus alibi iis, qui ex gentibus vocati fuerunt, hoc eſt nobis, hoc modo: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti ſitis a Deo.* Quem obſecro alium per fidem cognovimus, E niſi ipſum prorſus Jeſum Chriſtum? Quare ſi illum ut Deum cognovimus, & ut Deum debito honore proſequimur, vere illuminati ſumus: ſin autem illius gloriam permutamus, merito nos ipſi quoque in noſtris cogitationibus evanuiſſe deprehendimur. Nam ſi vere in illum credimus, utique tamquam in Deum in illum credimus. Alioqui enim modis omnibus fateri oporteret, nos etiamnum priſci erroris laqueis irretitos teneri, utpote in communem hominem credentes. At non ita res habet. Galat. 4. 9.

Et

Rom. c. 1. v. 28. *Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conveniunt*. Si Chriſtum agnoſcimus ut Deum, cognitum nequaquam aſpernemur, vulgarem tantummodo hominem illum eſſe dictitantes. Sin autem inſcitia excæcati iſtuc facere veriti non fuerimus, ſimul cum aliis in reprobum ſenſum præcipites ruamus neceſſe eſt.

Rom. c. 1 v. 5. *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus*. Docet hic beatus Paulus, nos omnes ante tribunal Chriſti manifeſtari oportere, quo unuſquiſque referat, quæ in corpore geſſit, ſive bonum, ſive malum. Dixit item aliis ex ſanctis apoſtolis: *Unus eſt legislator & judex*. Canit & ipſe David quoque: *Quoniam Deus judex eſt*. Cum igitur ſententiam quam Chriſtus pro divino tribunali ſedens (ſiſtemur enim ante tribunal illius, non tamquam hominis noſtri ſimilis, ſed tamquam Dei & judicis, & legislatoris) de quolibet laturus eſt, juſtum Dei judicium apoſtolus appellet; quomodo Chriſtus non eſt Deus? *Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine juſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata a lege & prophetis. Juſtitia autem Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eum*. Sine lege juſtitiam (quam a ſanctis quoque prophetis teſtimonium habuiſſe aſſerit) eam hoc loco definit, quæ eſt per fidem in Chriſtum Jeſum. At enim quanam, quæſo, ratione is Deus cenſendus non eſt, qui credentes illum verum Deum eſſe juſtificat? Cum, inquam, huc fides tamquam ad ſcopum tendat, & ſacri præterea prophetæ fidei quæ eſt in Chriſtum Jeſum teſtimonium perhibeat; quis propter humanam naturam, hoc eſt Verbi incarnationem, illius divinitatem inficiari audeat?

Rom. c. 3. v. 23. *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, juſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Jeſu*. Si peccati labe contaminari facit nos egere gloria Dei, quoniam peccatum non novit: de Chriſto autem eſt in ſacris litteris, quod peccatum non fecerit; nos autem ea de cauſa ab ejus gloria abſumus, quia abſque delicto non vivimus: cui dubium eſſe poteſt, quin Verbum incarnatum Deus ſit? nam peccatum non fecit.

Rom. c. 3. v. 31. *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus*. Lex Moſaica Deum unum adorandum eſſe docuit. Ait enim: *Dominus Deus tuus Iſrael, Deus unus eſt*: & ipſe quoque Deus eoſdem hac oratione compellabat: *Non erunt tibi dii alii præter me*. Numquid igitur fides quæ eſt in Chriſtum, eos qui per eam vocati ſunt, eo tranſtulit, ut unum ſecundum naturam Deum non adorent? legemne ergo deſtruimus, quæ ad unum verum Deum nos ducit? Abſit, inquit ille: ſed legem ſtatuimus. Adjungimus ergo nos Chriſto tamquam vero Deo, ne violatæ legis inſimulemur, ſed commendemur, ut qui legem per fidem ſtatuamus.

Deut. c. 6. v. 4. Exod. c. 20. v. 4.

Rom. c. 4. v. 17. Et de Abraham ſcribit: *Ante Deum cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt*. Cum igitur

Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.) εἰ Χριστὸν ἐγνώκαμεν ὡς Θεὸν, τῷ ἐπ' αὐτῷ γνῶσιν μὴ ἀποδοκιμάζωμεν, ἄνθρωπον εἶναι λέγοντες κοινόν. εἰ δὲ τοῦτο δρᾶν ἐξ ἀμαθίας τολμῶμεν βαδούμεθα πάντως ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις εἰς ἀδόκιμον νοῦν.

Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.) μακάριος Παῦλος, τοὺς πάντας ἡμᾶς δεῖ, φησὶ, φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. ἔφη δέ τις καὶ ἕτερος τῶν ἁγίων ἀποστόλων· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, καὶ κριτής. ψάλλει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Δαυὶδ, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. ὅτε τοίνυν δικαιοκρισίαν Θεὸν φησὶν εἶναι τῷ ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ θεὸν ἑκάστῳ ψῆφον, ᾗ αὐτὸς ἐξοίσει Χριστὸς· παραστησόμεθα γὰρ τῷ βήματι αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὡς ἐνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς κριτῇ καὶ Θεῷ καὶ νομοθέτῃ· πῶς οὐχὶ Θεὸς ὁ Χριστός, διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. δίχα νόμου δικαιοσύνη, ᾗ ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν μεμαρτυρῆσθαι φησι, τῷ διὰ πίστεως εἶναι λέγει * τῷ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. εἶτα, πῶς ὁ Θεὸς ὁ δικαιῶν τοὺς πιστεύοντας, ὅτιπερ ἦν Θεὸς ἀληθῶς; ὁρᾷ γὰρ εἰς τοῦτο τὸ τῆς πίστεως πέρας. μαρτυρούντων δὲ τῶν ἁγίων προφητῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, τίς ὁ φάναι τολμῶν, οὐκ εἶναι Θεὸν αὐτὸν διὰ τὸ ἄνθρωπινον, ἤγουν ὅτε γέγονε σὰρξ ὁ λόγος;

Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.) εἰ τὸ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς ὑστερεῖσθαι ποιεῖ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ οἶδεν ἁμαρτίαν· γέγραπται δὲ περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν· ὑστερούμεθα δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τῆς δόξης αὐτοῦ πλημμελοῦντες ἡμεῖς· Θεὸς ἄρα ἐστὶ καὶ μετὰ σαρκὸς ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν.

Ephes. 1. 19. Περὶ τοῦ Θεοῦ κ̀ πατρός φησι· κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ☩ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, κ̀ ἐξουσίας, ☩ δυνάμεως, κ̀ κυριότητος, κ̀ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ κ̀ ἐν τῷ μέλλοντι.) ἰδοὺ τὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν κεκαθικεν ὁ πατὴρ δεξιᾷ αὐτοῦ, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, ☩ ἐξουσίας, ☩ δυνάμεως, κ̀ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου. ἆρα οὖν συνεδρεύει τῇ ὑπὲρ πάντα φύσει καθ' ἡμᾶς νοουμένους ἀνθρώπους, κ̀ ἕτερον ὄντα; ἢ ὅπερ ἐσὶν ἀληθὲς, ὡς Θεὸς ἀνθρωπήσας, κ̀ ὑπάρχων μὲν ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, καθὸ πέφηνεν ἐξ αὐτοῦ, προσλαβὼν δὲ τὸ ἀνθρώπινον οἰκονομικῶς, ἵνα ἐν *αὐτῷ νοῆται Θεός τε ὁμοῦ ☩ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, κ̀ διὰ τοῦτο τῇ θείᾳ δόξῃ κατεσεμνύνθη;

* al. ταύτῃ.

Ephes. 2. 11. Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ποτὲ ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυσία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς * Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, κ̀ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, κ̀ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.) εἰ Χριστὸν οὐκ ἔχοντα τὰ ἔθνη διεπλεω ἐν ἀθεότητι κατὰ τὸν κόσμον· ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἐχήκασιν, ἃ μεμνήκασιν * ἄθεοι· πῶς ἄρα ὁ Θεὸς ὁ Χριστός;

* Θεοῦ.

* ἄθεοι.

Ephes. 3. 14. Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς κ̀ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆ-

lium, & Spiritum ſanctum, quomodo in Chriſtum baptizati dicimur, ſi Chriſtus non eſt verus filius, cum unus tantum ſit natura filius? Atqui in ipſum baptizati ſumus: Deus igitur eſt ut Filius unus, & dominus unus, cum per unionis diſpenſationem Verbum caro factum ſit.

Galat. 4. 8. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non ſunt dii, ſerviebatis: nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti ſitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa?* Si Chriſtum profitentes, Deum cognovimus, & cogniti a Chriſto, cogniti dicimur a Deo, quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Galat. 6. 14. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti; per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Beatus David canit: *Gloriabor in Deo ſalutari meo.* Utique ſapiens, & ſancto viro conveniens dictum: non enim in homine gloriari nobis fas eſt, ſed in Deo. Quomodo ergo Paulus in cruce domini gloriari ſe prædicat, cum in Deo potius id fieri oporteret? Nam hic aliorum ſanctorum ſcopus ſemper extitit. Atqui etiam Paulus divino Spiritu non carebat; & tamen in Chriſti morte gloriari non dubitat. Norat ergo verum Deum eſſe, etiamſi noſtri cauſa in carne mortem perpeſſus foret.

C

Ex epiſtola ad Epheſios.

Ephes. 1. 19. SEcundum *operationem potentiæ virtutis ejus* (eſt hic ſermo de Deo & Patre) *quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum a mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.* En illum ipſum quem ex mortuis exſuſcitarat, conſtituit Pater ad dexteram ſuam ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & omne nomen quod nominatur. Numquid ergo D homo noſtri ſimilis, & nihil aliud, in naturæ omnium ſupremæ dextera aſſidet? an quod verum eſt, ut Deus homo factus? Verbum namque Patri, prout ab eo procedit, conſubſtantiale, natura humana diſpenſatorie aſſumpta, factum eſt homo. Quare et factum eſt, ut in uno eodemque ſimul Deus exiſteret, & homo, divina gloria redimitus.

Ephes. 2. 11. *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos eratis gentes in carne, dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumciſio in carne manufacta: quod eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati a converſatione Iſrael, & haſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non ha-* E *bentes, & ſine Deo in hoc mundo.* Si gentes Chriſtum non habentes, in impietate ſecundum hunc mundum perſeverabant; poſtquam autem ipſum habere cœperunt, abſque Deo non fuerunt: quid ita Chriſtus non eſt Deus?

Ephes. 3. 14. *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur; ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.*

Nomen hoc Chriſtus Jeſus (ut ſæpiſſime jam ante monuimus) ubique Dei Patris Verbum humana forma indutum ſignificat. Si ergo Chriſtus (poſteaquam Verbum, quod ipſum quoque per ſpiritum ut Deus in nobis inhabitat, carnem ſemel aſſumpſit) non eſt Deus; quomodo per fidem in cordibus noſtris inhabitare dicitur? Rurſum communis homo eſt Chriſtus, & filius ab eo diverſus, qui natura filius eſt, & ſolus ex Deo natus eſt; quis, quæſo, eſt ille, qui habitat in nobis? Aut quomodo in hominibus inhabitat per fidem? cum Joannes de eo dilucide dicat: *In hoc cognoſcimus, quod in eo manemus, & ipſe in nobis eſt, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.* 1 Joan. 4. 13.

A δια τὸν Χριστὸν δια τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.) τὸ Χριστὸς Ἰησοῦς ὄνομα, καθὸ πλειστάκις εἰρήκαμεν, ἀνθρωπείαν μορφὴν τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα λόγον σημαίνει παντηχοῦ. πῶς ἂν οὖν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κατοικεῖ δια τῆς πίστεως, εἰ μὴ νοεῖται Θεός; σώσαντος ἅμα τὴν σάρκα τὸ λόγου, ὃς καὶ θείκως ἐν ὑμῖν κατοικεῖ δια τὸ πνεύματος; εἰ δὲ κοινὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, καὶ ἕτερος υἱὸς παρὰ τὸν φύσει καὶ μόνον, φημὶ δὴ τὸν ἐκ Θεοῦ. τίς ὁ ἐν ἡμῖν κατοικῶν; ἢ πῶς ἀνθρώποις δια πίστεως ἐνοικίζεται; καὶ τοι λέγοντος Ἰωάννου σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύ- B ματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. 1 Joan. 4. 13.

Ex epiſtola ad Philippenſes.

Philip. 3. 7. QUæ *mihi fuerunt lucra* (de gloriationibus in lege loquitur) *hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam.* Quid eſt, amabo, eximia Chriſti Jeſu ſcientia? cur omnia quæ legis ſunt, detrimentorum & quisquiliarum loco duxit; cum lex Moſaica priſcis illis hominibus verum naturalemque Deum prædicaverit, non ſecus ac novæ legis docto res Jeſum Chriſtum nunc hominibus annunciant. Sane ſi tantum communis noſtrique ſimilis homo eſſet, cum Verbo quod ex Deo procedit, hypoſtatica unione non connectus, atque ideo nec Deus creditus; non video, qua ratione fides in ipſum, fidem quæ ex lege eſt, excelleret.

Ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους.

Φιλιπ. 3. 7. Περὶ ἧς ἐν νόμῳ κεχαριτωμένων φησὶν· ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἡγημαι δια τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μενοῦνγε ἡγοῦμαι τὰ πάντα ζημίαν εἶναι, δια τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω.) δια τί ζημία σκύβαλα ὁ νόμος; τί δὲ καὶ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ; καὶ τοι Θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθινὸν ὁ διὰ Μωσέως νόμος τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐκήρυττεν. οἱ δὲ τῆς νέας διαθήκης μυσταγωγοὶ C Χριστὸν τῷ κόσμῳ κατηγγέλκασιν. ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, αὐτοδηλότατον κοινὸς, οὐκ ἐνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν, τῇ πρὸς γε φημι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, εἶναι Θεὸς πεπιστευμένος, πῶς ὑπερέξει τῆς νομικῆς πίστεως ἡ κατ' αὐτόν;

Ex epiſtola ad Coloſſenſes.

Coloſſ. 1. 24. GAudeo *nunc* (inquit) *in paſſionibus meis pro vobis, & adimplco ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus, quod eſt eccleſia, cujus factus ſum ego miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis, ut implcam verbum Dei; myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ ſacramenti hujus gentibus, quod eſt Chriſtus, in nobis ſpes gloriæ, quem nos annunciamus.* Quomodo abditum eſt myſterium, aut Dei promus Verbum eſt, aut cujusmodi tandem gloriæ opes ſuppetunt Chriſto, ſi quidem vulgaris tantum noſtrique ſimilis homo exiſtat? Neque enim grande aut magni alicujus ponderis myſterium hic latet, ſi Chriſto non cohæremus tamquam Deo, certoque perfuaſum habemus Dei Verbum, quod in forma & æqualitate Patris eſt, hominem factum ad ultroneam exinanitionem ſe demiſiſſe, manens interim hoc ipſum quod erat. Ad hunc enim modum myſterium hoc acceptum ingentes magnificentiæ & gloriæ divitias offert.

Ἐκ τῆς πρὸς Κολασσαεῖς.

Κολοσσ. 1. 24. ΝΥΝ χαίρω, φησὶν, ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῆς θλίψεως τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. D οὗ ἐγὼ ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅ ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης, ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν. πῶς κέκρυπται τὸ μυστήριον, ἢ πῶς ἐστιν ὅλως λόγος Θεοῦ, ποῖος δὲ ὁ πλοῦτος τῆς δόξης ἐστὶν αὐτῷ, εἴπερ ἐστὶ κοινὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, οὐδὲ γὰρ μέγα ἐστὶν, ἀλλ' εἰδὲ ἀξιολογον τὸ μυστήριον, εἰ μὴ ὡς Θεῷ E προσείημεν τῷ Χριστῷ, καὶ συνιέμεν, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν ἰσότητι καὶ μορφῇ τοῦ πατρὸς, κἀθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἀνθρωπος γενόμενος, καὶ μεμβυήκως ὑπὲρ ἡμῶν· πλούσιον γὰρ οὕτω, καὶ δοξῃ πολλῇ νοεῖται τὸ μυστήριον.

Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον Κολοσσ. 2. 6. ἡμῶν, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, ἐρριζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν πίστει.) πῶς οὖν παρελάβομεν τὸν Χριστὸν, διδάξει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Ioan. 1. 14.

Coloſſ. 2. 6. *Sicut ergo accepiſtis Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, in ipſo ambulate, radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati fide.* Quomodo nos Chriſtum ſuſceperimus, id facit Joannes ejuſmodi oratione breviter explicat: *Et Verbum*, inquit, *caro factum eſt.* Verum- Joan. 1. 14. αλλ'

ἀλλ' ὁ πίστωσιν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ εἰ γέγονε σάρξ. σωιδρδει γὰρ καὶ οὕτω τῷ ἰδίῳ πατρὶ, καὶ κύριος τῆς δόξης ὁ ἐσταυρωμένος ὠνόμασται.

Κολοσ. 4. 2. Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ· προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, δι' ὃ καὶ δέδεμαι· ἵνα φανερώσω αὐτό, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.) εἰ μὴ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπος δὲ θείᾳ χάριτι τετιμημένος, οὐδὲ ἔχει βαθὺ τὸ ἐν αὐτῷ μυστήριον· ποίας ἂν εὑρεῖτο θύρας εἰς τὸ * φανερῶς αὐτὸ, καὶ καθὼς ἔδει λαλῆσαι; μέγα γὰρ οὐδὲ ἡ χαλεπὸν τὸ περὶ ἀνθρώπου λέγειν, ὡς ὅτι κατὰ φύσιν ἄνθρωπος. εἰ δὲ ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ ἐκ Θεοῦ κηρύττεται λόγος, χρεία, δὲ πάντως Θεοῦ τῷ καὶ θύραν ἀνοίγοντος, καὶ διδόντος λαλῆσαι τὸ μυστήριον, καθ' ὃν προσήκει τρόπον.

* φανερῶσαι φανερῶ.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

Ἑβρ. 1. 6. Ψαλμ. 96. 8. Ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.) μονογενὴς κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ὠνόμασται λόγος, ὅτι μόνος ἐκ μόνου γεγέννηται τοῦ πατρός· εἴρηται δὲ καὶ πρωτότοκος, ὅτε καὶ εἰσῆλθε εἰς τὴν οἰκουμένην ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ μέρος αὐτῆς. πάλιν καὶ ὅπου προσκυνεῖται παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἀναπεμπόμενός τε καὶ προσκυνούμενος μόνῳ Θεῷ τῷ καὶ προσκυνεῖσθαι δεῖν. πῶς οὖν ὁ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ ἐν οὐρανῷ προσκυνούμενος;

Ψαλμ. 103. 4. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. πρὸς δὲ τὸν υἱόν· ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ, ἡ ῥάβδος τῆς εὐθύτητος, ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας * ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.) εἰ ποιητὴς ἀγγέλων ἐστὶν ὁ θρόνον ἔχων εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἀγαπήσας τε δικαιοσύνην, καὶ μεμισηκὼς * ἀδικίαν, καὶ διὰ τοῦτο κεχρίσθαι λεγόμενος τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. τί δὴ ἄρα φαμὲν εἰς ἐννοίας ἐρχόμενοι τὰς ἐπ' αὐτῷ; εἰ γὰρ ποιεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ θρόνον ἔχει θεότητος· τίνα χρῖσιν χρίεται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως; οὐκοῦν χρίζει μὲν ὡς Θεὸς ἀγγέλους, χρίεται δὲ ὡς ἄνθρωπος· οὐκ εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας ἀδιεξίτητον ἐρχόμενος τῷ χρίσματος. Θεὸς ἄρα καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστός· Θεὸς μὲν τῇ φύσει, ἄνθρωπος δὲ καθ' ἡμᾶς ὁ αὐτὸς οἰκονομικῶς, ὅτε γέγονεν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα.

* ἀνομίαν. * ἀνομίαν.

Ἑβρ. 3. 12. Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μή ποτέ ἐστιν ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, τὸ τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος.) εἰ ἀρνούμενοι τὸν Χριστὸν, ἀφιστάμεθα Θεοῦ ζῶντος καὶ ἀληθινοῦ· ἐμμένοντες δὲ τῇ εἰς αὐτὸν πίστει, κατ' ἐδοκὰ ἕξιν ποιούμεθα τῆς ἀποστασίαν· πῶς ὁ Θεὸς ὁ Χριστός;

Ἑβρ. 9. 13. Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς

A tamen licet caro factum eſt, per hoc tamen Verbum eſſe non deſiit. Nam etiam in eo ſtatu pari cum Patre auctoritate pollet; & qui crucis ſupplicium pertulit, dominus gloriæ appellatur.

Coloſſ. 4. 2. *Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione: orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti (propter quod etiam vinctus ſum) ut manifeſtem illud ita, ut oportet me loqui.* Sane ſi Chriſtus Deus non eſſet, ſed homo tantum divinæ gratiæ munere donatus, myſterium de ipſo non admodum profundum foret. Quo igitur oſtio patefacto opus erat, ut illud manifeſtaretur, commodeque B (ut oportebat) proponeretur? ſiquidem non eſt res magna, aut ardua de homine dicere, quod natura homo ſit. Si autem Verbum Dei homo factum prædicetur, jam omnino opus erit præſidio Dei, qui oſtium reſeret, convenientemque myſterii hujus explicationem largiatur.

Ex epiſtola ad Hebræos.

Hebr. 1. 6. Pſalm 96. 8. CUM *introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* Naturale Dei Patris Verbum unigenitus appellatur, quandoquidem ſolum ex ſolo Patre genitum eſt: primogeniti autem nomen tum demum obtinuit, quando homo, C & mundi pars effectum in hunc terrarum orbem ingreſſum eſt. Verumtamen hac quoque ratione a ſanctis angelis adoratur. Jam cum adoratio ſoli Deo debeatur, & ad illum ſolum referatur, quis Chriſtum Deum eſſe ambigat, ut qui etiam in cœlo adoretur?

Pſalm 103. 4. *Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi. Virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Si angelorum Pſalm 44. 7. D conditor eſt, ſi thronum obtinet ſempiternum, juſtitiam dilexit, & iniquitatem odio habuit, eaque de cauſa exultationis oleo a Deo Patre inunctus fuit; quid ſtatuere aut cogitare nos par eſt, dum in ejuſmodi de ipſo ſententias incidimus? Nam ſi cœleſtes ſpiritus ſuos facit miniſtros, thronumque poſſidet deitatis; quomodo oleo exultationis delibutus aſſeritur? Sane angelos creat ut Deus, inungitur autem ut homo; ita ut ipſa unctio non ad divinam naturam, ſed ad diſpenſationis ſapientiam procul dubio referatur. Eſt itaque Chriſtus Deus, & homo: Deus quidem natura, homo vero noſtri ſimilis diſpenſatorie, quando ni- E mirum ſecundum carnem ex muliere natus eſt.

Hebr. 3. 12. *Videte fratres, ne forte ſint in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a Deo vivo.* Si Chriſtum abnegantes, a Deo vivo & vero deſciſcimus; in fide vero quæ in ipſum eſt perſiſtentes, defectionis crimine nullatenus obligamur; quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Hebr. 9. 13. *Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chri-*

Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi? Si Chriſtus verus Deus non eſt, quam, quæſo, utilitatem illius ſanguis nobis poterit afferre? aut quomodo conſcientias noſtras ab operibus mortuis poterit expiare? Quid enim vulgaris hominis ſanguis virtutis aut efficacitatis habet, quod non etiam ſanguis hircorum? nihil omnino. Hoc ſolum namque inter hunc & illum intereſt, quod hic ſit animantis bruti, ille vero animantis ratione præditi. Verum quia naturalis Dei Filius carnem aſſumpſit, ſanguinemque ſuum pro omnibus profudit, factum eſt, ut credentes in ipſum valeat emundare, exque mortuis operibus liberatos divino cultui mancipare, Deoque offerre.

τλιῷ τῆς σαρκὸς καθαρότητι· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι; εἰ μὴ Θεὸς ἀληθὴς ἐστὶν ὁ Χριστὸς, τίς ἡ ὄνησις ἡ διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ; ἢ πῶς ἡμῶν καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων; αἷμα γὰρ ἀνθρώπου κοινὸν τί τὸ πλέον ἔχει παρὰ τὸ αἷμα τῶν τράγων; ἀλλ' ὅδε ὅλως, πλὴν ὅτι τὸ μὲν ἄλογα ζῶα, τὸ δὲ λογικά. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, σάρκα λαβών, ἔθηκεν ὑπὲρ πάντων τὸ ἴδιον αἷμα. πιστὴ τοι καθαρίζειν δυνάμει τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, καὶ νεκρῶν ἔργων ἀπαλλάττειν, καὶ προσαγειν εἰς λατρείαν τῷ Θεῷ.

Hebr. 10. 28. *Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritus gratiæ contumeliam fecerit?* Si divinæ legi contumeliam faciens, eamdemve tranſgrediens, non pari cum eo tenetur crimine, qui in hominem peccaverit, ſed longe graviori (ſiquidem qui legem violaſſet, mortis ſupplicio multabatur; qui autem in hominem deliquit, veniam interdum conſequitur) quomodo igitur majori pœna dignus cenſetur, qui Chriſti ſanguinem pollutum duxerit, eo qui in Moſaicam legem peccatum admiſerit? Atqui graviorem citra ullam controverſiam prometeretur. Cur ita? quia Chriſti ſanguis non vulgaris communisve hominis ſanguis eſt. Verbum enim, quod carne ſe induit, Deus eſt.

Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ, δοκεῖτε, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος * ἐνυβρίσας, ἐν ᾧ ἡγιάσθη; ὁ θετήσας νόμον, ἤγουν ἀθετήσας, οὐκ ἴσον ἔχει τὸ ἔγκλημα τῷ εἰς ἄνθρωπον ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ πολὺ φορτικώτερον. ὁ γὰρ ὁ μὴ νόμον παραβεβηκὼς, ὑπὸ πλὴν τοῦ θανάτου πεπτωκε δίκλω· ὁ δὲ εἰς ἄνθρωπον πεπλημμεληκὼς εἴη ἂν καὶ συγγνώμης ἄξιος. πῶς οὖν ὁ ἐν χείροις δίκης τοῦ πλημμελοιῶτος εἰς τὸν Μωσέως νόμον, ὁ κοινὸν ἡγησάμενος τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ μὴν ὁ ἐν χείροις, καὶ σφόδρα εἰκότως. ἦν ἄρα κοινὸν τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· Θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος ἠνώμενος σαρκί. *Deut.* 17. 2. *Exod.*

Hebr. 12. 25. *Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recuſantes eum, qui ſuper terram loquebatur; multo magis nos, qui de cœlo loquentem nobis avertimus, cujus vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc ſemel, & ego movebo non ſolum terram, ſed & cœlum.* Quis ille, quæſo, quem cum in terris loquentem Judæorum majores aſpernarentur, grave ſibi periculum acciverunt? an non clarum eſt Moyſen hunc extitiſſe? At Chriſtus non de terra, ſed de cœlo eſt. Nam Deus Verbum, quod de ſupernis eſt, & ex Patre ortum eſt, factus eſt homo, idemque Deus. Gravius proinde ſupplicium debetur his, qui ipſum averſantur: nec injuria. Quandoquidem, ut ſapiens Joannes monet:

Joan. 3. 31. *Qui de terra eſt, de terra loquitur*, hoc eſt humana: *qui autem de ſupernis venit, ſuper omnes eſt*; nempe ut Deus. Hunc autem Chriſtum eſſe, & fuiſſe, quæſtionem nullam habet.

Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐξέφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι τὸν χρηματίζοντα· πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι, ὃ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων· * ὅτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.) τίς ὁ χρηματίσας ἐπὶ γῆς, ὃν παραιτησάμενοι κεκινδυνεύκασιν οἱ τοῦ Ἰουδαίων πατέρες; ἢ δῆλον, ὅτι Μωσῆς; ἀλλ' οὐκ ἐκ γῆς ὁ Χριστὸς, ἐξ οὐρανοῦ δὲ μᾶλλον. ὁ γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς Θεὸς λόγος, ἄνθρωπος γέγονε καὶ Θεός. χείρων οὖν ἡ δίκη τοῖς αὐτὸν ἀποστρεφομένοις, καὶ μάλα εἰκότως. ὡς γὰρ ὁ σοφὸς φησιν Ἰωάννης. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, τουτέστιν ἀνθρώπινα· ὁ δὲ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστὶν, ὡς Θεὸς δηλονότι. * τοῦτο δὲ ὧπερ καὶ ἔστι Χριστός. *Exod.* 19. 18. *Joan.* 3. 31. *Matth.* 24. 35.

Jeſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſæcula. Verbum quod ex Deo gignitur, tunc demum Jeſu Chriſti appellationem ſortitum comperimus, cum ex muliere factum eſt homo. Sed quomodo idem eſt heri, & hodie, in ſæcula? Non alia utique ratione, quam carnis, quam aſſumpſit, cum Dei Verbo unione, ut unus intelligatur filius. Hac namque conſideratione, etiamſi, ut carne indutum eſt, animo concipiatur, ſuam nihilominus naturalem ſtabilitatem integram ſemper retinet.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.) τὸν ἐκ Θεοῦ φωτὸς λόγον τότε κεκλῆσθαι ἁρμόζομεν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικός. πῶς οὖν ὁ χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας; σώσει δηλονότι τῷ ὅρῳ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, εἰς υἱὸν σὺν νομοθεσίᾳ τῆς ἀναληφθείσης ἐξ αὐτοῦ σαρκός. οὕτω γὰρ τὸ ἄῤῥεπτον τοῦ λόγου κατὰ φύσιν μενεῖ πάλιν αὐτῷ, νομίζων καὶ μετὰ σαρκός. *Hebr.* 13. 8. *Ephes.* 1. 8.

Ex

A

Ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης.

1. Tim. 1. 1. ΠΑῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. τὸ τοῦ σωτῆρος ὄνομα οὐκ ἔστιν ὅτε ἄν μᾶλλον ἢ ἑτέρῳ πρέπον τε καὶ ἀληθῶς, πλὴν ὅτι δὴ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. ὅπερ καὶ νῦν αὐτὸν ὀνόμασεν ὁ μυσταγωγός. ἀλλ' ἔστι σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ὠνόμασται γὰρ Ἰησοῦς, καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος δύναμιν, ἅγιον ἑρμηνείαν σαφῆ καθιστὰς ὁ μακάριος ἄγγελος ἔφασκε· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Θεὸς Matth. 1. 21. B ἂν ἄρα ὁ Χριστός, εἴπερ ἐστὶ σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, καθάφησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

Ἐκ τῆς πρὸς Τίτον.

Tit. 2. 11. ΕΠέφανη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως * ἐπιεικῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.) ποία χάρις ἐπέφανεν ἡμῖν, ἢ ποίῳ Θεῷ, ἢ τίς λεγομένη σωτήριος εἶναι πᾶσιν ἀνθρώποις; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι Θεὸς ὢν κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, κατὰ τὸν μακάριον Psalm. 117. 28. Δαυὶδ. αὐτοῦ τὴν ἐξ οὐρανῶν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης προσδεχόμεθα. καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μέγας Θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ὃς δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα πάσης ἁμαρτίας ἀπαλλάξας, ἑαυτῷ παρασήσῃ γνησίους προσκυνητάς. εἶτα τίς ὁ λέγων οὐκ εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν τὸν Ἐμμανουήλ, τοῦ μακαρίου Ἡσαΐου περὶ αὐτοῦ λέγοντος· τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ex priori ad Timotheum.

PAULUS *apoſtolus Jeſu Chriſti ſecundum* 1. Tim. 1. 1. *imperium Dei ſalvatoris noſtri, & Chriſti Jeſu ſpei noſtræ, Timotheo dilecto filio in fide.* Nomen hoc ſalvator nulli alteri æque vere proprieque convenit, ac ſoli vero naturalique Deo. Unde doctor noſter id nominis nunc quoque illi imponit. Atqui Jeſus Chriſtus, & dominus, & ſalvator noſter eſt. Vocatus eſt enim Jeſus, nominiſque vim ac ſignificationem beatus angelus exponens, ita ait: *Vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſal-* Matth. 1. 21. *vum faciet populum ſuum a peccatis eorum.* B Deus igitur eſt Chriſtus, nam juxta divini Pauli doctrinam, ipſe eſt ſalvator omnium hominum.

Ex epiſtola ad Titum.

APPARUIT *enim gratia Dei ſalvatoris* Tit. 2. 11. *noſtri omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie & juſte & pie vivamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum ope-* C *rum.* Qualis, quæſo, gratia, aut cujuſnam Dei gratia, apparuit nobis, quæ omnibus hominibus ſalutaris hoc loco prædicatur? Planum eſt, quod illius Dei & domini, qui juxta beatum David, illuxit nobis, cujuſque glorioſam manifeſtationem de cœlis expectamus. Magnus hic Deus ipſe ſalvator noſter Jeſus Chriſtus, qui obtulit ſemetipſum pro nobis, quo ab omni peccato abſolutos, germanos ſibi conſtitueret adoratores. Cum ergo beatus Paulus ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum magnum Deum prædicet, quis Emmanuelem verum Deum eſſe inficiari audeat? Pſalm. 117. 28.

Ἐκ τῶν Καθολικῶν.

Ἐκ τῆς Ἰακώβου ἐπιστολῆς.

Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός.

Jacob. 1. 16. ΜΗ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστιν, καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων.) πᾶσα δόσις, φησὶν, ἀγαθή· ἀγαθὴ δὲ δόσις, τὸ, πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸ δύνασθαι πληρῶν ἐν αὐτῷ τὰς θεοσημείας. εἶτα εἰ τοῖς ἁγίοις χαρίζεται τὸ πνεῦμα Χριστὸς, καὶ μὴν καὶ τὸ δύνασθαι πληροῦν τὰ παράδοξα, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθινὸς ὁ Χριστός;

* τῷ κρείττονι Jacob. 4. 7. Ὑποτάγητε οὖν * τῷ Θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. ἰδοὺ σαφῶς ἐν τύποις, ὑποτάττεσθαι δεῖν ἡμᾶς ἔφη τῷ Θεῷ. φησὶ δὲ Χριστός· Matth. 11. 29. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. ὅτε τοίνυν οἱ τὸν ζυγὸν αἴροντες τοῦ αὐτοῦ οὐκ ἑτέρῳ τινὶ παρὰ τὸν Θεὸν ὑποτάττονται, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεός;

D EX CATHOLICIS.

Ex Jacobi epiſtola.

Quod Chriſtus ſit Deus.

NOLITE *errare, fratres mei dilectiſſimi.* Jacob. 1. 16. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. Omne*, inquit, *datum optimum*: ſane bonum munus eſt Spiritus ſanctus, patrandorumque miraculorum facultas per ipſum impertita. Cum ergo Chriſtus Spiritum ſanctum ſanctis impertiatur, poteſtatemque ut divina miracula edant, iiſdem largiatur; E quomodo non eſt verus Deus?

Subditi igitur eſtote Deo, reſiſtite autem Jacob. 4. 7. *diabolo, & fugiet a vobis.* Ecce in his aperte dicit oportere nos Deo ſubjici. Dicit autem Chriſtus: *Tollite jugum meum* Matth. 11. 29. *ſuper vos.* Cum ii qui Chriſti jugum in ſe tollunt, non alteri cuipiam ſubjiciantur, quam Deo: quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Ex

A

Ex priori epiſtola Petri.

1. Petr. 1. 1. PETRUS *apoſtolus Jeſu Chriſti, electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, Bithyniæ, ſecundum præſcientiam Dei Patris in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti gratia vobis & pax multiplicetur.* Ecce ſecundum Dei Patris præſcientiam, Jeſu Chriſti apoſtolum ſe nominat; ſuique apoſtolatus rationem ediſſerens, ipſum in Spiritus ſanctificationem, in obedientiam, in ſanguinis Jeſu Chriſti aſperſionem peractum eſſe prædicat. Cum igitur qui in ipſum credunt, ſanctificationis Spiritum conſequantur; (aſpergit B enim ſuo nos ſanguine ad emundationem) qua tandem ratione is Deus haberi non debet, qui proprio Spiritu ſanctificat, ſuoque ſanguine credentes in ipſum emundat? erat enim Deus in carne.

Ibid. 3. *Benedictus Deus & pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſervatam in cælis.* Si Deus nos genuit in ſpem vivam & ſtabilem, effecitque hoc ipſum Jeſus Chriſtus per ſuam ex mortuis reſurrectionem; qui fieri queat, ut Deus non ſit?

Ibid. 10. *De qua* (inquit) *ſalute exquiſiverunt & ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetaverunt; ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti.* En hic rurſum Spiritus ſanctus qui Dei, eſt, dicitur Chriſti eſſe. Deus igitur eſt, ut qui proprium habet Spiritum ſanctum.

Ex poſteriori epiſtola Petri.

2. Petr. 2. 1. FUerunt autem & *pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant. Haud enim aliquo* D *corruptibili pretio, auro vel argento redempti* 1. Petr. 1. 19. *ſumus, ſed pretioſo Chriſti ſanguine.* Quare ſumus ejus qui redemit nos, & quidem Deo vivo & vero ſervientes. Cum Chriſto igitur domini titulum aſſignemus, ipſumque vivum & verum dominum eſſe non ignoremus, cur Deum eſſe inficias ibimus?

Ex epiſtola prima Joannis.

1 Joan. 5. 20. ET *ſcimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Dei Patris Verbum, prout ſecundum ſe nude, & extra E carnem conſideratur, non appellatur Jeſus Chriſtus: Chriſti autem Jeſu nomen tunc demum ſortitum eſt, cum homo factum eſt. Cum ipſe igitur verus ſit Deus, & vita æterna, qui ſecus ſentiens ferre queat?

Ex epiſtola Judæ.

Jude 3. OMNEM *ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſupercertari ſe-*

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς πρώτης.

1. Πετρ. 1. 1. Πέτρος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας, κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.) εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναζωπυρήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα * ζωῆς διʼ ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν, εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, καὶ ἀμίαντον, καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς.) εἰ Θεὸς ἡμᾶς ἐχάρισε εἰς ἐλπίδα ζῶσαν καὶ μένουσαν, πέπραχε δὲ τοῦτο διὰ τῆς ἰδίας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ὁ Χριστὸς, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεός;

1. Πετρ. 1. 10. Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, φησὶ, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος προφητεύσαντες· ἐρευνῶντες εἰς τίνας, ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ.) εἰδὲ δὴ πάλιν ἐν τούτοις Χριστοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται πνεῦμα, καί τοι * Θεοῦ ὄν. Θεὸς ἦν ἄρα Χριστὸς, ὡς ἴδιον * Θεοῦ ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς β'.

2 Πετρ. 2. 1. ΕΓένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι. ἠγοράσθημεν γὰρ τιμῆς, ἐφθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.) ἐσμὲν ἄρα τοῦ φραγέλλου, καὶ 1. Πετρ. 1. 19. τοῦ Θεῷ δουλεύοντες ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. εἶτα πῶς ὁ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὃν καὶ δεσπότην ἐπεγραψάμεθα, ζῶντί τε οἰδαμοῦ καὶ ἀληθινόν;

Ἐκ τῆς Ἰωάννου ἐπιστολῆς πρώτης.

1. Ἰωαν. 5. 20. ΚΑὶ οἴδαμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεόν· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος.) Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀγύμνως καὶ καθʼ ἑαυτὸν καὶ ἔξω σαρκὸς, ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς νοεῖται λόγος· ἀλλʼ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ὠνόμασται Χριστὸς Ἰησοῦς. ὅτε τοίνυν αὐτός ἐστιν ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος, τίς τῷ ἕτερα φρονοῦντων ἀνέξεται;

Ἐκ τῆς Ἰούδα ἐπιστολῆς.

Jud. 3. ΠΑσαν σπουδὴν ποιούμενος τοῦ γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς ὑμῶν σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παρα-

παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.) κατὰ τίνα τρόπον ἀρνήσονταί τινες τὴν ἅπαξ πεπιστευθεῖσαν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν; καὶ τοῦ παρεδεξάμεθα τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον. ἀλλ' εἰ φαμὲν, ὅτι ἕτερος μέν ἐστιν υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ἕτερος δὲ κατ' ἰδίαν ὁ ἐκ γυναικός, ἠρνησάμεθα τὸν μόνον δεσπότην. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καθ' οἰκονομίαν, ἡ σαρκὸς γένεσις τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, εἰς τὴν θεότητος δοξαν ἀναφορτώσης αὐτῷ τῆς σαρκός. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ υἱός· ἓν γὰρ οὕτω τὴν ὅλων δεσπότην. B

mei traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc judicium) impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes. Cum incarnationis doctrinam univerſe admittamus, quomodo qui ſemel crediderunt, dominum noſtrum Jeſu Chriſtum negare dicuntur? Sane ſi alium Filium Dei Patris Verbum eſſe dixerimus, alium rurſus eum, qui natus eſt ex muliere; unum dominum diſerte inficiamur. Unus enim dominus Jeſus Chriſtus, carne ejus ſecundum diſpenſatoriam cum Dei Patris Verbo unionem, ad deitatis gloriam evecta. Unus proinde eſt Chriſtus, & Filius: ita enim erit hujus univerſi dominus.

Ἐκ τῶ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Ex evangelio ſecundum Matthæum.

Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός.

Quod Chriſtus ſit Deus.

Matth. 1. 20. ΤΑῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων. Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.) διὸ κατὰ ταὐτὸ τίθησι τὴ θεότητι, καὶ ἐκ ἀνθρωπείᾳ περιποιεῖται φύσει. τοῦ γὰρ τεχθέντος ἐκ τῆς Μαριὰμ ἴδιον ἔφη λαὸν τοὺς δι' αὐτοῦ σεσωσμένους· καὶ μὴν, ὅτι καὶ ἁμαρτιῶν αὐτοὺς αὐτὸς ἀπαλλάξει. Θεοῦ δὲ τὰ πάντα, καὶ πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ μόνῳ τὸ ἀπαλλάττειν ἁμαρτιῶν δυνάσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγονὼς, οὗ καὶ ἴδιος ἐσμὲν λαός. καὶ ἁμαρτιῶν δὲ ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ὡς ἔχων καὶ τούτου τὴν ἐξουσίαν. C

Matth. 2. 1. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.) ἐν Βηθλεὲμ γεγένηται τῆς Ἰουδαίας, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ. καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. πῶς οὖν ὁ γεγεννημένος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος τὰς ἐξόδους ἔχειν λέγεται, τουτέστι τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν, καὶ τοῦ γεννηθεὶς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς; Θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ πρέπει αὐτῷ τὸ τοῦ Θεοῦ λόγου πρεσβύτατον. Θεὸς γὰρ ὢν δι' ἡμᾶς σαρκικὴν ὑπομένας γένεσιν τὴν ἐκ γυναικός. D

Matth. 3. 11. Ἐγὼ μὲν γάρ ἱμᾶς ἐν ὕδατι βαπτίζω, φησὶν, εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὸ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.) οὐκ ἀνθρωπότητος ἔργον εἶναι φαμὲν τὸ βαπτίζειν ἐν ἁγίῳ πνεύματι· ἀλλ' οὐ δὲ τὴν ἅλωνα τὴν νοητὴν τουτέστι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἰδίαν εἶναί φαμεν ἀνθρώπου. Θεοῦ γὰρ τὰ πάντα ἐστὶ, καὶ αὐτῷ κ μόνῳ πρέπει τὸ ἐν ἁγίῳ πνεύματι βαπτίζειν διακαθαίρειν τοὺς πιστεύοντας. ἐνήργησε δὲ τοῦτο Χριστὸς ὁ μετ' Ἰωάννην ἐρχόμενος κατὰ σάρκα, ἤτοι τὸν E

HÆC autem eo cogitante, ecce angelus Matth. 1. 20. domini apparuit in ſomnis ei, dicens: *Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum.* Duo ſimul hoc loco ponit, quæ in divinam tantum naturam quadrant, non etiam in humanam. Aſſerit namque ejus, qui ex Maria ortus eſt, eos omnes, qui ſalutem per ipſum conſequuntur, populum eſſe peculiarem; tum ex ipſis eiſdem illum peccata dimiſſurum. Atqui Dei ſunt univerſa; ipſiuſque ſolius eſt, peccatorum laqueis irretitos expedire. Is igitur, qui ex ſacra virgine natus eſt, Deus eſt, cujus nos peculiaris populus ſumus, quique e peccatorum vinculis pro ſua poteſtate nos exemit, ac liberavit.

Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethlehem Ju- Matth. 2. 1. *dææ.* In Bethlehem Judææ natus eſt, ex Jeſſæa radice. Unde Deus & Pater per quem-Ddam e ſacris vatibus ita ait: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, nequaquam minima es, ut ſis in millibus Juda. Ex te enim egredietur mihi qui regat populum meum in Iſrael: & egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis.* Quomodo Bethlehemita ille ab initio ſæculi egreſſus, hoc eſt ſubſtantiæ principium ſortitus dicitur, cum tamen in noviſſimis ſæculi temporibus natum ipſum eſſe conſtet? Deus igitur eſt Chriſtus, ipſiuſque divini Verbi antiquitas in illum convenit. Nam Deus erat propter nos ex muliere homo nasci dignatus.

Ego quidem, inquit, baptizo vos in aqua Matth. 3. 11. *in pœnitentiam. Qui autem poſt me venturus* E *eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calcamenta portare. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne. Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam.* Haudquaquam humanæ naturæ opus eſt in Spiritu ſancto baptizare: ſed neque ſpiritalem quoque aream, hoc eſt homines ætatem in terra agentes, hominis propriam eſſe conceſſerimus: nam omnia ſolius Dei ſunt: ipſique ſoli congruit illos, qui credunt, in Spiritu ſancto poſſe baptizare. Atqui Chriſtus, qui ſecundum carnem poſt Joannem venie

bat,

bat, potenter iſthæc præſtabat, idemque ſuam quoque aream permundat. Verus itaque Deus eſt Chriſtus.

Matth. 8. 2. *Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare. Et extendens Jeſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus.* Opus divinum moliri, non eſt virium humanarum. Convenit id autem in principem omnium naturam, hoc eſt divinam. Atqui Chriſtus ejuſmodi opera molitur; non eſt ergo nudus homo, quemadmodum nos, ſed Deus humanam naturam indutus. Quod de leproſo mundato hic dicitur, hoc de ſocru Petri, de ventis item & mari, deque undis quas increpavit, dictum accipiatur. Quare divini quoque illius diſcipuli animadvertentes illi & mare & ventos obedire, admi-
Matth. 8. 28. rabundi ajebant: *Equalis nam hic eſt?* Intelligebant, enim, ejuſmodi opera patrare poſſe, rem eſſe, quæ nudi hominis facultatem ſuperaret. Chriſtus itaque & Deus & homo ſimul erat.

Matth. 8. 31. *Dæmones rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis; Ite.* Omnibus providere, cunctaque conſervare, ad quem obſecro ſpectat, niſi ad eum ſolum, qui ſecundum naturam Deus eſt? Hinc & ſalvator quoque; *Nonne*, inquit, *duo paſſeres aſſe veneunt, & unus ex illis non cadet*
Matth. 10. 29. *ſuper terram ſine Patre veſtro, qui in cœlis eſt? Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.* Eu tantam rerum providentiam habebat Chriſtus, ut abſque illius permiſſu ne in porcorum quidem gregem poteſtatem exercere immundis ſpiritibus integrum eſſet. At rogatus vix permiſit, non ut illorum libidini morem gereret, ſed ut nobis, ſe omnibus tamquam Deum providere perſuaderet. Et quo modo tandem ille Deus non eſt, qui poteſtatem habet, quam in ſolum Deum cadere certum eſt; quique in omnia imperium exercet, & conſervat quæ per ipſum condita ſunt, tamquam propria?

Matth. 9. 37. *Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, ut emittat operarios in meſſem ſuam. Et convocatis duodecim diſcipulis ſuis,*
Matth. 10. 1. *dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Norat univerſorum Deum meſſis eſſe dominum; ejus namque utrumque eſt, & ipſa ſpiritalis area, hoc eſt humanum genus; & ipſa rurſum meſſis. Sed adverte, cum meſſis dominum obſecrandum eſſe monuiſſet, mox ſeipſum ejuſmodi dominum eſſe evidenti argumento declarans, emiſit operarios, hoc eſt ſanctos apoſtolos, quibus ut Deus poteſtatem contra immundos ſpiritus eſt impertitus. Neque enim humanæ naturæ facultatis eſt, Spiritus ſancti vim aut operationem alicui impertiri. Cum eam ergo Dei Verbum tametſi caro factum, hoc eſt Chriſtus, impertiatur; quomodo Deus non eſt natura & veritate?

Matth. 10. 32. *Omnis ergo, qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & illum coram patre meo, qui in cœlis eſt.* Non pauci ſanctorum ad martyrii gloriam evocati, Chriſtumque intrepide confeſſi, tormentis & morte conſum-

τῆς σαρκὸς χρόνον. αὐτὸς δὲ κ τῷ ἑαυτῷ ἅλωνα καθαρίζει. Θεὸς ἂν ἄρα ἐστὶν ἀληθὴς.

Καὶ ἰδοὺ λεπρὸς προσελθὼν, προσεκύνει, Matth. 8. 2.
λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. κ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.) τὸ ἐνεργεῖν δυνάσθαι θεοπρεπῶς, οὐκ ἴδιον ἀνθρώπου, αὐτῇ δὲ μᾶλλον ἐποιεῖτο ἐν ᾗ μόνῃ τῇ πάντων ἐπέκεινα φύσει. ἐνεργεῖ δὲ ὅτω Χριστός· οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, Θεὸς δὲ μᾶλλον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ. ὅτω νοήσεις κ ἐπὶ τῆς Πέτρου πενθερᾶς, καὶ τῶν ἀνέμων ἐπιτιμῶν ὁρᾷτο, θαλάσσῃ τε κ ὕδασιν. ὅθεν κ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ κ θάλασσαν καὶ ἀνέμους ὑποκειμένους ὁρῶντες, πεθαυμάκασι λέγοντες· ποταπός ἐστιν οὗτος; ὁ γὰρ ἰδίῳ Matth. 8. 28.
ἀνθρώπῳ ψιλῷ τὰ τοιαῦτα δύνασθαι δρᾶν. Θεὸς ἦν ἄρα κατὰ πάντων κ ἄνθρωπος ὁ Χριστός.

Οἱ δὲ δαίμονες, φησὶ, παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες· εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, * ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. κ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε.) τὸ προνοεῖν τῶν ὅλων, κ σώζειν αὐτὰ, τίνος ἂν εἴη, πλὴν ὅτι μόνῃ τῇ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ; ὅτω κ ὁ σωτὴρ ἔφασκεν· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλοῦνται, καὶ οὐ ἓξ αὐτῶν ἐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.) ἰδοὺ τοιγαροῦν τοσαύτην τῶν ὅλων πρόνοιαν ἐποιεῖτο Χριστὸς, ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι μηδὲ χοίρων ἀγέλης ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. παρακληθεὶς ὢν ἐπέξεψε μόλις, οὐκ ἐκείνοις πληρῶν τὴν αἴτησιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀναπείσῃ φρονεῖν, ὅτι προνοεῖται τῶν ὅλων ὡς Θεός. ἔπι πῶς ὁ Θεὸς, ὁ θεοπρεπῆ τὴν ἐξουσίαν, κ τὸ κατὰ πάντων * κράτος * ἀνημμένος, κ σώζων ὡς ἴδια τὰ δι' αὐτοῦ γεγονότα. Matth. 8. 31. * ἐπιτρέψον αὐτοῖς ἀπελθεῖν. * κρατῶν. * ἀνημμένος.

Τοτε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. κ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε αὐτὰ ἐκβάλλειν, κ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον κ πᾶσαν μαλακίαν.) οἶδεν ὅτι τοῦ θερισμοῦ κύριον τὸν τῶν ὅλων Θεόν. αὐτοῦ γὰρ ἡ ἄλως ἡ νοητὴ, τοῦτον καὶ ἀνθρωπότητος· αὐτοῦ καὶ ὁ θερισμός. ἀλλ' ἰδοὺ, δεηθῆναι προσαξας τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἑαυτὸν δείς ἀποδείξει ὅτι τοῦτον, ἐκβαλὼν τοὺς ἐργάτας, τοτ' εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· οἷς κ δέδωκεν ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ὡς Θεός. οὐ γάρ ἐστι τῆς ἀνθροπότητος μέρος τὸ δίδόναι τισὶ τὰ ἁγίου πνεύματος τῷ ἐνεργειαν· δέδωκε δὲ Χριστὸς· ἔπι πῶς ὁ φύσει τε κ ἀληθῶς ἐστι Θεὸς, εἰ κ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος;

Πᾶς οὖν, ὅς τις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.) πολλοὶ κέκλιπται τῷ ἁγίων πρὸς τὸ μαρτυρίου δόξαν, κ τε- Matth. 10. 32.

πλεύτων-

πελείωται δια παθημάτων ϗ θανάτε, Χριστὸν ω-
μολογηκότες. ἆρ' ὑποστέψονται, δεδεβαιωμένοι
ϗ λέγοντες ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν αὐτῶν, ἢ μᾶλλον
ὡς Θεὸν τοῖς ὁμολογίαις τετιμηκότες; ἀλλ' ἔστ δῆλον. οἱ γὰρ τοῦτον ἀρνησάμενοι, ϗ τῆς τῦ μαρτυ-
ρίυ δόξης ἀπώλεσθαι, ϗ αὐτὸν ἀρνήσεσθαι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀρνούμενον αὐτὸς τὸν Χριστόν. εἶτα πῶς οὐ Θεός, ὁ τῇ τῦ μαρτυρίυ δόξῃ στεφανῶν τὸς, ὅτι τῦτ' ἔστιν ἀληθῶς, ὁμολογῶντας αὐτόν,

Matth. 11. 28. Δεῦτε πρός μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες ϗ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μυ ἐφ' ὑμᾶς.) εἰ μὴ Θεὸς ἐστιν ἀληθῶς ὁ Ἐμμανουὴλ, τίνα ἕξιον τὸν ἑαυτῦ ζυγὸν ἡμῖν ἐπιτίθησι; Θεῦ γὰρ δοῦλα τὰ πάντα. ἔφηται δὲ ζυγὸς ϗ ὁ νόμος. ἀλλὰ ἐπιτίθησιν ἡμῖν ὁ Χριστὸς τὸν ἴδιον ζυγόν, ἑαυτῷ τε ὑποτάττει, καίτοι τὰ πάντα ὑποφέρων τῷ πατρί. Θεὸς ἄρα ἐστίν. ὅθεν αὐτῷ ϗ ὑποκεῖσθαι τὰ πάντα πρέπει.

Matth. 12. 5. Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ἐν τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, ϗ ἀναίτιοί εἰσι; λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε.) εἰ βεβηλοῦντες τὸ σάββατον οἱ ἱερεῖς ἀναίτιοί εἰσιν, ὡς Θεῷ προσέχοντες τὰς θεραπείας. πῶς τὸν ἐν τῷ ἱερῷ δραμόντων νοεῖται μείζων ὁ Χριστῦ θεραπείας; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι οἱ μὲν ἐν νόμῳ ϗ σκιᾷ ϗ ὑποδείγματι τὴν ἐπιφανίαν λελαχόντες· οἱ δὲ θεσπέσιοι μαθηταὶ προσιδρύοντές τε ϗ λειτουργοῦντες τῷ Χριστῷ, μείζονα ϗ τὴν δόξαν εἶχον. ϗ εἰ τῆς ἐν νόμῳ λαχείας ἐν ἀμείνοσι τὸ λειτουργεῖν τῷ Χριστῷ, πῶς οὐκ ἂν νοεῖτο Θεὸς ἀληθής;

Matth. 12. 27. Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, φησὶν, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλυσι; διὰ τῦτο αὐτοὶ κριταὶ ἔσονται ὑμῶν.) εἰ ἐν ὀνόματι τῦ Χριστῦ πεθεραπεύκασι τὸς δαιμονῶντες οἱ μαθηταί· ἐπιφανὲς γὰρ ἐν ὀνόματι Ἰησῦ Χριστῦ τῦ Ναζωραίυ· πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο Θεὸς ἀληθής; ὁ γὰρ ἂν ἐξήρκεσεν ἀνθρώπυ δόξα ϗ δύναμις εἰς τὸ κατισχύσαι τῦ σατανᾶ.

Matth. 13. 49. Ὥσπερ ὧν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, ϗ πυρὶ κατακαίεται· ὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τῦ αἰῶνος. ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ τὸς ἀγγέλυς αὐτῦ, ϗ συλλέξυσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, ϗ τὸς ποιῦντας τὴν ἀνομίαν. ϗ βαλῦσιν αὐτὸς εἰς τὸν κάμινον τῦ πυρός.) περὶ Θεῦ γέγραπται·

Psal. 102. 20. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτῦ. ὁ γὰρ ἄγγελος ἀγγέλυ ἐστι, Θεῦ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα. πῶς οὖν φησὶ περὶ τῦ υἱῦ τῦ ἀνθρώπυ, ὅτι ἀποστελεῖ τὸς ἀγγέλυς αὐτῦ; Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν, ὡς ϗ ἰδίυς ἔχων τὸς ἀγγέλυς, ϗ διὰ τ' ἄνω πνευμάτων ὑπηρετύμενος.

Matth. 16. 13. Ἠρώτησεν ὁ Χριστός. τίνα με λέγυσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ; οἱ δὲ εἶπον· οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕν τὴν προφητῶν. λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ, φησὶν, ὁ Πέτρος, εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τῦ Θεῦ τῦ ζῶντος. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτῷ· μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ ϗ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μυ ὁ

mati ſunt. Quæro autem, num ob id martyricam coronam adepti ſint, quod Chriſtum communem hominem eſſe conſtanter affirmarent? an ob id verius, quod ſua cum confeſſione tanquam Deum venerarentur? Res eſt clara; conſtat enim a martyrii gloria excidiſſe, Chriſtumque in die judicii illos viciſſim abnegare comperturos eſſe, qui illum inficiati ſunt. Jam quomodo Deus is cenſendus non eſt, qui martyrii gloria eos afficit, qui ipſum eſſe vere confiteatur?

Matth. 6. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos.* Si Emmanuel verus Deus non eſt, cum Deo ſerviant omnia, cur ſuum ille jugum nobis imponit? Jugum autem & ipſa quoque lex appellata eſt. Verum; Chriſtus proprium nobis jugum imponit, noſque obnoxios ſibi reddit, tametſi patri ſubmittat omnia. Deus igitur eſt. Unde ut omnia illi ſubjecta ſint, pars eſt.

Matth. 12. 5. *An non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia major templo hic eſt.* Si ſacerdotes qui ſabbatum profanant, ob id culpa vacant, quod divino cultui incumbant; quomodo cultus qui Chriſto impenditur, miniſterio quod ſacerdotes in templo obibant, præſtantior cenſetur? atqui apertum eſt eos, qui ſub lege vivebant, in umbra & figura ſuper cœleſtium Deo miniſtraſſe. Sed divini illi diſcipuli Chriſti ſectatores, ipſique miniſtrantes, ampliori honore & gloria potiti ſunt. Quod ſi miniſterium quod Chriſto exhibetur, legali cultui multum antecellit, quomodo in ſobrii cujuſquam cogitationem cadere poteſt, Chriſtum non eſſe verum Deum?

Matth. 12. 27. *Et ſi ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii veſtri in quo ejiciunt? ideo ipſi judices veſtri erunt* Si in Chriſti nomine a dæmonio vexatos diſcipuli curabant; (invocabant enim nomen Jeſu Nazareni) quomodo de vera illius divinitate ambigere fas eſt? Neque enim ulla omnino gloria aut potentia humana ſat fuerit ad debellandum ſatanam.

Matth. 13. 40. *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur; ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet Filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis.* De Deo legimus: *Benedicite domino omnes angeli ejus.* Neque enim angelus angeli eſt, ſed Dei ſunt omnia. Cum ergo de Filio hominis dicatur, quod miſſurus ſit angelos ſuos; angeloſque & ſpiritus illos ſupremos tanquam proprios miniſtros poſſideat, evidens fit, illum eſſe Deum.

Pſalm. 102. 20.

Matth. 16. 13. *Interrogabat diſcipulos ſuos: Quem me dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptiſtam; alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dixit illis Jeſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis.* Si Chriſtus communis

vulgariſve tantum homo eſt, cur Petrus ob ſuam confeſſionem admirabilis declaratus & laudatus eſt? Quomodo divinitus perhibetur edoctus? Aut quanam ſuperna opus erat illi illuminatione, ut illud Chriſti myſterium caperet? Verum quia Deum eſſe agnovit, viventiſque Dei Filium eſſe prædicavit; ideo mirabilis & egregius habitus eſt. Neque tamen duos confeſſus eſt filios, ſed unum dumtaxat. Impium itaque eſt Chriſtum in duos dividere filios. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis*. En iterum cœleſtes ſpiritus ſuos angelos vocat, etiamſi hominis filius dicatur.

Matth. c. 16. v. 17.

Matth. c. 27. v. 32.

Et cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſolvit didrachma? ait: Etiam. Et cum intraſſet in domum, prævenit eum Jeſus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel cenſum, a filiis ſuis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis: dixit illi Jeſus: Ergo liberi ſunt filii. Quomodo liberum, hoc eſt a legis vinculo tributique penſione immunem, necnon verum Filium ſe prædicat, ſi carnis & ſanguinis ſecundum hypoſtaticam unionem particeps effectus, non eſt Deus? At dependit nihilominus didrachma tanquam legi obnoxius, cum tamen ut Filius lege major eſſet. Verum ſi ſit homo, non eſt ſupra legem. Nemo enim naturalem libertatem illi tribuet, niſi ut Deum humana forma indutum animo eumdem concipiat.

Matth. c. 21. v. 16.

dum ulla ratione in ipſo conſiſtere pote-
rit.

1. Joan. 5. 1. Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ B *Omnis qui credit quoniam Jeſus eſt Chriſtus*, 1. Joan. 5. 1.
τοῦ Θεοῦ γεγέννηται.) οὐκοῦν ὁ μὴ πιστεύων, οὐδὲ *ex Deo natus eſt.* Qui igitur id non credit,
ἐν τέκνοις Θεοῦ καταλογισθείη ἄν. εἰ γὰρ ὅσοι is inter Dei filios haberi nequit. Nam ſi iis
Joan. 1. 12. τὸν υἱὸν ἔλαβον, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα omnibus, qui Filium receperunt, poteſtatem
Θεοῦ γένεσθαι, καθὰ φησὶν ὁ Εὐαγγελιστής. οἱ dedit filios Dei fieri, ut Evangeliſta teſta-
μὴ λαβόντες αὐτὸν, οὐδ' ἂν ἐν τέκνοις Θεοῦ κα- tur; conſequens fit, ſi qui illum non reci- Joan. 1. 12.
ταλογισθεῖεν ἄν, τὸν, δι' ὃ τοῦτο ὑπάρχει μὴ piunt, eos inter Dei filios cenſeri non poſ-
ἐγνωκότες. ſe; ut qui eum, per quem hoc ipſum lice-
bat, non agnoverint.

Joan. 5. Τίς δέ ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ *Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit* 1 Joan. 5. 5.
πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; οὗτός ἐστιν *quoniam Jeſus eſt Filius Dei? Hic eſt qui ve-*
ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος Ἰησοῦς Χριστός· *nit per aquam & ſanguinem Jeſus Chriſtus:*
οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ αἵ- *non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine.*
ματι. καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ *Et Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Spi-*
πνεῦμά ἐστιν ἀλήθεια. ὅτι τρεῖς μαρτυροῦσι, τὸ *ritus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui te-*
πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς C *ſtimonium dant: Spiritus, aqua, & ſanguis;*
εἰσί.) νικᾷ μὲν τὸν κόσμον ὁ πιστεύων ὅτι *& hi tres unum ſunt.* Mundum itaque vin-
Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. τίς δέ ἐστιν Ἰησοῦς, cit, qui credit Jeſum eſſe Filium Dei. Por-
αὐτὸς ἡμῖν ὁ Ἰησοῦ μαθητὴς ὀφθῆναι λέγων· ro autem quiſnam Jeſus ille ſit, id ipſe diſ-
οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος Ἰησοῦς cipulus Jeſu ejuſmodi verbis nobis exponit:
Χριστός. ἀλλὰ καὶ ἐν αἵματι φησι, καὶ ἐν πνεύμα- Ipſe eſt, inquit, qui venit per aquam & ſan-
τι· καὶ τοὺς τρεῖς εἶναι φησιν. οὐκοῦν γέγονε μὲν guinem Jeſus Chriſtus. Utrumque aſſerit,
σὰρξ ὁ λόγος, ἁγιάζει δὲ ἡμᾶς τῷ πνεύματι, in ſanguine nimirum veniſſe, & Spiritu; &
καὶ καθαίρει τῷ αἵματι, καὶ ἀπολύει πάλιν ὕδατι tres rurſum unum eſſe. Verbum itaque fa-
καθαρῷ. εἷς δὲ δὴ πάντως ὁ υἱὸς, ὃ καὶ εἶναί ctum eſt caro, quod Spiritu nos ſanctificat,
φαμεν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα. & ſanguine nos expiat, & aqua munda nos
abluit. Unus tamen omnino eſt Filius, cu-
jus Spiritum & aquam & ſanguinem eſſe di-
cimus.

Joan. 5. Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνο- *Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimo-* Ibid. 9
μεν, ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕ- D *nium Dei majus eſt: quoniam hoc eſt teſtimo-*
τη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ, ὅτι μεμαρτύρηκε *nium Dei, quod majus eſt, quoniam teſtifica-*
περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ *tus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium*
Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ. ὁ μὴ πι- *Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non*
στεύων τῷ Θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι *credit Filio, mendacem facit eum, quia non*
οὐκ ἐπίστευσεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἐμαρτύ- *credit in teſtimonium, quod Deus teſtificatus eſt*
ρησε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.) μεμαρτύρηκεν ὁ πα- *de Filio ſuo.* Et Spiritu, & voce Pater Fi-
τὴρ τῷ υἱῷ διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ φωνῆς· lio teſtimonium perhibuit. Nam verum illum
ὅτι γάρ ἐστιν αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν, μαρτυρή- ejus eſſe Filium, hoc ipſo teſtatum nobis fit,
σειεν ἂν τὸ χορηγεῖν δυνάσθαι τοῖς ἁγίοις τὸ quod Spiritum ſanctum perficiendorumque
πνεῦμα αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοῦ δυνάμεις ἐνεργεῖν. miraculorum vim ſanctis ipſe dilargiri potuit.
Joan. 16. 14. καὶ γὰρ ἔφασκεν· ὅτι ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. με- Atque huc utique tendebat, quando, *Ille me* Joan. 16. 14.
* ἐλαμβ. μαρτύρηκε δὲ καθ' ἕτερον τρόπον. * ἐδόξασε *clarificabit*, ajebat. Alio quoque modo te-
γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ ſtimonium eidem perhibuit. Si quidem in
Matth. 3. 17. υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. ὅσοι τοί- Jordane ejuſmodi elogio illum clarificavit:
νυν ἀποδιαιροῦντες φασιν οὐκ εἶναι υἱὸν ἀληθι- E *Hic*, ait, *eſt Filius meus dilectus, in quo mi-* Matth. 3. 17.
νὸν τὸν ἐκ γυναικὸς, ἀναφέρουσι δὲ τὸ τῆς υἱό- *hi bene complacui.* Quicumque igitur diviſione
τητος ὄνομα ἐπὶ γυμνὸν καὶ μόνον τὸν ἐκ Θεοῦ induĉta eum, qui ex muliere natus eſt, ve-
λόγον, ψεύστην ποιοῦσι τὸν πατέρα. σαρκω- rum Dei Filium eſſe negant, Filii autem
θέντα γὰρ τὸν λόγον ἀπέδειξεν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, nomen ſoli nudoque Dei Verbo aſſignant; ii
καὶ τότε μεμαρτύρηκε τὸ πνεῦμα αὐτῷ, ὅτι Patrem mendacem faciunt, ut qui Verbum
καὶ Θεός ἐστι, καὶ υἱὸς ἀληθῶς. incarnatum evidenter oſtenderit in Jordane:
quo etiam tempore Spiritus & quod Deus
eſſet, & quod verus Filius eſſet, diſerte te-
ſtatus eſt.

A

Quod Chriſtus ſit vita.

Ex evangelio ſecundum Matthæum.

Matth. 9. 23. DE archiſynagogi filia ſcriptum extat, quod *cum ejecta eſſet turba, introvit Jeſus, & tenuit manum ejus, & ſurrexit puella*. Cur quæſo, dum puellæ vitam reſtituit, non fuit contentus verbo, ut in Lazari exſuſcitatione; ſed manum præterea illius apprehendit? nempe ut oſtenderet, corpus ſuum vivificum eſſe: eſt enim corpus vitæ. Quamobrem unio Verbi cum carne naturalis & vera eſt, non ſecundum ſolam perſonarum coitionem, vel nudam fauſti nominis attributionem, aut voluntatum concordiam, ſive ſimplicem conjunctionem, ut quidam imperite nugantur.

Ex evangelio ſecundum Joannem.

Joan. 6. 29. OPERAMINI *non cibum qui perit, ſed qui manet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater ſignavit Deus*. Cibum nobis impertitus eſt Filius hominis manentem in vitam æternam, nimirum ſuam carnem; eſt enim ea vivifica. Jam quomodo is Deus non eſt, qui per propriam quoque carnem vivificare poteſt, quique Deo & Patri per omnia æqualis eſt? Hoc enim inſinuat, dum a Deo obſignatum ſe pronunciat. Etenim obſignationis vocabulum expreſſam ſimilitudinem indicat. Quemadmodum enim ſi quis aureum, aut alterius cujuſvis materiæ ſigillum cereæ impreſſerit, totam omnino ſigilli illius effigiem inducit: ita Deus Pater quoque expreſſam, conſpicuam, eſſentialemque naturæ ſuæ figuram in Filio habet. Atque iſtud eſt, quod ſe a Patre obſignatum affirmet.

Ex evangelio ſecundum Lucam.

Joan. 11. 43. EXſuſcitavit Chriſtus, Lazarum, tum archiſynagogi quoque filiam, & viduæ filium. Quis ergo neget, qui vita ſecundum
Luc. c. 8. v. 54. & c. 7. v. 14. naturam exiſtat, ut qui non tantum verbo, ſed ſuæ quoque manus contactu mortem perterrefaciat? Erat enim conſentaneum, imo vero omnino neceſſarium, ut corpus illius eſſet vivificum, qui vita erat ſecundum naturam.

Quod Chriſtus per fidem ſit propitiatio.

Ex epiſtola ad Romanos.

Rom. 3. 25. QUEM (de Chriſto ſermo eſt) *propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem juſtitiæ ejus in hoc tempore; ut ſit ipſe juſtus, & juſtificans eum qui eſt ex fide Jeſu Chriſti*. Si alia ratione illos expiare non poterat Chriſtus, qui peccato & maledictioni & mortis ſupplicio obnoxii tenebantur, niſi ſanguinem ſuum in præcedentium peccatorum remiſſionem profunderet; quomodo ut Verbum caro fieret, neceſſarium non erat; nempe quo pro-

Ὅτι ζωή.

Ἐκ τῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίυ.

Ματθ. 9. 23. ΕΠὶ τῇ θυγατρὶ τῦ ἀρχισυναγώγυ γέγραπται· ὅτι ὅπε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ὁ Ἰησῦς ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον· διὰ τί μὴ μᾶλλον ὡς ἐπὶ τῷ Λαζάρυ ἡρκέσθη λόγῳ πρὸς τὴν ἀνάστασιν τῦ κοράσιυ, ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς; ἵνα δείξῃ ζωοποιὸν τὸ αὐτῦ σῶμα· σῶμα γὰρ ἐστὶ ζωῆς. ἁπλῶν φυσικὴ μᾶλλον καὶ ἀληθὴς ἡ σύνοσις ἡ πρὸς τὴν σάρκα τῦ λόγυ, καὶ ὅ, καθάφασίν τινες ἐξ ἁμαδίας, ὡς ἐν μόνοις πέπραχται προσώποις, ἢ κατὰ ψιλὴν εὐφημίαν, καὶ θέλησιν, ἤτοι συναφειαν ἁπλῶς.

Ἐκ τῦ κατὰ Γωάννην Εὐαγγελίυ.

Ἐργάζεσθε, φησὶ, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένυσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ὑμῖν δώσει. τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός.) βρῶσιν ἡμῖν δέδωκεν ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ τὴν μένυσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, δηλονότι τὴν σάρκα αὐτῦ, καὶ γὰρ ἐστὶ ζωοποιός. εἶτα πῶς ἂ Θεὸς ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐοικώς τε κατὰ πάντα τῷ Θεῷ καὶ πατρί; τῦτο γὰρ αἴδε δηλῶν τὸ ἐσφραγῖσθαι λέγειν αὐτὸν παρὰ τῦ Θεῦ, τῦ ἐσφραγῖσθαι σημαίνοντος τὸ ἀκριβῶς ἐμφερές. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ῥῴδιος ἐμπήξει σφραγῖδα χρυσῷ, ἢ γῇν ἐξ ἑτέρας ὅλης πεποιημένην, ὅλην ἐξ ὅλης τὴν ἑαυτῆς, ἐμφέρειαν ἐνσημαίνεται· ὕτω καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὴν τῆς ἑαυτῦ φύσεως χαρακτῆρας ἀσιωδῶς ἐμφερεστάτως ἔχει τῷ υἱῷ. καὶ τῦτο ἐστὶ τὸ ἐσφραγῖσθαι λέγειν αὐτὸν παρὰ τῦ πατρός.

Ἐκ τῦ κατὰ Λυκᾶν Εὐαγγελίυ.

Luc. 8. 54. καὶ 7. 14. Ἥψατο τῦ Λαζάρου ὁ Χριστὸς, τὸ τῦ ἀρχισυναγώγυ θυγάτριον, τὴν τῆς χήρας υἱόν. εἶτα, πῶς ἂ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ μὴ μόνῳ λόγῳ καταπτοῶν τὸν θάνατον δυνάμενος, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῆς χειρὸς ἁφῇ; καὶ γὰρ ἦν ἀκόλυθόν τε καὶ ἀναγκαῖον, ζωοποιὸν εἶναι τὸ σῶμα τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς.

Ὅτι ἱλαστήριον διὰ πίστεως.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίυς.

Rom. 3. 25. ΠΕρὶ Χριστῦ φησιν· ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων· ἐν τῇ ἀνοχῇ τῦ Θεῦ, πρὸς τὴν ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτῦ, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησῦ.) εἰ οὐκ ἦν ἕτερος ἱλασμὸν γενέσθαι Χριστὸν τοῖς ἐν ἁμαρτίᾳ καὶ ἀρᾷ καὶ θανάτῳ δίκῃ, πλὴν ὅτι διὰ αἵματος διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐχρῆν αὐτὸν μέλλοντος· πῶς ἦν ἀναγκαῖον σάρκα γενέσθαι τὸν

τὸν λόγον, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ; ὅτι, τῷ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, δικαιώσῃ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας;

A prio, hoc eſt ſuæ ipſius carnis ſanguine omnes, qui in ipſum crediturî erant, juſtificaret?

Ὅτι λελυτρώμεθα, καὶ τὴν καταλλαγὴν πρὸς Θεὸν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

Quod per Chriſti ſanguinem redempti, Deoque reconciliati ſumus.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης.

Ex priori ad Corinthios.

1. Κορ. 1. 30. ὁ γενόμενος Σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.) λελυτρώμεθα τοίνυν ἐν Χριστῷ, καὶ ἡγιάσμεθα, καὶ σοφοὶ γεγόναμεν. πᾶσα δὲ δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, τουτέστι Θεοῦ. εἴτε οὖν ὁ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ σοφίαν τε καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῖν δωρησάμενος; Jacob. 1. 17.

1. Cor. 1. 30. Jerem. 9. 22. 23.

B

Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio: ut (quemadmodum ſcriptum eſt) qui gloriatur, in domino gloriatur. In Chriſto itaque redempti, & ſanctificati, & ſapientes facti ſumus. Omne autem datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum, hoc eſt, Deo. Cum ergo Chriſtus ſapientiam, & ſanctificationem, & redemptionem nobis largiatur, quomodo non eſt Deus?

Ὅτι λελυτρώμεθα διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.

Quod per Chriſti ſanguinem redempti ſumus.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς πρώτης.

Ex epiſtola prima Petri.

1. Πετρ. 1. 18. Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.) λελυτρώμεθα γὰρ, τὸ ἴδιον σῶμα δεδωκότος ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' εἰ μὴ ὡς ἄνθρωπος νοεῖται κοινὸς, πῶς ἀντάξιον τῆς ἁπάντων ζωῆς τὸ αἷμα αὐτοῦ; εἰ δὲ Θεὸς ἦν ἐν σαρκὶ ὁ πάντων ἀξιώτερος, ἀξιόχρεως ἡ λύτρωσις τοῦ κόσμου παντὸς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐν ἂν, καὶ μάλα εἰκότως.

1. Petr. 1. 18.

C

Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paterna traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Redempti enim ſumus, Chriſto proprium pro nobis corpus impendente. At ſi ut homo vulgaris habeatur, quomodo illius ſanguis vitæ omnium æſtimationem ad dignitatem exæquat? Si autem Deus erat in carne, qui undiquaque digniſſimus eſt; ſane cumulatiſſimum per illius ſanguinem pretium pro totius mundi ſalute impenſum eſt, & ſatis decenter.

Ὅτι ὁ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος.

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους.

Ex epiſtola ad Romanos.

Ῥωμ. 5. 8. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. καὶ πάλιν· εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.) οὐκοῦν εἰ μὴ ἑτέρως ἦν σώζεσθαι τὸν κόσμον, εἰ μὴ ἐν αἵματι καὶ θανάτῳ χρησίμως παραληφθέντι, καὶ οἰκονομικῶς, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ· σεσώσμεθα δὲ δι' Χριστοῦ· πῶς οὐκ ἀναγκαίως τῷ ἐκ Θεοῦ φωτὶ λόγῳ ὁ τῆς σαρκώσεως τρόπος, ἵνα δι' ἐκείνου μὲν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καταλλαγῇ δὲ τῷ πατρὶ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ ἰδίου σώματος, ἵνα καὶ συζήσωμεν αὐτῷ;

Rom. 5. 8.

D

Commendat autem caritatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis nunc juſtificati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Rurſum: Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus; multo magis reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius. Si mundus aliter quam per Chriſti ſanguinem & mortem divina diſpenſatione ſalutariter ſuſceptam propter præcedentium delictorum condonationem, quæ Deus toleraverat, ſalvari nequibat; per Chriſtum autem ſalutem ſumus conſecuti; quomodo incarnationis modus Dei Patris verbo neceſſarius non erat, quo illos nimirum, qui in ipſum crederent, per ſanguinem ſuum juſtificaret, Patrique per corporis ſui mortem reconciliaret; atque ita ſimul cum ipſo vitam adipiſceremur?

Ῥωμ. 6. 3. Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.) εἰ πᾶσα πως ἀνάγκη τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς σωζομένους Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ,

Rom. 6. 3.

An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in mortem ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si eos qui in terris degunt, Chriſto per baptiſmum in mortem ipſius conſepeliri omnino neceſſum eſt; ut quemadmodum ille ex mor-

mortuis reſurrexit, ita & nos quoque in novitate vitæ ambulemus, tamquam ſimul cum eo, qui noſtri cauſa mortuus eſt, & a mortuis rurſum excitatus eſt, mortui & excitati: profecto non abſque ſumma utilitate ac neceſſitate incarnationis myſterium patratum eſt, carnique & ſanguini communicavit Verbum; quo videlicet ſimul cum illo, qui ſecundum carnem mortuus & reſuſcitatus eſt, & nos quoque moriamur & reſurgamus.

Rom. 6. 5. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus.* In eumdem ſenſum & iſtuc quoque exponas: *Quoniam quidem per hominem mors, & per*

2. Cor 15. 21. *hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur*: Chriſtus ſecundus Adam appellatus eſt. Ut autem primus Adam nos dejecit in corruptionem, ita ſecundus Adam nos provexit ad vitam; non ut homo communis noſtri cauſa mortem perpeſſus, ne in illo mortui maneamus, ſed ut Deus incarnatus. Per carnem namque paſſus eſt ut homo; ut dum proprium templum divina virtute exſuſcitat, & nos ſimul quoque cum illo exſuſcitemur.

ἵνα ὥσπερ αὐτὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, ὡς συμπεθαμμένοι καὶ συνεγηγερμένοι τῷ δι' ἡμᾶς ἀποθανόντι καὶ ἐγηγερμένῳ. χρεωδέσατά τε καὶ ἀναγκαίως τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πέφρακται μυστήριον, σαρκός τε καὶ αἵματος μετέσχεν ὁ λόγος, ἵνα καὶ ἀποθανεῖν λεγομένῳ σαρκικῶς, καὶ μιᾷ καὶ ἐγηγερμένῳ, συναποθανώμεν καὶ συνεγερθώμεν.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τῷ Rom. 6.
θανάτῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.)
κατὰ τὸν ἴσον τῷ πρώτῳ τρόπον νοήσεις καὶ τοῦτο· ἐ-
πειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώ- 1. Kor. 15. 21
που ἀνάστασις νεκρῶν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.) δεύτερος Ἀδὰμ κεχρημάτικεν ὁ Χριστός· καὶ ὥσπερ ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἡμᾶς καταβίβασεν εἰς φθοράν, οὕτως ὁ δεύτερος ἀνεκόμισεν εἰς ζωήν. οὐχ ὡς ἄνθρωπος ψιλὸς ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτῷ μείνωμεν νεκροί· ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκὶ καὶ αὐτὴ πεπονθὼς ἀνθρωπίνως, ἵνα θείκως ἀναστήσαντι τὸν ἴδιον ναὸν συνεγερθῶμεν ἡμεῖς.

Ex epiſtola ad Galatas.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

Galat. 3. 13. *CHriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum*

Deut. 21. 23. *eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio fieret Abrahæ in Chriſto Jeſu, ut polliciationem Spiritus accipiamus per fidem.* Hinc etiam perſpicias licet, Chriſti mortem mundo ſalutarem extitiſſe. Nam maledictum noſtri cauſa factus eſt, dum crucem ſuſtinuit, necnon ex ligno pependit, quo mundo a peccatis expiato, Abrahæ benedictio in Chriſto Jeſu fieret in gentibus, hoc eſt, ut gentes, juxta promiſſionem Abrahæ factam, per fidem juſtificarentur, noſque per fidem ſpiritum promiſſum obtineremus. Cum igitur Chriſti mors legis maledictionem e medio ſuſtulerit, & gentibus rurſum Abrahæ benedictionem, hoc eſt, gratiam per fidem pepererit, & tandem Spiritus ſancti participes nos reddiderit; neutiquam exiſtimare debemus, mortem illius vulgaris cujuſpiam hominis mortem extitiſſe: quin id potius ſtatuere nos decet, nempe Verbum incarnatum mortem in carne pro mundo pertuliſſe, ejuſque paſſionem ad omnem hominum redemptionem abunde ſat fuiſſe.

Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ Galat. 3. 13.
νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγρα-
πται γάρ· ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύ- Deut. 21. 23.
λου· ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.) ἄθρει δή μοι κἀντεῦθεν, ὅτι γέγονε τῷ κόσμῳ σωτήριος ὁ Χριστοῦ θάνατος. γέγονε γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν κατάρα, σαυρὸν ὑπομείνας, καὶ κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, ἵνα λύσῃ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τετέσιν, ἵνα δικαιωθῇ τὰ ἔθνη διὰ πίστεως, κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἐπαγγελίαν τῷ Ἀβραάμ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. ὅτε τοίνυν καὶ τὴν ἐν νόμῳ λέλυσε αἱρὰν ὁ Χριστοῦ θάνατος, καὶ πρυξόσησε τοῖς ἔθνεσι τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἀβραάμ, τετέσι τὴν διὰ πίστεως χάριν· μετέχομεν δὲ ἡμᾶς ἀπέφηνε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὐκ ἀνθρώπου κοινοῦ νοεῖτ' ἂν ὁ θάνατος αὐτοῦ. πεφυκοῖεν δὲ προσήκειν μᾶλλον, ὅτι σὰρξ γεγονὼς ὁ λόγος, σαρκὶ πεπονθὼς ὑπὲρ τοῦ κόσμου, καὶ γέγονε ἱκανὸν τὸ αὐτοῦ πάθος εἰς τὴν τοῦ κόσμου λύτρωσιν.

Ex epiſtola ad Epheſios.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

Epheſ. 2. 13. *NUnc autem in Chriſto Jeſu, vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum in decretis evacuans.* Quod ſi eos qui procul aberant, ob id nimirum quod per mundum errabundi divagarentur, ætatemque in impietate agerent, ſanguis Chriſti prope adduxit; quomodo Verbi incarnatio, quæ & diſperſa in unum collegit, & longe aberrantes Deo reconciliavit, & duos populos in unum novum hominem per car-

Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄν- Ephes. 2. 13.
τες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας.) εἰ καὶ τοὺς ὄντας μακρὰν διὰ τὸ πλανᾶσθαι κατὰ τὸν κόσμον, καὶ ἐν ἀθεότητι βιοτεύειν, ἐγγὺς πεποίηκε τὸ αἷμα Χριστοῦ, πῶς ἐκ ἀναγκαία τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῷ λόγῳ σάρκωσις, συλλέγουσα τὰ διηρημένα, καὶ προσοικειοῦσα μὴν τῷ Θεῷ τοὺς μακρὰν,

κραν, κτίζουσα δὲ τὰς δύο λαοὺς εἰς οὐδὲν ἀνθρώπου διὰ τῆς αὐτοῦ σαρκός; δέδοται γὰρ εἰς λύτρωσιν τῆς ἐν ἁμαρτίαις, ⁊ δι' αὐτῆς τὰ πάντα κατηλλάγη τῷ Θεῷ ⁊ πατρί. ⁊ πρὸς τούτοις ἔτι ⁊ ὁ πάλαι κατηργημένος νόμος, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ ἔστης τῆς πίστεως, δῆλον δὲ ὅτι τῆς ἐν Χριστῷ. ⁊ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθές, πῶς ὑπὲρ νόμον ἡ πίστις, εἰ μὴ ὡς Θεῷ πεπιστεύκαμεν τῷ Χριστῷ;

A nem illius redegit, generi humano non erat neceſſaria? Exhibita eſt enim hæc caro in eorum liberationem, qui peccatis obſtricti tenebantur, omniaque per ipſam Deo & Patri lucrifacta ſunt. Lex præterea vetus, quod fides in Chriſtum multo ſit excellentior, per eamdem quoque abolita eſt. At quomodo lex fidei cedit, ſi in Chriſtum tamquam in verum Deum non credimus?

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

Ex epiſtola ad Hebræos.

Ἑβρ. 10. 5. ΔΙΟ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει· θυσίαν ⁊ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα ⁊ περὶ ἁμαρτίας οὐκ * εὐδόκησας. τότε εἶπον. ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ· τοῦ ποιῆσαι ὁ Θεὸς τὸ θέλημά σου.) γέγονε σωτήριον τῷ κόσμῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος. πλὴν ἀναγκαῖον ἰδεῖν τίς ὁ εἰς τὸν κόσμον εἰσερχόμενος· ἰῶ γὰρ ἔξω τοῦ κόσμου πάντη τε ⁊ πάντως. ἐπεὶ πῶς εἰσβέβηκεν εἰς αὐτὸν * ἔξω κόσμου; τοιγαροῦν, κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὑπὲρ πάντα τὸν κόσμον, ὡς Θεὸς μονογενὴς, εἰσβέβηκεν εἰς αὐτὸν μέρος· αὐτοῦ γενόμενος, τουτέστιν ἄνθρωπος. ὅπου τε τοὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσκομίσας θυσίαν, ⁊ ἑαυτὸν ἀναθεὶς, σέσωκε τοὺς ὑπ' οὐρανόν.

Ἑβρ. 13. 12. Διὸ ⁊ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν.) αἷμα ἀνθρώπου κοινόν τινα ξένον ἁγίας ἡμᾶς ἀποφαίνει; ἀλλὰ μᾶλλον ἡγίασε τὸ αἷμα Χριστοῦ· θεῖον ἦν ἄρα ⁊ οὐχ ἁπλῶς ἀνθρώπινον· Θεὸς γὰρ ἦν ἐν σαρκὶ, τῷ ἰδίῳ αἵματι καθαίρων ἡμᾶς.

B *Ideo ingrediens mundum, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocautomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Chriſti paſſio mundo ſalutem peperit. Verum operæ pretium eſt cognoſcere, ecquiſnam ille ſit, qui in mundum ingreditur: quandoquidem modis omnibus is extra mundum erat. Quomodo ergo, qui extra mundum erat, ingreſſus eſt in ipſum? Sane Unigenitus ſuapte natura, univerſum mundum excedens ut Deus, in mundum ingreſſus eſt pars illius factus, id eſt homo. Ita enim ſacrificio pro nobis oblato, ſponteque ſemetipſo contradito, ab interitu terrarum orbem vindicavit.

Heb. 10. 5.

C *Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Quo pacto, quæſo, promiſcui hominis ſanguis ſanctos nos efficeret? At Chriſti ſanguis ſanctificavit nos. Divinus eſt itaque, non ſimpliciter humanus: Deus enim erat in carne, proprio nos ſanguine emundans.

Heb. 13. 12.

Ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον.

Ex epiſtola ad Timotheum.

1. Θιμ. 2. 5. ΕΙς γὰρ Θεὸς, εἷς ⁊ μεσίτης Θεοῦ ⁊ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἀντίλυτρον ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων.) σωτήριος ὁμολογουμένως ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ παντὶ. πλὴν εἰ μὴ ἐστὶ Θεὸς, πῶς ἂν ἀρκέσειεν εἰς τὸ γενέσθαι πάντων ἀντίλυτρον αὐτός τε ⁊ μόνος; ἀλλὰ ἦρκεσε μόνος ὑπὲρ πάντων ἀποθανών, ὅτι ⁊ ὑπὲρ πάντας ἐστί. Θεὸς ἦν ἄρα ἐστὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀποσήσας τοῦ κόσμου τὸν θάνατον.

1. Tim. 2. 5.

D *Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui redemptionem dedit ſeipſum pro omnibus.* Salutaris citra controverſiam Chriſti mors univerſo mundo extitit. Attamen ſi Chriſtus Deus non eſt, quomodo ipſe ſolus toti mundo liberando ſat eſſe potuit? At quia ſuper omnes eſt, omnium cauſa mortem perpeſſus, ſolus pro omnibus ſatisfecit. Deus itaque eſt, qui propria carnis morte mortem a mundo profligavit.

1. Tim. 2. 5.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΘΟΛΙΚΩΝ.

EX CATHOLICIS.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς.

Ex epiſtola Petri.

Ὅτι ἡ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος.

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit.

1. Πετρ. 3. 18. ΟΤΙ ὁ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ὑμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. ἐν ᾧ ⁊ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτε.) πολλοὶ τῶν ἁγίων ἀνῃρέθησαν προφητῶν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐκείνων ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν εἴρηται, ὅπερ μὲν προσαγαγεῖν ἡμᾶς τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκήρυξέ τισι τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. πέπραχε δὲ τοῦτο Χριστὸς, ⁊ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ λελυτρώμεθα, ⁊ τὸ αὐτὸ πάθος ἡμῖν τῷ

1. Petr. 3. 18.

E *Quia Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu. In quo & his qui in carne erant ſpiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando.* Multi ex ſanctis prophetis interempti ſunt; at nemo illorum, aut peccatorum cauſa oppetiiſſe, aut ſua nos morte Deo obtuliſſe, aut ſpiritibus, qui in carcere detinebantur, prædicaſſe dictus eſt: præſtitit hoc autem Chriſtus. Per ipſum enim & in ipſo redempti ſumus, ipſiuſque mors terrarum orbi ſalutem attulit. Mortem

ita-

itaque pro nobis ſubiit, non ut homo quiſpiam noſtri ſimilis, ſed ut Deus in carne, qui corpus ſuum pro mortalium omnium vita obtulit.

1. Petr. 4. 1. *Chriſto igitur paſſo in carne.* Cum Chriſtus ſit verus Deus, recte ſapienterque diſcipulus carne illum paſſum affirmat. Hac enim ratione naturam illam immenſam, in qua nulla perpeſſio cadit, ab omni perpeſſione eximit. Sua igitur carne paſſus eſt, quamquam Dei Verbum ſecundum ſe nullius perpeſſionis capax eſt. Chriſtus proinde Deus eſt, impaſſibilis quidem ſecundum divinam naturam; ſecundum humanam autem paſſibilis.

A κόσμου σωτήριον. ἀπέθανε τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος εἷς ὑπάρχων τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν σαρκί, τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὸ ἴδιον σῶμα δοὺς.

Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί.) 1 Πετρ. 4. 1.
ὡς γὰρ ὑπάρχοντος Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, σοφῶς καὶ εὐφρόνως ὁ μαθητὴς σαρκὶ πεπονθέναι φησὶν αὐτόν, ὑπεξαγων τοῦ παθεῖν τὴν ἀπόρρητον φύσιν, ἧς ἀλλότριον τὸ παθεῖν. ἰδίᾳ τοίνυν πέπονθε σαρκί, καίτοι τὸ παθεῖν ἀμοιρεῖν εἰδότος ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος. Θεὸς οὖν ὢν ὁ Χριστὸς, θείκως μὲν ἀπαθὴς, παθητὸς δὲ κατὰ τὴν σάρκα.

B

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris.

Ex evangelio ſecundum Joannem.

Joan. 12. 16. HÆC non cognoverunt diſcipuli ejus primum: ſed quando glorificatus eſt Jeſus, tunc recordati ſunt, quia hæc fuerant ſcripta de eo, & infra: Jeſus autem reſpondit eis, dicens; Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Nulli dubium eſt, univerſum mundum, Emmanuele mortele illius cauſa ſuſtinente, ſervatum eſſe. At jure interim C quæri poteſt, quomodo gloriam per mortem conſecutus fuerit, cum ea res apertæ cujuſdam infirmitatis eſſe videatur: unde etiam contemptæ ignominiæ ad mortem uſque obedicus fuiſſe legitur. Dices forſan illum per reſurrectionem glorificatum eſſe. Recte inquam; Vera enim eſt hæc doctrina. Sed divinane virtute revixit: an humana? Arbitror equidem, divina. Cum ipſum ergo Dei Verbum carne paſſum dicitur, nullo pudore ſuffundamur. Gloriam enim, eamque Deo convenientiſſimam rei exitus fortitur.

Ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

ΤΑΥΤΑ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον. ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. καὶ πάλιν· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλεῖονα φέρει.) ἔστι δὲ οὐκ * ἀμφίλογον, ὅτι C σώσας πᾶς ὁ κόσμος, ἀποθανόντος ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Ἐμμανουὴλ. πάλιν ἐκεῖνο λεγομεν. πῶς ἀποθανὼν ἐδοξάσθη; καίτοι μᾶλλον μωμον ἀσθενείας ἔχει τὸ χρῆμα· ὅθεν καὶ αἰσχύνης καταφρονῆσαι λέγεται, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς δεδοξάσθαι διὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. ὀρθῶς ἔχει, καὶ ἀληθὲς ὁ λόγος. ἆρ' οὖν ἀπιθάνως θείκως μᾶλλον, ἢ ἀνθρωπίνως; ἀλλ' οἶμαι θείκως. ὅταν οὖν αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος σαρκὶ λέγηται παθεῖν, μὴ αἰσχυνώμεθα τὸ πάθος· δόξαν γὰρ ἔχει τὸ τέλος, καὶ τοῦτο θεοπρεπῆ.

Ἰωαν. 12. 16.

* ἀμοίβαιον.

Ebr. 12. 2.

Philipp. 2. 8.

Quod unus ſit Dei Filius & dominus Jeſus Chriſtus.

Ex epiſtola ad Romanos.

Rom. 7. 25. & 8. 2. IGitur ego ipſe mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis eſt, iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me a lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Depugnant namque aperto inter ſe marte caro & ſpiritus, hoc eſt ſenſus carnis, inſitarumque nobis illecebrarum motus, & ſpiritalis vitæ facultas. Nam etſi divina lex ad boni cupiditatem nos invitet, carnis tamen concupiſcentia ad contrarium urget. Ad hæc rixa per Chriſtum nunc demum direpta eſt: quandoquidem peccati lege per illum labefactata, lex ſpiritus regnum obtinet. Qua iſtuc autem de cauſa? Rom. 8. 3. *Miſit enim Deus Filium ſuum in ſimiletu-*

Ὅτι εἷς υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους.

ΑΡ' οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοὶ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας. οὐδὲν ἄρα κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.) μάχονται μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀλλήλοις ἡ σὰρξ καὶ τὸ πνεῦμα, τοῦτ' ἔστι τὸ φρόνημα τὸ σαρκικὸν καὶ τὴν ἐμφύτων ἡμῖν ἡδονῶν τὸ κίνημα, καὶ τῆς κατὰ τὸ πνεῦμα ζωῆς ἡ δύσαμις. καὶ ὁ θεσμὸς ἡμᾶς ἀποφέρη νόμος εἰς γε τὸ δεῖν ἐλεύθερα τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμία καταβιάζεται πρὸς τὸ ἐναντίον. λέλυται δὲ νῦν ἐν Χριστῷ τὸ ἀντικατεῖ. καὶ ἠσθένησε μὲν τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, κε-

Rom. 7. 25. & 8. 2.

κεκράτηκε δὲ ὁ τῦ σώματος. διὰ ποίαν αἰτίαν; πέπομφε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα κατακρίνῃ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. εἶτα, πῶς οὐ χρεωδεστέρα λίαν ἡ τῦ λόγου σάρκωσις; κατακέκριται γὰρ ὅπου γε ἐν τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἡ ἁμαρτία. οἱ δὲ ὁ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀπομεμίμηκε δεόντως τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ δυκλόμῳ τῇ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας, ὄντος ἐν ἡμῖν αὐτῷ καταργήσαντος. ὥστε ἀναγκαίαν εἶναι φαμὲν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καὶ οὐχὶ δὴ μόνην τὴν ἐν προσώπου, ἢ κατὰ θέλησιν, ἤτοι συναφείαν ἁπλῆν καθά φασί τινες.

Rom. 8. 31. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὃς γε τῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;) εἰ τὸν ἴδιον υἱόν, δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῦ, δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ· πέπονθε δὲ κατὰ σάρκα, καὶ ὑ φύσει θεότητος· ἴδιον ἄρα ἦν αὐτῦ τὸ πεπονθὸς σῶμα, ἵνα καὶ αὐτὸς νοῆται παθὼν οἰκονομικῶς, ὁ παθεῖν οὐκ εἰδώς. τὸ τοίνυν ἀπομερίζειν εἰς δύο τὸν ἕνα, δυσσεβές. οὐκ ἔτι γὰρ ἴδιον υἱὸν ὁμολογήσεται δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ὁ πατήρ, εἴπερ ἐστὶν ἄνθρωπος δεημμένος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς ἐν προσλήψει σαρκὸς ὁ ἐκ Θεῦ λόγος.

Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ ἐγερθείς, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.) εἰ δικαιοῖ τῇ πίστει Χριστὸς, Θεὸς δέ ἐστιν ὁ δικαιῶν. Θεὸς ἄρα ἀληθὴς ὁ Χριστός. ἐπεὶ εἴπερ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, καίτοι πεθνεὼς καὶ ἐγηγερμένος, συγκάθηται δὲ τῷ πατρὶ· ἴδιον ἄρα τοῦ λόγου τὸ σῶμα ἐστὶ· συνεδρεύει γὰρ οὕτω τῷ πατρὶ μὴ τῆς ἀναληφθείσης σαρκὸς, ὡς υἱὸς κατὰ φύσιν, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος.

Rom. 10. 6. Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη ὅτω λέγει· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.) εἰ κατὰ γε τοῦτο δοκῶν, ἄνθρωπος θεοφόρος νοεῖται Χριστὸς, καὶ μᾶλλον ἔχων τὴν ἐν προσώπου ἕνωσιν πρὸς τὸν ἐκ Θεῦ λόγον, τίνος ἕνεκα πιστεύοντες εἰς αὐτὸν ὡς εἰς κύριον, ὁμολογοῦντες δὲ καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτῦ, δικαιούμεθα τῇ πίστει τῇ εἰς αὐτόν; πράττεται δὲ ἡ πίστις ὡς Θεὸς ὁν δηλονότι. ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις τῦ Θεῦ λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπινα. ἵνα γὰρ οὕτω Χριστὸν ὡς κύριον κατὰ φύσιν ὁμολογήσωμεν, καὶ τῆς αὐτῦ σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν ἐπιγινώσκοντες, ὡς εἰς Θεὸν πιστεύοντες, δικαιώμεθα.

Rom. 14. 7. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀπο-

dinem carnis peccati, ut peccatum condemnaret in carne. Qui ergo fieri poteſt, ut Verbi incarnatio non fuerit ſumme neceſſaria? Per hanc namque peccatum in carne etiam noſtra condemnatum eſt. Quod ſi Verbum caro factum non eſt, res noſtræ omnino proſtratæ, inemendataque manſerunt; atque adeo per carnem legi peccati ſervimus, nullo in nobis impetum illius retundente, aut refrænante. Neceſſariam proinde extitiſſe dicimus hypoſtaticam carnis cum Verbo unionem; non perſonarum inter ſe copulam, aut ſolam voluntatum concordiam & ſimplicem conjunctionem, quam quidam ſtatuunt.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Si Deus Pater proprium Filium, illum ipſum nimirum qui ex illius ſubſtantia ortus eſt, pro nobis donavit; ergo corpus quod mortem ſuſtinuit, proprium illius erat, qui ſecundum carnem paſſus eſt: (nam ſecundum divinitatis naturam pati non poterat) ita enim qui ſecundum ſe pati nequit, diſpenſatorie mortem perpeſſus eſt. Proinde qui unum in duos diſpertiunt, aperte impietatis crimine ſeſe conſtringunt: quandoquidem ſi eſt homo per ſe & ſecundum ſe diviſim, & non ipſummet Dei Verbum carne indutum, Pater proprium pro nobis Filium dediſſe non invenitur. Rom. c. 8. v. 31.

Quis accuſabit adverſus electos Dei? Deus qui juſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus Jeſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Si Chriſtus per fidem juſtificat, ſolus autem Deus eſt qui juſtitiæ donum præſtat: conſequens fit Chriſtum eſſe verum Deum. Rurſum ſi ad dexteram Patris ſedet, eademque cum illo gloria & majeſtate pollet, & quidem mortuus & reſuſcitatus; corpus itaque aſſumptum Verbi proprium eſt. Nam etſi factum eſt caro, haud ſecus tamen in ſuſcepta carne cum Patre regni ſolium obtinet, ut verus naturalſque Filius. Ibidem.

Quæ autem ex fide eſt juſtitia, ſic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlum? id eſt, Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum a mortuis revocare. Sed quid dicit? Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus. Quia ſi confiteris in ore tuo dominum Jeſum, & in corde tuo credideris quod Deus ſuſcitavit illum a mortuis, ſalvus eris. Corde enim creditur ad juſtitiam; ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Si ſecundum quorumdam opinationem Chriſtus eſt homo deifer, ſola perſonarum copula Dei Verbo conjunctus; qui fieri poteſt, ut in illum tamquam in dominum credentes, ejuſdem ex mortuis reſurrectionem profitentes ejuſmodi fide juſtificemur? Fides enim in eum tamquam in Deum fertur. Neceſſarium eſt ergo, ut Dei Verbum ſecundum hypoſtaſin humanæ naturæ unitum profiteamur. Ad hunc enim modum unum Chriſtum tamquam naturalem dominum confitentes, & carnis ejus reſurrectionem agnoſcentes, ac veluti in Deum credentes, juſtificationis beneficium conſequimur. Rom. c. 10. v. 6. Deut. c. 30. v. 14.

Nemo enim noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi mo- Rom. c. 14. v. 7.

moritur: ſive enim vivimus, domino vivimus; ſive morimur, domino morimur. Sive ergo vivimus, ſive morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, ut vivorum ſimul & mortuorum dominetur. Idem apoſtolus alibi illos qui ex gentibus conversi fuerant, ita alloquitur: *Nunc autem* Galat. 4. 9. *cognoveritis Deum, imo cogniti ſitis a Deo; quomodo iterum convertimini ad infirma & egena elementa mundi, quibus denuo ſervire vultis?* Per fidem ergo in Chriſtum ab elementorum ſervitute liberati, in Dei vivi & veri ſervitium translati ſumus. Quod ſi Chriſtus mortuus eſt, ut vivorum & mortuorum ex æquo dominetur; ipſique tamquam vivo & vero Deo vivimus; quomodo neceſſarium non erat, ut Verbum cum carne vere uniretur? In ipſa namque mortem perpeſſum, cum in vivos, tum in mortuos quoque imperium obtinuit.

Ἀποθνήσκω. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. ἐάν τε ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Θεοῦ ἐσμέν. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησε, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.) προσεφώνει τοὺς ἐθνῶν ὁ μακάριος Παῦλος· νυνὶ δὲ γνόντες Γαλ. 4. 9. Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ πῶς ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; λελυτρώμεθα τοίνυν διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἐκ τῆς τῶν στοιχείων δουλείας, καὶ ἐμετοχθήμεν εἰς τὸ δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. εἰ δὲ ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἵνα νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ, καὶ αὐτῷ ζῶμεν ὡς Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ· πῶς οὐκ ἀναγκαία τῷ λόγῳ ἡ πρὸς σάρκα γέγονεν ἕνωσις ἀληθής; ἐν αὐτῇ γὰρ ἀπεθανὼν, κεκυρίευκε καὶ ζώντων καὶ νεκρῶν.

Ex priori ad Corinthios.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης.

1 Cor. 10. v. 4. BIBEBANT *enim de ſpirituali, conſequente eos, petra: petra autem erat Chriſtus.* Nomen Chriſti tunc demum inditum eſt Emmanueli, quando ex ſacra virgine originem duxit. Quomodo ergo petra eſſe poterat, quæ populum Iſraeliticum deſerto porarat? Scripturam ſacram unum dumtaxat Filium, unumque Chriſtum agnoſcere, extra quæſtionem eſt. Verbum itaque poſteaquam carnem ſuſcepit, ſpiritalis etiam petra eſt, propter diſpenſationis novitatem, propriæ naturæ antiquitatem non abjiciens.

Ἔπινον γὰρ, φησὶν, ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.) τὸ Χριστὸς ὄνομα τέθειται τῷ Ἐμμανουὴλ, ὅτε γεγέννηται διὰ τῆς ἁγίας παρθένου, πῶς ἂν οὖν ἦν ἡ πέτρα ἡ ποτίζουσα τὸν Ἰσραήλ; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι Χριστὸν καὶ υἱὸν οἶδεν ἕνα τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. γεγονὼς γὰρ ὁ λόγος σὰρξ, πάλιν αὐτός ἐστιν ἡ πνευματικὴ πέτρα, τῆς οἰκείας φύσεως τὸ πρεσβύτατον οὐκ ἀποβαλὼν διὰ τὸ νέον τῆς οἰκονομίας.

Ex poſteriore ad Corinthios.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους δευτέρας.

2 Cor. 5. v. 16. ITAQUE *nos ex hoc neminem novimus ſecundum carnem: & ſi ſecundum carnem cognovimus Chriſtum; ſed nunc jam non novimus.* Quid eſt, obſecro, quod Paulus hic ait? Numquid Chriſtum poſt reſurrectionem inficiatur? Nonne illum ſecundum carnem reſuſcitatum, cumque eadem illa carne in cœlum profectum norat? Ecquis illuc dicere audeat? Talem namque in cœlum aſcendiſſe, ac olim inde rurſum venturum ſciebat, qualem cœleſtia petiiſſe, neutiquam ignorabat. Quomodo igitur Filium ſecundum carnem ſe noſſe negat? Quoniam ſimulatque ex mortuis revixit, ſatius ex divina eminentia illum & noſſe & profiteri, quam ex carnis menſura. Etenim diſpenſationis myſterio necdum expleto, ſecundum carnem prædicabatur, quo nimirum unigenitus caro factus crederetur. At vero ſacramento hoc jam conſummato, præſtat ex divinitate illum agnoſcere & profiteri, quam ex carnis humilitate & exinanitione. Unus itaque eſt Chriſtus & Filius & dominus.

2 Cor. 8. v. 9. *Scitis enim gratiam domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis.* Si Chriſtus eſt tantum homo, non ſecundum veram autem cum Dei Verbo unionem opulentus, ut Deus; quomodo factus eſt egenus? Quales tandem ſunt opes naturæ humanæ? An non omni homini dicitur: 1 Cor. 4. v. 7. *Quid habes quod non acceſpiſti?* Verum

Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν 2. Κορ. 5. 16. κατὰ σάρκα. εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.) τί δή ἀρα φησὶν ὁ Παῦλος; ἆρα Χριστὸν ἀριθμεῖται μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὐκ οἶδεν αὐτὸν ἐγκεκραμένον τῇ σαρκὶ, καὶ ἀναληφθέντα μετ' αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανόν; καὶ τίς ὁ φάναι τοῦτο τολμῶν; οὕτω γὰρ οἶδε καὶ ἀναληφθεὶς καὶ ἥξοντα κατὰ καιροὺς, ὃν ἔδει ἀναβῆναι εἰς τὸν οὐρανόν. πῶς οὖν οὐκ οἶδεν φησὶ κατὰ σάρκα υἱόν; ὅτι μὴ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, οὐκ ἐκ τῆς τῶν σαρκὸς ἔτι μέτρου, ἀλλ' ὡς ἐκ θείας ὑπεροχῆς ἄμεινον αὐτὸν εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν. οὕτω γὰρ πληρωθείσης τῆς οἰκονομίας, ἐκηρύττετο κατὰ σάρκα, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ μονογενής. ἐκεῖ δὲ τετέλεσται τὸ μυστήριον, ἀφ' ὧν ἐστι Θεὸς ἄμεινον αὐτὸν ὁμολογεῖν, ἢ ἀπὸ γε τοῦ κεκενῶσθαι διὰ τὴν σάρκα. εἷς ὢν Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος.

Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν 2. Κορ. 8. 9. Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε.) εἰ μὲν ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ ἃ καθ' ἑαυτὸν ἀληθῆ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον πλούσιος, ὡς Θεὸς, πῶς ἐπτώχευσε; τίς γὰρ ὅλως ὁ τῆς ἀνθρωπότητος πλοῦτος; ἐρωτᾷ γὰρ ἄνθρωπος παντὶ· τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; ἀλλ' ἐπτώ- 1. Κορ. 4. 7. χευσε,

χθεὶς, πλούσιος ὢν ὡς Θεός. ἐπτώχευσε γὰρ, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος μικροπρεπῆ οἰκονομίαν οἰκονομήσας, ὁ πλούσιος ἀληθῶς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. εἷς ἄρα Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ πλοῦτος μὲν, ὡς Θεὸς· πτωχὸς δὲ, ὅτι γέγονε ἄνθρωπος, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν δὲ αὐτόν.

A hic cum dives eſſet, utpote Deus factus eſt egnus; ſiquidem Verbum paternum, quod vere dives erat, humanæ naturæ humilitatem diſpenſatorie ſuam faciens, factum eſt inops. Unus ergo eſt Chriſtus & Filius, qui quidem dives eſt ut Deus; pauper vero eſt, quia ut nos per ſe locupletaret, homo factus eſt.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

Ex epiſtola ad Galatas.

Ioan. 3. 1.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.) ἆρ' οὖν οὐχὶ Θεὸν σὰρκωθέντα, ἵνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν ἀποφαίνει διὰ τούτων ἡμῖν υἱὸν καὶ κύριον ὁ μυσταγωγός; ἔφη μὲν γὰρ ἀπεσταλθαι, οὔτε ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπου· προσέθετο δὲ, ὅτι ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. καίτοι πῶς οὐκ οἶδεν ἄνθρωπον ὄντα Ἰησοῦν Χριστὸν, ὁ οὕτω τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν * οἰκουμένην κηρύξας αὐτόν; ἀλλ' οἶδε ὄντα οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς, σὰρκωθέντα δὲ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· καὶ οὐ Θεὸν ὃν ἀνθρώπου νενόμικεν, ἀλλ' ὡς αὐτοχρῆμα ἡγούμενον ἄνθρωπον μὴ τὸ εἶναι Θεόν· ὅταν οὖν λέγῃ παρὰ ἀνθρώπου μὴ ἀπεσταλθαι, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, πῶς οὐχ ἅπασιν ὑπάρχει, ὅτι καὶ Θεὸν αὐτὸν οἶδε ἀληθινὸν μὴ τὸ καὶ σὰρκὶ γεγενῆσθαι καθ' ἡμᾶς; σημαίνει τοίνυν αὐτῶν οὐκ ἀπὸ γε τῆς κενώσεως μέτρων, ἀλλὰ ἐκ τῆς θείας αὐτοῦ καὶ κατὰ πάντων ὑπεροχῆς.

* al. ἐρημίαν.

PAULUS *apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitavit eum a mortuis.* An non Deum incarnatum, unumque ex utriſque Filium, & dominum, divinorum myſteriorum interpres per hæc nobis intimuat? dicit enim ſe non ab homine, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum miſſum eſſe. Quid ergo? Numquid illum, quem univerſo orbi talem annunciarat hominem eſſe ignorabat? Nequaquam: norat utique hominem eſſe: at non hominem ſolum, ſed Dei Verbum hominem factum. Neque Deum rurſum in homine intelligendum, ſed ſalva per omnia deitate hominem reipſa effectum. Cum ergo ſe non ab homine, ſed per Jeſum Chriſtum miſſum dicat; quis dubitet, quin Chriſtum Jeſum verum Deum agnoſcat etiam ubi ille perinde ac nos carni communicavit? At maluit interim illum per divinam illius ſuper omnes excellentiam, quam per exinanitionis menſuram exprimere.

Galat. c. 1. v. 1.

Γαλ. 4. 3.

Ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου δεδουλωμένοι ἦμεν. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλε ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.) τίνα πέπομφε ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ὃς γέγονε ἐκ γυναικὸς; γέγονε δὲ καὶ ὑπὸ νόμον; ἆρα οὐχὶ φάναι πρέπει, καὶ πιστεῦσαι ἄξιον, ὅτι πέπομφε ἐκεῖνον, ὃς οὐκ ἂν γέγονε ἐκ γυναικὸς, οὐδ' ἂν ἔπραξε ὑπὸ νόμον, εἰ μὴ μεμίμηκε ὅπερ ἦν, ἕως ὁλονότι σαρκὸς καὶ αἵματος; ἀλλ' ἔστι σαφὴς ὁ λόγος· ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος γέγονε ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα· ὁ τῷ νόμῳ κύριος ὡς Θεὸς, γέγονεν ὑπὸ νόμον, ἵνα ᾖ καὶ ἀδελφὸς τοῖς ὑπὸ νόμον· οὕτω γὰρ ἀπελάβομεν ἡμεῖς τὴν υἱοθεσίαν. ὥστε εἰ μὴ γέγονε ὑπὸ νόμον καὶ ἐκ γυναικὸς, οὐδ' ἂν ἦμεν ἀδελφοὶ τῷ κατὰ φύσιν κυρίῳ * τῷ Θεῷ. ἐπειδὴ δὲ γέγονε δι' αὐτὸ τὸ χρῆμα, πεπλουτήκαμεν. ἀποδεῖξαι δὲ ποιεῖται σαφῆ τοῦ πράγματος ὁ θεσπέσιος Παῦλος, προσευχὴν ἅμα θεὶς· ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλε ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. πῶς οὖν πνεῦμα τοῦ ἐκ γυναικὸς καὶ ὑπὸ νόμον, τὸν ἅγιόν ἐστι πνεῦμα, ὃ καὶ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ, εἰ μὴ Θεὸς ὁ Χριστὸς, εἷς ὢν, καὶ υἱός;

Cum eſſemus, parvuli, ſub elementis mundi eramus ſervientes. At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quem, quæſo, Deus Pater ex muliere ortum, & ſub lege factum miſit? An non congrue reſpondetur, digneque cogitatur, eum miſiſſe, qui neque ex muliere ortus, nec legi factus eſſet obnoxius, niſi id eſſe non deſineret, quod ante carnem & ſanguinem ſuſceptum erat? Res plana eſt: etenim Dei Patris Verbum ſecundum carnem natum eſt ex muliere; ille rurſum qui ut Deus, legis erat dominus, factus eſt legi ſubjectus, quo illorum fratrem ſe declararet, qui legis vinculo tenebantur adſtricti: hac una namque ratione in filios cooptati ſumus. Certum eſt enim, ſi is legi obnoxius factus non eſſet, aut ortum ex muliere non traxiſſet, nos illius fratres evadere non potuiſſe, qui ſecundum naturam Deus & dominus eſt: quia vero utrumque effectus eſt, nos quoque per ipſum hac tanta re potiti ſumus. Atque hujus evidentem demonſtrationem habent, quæ beatus Apoſtolus ſtatim ibi adjungit: ait enim: *Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, Pater.* Jam quomodo illius Spiritus, qui ex muliere natus eſt, & ſub lege factus eſt, ſanctus Spiritus eſt, per quem etiam clamamus, Abba, Pater: ſi Chriſtus Deus, & unus, & Filius non eſt?

Ibid. v. 6.

A

Ex epiſtola ad Epheſios.

Epheſ. c. 4. v. 5. UNus dominus, una fides, unum baptiſma: unus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus. Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum ad inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia. En quanta rurſum claritate & evidentia apoſtolicus ſermo hoc loco oſtendat, Verbo per diſpenſatoriam unionem cum humana natura cocunte, unum tantum eſſe Chriſtum, unum eſſe dominum; atque adeo unum ex utroque eſſe ſolum, verum naturalemque Filium. Nam quomodo unus dominus, aut una fides, aut unum baptiſma? Si enim duo ſunt filii, duo neceſſario erunt domini, & duplex rurſum fides, & duplex tandem baptiſma. In quem enim credidimus, aut in cujus nomine baptizati ſumus? Atqui unus tantum eſt dominus, una fides, unum baptiſma. Perſpicuum fit ergo, unum ſolum eſſe Filium, etiam ſi unigenitus humanam originem perinde ac nos expertus ſit. Rurſum ecquiſnam ille eſt, qui vel in altum aſcendit, vel ad inferiores terræ partes deſcendit? Hic ipſe igitur ſecundum humanam naturam deſcendit, ſeſeque ad exinanitionem dimiſit, ac humiliavit, factus obediens uſque ad mortem. Aſcendit autem carne indutus ſuper omnes cœlos, ut impleat omnia.

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

Philip. c. 2. v. 5. HOc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Jeſu omne genuflectatur cœleſtium, & terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Audis hoc quomodo Verbum, quod in Dei forma exiſtebat, & Deus erat, neutiquam rapinam arbitratum dicat eſſe ſe æqualem Deo? Siquidem naturalem cum Deo Patre æqualitatem obtinens, ſervi forma, hoc eſt, hominis natura ſuſcepta, ſemetipſum exinanivit, ſpecieque noſtra ac ſimilitudine accepta, ſeipſum humiliavit. Poſteaquam vero crucem ſuſtinuit, exaltatum dicit, datumque illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ita ut omne genu ipſi jam incurvetur, omniſque lingua eumdem confiteatur. Sed qua, quæſo, ratione, qui in forma & æqualitate Dei exiſtebat, ad exinanitionem ſe demiſiſſe, & poſtea exaltatus perhibetur? An non evidentiſſimum hoc Chriſti ſacramentum eſt? Enim vero cum ſecundum naturam Deus eſſet, factus homo, in humilitatem abjectionemque deſcendit. Factus au-

Εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους.

Gitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per unius obeditionem, justi constituentur multi. Cum humana natura ob protoplasti inobedientiam maledicto mortisque sententiæ obstricta hæreret, oportuit ad antiquum statum illam denuo reduci per inculpatam obedientiæ demonstrationem. Atqui istud humanæ naturæ facultates multis partibus excedebat: neque enim ullus a peccato immunis erat. Nam cum ea semel in noxam erroremque incidisset, intestinisque infirmitatibus victa prostrataque jaceret, & intra propriam carnem nequitiæ radicem haberet, ac infrænem peccati legem intra sua viscera perpetuo gestaret, quomodo omnem omnino lapsum evaderet? *Nam sapientia carnis*, inquit, *omnino inimicitia est in Deum: legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest*. Itaque Deus Pater mira quadam dexteritate omnia per Christum instauraturus, humanæque naturæ regressum, hoc est redintegrationem ad id quod aliquando fuerat, maxima benignitate conciliaturus, *misit Filium suum factum ex muliere*; quo nimirum corpus nostro simile, sibique proprium factum assumens, tamquam homo in terris appareret qui est omnis peccati ignarus; atque ita Deo Patri per omnia obsecutus, humanam naturam in semetipso justificaret, mortisque vinculis eximeret, innocentiæ stola a Deo Patre coronandam. Etenim perabsurdum fuerit, per inobedientiam prioris Adæ ad mortem & corruptionem præcipitantis, damnationis hæredes constitutos nos esse; justitiæ vero posterioris per consummatam illam obedientiam in vitam reducentis, exortes nos manere.

nere. Cum itaque divina ſcriptura multos A per unius obeditionem juſtificatos aſſerit, non ſimplicem aliquem, noſtræque conditionis hominem ad hoc aſſumptum cogitare debemus; ſed ipſummet Unigenitum hominem factum, qui obedientiam Patri pro omnibus præſtitit. Is enim eſt, qui atteſtante
1. Petr. 2. 22. Scriptura, *peccatum non fecit, neque dolus inventus eſt in ore ejus.*

τῆς δὲ τῦ ἑνὸς ὑπακοῆς μὴ μεταλαχεῖν, ἀνακομίζοντ@ εἰς ζωὴν αἰῶν. τῆς εἰς ἅπαν ὑπακοῆς. ὅταν ὧ λέγη τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, δι' ὑπακοῆς ἑνὸς δεδικαιῶθαι πολλὰς, οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς εἰς τῦτο παραληφθῆναί φαμεν, ὁλοσχερῶς δὲ μᾶλλον τὸν μονογενῆ, καὶ ὑπήκοον, ὑπὲρ ἡμῶν γεγονότα τῷ πατρί. ὁ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτῦ, καθὰ γέγραπται. 1. Πετρ. 2. 22.

XXIII.

Rom. 15. 8. *Dico enim Chriſtum Jeſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum: Gentes autem ſuper, miſericordia honorare Deum.* Promiſſiones patribus factas, ad Judæos pertinere præ-
Genes. 49. 10. dicat divinus Paulus. At prophetæ Chriſtum gentium expectationem fore, jam dudum ante prædixerant. Itaque Dominus noſter Jeſus Chriſtus Patris nutui ſeſe conformans, circumciſionis, hoc eſt, Judæorum miniſter factus eſt, ad promiſſionum quæ patribus factæ fuerant, corroborationem. Dictum enim fuerat: *Juſtus ex fide vivet*: Gentibus
Habac. 2. 4. autem vivifica & ſpiritalis benedictio, ut & ipſæ quoque per fidem vocatæ, ac miſericordiam conſecutæ, Deum glorificent. Verum enimvero licet ſecundum humanam naturam C factus ſit miniſter, attamen tam iis qui ex circumciſione ſunt, quam ceteris quoque qui ex gentibus, annunciatur ut Deus. Utrique enim in Chriſtum non tamquam in purum, noſtræque ſortis hominem, ſed tamquam in Deum credentes; neque Dei Verbum extra caruem, hoc eſt, humanam naturam, poſitum profitentes, ſed incarnatum, vereque hominem factum adorantes, vocati ſunt ad vitam.

κγ'.

Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν.) Γεγράπται γὰρ τὰς ἐπαγγελίας τὰς τοῖς πατράσι δεδωρημένας ὁ θεσπέσι@ ἔφη Παῦλος. προσηνέχραγεσαν δὲ καὶ οἱ μακάριοι προφῆται περὶ Χριστῦ, ὅτι αὐτὸς ἔσαι προσδοκία ἐθνῶν. ὑπὲρ ὧν ὁ κύρι@ ἡμῶν Ἰησῦς Χριστὸς τοῖς τῶν πατρῴων νόμασι συναιρῶν, γέγονε μὲν τῆ περιτομῆ, τυτέστι τοῖς Ἰουδαίοις διάκον@, εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐν τοῖς πάπρασιν ἐπηγγελμένων· εἴρητο γὰρ, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· τῶν γε μὴν ἐξ ἐθνῶν ἀλλογία πνευματικὴ καὶ ζωοποιος, ὥστε καὶ αὐτὸς ἠλεημένους διὰ τῆς πίστεως, δοξολογῆσαι Θεόν. ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε διάκον@ ἀνθρωπίνως, ἀλλ' οὖν ὡς Θεὸς κηρύττεται τοῖς τε ἐκ περιτομῆς, καὶ μὴν τοῖς ἐξ ἐθνῶν· κέκλιωται γὰρ εἰς ζωὴν, οὐχ ὡς εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς εἰς Θεὸν πιςεύσαντες εἰς Χριστὸν· καὶ ὐκ ἔξω σαρκὸς, ἡνωμένη ἀνθρωποπρεπ@ τὸν ἐκ Θεῦ λόγον ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν, σεσαρκωμένον δὲ καὶ ἐνανθρωπήσαντα προσκυνῦντες αὐτόν. Rom. 15. 8.

XXIV.

Rom. 10. 8. *Verbum autem fides, quod prædicamus* (inquiebat Apoſtolus) *hoc eſt: Quia ſi confiteris* D *in ore tuo Dominum Jeſum, & in corde tuo credideris quod Deus illum ſuſcitavit a mortuis, ſalvus eris.* Jam cum Deus ſuapte natura ſit immortalis, ſi incarnationis doctrinam non admittimus, corpuſque quod mori poſſet, ſibi proprium feciſſe inficiamur, quomodo ex mortuis reſurrexiſſe recte dicere poterimus? In humano itaque corpore, quod aſsumpſerat, mortem ſuſtinuit: divina autem virtute, tamquam vita & incorruptio exiſtens, ex mortuis reſurrexit.

κδ'.

Τὸ γάρ τοι ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, διδάσκαλος λέγων ὁ μακάρι@ Παῦλ@· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σε, κύριος Ἰησῦς· καὶ πιςεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σε, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. εἶτα πῶς ἂν ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι λέγοιτο, καίτοι τῇ φύσει ἀθάνατος ὢν ὡς Θεὸς, εἰ μὴ προεισδέξαιτό τις τὴς περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγος διαπεθεικὼς, ὅτι τὸ πεφυκὸς ἀποθνήσκειν ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα; ᾧ ὑπέμεινε μὲν ἐν αὐτῷ τὸν θάνατον ἀνθρωπίνως, ἀνεβίω δὲ θείκως ὡς ἀφθαρσία καὶ ζωή. Rom. 10. 8.

XXV.

Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, 2. Cor. 10. 4. *ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia evertentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus cognitionem Dei; & captivantes omnem intellectum in obedientiam Chriſti.* Bellum quod ſancti gerunt, non eſt craſsum aut corporale, ſed ſubtile & ſpiritale. Illi enim commendari ſolent ac celebrari, non quia corporalia vibrent arma, aut lanceatum cuſpidibus, vel telorum jactibus apte utantur: ſed potius quia veritatis

κέ.

Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμὸς καθαιροῦντα, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τῦ Θεῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντα πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τῦ Χριστῦ.) ὁ παχὺς καὶ σωματικὸς, ἰσχὺς δὲ μᾶλλον καὶ νοητὸς τῦ ἁγίου ὁ πόλεμ@. εἰώθασι γὰρ ἐπαινεῖν, οὐχ ὅπλα κινοῦντες σαρκικὰ, ἢ τοῖς τῦ δορατῶν ἀκμαῖς, ἢ γὰρ ταῖς τῦ ἑλῶν ἐσοχίαις χρώμενοι, ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀληθείας ὅπλοις 2. Κορ. 10. 4.

πλοις ἐνορμισμῷ, πνευματικῶς ἀνταναστήμωμεν τε καὶ μᾶλλον νεανικῶς τοῖς ἐθέλουσι παρασημαίνειν αὐτοῖς, καὶ τῶν θείων δογμάτων τὴν ὀρθότητα παραξέπτουσιν· ἐπί γε τὸ αὐτοῖς ἀφειδεστέρως δοκεῖν. ὑ γὰρ σαρκικαὶ ταγαροῦν τῶν ἁγίων τὰ ὅπλα, δυνατὰ δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ. καθαιροῦσι γὰρ λογισμὸς τοὺς εἰς ἐπίνοιας ἡμᾶς ἀτοπομίζοντας. καὶ οἷά τινες τῶν ἀλιτηρίων βαρβάρων τὴν βασιλείας δόξη φιλονεικεῖν ἐγνωκότες ἐκ μέσου ποιῆσαι σπουδάζουσι· κἂν εἴ τις ἐκ ὕψους ἐπαίροι τὸ κέρας τῶν εὐσεβούντων λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ, τοῦτον ἐπινοίας ταῖς εἰς ὀρθότητα μονονοχὶ κατατρέψουσι, μετατιθέντες εἰς τὸ ἄμεινον, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐμβεβαίζοντες λόγοις. Δίτε χνίας οὖν ἄρα τῆς ἀληθοῦς ἀγωνοθετοῦς ἔργον ἂν γένοιτο, καὶ ἁρμόττον Θεῷ, τὰ τοῖς τῆς οἰκονομίας λόγοις ὑποφέρειν· ἀεὶ τὸ ἀντιτετάχθαι δοκοῦν τῇ δόξῃ Χριστοῦ. Θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς κένωσιν, καὶ γέγονε, ὑπήκοος μέχρι θανάτου. δεῖ τοίνυν πᾶν νόημα περιβέβλειν ἀσεῖως, καὶ ἐπὶ αἰχμαλωτίζειν εἰς τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ· εἰ γὰρ δίκαιον καὶ τῆς ἀνθρωπίνων, κατ' οὐσίαν ξένον ἀδικήσειεν ἂν τὴν τοῦ λόγου φύσιν τὸ ἐν ἀνθρωπότητι σμικροφυεῖς, εἰ πιστεύοιτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονώς· καὶ ὅτι που τὸ εἶναι Θεὸς ἀποβεβλημένος, ἀλλὰ μὲν τὸ μένειν Θεὸς, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ὑπήκοος γεγόμενος μέχρι θανάτου κατὰ τὴν σάρκα.

A armis inſtructi, ſpiritaliter intrepideque iis ſeſe objiciant, qui divinorum dogmatum rectitudinem adulterare, ac temerario auſu ad ſua placita pervertere ſtudent. Non igitur carnalia ſunt ſanctorum arma, ſed in Deo & pro Deo valida. Demoliuntur enim hominum commenta, quæ in abſurdum aliquem ſenſum abſtrahunt; neque minori ſtudio ea e medio tollere nituntur, quam exitiales quoſdam barbaros, qui regiæ majeſtati apertum bellum indicunt. Quod ſi quiſpiam ex illorum grege, qui iniquitatem contra Deum loqui ſolent, cornua in altum ſuſtulerit, eum illi veluti cædentes rectæ fidei ſententiis, retortum ad veritatis doctrinam mox traducunt. Opus itaque ſanctorum induſtria vere dignum, Deoque cum primis gratum fuerit, ea ad diſpenſationis cum carne rationem transferre, quæ cum Chriſti gloria non ſatis convenire videntur. Nam cum Verbum Deus eſſet, & in paterna forma & æqualitate exiſteret, ſeipſum ad exinanitionem demiſit, & ad mortem uſque obedientiam præſtitit. Omnem proinde contrarium intellectum commode evertere, & quaſi captivum in Chriſti obedientiam trahere oportet. Quod ſi aliquid humanam infirmitatem ſapiens de eo dicatur; id Verbi naturæ, ſi hominem noſtri ſimilem factum credamus, nullam omnino notam aſperget. Etenim licet humanam naturam aſſumpſerit, & ad mortem uſque ſecundum carnem ſit factus obediens; nullam tamen divinitatis ſuæ jacturam fecit; manſit enim Deus ut erat.

Pſal. 74.

Phil. 2.

Philipp. 2.

B

C

κϛ'.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ ἀξίας παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθόσον πλείονα τοῦ οἴκου τιμὴν ἔχει ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ὢν, ὡς θεράπων, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς·) ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ γέγονε Ἰησοῦς, τοῦτον ἄνθρωπος πεφηνὼς ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος· τότε γὰρ ὠνόμασαι καὶ Ἰησοῦς διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς. καὶ μικρὸν μὲν κομιδῇ τῇ τοῦ λόγου φύσει τὸ, τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς ὄνομά τε καὶ χρῆμα· τοῖς γε μὲν τῆς ἀνθρωπότητος μέρεσιν ἐπ' ἂν ἀκ ἀνάρμοστον. ὡς γὰρ αὐτός που φησιν, ὁ υἱὸς ἐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀντίλυτρον ὑπὲρ πολλῶν. τὸ μὲν γὰρ διακονεῖσθαι παρὰ τῆς κτίσεως, πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ μάλα εἰκότως, ὥσπερ Θεῷ καὶ δεσπότῃ, καὶ ὑπὸ πόδας ἔχοντι πᾶν ὅπερ ἐστὶ γλυπτὸν. τὸ δὲ γε διακονεῖν, ἀνθρώπινον μᾶλλον. πλὴν ὅσον ἦκεν εἰς τὸν τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας λόγον, ἐκ ἀπεικὸς τῷ γε ὅλως ἑαυτὸν καθάπαξ πρὸς τὰ ἀνθρώπινα. ἄδρει δὲ ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ

Ephes. 3. 1.

Act. 1. 21.

Matth. 20. 28.

XXVI.

Unde fratres ſancti, vocationis ſupercœleſtis participes, conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum: qui fidelis eſt ei, qui fecit illum; ſicut & Moyſes in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domo, qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus, tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant: Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos. Confeſſionis noſtræ apoſtolus & pontifex a Deo Patre inſtitutus eſt Jeſus, hoc eſt, Dei Verbum incarnatum. Tunc enim Jeſu nomine per angelum appellatum eſt. Et quidem ſacerdotii & apoſtolatus nomen & res, perexigua ſunt, ſi Verbi naturæ attribuantur, verumtamen humanæ naturæ modulo non incongrue adaptantur. *Nam filius* (ut ipſe alicubi teſtatur) *non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.* Quod igitur creaturarum omnium miniſterio jure merito potiatur, hoc inde habet, quia Deus eſt, Dominus eſt, totumque quod ortum quovis modo ſortitum eſt, pedibus illius ſubſtratum eſt: quod autem miniſtrat, hoc naturæ humanæ eſt. Neque hoc, ſi diſpenſationis cum carne rationem ſpectes, illum dedecet, qui ſe ſemel ad humana demiſit. Vide jam, quomodo ſecundum humanam naturam, ſacerdotii munus obeat, mediatorque inter Deum & homines exiſtat:

Hebr. 3. 1.

Luc. 2. 31.

Matth. 20. 28.

D

E

omnis enim ſacerdos meditoris officio fungitur: verumtamen ſacrificii ritum non obit ſerviliter ſacerdotum noſtri ordinis more, quaſi ipſe non ſit cui etiam ſacrificium offertur; ſed ſibiipſi quoque ſacrificat, & per ſeipſum, & in ſeipſo Deo Patri. Offert autem noſtram confeſſionem, hoc eſt fidem; quam rite facere conſuevimus, dicentes: Credimus in Deum Patre omnipotentem; & in unum dominum Jeſum Chriſtum filium ejus, & in Spiritum ſanctum. Itaque etſi ſacerdotio fungi dicitur ſecundum naturam humanam, ſacrificium tamen oblatum ſuſcipit, ſecundum divinam: eſt enim idem Deus ſimul & homo. Appellatus eſt autem fidelis, propterea quod ſemper ſalvare queat eos, qui per ipſum ad Deum accedunt. Quin & ipſe quoque Pater fidelis interdum vocatur: Quanto autem intervallo miniſterium illius ut hominis cum Moſaico collatum excedat, quatenus hic ſi conſideretur ut Deus pertacili negotio id quivis intelliget, ſi ſecum reputet, illum quidem veluti fidelem famulum in domo verſatum eſſe; hunc vero, hoc eſt Emmanuelem, toti domui tanquam dominum præfuiſſe, imo ipſius domus architectum conditoremque extitiſſe, cujus quidem domus nos ſumus. Nulla vero comparatio intercedit inter res conditas & conditorem: inter eum rurſum, qui ſuapte natura dominus eſt, & eum qui vere ſervus & ſubditus.

μεσίτης πάσεται ϗ Θεῷ ἀνθρώπων. μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεύς. τὸν δὲ τῆς θυσίας ζόχον οὐκ ἔτι καθ' ὅσα τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, εὐθὺς αὐτὸς ἐπικοινωνῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύεται, ϗ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πατρί. ἱερουργεῖ γὰρ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν, τουτέστι τὴν πίστιν, ἣν καὶ ὀρθῶς κατευθύνομεν πιστεύοντες, λέγοντες· πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐκοῦν κἂν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτὸς θείως, ὁ αὐτὸς ὢν ὁμοῦ θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἔρηται δὲ πιστός, διὰ τὸ ἀεὶ σώζειν δύνασθαι τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ. πιστὸς δὲ ὠνόμασται καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ. συγκεκριμένῳ δέ πως τῇ Μωσέως διακονίᾳ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὥσπερ ἔχει τὴν ὑπεροχὴν κατιδεῖν τὸ εἶναι θεός, ἀναμαθεῖν ἂν, καὶ οὐσιωδῶς ἑδρῶτι μακρῷ, σύνοιεν, ὅτι ὁ μὲν ὡς οἰκέτης ἐν τῷ οἴκῳ πιστός, ὁ δὲ ὡς δεσπότης ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. ϗ ὅτι τοῦ οἴκου κατασκευαστὴς καὶ δημιουργὸς ὁ Ἐμμανουήλ· οἱ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ἀσυγκρίτῳ δὲ ποιητοῦ πρὸς τὸ ποιητὸν ἡ διαφορά, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν δεσπότου πρὸς * τὸ δοῦλον ἀληθῶς, ϗ ἐν ὑφέσει· .. δοῦλον νοούμενον.

XXVII.

Joan 6. 38. *Quia deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas ejus qui miſit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.* Cœlitus ſe deſcendiſſe, atque a Deo Patre ſe miſſum aſſerit, etiam ſi impleat omnia: illud omnibus, ut puto, demonſtrare, planumque facere volens, quod cum Verbum eſſet Deus, diſpenſatoria ratione in humanam naturam propter nos ſe demiſit; non quod per hoc Deus natura eſſe deſiſteret, ſed quod id aſſumpſerit, quod non erat: ut corpore quod aſſumpſerat, proprumque ſibi fecerat, morti ad tempus contradito, nullum ex illis quos acceperat, deperderet, ſed ſervaret, ac in noviſſimo die a mortuis reſuſcitaret. Cum autem non ſuam, ſed ſui Patris voluntatem ſe perficere addit, Judæorum veſaniam ex obliquo perſtringit; ut qui ſuam ſemper voluntatem conſtituere ſatagentes, divinatique leges parvifacientes, de domini ſui placitis perficiendis nihil quidquam penſi haberent: dum enim ſuum hoc loco promptum obſequendi ſtudium palam commendat, illorum rebellionem neutiquam obſcure incuſat. Quin & alibi quoque eo nomine illos inſimulat, quod odio, inſectatione, iniquoque judicio ex inſtituto contra ſe deſæverint: *Vos*, inquit, *ſecundum carnem judicatis*; *ego non judico quemquam*: *& ſi judico ego, judicium meum verum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me*. Loquitur ergo hæc ſecundum carnis diſpenſationem.

Joan 5. 22. Ibid. 30.

κζ'.

Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.) καταβῆναί φησιν ἑαυτὸν ἐξ οὐρανοῦ, ἀπεσταλθαί τε παρὰ τοῦ Θεοῦ ϗ πατρός, καίτοι τὰ πάντα πληρῶν· ἐκεῖνο, οἶμαι, καταδεικνὺς, ϗ καθίστας ἅπασιν ἐναργές, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, κατοικονομικῶς ἐκενώθη οἰκονομικῶς εἰς ἀνθρωπότητα δι' ἡμᾶς. ϗ ὅτι που μεθεῖς τὸ εἶναι φύσει Θεὸς, προσλαβὼν δὲ μᾶλλον ὅπερ οὐκ ἦν, ἵνα ϗ δοὺς τῷ θανάτῳ πρὸς βραχὺ τὸ σῶμα ἴδιον αὐτοῦ, * μηδένα ἀπολέσῃ τῶν δοθέντων αὐτῷ, διασώσῃ δὲ μᾶλλον, ϗ ἀναστήσῃ * αὐτὸς ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ποιεῖν μὲν οὖν λέγων τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, ϗ οὐχὶ ὁπόταν τὸ ἑαυτοῦ, τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐλέγχει, ϗ ὑποπλήττει πλαγίως, ὡς ἀεὶ τὸ ἴδιον ἰσῶντας θέλημα, ϗ τῶν θείων ὑπερορῶντας νόμων, ϗ παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι μεμελημένους τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν· ἑαυτῶν γὰρ ἐν τούτοις προσμαρτυρῶν τὸ δίκαιον, τῆς ἐκείνων ἀσεβείας κατηγορεῖ. ἔφη γάρ που ϗ ἑτέρωθι πρὸς αὐτοὺς, ὡς διωκεν ἐθέλοντας, ϗ μισεῖν ἠρημένους, ϗ ὄδικον ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐφ' ἑαυτῷ ψῆφον ἐκφέροντας· ὑμεῖς κατὰ τὴν σαρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα· ϗ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ μὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἅπερ οἰκονομικῶς τὰ τοιάδε φησί.

Joan 6. 38.

Joan 5. 22. Joan 5. 30.

A

κη'.

Πλιὼ ἐκεῖνο φέρε δὴ, φέρε κατιδρήσωμεν. ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὡς Θεὸς, δεδόσθαι φησὶν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ, σώσῃ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ἀναστήσῃ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. πῶς οὖν ἀνέστησεν; ἢ δηλονότι δι' αὐτῆς τῆς ἰδίας ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν· ζωοποιήσας γὰρ καὶ προάγει τὸν ἄλλων τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κατισχύσας κράτος διὰ τοῦ θανάτου τῆς ἰδίας σαρκὸς, οὗτος γέγονε τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει πρὸς ἀνάστασιν, καὶ πρός γε τὸ δυνάσθαι λοιπὸν κατόμενθῆσαι φθορᾶς. ἴδιον μὲν ἄρα τοῦ κατεφοιτηκότος ἐξ οὐρανοῦ Θεοῦ λόγου τὸ δι' οὗ γέγονε πρωτότοκος ἐν νεκροῖς· ἵνα καὶ ἐγηγερμένῳ κατακολουθῇ πρὸς ζωὴν τὸ δοθὸν αὐτῷ, οὐκέτι διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν ἀπολλύμενον, σῳζόμενον δὲ μᾶλλον διὰ τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. δεδόσθαι δέ φησιν ἑαυτῷ τοὺς τῇ εἰς αὐτὸν πίστει προσπεμπόμενους πάλιν, ὡς ἄνθρωπος γεγονώς. κλῆρος μὲν γὰρ ἴδιος αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ πατρός. ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, μετέσχε αἵματος καὶ σαρκὸς, εἶτα πεπιστεύκαμεν ὡς Θεῷ, ταύτῃ τοι τὸ τῆς δόσεως ὄνομα παρεισκέκινεται· βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν καὶ μὴ σαρκὸς, ὁ καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλεύς. ἐγὼ γὰρ ὡς εἰς τὴν τοῦ χρίσαι βασιλεύειν ἀρχὴν εἰσπεκομισμένῳ, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς· κύριος, φησὶν, εἶπε πρός μέ· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. δέχεται τοίνυν ἀνθρωπίνως τὰ ἑαυτοῦ, καίτοι καθεξουσιάζων τῶν ὅλων ὡς Θεός.

Περὶ τοῦ ἡγιάσθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν νοουμένης ἱερωσύνης.

κθ'.

Ἔπρεπε γὰρ * αὐτὸν, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν * ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.) ἑαυτοῦ τίχα που τῶν ἀμαθεστέρων τινές, καὶ διαιρεῖν εἰωθότων εἰς δύο Χριστοὺς καὶ εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τελειωθῆναι λέγεσθαι διὰ παθημάτων τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον ἴδιον νοούμενον, καὶ δίχα τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς οὕτως λέγειν, καὶ αὐτὸν λέγεσθαι τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸν ἀρχηγόν. πεπληροφορῆσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ τὸ Θεῖον λόγιον δοθῆναι πρὸς τὸ * πάθος, ὡς ἕτερον ἰδικῶς. πρέπειν γὰρ αὐτῷ δὴ μάλιστά φασι τὸ δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, διά τοι τὸ φύναι τὸν μυριάδων ἀγαγεῖν. φάντα δ' αὐτοῦ ἐχρῆτο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐχρῆτο οὐδὲ ἕν. ἔπρεπε τοίνυν, φασὶ, τῷ λόγῳ, δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντι, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τουτέστιν ἄνθρωπον ἁπλῶς, τὸν διὰ τῆς ἁγίας παρθένου, τελειῶσαι διὰ παθημάτων. ὅτι δέ ἐστιν ἐμ-

XXVIII.

Sed age nunc alterum illud quoque expendamus. Cum e cœlo deſcendiſſet ut Deus, illos a Patre ſibi datos affirmat, qui in illum crederent; non ut illos perdat, ſed ut in noviſſimo die ad vitam exſuſcitet. Sed quomodo exſuſcitat? non alio ſane, quam per ſuam ex mortuis reſurrectionem. Proprio namque templo in vitam reſtituto, mortiſque imperio per propriæ carnis mortem demolito, humanæ naturæ ad reſurrectionem, necnon ad obtinendam contra corruptionem victoriam, viam munivit. Verbi itaque Dei, quod e cœlo deſcendit, id proprium eſt, per quod primogenitus ex mortuis factum eſt? quo illud nimirum, quod ipſi donatum eſt, una cum illo exſuſcitatum, propter protoplaſti inobedientiam non amplius pereat, ſed propter Chriſti obedientiam, ſalutem & vitam æternam obtineat. Ceterum ut homo factum eſt, eos ſibi datos dicit, qui fidem in ipſum recipiunt. Nam omnia quæ Patris ſunt, hæreditario jure poſſidet. Poſtquam vero (ut dixi) carni & ſanguini communicavit, & nos in ipſum ut in Deum credidimus, ob id factum eſt, ut donationis nomen ei tribuatur. Nam qui ante ſuſceptam carnem imperabat, is etiam carne indutus regnum in nos obtinuit. Ita ubi primum Verbum homo noſtri ſimilis factum eſt, ut principatum in nos gereret, inauguratum eſt: *Dominus* (inquit) *dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Quamvis ergo ut Deus omnibus dominetur; tamen ſecundum humanam naturam, quæ ſua alioquin erant, accepiſſe dicitur.

Joan. 6. 39.

Coloſſ. 1. 18.

Hebr. 2.

De Chriſti ſanctificatione, ejuſdemque ſacerdotio.

XXIX.

Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſiones conſummare. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex uno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Rudiores, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum duos Chriſtos totidemque filios ſuo more dividunt, arbitrantur fortaſſis hominem ex muliere natum, ſeorſum per ſe, hoc eſt, a Dei Patris Verbo ſejunctum, per paſſiones hic conſummatum prædicari, eumdemque ſalutis noſtræ auctorem hoc loco appellari; conſummatum autem, & paſſioni veluti alterum quempiam ſe, ab ipſo Verbo objectum eſſe. Nam illud, propter quem & per quem omnia, proprie in illud convenire, hoc (inquiunt illi) ex beato Evangeliſta evidenter colligi poteſt. Ait enim: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Decebat, igitur,* ſicut aſſerunt illi, *ut Dei Verbum, per quod omnia, & propter quod omnia; quod multos filios in gloriam adduxerat, ſalutis illorum auctorem,* hoc eſt, hominem purum ex ſacra Virgine ortum, *per paſſiones perfectum conſummatumque redderet.* Quod autem hic eorum

Hebr. 10. Ἑβρ. 10. * αὐτῷ * ἀγαγόντι

Pſal. 21. 23.

Joan. 1. 3.

rum ſermo amentia ſcateat, quanta fieri poterit perſpicuitate nunc oſtendere conabor.

βρωντησίας ἀναπλεως ὁ λόγος αὐτοῖς, ὡς ἔνι κ̀ γιὼ καταδεῖξαι πειράσομαι.

XXX.

In primis itaque illud, Perquem, de ipſo quoque Patre enunciatum interdum comperitur. *Fidelis Deus* (ſcribit beatus Paulus) *per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus*. Ad illos rurſum, qui per fidem ad libertatis dignitatem evocati fuerant, ita ait: *Itaque jam non es ſervus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres per Deum*. Cum ergo divina ſcriptura promiſcue hanc phraſim uſurpet, atque illud, Perquem, tribuat ipſi quoque Patri; nihil eſt quod Pilii tantum perſonæ illud nos admetiri neceſſario compellat. Cum itaque hæc ita ſe habeant, cur potius minime hoc de filio intelligentes, ſed ſcripturarum auctoritati innixi, ſermonemque incarnati Unigeniti myſterio congruentem ſtudioſe conſectati, non dicimus, Patrem Filium hominem factum per paſſiones conſummaſſe? quandoquidem is, Deo Patre ſic volente, *ignominiæ contempta crucem ſuſtinuit*, quo & nos quoque veſtigiis illius inhærentes, ſtrenuos efficeret, confidentes in illo qui dicit; *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. Nam quod afflictionem in mundo, perſecutionemque ab hoſtibus perpeſſuri eſſent, & gravia pro veritatis dogmate, certamina ſubituri, & virtutis denique ſtadium non abſque magno ſudore & moleſtiis decurſuri, noluit eos metu frangi, ſed per ea quæ ipſe perpeſſus eſt, animari: ut vero nos etiam ea detrectare non auderemus, oſtendit dicens; *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum: ſufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus, & ſervo, ſicut dominus ejus. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.*

Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ, δι' ὃν, κ̀ ἐπ' αὐτῷ τεθεῖται τῦ πατρός. Ὁ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος πιστός, φησὶν, ὁ Θεὸς, δι' ὃ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. κ̀ πάλιν τοῖς διὰ πίστεως εἰς ἐλευθέρου ἀξίωμα κεκλημένοις· ἄρα, φησὶν, οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, κ̀ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. διαφορήσης τοίνυν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς περὶ τοῦ τῆς λέξεως ἐκφωνήσιν, δεχομένης δὲ αὐτοὺς κ̀ ἐπὶ τῦ πατρός, οὐδὲν ἔτι τὸ σωωθὲν ἡμᾶς εἰς τὸ τῦ υἱῦ πρεσβεύειν πρόσωπον ὡς οὐκ ἀναγκαῖον τὸ, δι' οὗ. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐστιν ἀληθὲς, τί μὴ μᾶλλον ἀφέντες τὸν εἰς τὸ παρὸν τὸ αὐτοῦ πρόσωπον, ἔστι τῷ σχεπῷ τῆς ἱερᾶς γραμμάτων ἐπόμβροι, τῇ μὴ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τὸ μονογλῶς τὸν αὐτῇ πρέποντα τηρῦντες λόγον, τὸν πατέρα φαμὲν τελειῶσαι διὰ παθημάτων ἀνανθρωπήσαντα τὸν υἱόν; ὑπέμεινε γὰρ σαυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ὑπ' εὐδοκίαν τοῦ παντὸς τῦ Θεοῦ κ̀ πατρός· ἵνα κ̀ ἡμᾶς τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν χρημένους, νεανικὰς ἀποφοίτῃ, πεισθομένους λέγοντι. μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῆς ἀποκτεινόντων ὑμῶν τὸ σῶμα, τοῦ δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον θλίψιν ἔχειν ἐν τῷ κόσμῳ, κ̀ δοκεῖσθαι παρ' ἐχθρῶν, κ̀ τῆς τῆς ἀληθείας δογμάτων ὑπερασπιστὰς, ἱδρῶτί τε κ̀ πόνοις κατορθῶν εὖ μάλα τοῦ ἀρετοῦ ὐκ ἐᾷ θρύπτεσθαι πρὸς δειλίας, ἀποφαίνει δὲ μᾶλλον ἀτολμοτάτους, ἐλάσας αὐτὸς διὰ παθημάτων, ἵνα κ̀ ἡμᾶς ἐκδυσωπήσῃ, λέγων· ὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτῦ. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτῦ· κ̀ τῷ δούλῳ, ὡς ὁ κύριος αὐτῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, κ̀ ὑμᾶς διώξουσι.

1. Cor. 1. 9.

Gal. 4. 7.

Heb. 12. 2.

Matth. 10. 28.

Matth. 10. 24.

Joan. 15. 20

XXXI.

Scopus itaque unigenito Dei Filio propoſitus fuit, in carne ſua pro nobis pati. Cujus quidem propoſiti cauſam divinus Paulus his verbis explanat: *Quia* (inquit) *pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem: ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum; & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſervituti.* Cum ergo mortis deſtructio humanæ naturæ facultatem ſuperaret (nam per vetus maledictum in eam adducta erat calamitatem, ut neceſſario mortis imperio obnoxia teneretur) oportuit ut vivificum Dei Verbum natura morti obſtricta, hoc eſt noſtra humana, ſeſe indueret; quo mors efferatæ cujuſdam belluæ inſtar propriam quoque illius carnem adorſa, a tyrannide quam in nos exercebat, velut a Deo jam debellata, in poſterum deſiſteret. Ipſe itaque eſt, qui quidem propter nos ſecundum carnem, hoc eſt humanam naturam, perficitur; ſecundum divinam vero virtutem (eo nimirum, quod mortis impetum perfregerit) nos perficit, conſummatque. Deerat enim humanæ naturæ ea integritas & incor-

λά.

Σκοπὸς ὢν ἄρα τῷ μονογλῶ γέγονε, σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. κ̀ ποία τις ἐστὶν ἡ τῶδε πρόφασις, διδάξει λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἐπειδὴ γὰρ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος κ̀ σαρκὸς, κ̀ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον· κ̀ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. ὠκὺν ἐπειδήπερ ἀνέφικτον ἰῶ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ καταργῆσαι θάνατον· ἐκεκράτητο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, κατακομιζόσης αὐτὴν εἰς τοῦτο τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἐκείνης· ἀναγκαίως ὁ ζωοποιὸς τῦ Θεῦ λόγος τὸν θάνατον κατοχον ἠμπέχετο φύσιν, τοῦτ' ἔστι τὸν καθ' ἡμᾶς, ἤγουν τὸν ἀνθρωπίνων, ἵνα κ̀ τῇ αὐτοῦ σαρκὶ καθάπερτι τῷ ἀτιθάσσων θηρίων ἐφιππήσας ὁ θάνατος, παύσηται τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, ὡς παρὰ Θεοῦ καταργούμενος. αὐτὸς ὢν ἄρα ἐστὶν ὁ σαρκὶ τελειούμενος δι' ἡμᾶς ἀνθρώπινος, τελειῶν δὲ ἡμᾶς θείκως διὰ τῦ καταργῆσαι τῦ θανάτου τὸ κράτος. ἔλειπε γὰρ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ ἄφθαρτον, ὅπω γνωμένη κ̀ ἐν ἀρχαῖς. ὁ γὰρ Θεὸς θάνατον ὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ πέπεται ἐπ' ἀπω-

1. Cor. 1. 9.

Gal. 4. 7.

Heb. 2. 14.

Ebr. 2. 14.

Σοφ. 1. 13. ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου, οὐδὲ ἔστιν ᾅδου βασιλεία ἐπὶ τῆς γῆς· ΦΘόνῳ δὲ διαβολὴ θάνατον εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. οὕτως ἡμᾶς τελειώσας ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεόν. ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. Ioan. 17. 4. δόξα γὰρ ἀληθὴς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τὸ δι' υἱοῦ τοῦ ἰδίου χρηματισμὸν καταργήσαντι θάνατον. ἦν μὲν ἡ μὴ τελείωσις αὐτῷ διὰ παθημάτων, ἡμῖν δὲ προσθήκη τοῦ λείποντος· τὸ γενόμενον· ἡμῶν γὰρ κτίσις τὸ ἐν Χριστῷ.

A ruptio, quam in ortus ſui primordio obtinebat; *Deus enim mortem non fecit, neque lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut eſſent omnia*; ſpectantque ad ſalutem mundi primordia, nec eſt in illis venenum perditionis, nec inferorum regnum in terra: *Sed disboli invidia mors intravit in mundum*. Ad hunc itaque modum nos perficiens, ad cœleſtem Patrem ajebat: *Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi quod dediſti mihi ut faciam*. Ea namque vera eſt Dei patris gloria, quod per Filium ſuum demolitus eſt mortem. Per paſſiones proinde ipſi quidem conſummatio, nobis vero ejus quod deerat, expletio obtigit. Per Chriſtum enim & in Chriſto nova B creatura effecti ſumus.

Sap. 1. 13. — Sap. 2. 24. — Joan. 17. 4.

λβ'.

Ὅτι δὲ οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς ἐξηνημμένον τοῦ λόγου τετελειῶσθαί φησιν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐν ἀνθρωπείᾳ δὲ μᾶλλον μορφῇ πεφηνότα τὸν μονογενῆ, πιστώσεται πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος προειδώς· ὁ γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. τίς ὁ ἁγιάζων, καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ ἁγιαζόμενοι· καὶ πῶς ἐξ ἑνὸς πάντες, ἢ ἐκ τίνος, ὅλως ἄξιον ἰδεῖν. ἑκατὸν ἁγιάζει μὲν ὁ υἱὸς, ἁγιάζων ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεός· ἡγιάσμεθα δὲ ἡμεῖς παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ πνεύματος. πῶς οὖν οἱ πάντες ἐξ ἑνός; ὡς ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ. ὥστε καὶ ἀναγκαῖον ἐντεῦθεν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους ἔχειν τὴν ἀδελφότητα. γνητὸν γὰρ πρὸς γνητὸν, καθὸ γνητὸν, φυσικήτις ἡ ἀδελφότης. καίτοι τὴν φύσιν ἀγνήτης ἐστὶν ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἀδελφὸς τῇ κτίσει κατάγει τὸ εἶναι φύσει Θεός. πῶς οὖν οἱ πάντες ἐξ ἑνὸς, ὅ, τε ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι; ἐυκοῦν ἀναγκαῖον εἰς τὸν ἅπαξ προκειμένων διασαφῆσαι τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος. ὅτε γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, τότε καὶ αὐτὸς μεθ' ἡμῶν ἐξ ἑνὸς λέγεται· καὶ κεχρηματικε τοῖς κτίσμασιν ἀδελφὸς, ὡς συγγένειαν ἐσχηκὼς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀνθρωπίνην. ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως οὐκ αἰσχύνεται ἡμᾶς ἀδελφοὺς ὀνομάζειν, οὐκ ἀναλόγως, ὡς γε μοι φαίνεται, τοῖς δὲ αὐτῷ γεγονόσιν ἀδελφοὺς ὀνομάζεσθαι, εἰ μὴ γέγονε κατ' αὐτοὺς πλὴν ὁ μεθ' ἡμῶν ὅπερ ἦν. τότε γὰρ ἀνεπιπλήκτως καὶ ὑμνήσει μεθ' ἡμῶν αὐτὸς, ὃν ὑμνοῦσι τὰ σεραφείμ, καὶ σύμπασα κτίσις προσκυνεῖ.

C Quod autem non nudum vulgaremque hominem a Verbo ſejunctum, noſtri cauſa conſummatum dicat, ſed ipſummet Unigenitum humana forma indutum, id divinus Paulus hac rurſum oratione confirmat: *Qui* (inquit) *ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex uno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis*. Hic operæ pretium eſt cognoſcere, ecquis nam ille ſit qui ſanctificat; tum quinam illi rurſum qui ſanctificantur; & quonam modo ex uno omnes, & ex quo tandem illo. Sanctificat igitur Filius, ſecundum naturam ſanctus exiſtens, utpote Deus; ſanctificamur autem nos ab eo per Spiritum ſanctum. At quomodo ex uno omnes? Ex uno utique omnes conditore & opifice, unde & mutuam quoque fraternitatem neceſſario hinc trahimus. Nam inter genitum & genitum, quatenus genita ſunt, naturalis quædam germanitas intercedit. Ceterum cum Filius non ſit natura factus, neque ullam omnino ut Deus fraternitatem cum creatura inire queat; qui fieri poteſt, ut omnes, tam illi qui ſanctificantur, quam is quoque qui ſanctificat, profluxerint ab uno? Sane ad di- D lucidam propoſitæ rei explanationem, incarnationis œconomiam ſpectare nos oportet. Cum enim nobis ſecundum carnem aſſimilatus eſt, tunc & ipſe quoque perinde ac nos ex uno eſſe dictus eſt, creaturarumque frater jure appellatus, utpote cum humana natura cognationem ſortitus. Hac igitur ratione ſatis congrue fratres nos appellare neutiquam veritus eſt. Niſi enim his qui per ipſum conditi ſunt, ſimilis evaſiſſet (quamquam per hoc, id quod erat, non amiſerit) nequaquam, ut mihi perſuadeo, fratris nomine ſe compellari paſſus eſſet. Tunc enim & abſque reprehenſione etiam ipſe nobiſcum laudabit, quem laudant Seraphim, & univerſa E creatura adorat.

Hebr. 2. 11. — Pſal. 21. 23.

λγ'.

1. Tim. 3. 16. Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.) εἰ Θεὸς ὢν ὁ λόγος ἐνανθρωπῆσαι λέγεται, καὶ οὐ δή τι μεθεὶς τὸ εἶναι Θεὸς, ἀλλ' ἐν οἷς ἐστὶν ἀεὶ διαμένων· μέγα δὴ τότε, καὶ ὁμολογουμένως μέ-

XXXIII.

Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum: Deus manifeſtatus eſt in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu, viſus eſt angelis, prædicatus eſt in gentibus, creditus eſt in mundo, aſſumptus eſt in gloria. Si Deus verbum deitatem non amittens, ſed in quibus erat bonis conſtanter perſiſtens, homo factus prædicatur, magnum profecto pietatis myſterium hic ſe offert.

1. Tim. 3. 16.

offert. Si vero Chriſtus eſt homo tantum communis, ſola dignitatis vel auctoritatis ſocietate Deo conjunctus (hoc enim indocti quidam defendunt) quomodo manifeſtatus eſt in carne? An non omnibus perſpicuum eſt, nullum non hominem carne eſſe indutum, nec alio modo a quoquam poſſe videri? Qua ergo ratione a ſanctis quoque angelis viſus dicitur? Nonne angeli noſipſos conſpicantur? Quid igitur in Chriſto aut novum, aut inuſitatum, & admiratione dignum eſt, ſi ſolam naturæ noſtræ ſimilitudinem gerens, a quibuſdam angelis viſus eſt? Qualis rurſum gentibus prædicatus? aut qualis tandem ab iis qui ſunt in mundo, creditur? Nam ſi illum diſcipuli mundo prædicarunt ut purum aliquem noſtræ conditionis hominem, & non ut Deum hominem factum, taliſque ab iis qui in mundo degunt, creditur; ad unum omnes anthropolatriæ crimine rei tenebimur, creaturamque creatoris loco adorare aperte convincemur; idque illius impulſu, qui natura & veritate univerſorum Deus eſt. Conſtat enim, ipſum ad nos miſiſſe magiſtros qui hæc docerent. Quod ſi Chriſtus ex mortuis exſuſcitatus, ſanctos apoſtolos his verbis affatur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: noſque in illum credimus, ac mortem ejuſdem annunciantes, reſurrectionemque confitentes, baptizati ſumus; & illud de more factitantes nunquam hactenus quod hominem colamus, inſimulati fuimus: quis dubium habere poteſt, Chriſtum non eſſe purum hominem nuda tantum ſimplicique cum Dei Verbo connexione honoratum; verum naturali ſecundum diſpenſatoriam unionem cum humana natura conjunctione unum eſſe Filium & dominum, atque ideo magnum pietatis ſacramentum eluxiſſe mundo? Nam Deus Verbum apparuit in carne, juſtificatus eſt in Spiritu (nullum enim peccatum dominus noſter deſignat) viſus eſt & angelis, ut qui nativitatem ejus ſecundum carnem non ignorantes, *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*, concinuerint: prædicatus eſt & in gentibus quoque: denique verum illum naturalemque Dei Patris Filium eſſe, qui manifeſtatus ſit in carne, creditum eſt ab his qui mundum hunc incolunt.

Matth. 28 19.

Luc. 2. 14.

γα ἐστὶ τὸ τῆς δ̈σεβείας μυστήριον. εἰ δὲ ἄνθρωπος νοεῖται κοινὸς ὁ Χριστὸς, ὡς κατὰ μόνλιν τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, Θεῷ συνημμένος· πεφρονήκασι γὰρ τὰ τοιάδε τινὲς τῆς ἀμαθεστέρων· πῶς ὃν σαρκὶ πεφανέρωται; καὶ τοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργές, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἐν σαρκὶ τυγχάνει, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ὁρῶτο τισί; τί- τίνα λέ γεται δὲ ξένον ὤφθαι φησιν αὐτὸν καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις; ἦ γὰρ καὶ ἡμᾶς αὐτὸς οὐχ ὁρῶσιν ἄγγελοι; τί οὖν ἐν Χριστῷ τὸ ξένον, ἢ τί τὸ παράδοξον, εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς ὄντα, καὶ ἕτερον ὑδέν τε θεάνται τινες τῶν ἁγίων ἀγγέλων; πῶς δὲ καὶ ἐθνεσιν ἐκηρύχθη; καὶ ὡς τὶς ὑπάρχων παρὰ τῷ ἐν κόσμῳ πιστεύεται; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον θεὸν ἐνανθρωπηκότα διεκηρυξαν οἱ μαθηταί, καὶ ὡς τοῦτο ὑπάρχων παρὰ τῷ ἐν κόσμῳ πιστεύεται, ἀνθρωπολατρείᾳ κεκρατήμεθα, καὶ προσκεκυνήκαμεν τῇ κτίσει· ἐπεὶ τοίνυν τοῦτο ἡμᾶς κατεδίδαξεν αὐτὸς ὁ φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ καὶ τῶν ὅλων Θεός· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τὸν τῶν διηγόρων ἀνέδειξε χορόν. εἰ δὲ Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν τοῖς ἁγίοις ἐφασκεν ἀποστόλοις· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα Matth. 28 19. τὰ ἔθνη. βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἶτα πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, βεβαπτισμεθά τε, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλοντες, καὶ ὁμολογοῦντες τὴν ἀνάστασιν· ἐπὶ τούτῳ δρᾶν εἰώθότες, τοῖς ἀνθρωπολατρείας ἐγκλήμασι κατ' οὐδένα τρόπον ἐνεχήμεθα· οὐκ ἄρα ψιλὴν συναφείᾳ τῇ πρὸς Θεὸν λόγον τετιμημένος ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, συνόδῳ δὲ μᾶλλον τῇ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν υἱὸς εἷς καὶ κύριος. μέγα γὰρ τότε τὸ τῆς δ̈σεβείας μυστήριον· πεφανέρωται γὰρ ἐν σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἐδικαιώθη δὲ καὶ ἐν πνεύματι· οὐ γὰρ ἐπῄνεσεν ἁμαρτίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὤφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἳ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ χρῆσιν οὐκ ἠγνοηκότες ἔφασκον· δόξα ἐν Luc. 2. 14. ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἐκηρύχθη δὲ καὶ ἐν ἔθνεσι· καὶ ὅτι κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ παῖς, καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, παρὰ τοῖς ἐν κόσμῳ πιστεύεται.

XXXIV.

Joan 1 32.

Et teſtimonium perhibuit Joannes, dicens: Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum: & ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei. Cum unum dumtaxat Emmanuelem aſſignemus, neque eos qui unicum Chriſtum in duos divellunt, feramus; quid dicemus, cum Spiritum ſanctum e cœlo ſuper illum deſcendiſſe, necnon ſuper eumdem manſiſſe audimus? Suſpicabimurne Dei Patris Verbum Spiritus ſancti participatione indiguiſſe? At quid hoc aut excogitari, aut dici queat abſurdius? Spiritus enim æque

λδ.

Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων· ὅτι τεθέα- Joan. 1. 32. μαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. * ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν αὐ- * κἀγὼ τόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, αὐτός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ. κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.) ἕνα λέγοντες τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸν εἰς δύο Χριστὸς ἀποδιοιζόντων οὐκ ἀνεχόμενοι, τί δὴ ἄρα φαμὲν καταπτάντα ἐπ' αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μείναντα ἐπ' αὐτόν; ἆρα δεδεῆσθαι· τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος τὸν ἐκ Θεοῦ παῖδα λόγον ὑποτοπάσωμεν; καίτοι πῶς * οὐκ ἂν αἰ- * ἐ οὐκοῦν σχρὸν ἀληθῶς τὸ ὧδε φρονεῖν, ἢ λέγειν; ἴδιον γὰρ αὐτοῦ

αὐτῦ τὸ πνεῦμα ἐϛι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Galat. 4. 6.
Θεοῦ καὶ πατρός. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος· ὅτι δέ ἐϛε υἱοί, φησὶν, ἐξαπέϛειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τῦ υἱῦ αὐτῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κράζον· Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. ἀσεβὲς οὖν ἆρα τὸ χρῶν γῆν ἐπονοῆσαι μόνον τῆς τῦ πνεύματος μεταυσίας δεδεῖθαι καὶ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον· καὶ τὸ οὕτω σαφῆ τῷ ἀποδείξει ἔχον πεμφρύσσειν ἀξιοῦν, εὐηθες καὶ κωμῳδεῖν. πῶς οὖν ἐπ' αὐτὸν κατῆπτε τὸ πνεῦμα; δέχεται γὰρ ἀνθρωπίνως, ἀκαταιτίατα τὸν αὐτῷ τὸ λαβεῖν ἀποφαινούσης εὖ μάλα τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαίως εἰς τοῦτο φερούσης. δέχεται γὰρ οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν· ἵνα ἐπείπερ ἀπέπτη τῷ ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τὸ ἐπιμελῶς ἐχρεῖσθαι τῷ διανοίαν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ Genes. 8. 21.
πονηρὰ ἐκ νεότητος, κατιφοιτῆσαν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γήρους δευτέρᾳ, καταλύσῃ καὶ ἀναπαύσηται· πάλιν ἐν ἡμῖν, ὡς κατωρθωκόσιν ἤδη τὸ ἀναμάρτητον ἐν Χριϛῷ, καὶ τῷ αἰτίας ἀπάσης ἀπηλλαγμένῳ ἔχῃ ζωλύ. πλὴν εἰ Joan. 1. 33.
ἐ ἀνθρωπίνως δέχεται δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅρα διδόντα θείκως. ἐφ' ὃν γάρ ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, φησὶ, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐϛιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι τῷ ἁγίῳ. τοῦτο δέ ἐϛιν ἐνέργημα θείκον· ἐνῆν γὰρ τοῖς βαπτιζομένοις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριϛὸς ὡς ἴδιον πνεῦμα τὸ τοῦ πατρός· καὶ ὅθεν γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπέδοι γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος· Rom. 8. 9.
ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐϛὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριϛοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔϛιν αὐτοῦ. μεμαρτυρηκεν ὖν Ἰωάννης, ὅτι οὗτός ἐϛιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

proprius eſt illius atque Dei Patris. *Quoniam eſtis Filii* (inquit beatus Paulus) *miſit Deus* Galat. 4. 6.
Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem: Abba, Pater. Impium proinde fuerit vel ſolum cogitare, ipſum Dei Patris Verbum Spiritus ſancti communicatione eguiſſe; ſatuum vero, in rem uſque adeo planam & evidentem curioſius velle inquirere. At quomodo ergo Spiritus ſanctus ſuper illum deſcendit? Accipit namque ſecundum humanam naturam, diſpenſatione cum carne efficiente, ut citra omnem reprehenſionem Spiritum acciperet; imo neceſſario ad hoc ducente. Suſcipit autem nobis verius quam ſibi: quo nimirum, poſteaquam ab hominibus, eo quod illorum mens a iuventute ad malitiam prona ſemper intentaque eſſet, ſemel avolarat, nunc in Chriſtum veluti in alterum generis noſtri principium deſcendens, ſedemque capiens, iterum in nobis tanquam recte jam operantibus, & vitam a peccato, omnique crimine immunem in ipſo ducentibus, conquieſcat. Verum enimvero licet ut homo Spiritum ſanctum propter nos ſuſcipiat; ut Deus tamen eumdem imperturi ſolet. *Super quem* (inquit idem ille) *videris* Joan. 1. 33.
Spiritum deſcendentem, & manentem, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Baptizare autem in Spiritu ſancto, opus divinum exiſtit. Aqui dominus noſter Jeſus Chriſtus his qui baptizantur, Spiritum Patris uti proprium infundit. Atque huc tendit divinus Paulus, dum inter cetera ita ſcribit: *Qui in carne* Rom. 8. 8.
ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. Hunc itaque Dei Filium eſſe, aperte teſtatum tacit Joannes.

λε'.

Ἀναπτύξαι δὲ πάλιν ἐθέλοιμ' ἂν τῷ εἰς δύο διαιρίσαντων υἱὸν τὸν Θεὸν κύριον Ἰησοῦν Χριϛόν. Θεὸν δέδειχεν ὁ πατήρ, καὶ περὶ ἑνὸς φησὶν ὁ μακάριος εὐαγγελιϛὴς· οὗτός ἐϛιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἆρ' οὖν εἰπέμοι, περὶ τίνος ἔϛαι τὸ εἰρημένον; εἰ μὲν οὖν ἐδίκως καὶ κατὰ μόνας τῦ μονογλῶς, τοῦτεϛι τῦ ἐκ πατρὸς ὄντος λόγου, πῶς τὸ πνεῦμα δέχεται, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἴδιον ἔχων αὐτό; εἰ δὲ ἀνὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, ἤγουν κατὰ μονὰς, τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον δεδεῦθαί φαϛι τῆς τῦ πνεύματος μετοχῆς, πῶς αὐτός ἐϛιν ὁ βαπτίζων ἐν αὐτῷ; καίτοι μονὴ πρέποντος τῇ ἀκωτάτῳ φύσει τὸ καὶ ἀποφαίνειν δυνάσθαι μετεχηκότας τῦ πνεύματος τοὺς προσιόντας αὐτῷ. εἰ δὲ δέχεται, καὶ δίδωϛιν ὁ αὐτός, προδηλον ὅτι κατὰ γε τὰς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας λόγους, καὶ καθὸ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐϛὶ Θεός. δέχεται μὲν ἀνθρωπίνως, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀνθρώπων φύσει δι' ἑαυτὸ καὶ ἐν ἑαυτῷ τῷ πρώτῳ πρωτοτόκων αὐτό. δίδωϛι δὲ θείκως ἐξ ἰδίας αὐτῦ φύσεως, τοῖς ἀξίοις τῦ λαβεῖν οὖϛιν. ἵν μὲν οὖν τῷ προκειμένῳ ῥητῷ προσοιϛέον τε καὶ τὸν ἴσον ἔχοντα νῦν παραθεῖναι καὶ ἕτερα· τὸ δὲ γε τοιοῦτον εἶναι φορτικὸν εἰδότες, ἐκεῖνό φαμεν, ὡς σπάνιον τοῖς νοεροῖς καὶ ἐνὸς ἐξηγήσεως εἰς τὸ τῆς

XXXV.

At lubenter equidem hic illos percontarer, qui unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in duos filios divellunt, (nam unum tantum Pater demonſtravit; & de uno ſolum, *Hic* Joan. 1. 34.
eſt Filius Dei, beatus evangeliſta retulit) de utronam illorum, quod allegatum eſt, accipi debeat? Nam ſi ſermo eſt de unigenito Dei Patris Verbo ſeorſum per ſe ſumpto, quomodo Spiritum ſuſcepit, cum ſit natura Deus, & ipſum Spiritum proprium habeat? Quod ſi hominem ex muliere ortum ſeorſum ac per ſe poſitum Spiritu ſancto eguiſſe dixerint, quomodo hic rurſum in Spiritu ſancto baptizat? quandoquidem Spiritus ſancti gratiam accedentibus poſſe diſtargiri, id vere naturæ eſt omnium ſupremæ ac præſtantiſſimæ. Quod ſi unus idemque ſimul dat & recipit, manifeſtum eſt id provenire ratione diſpenſationis ſecundum carnem, & quatenus natura & vere Deus exiſtit. Accipit igitur ut homo, non tam ſibi quam toti generi humano per ſeipſum, & in ſeipſo primo: ex propria vero vi & natura ut Deus eſt, illis dat, qui ipſum accipere digni ſunt. Poterant alia quoque in eamdem ſententiam non pauca afferri: ſed ſupervacaneum judicavimus, idem ſæpius inculcare, maxime vero cum ingenioſioribus ad ſimilium locorum cogni-

cognitionem vel unius explanatio ſat eſſe poſſit. Quamobrem quotieſcumque Chriſtus ſanctificari, hoc eſt Spiritum ſanctum accipere dicitur, ſemper iſtud ad hunc modum intelligendum eſt. Satius enim eſt pietatem amplecti, dum pie ſacrarum literarum ſenſum ad rectam pertrahimus interpretationem, quam impie denegantes quæ rectè de Chriſti gloria pronunciata ſunt, abire præcipites.

ὁμοίως ἐχόντων ἀκριβῆ διασάφησιν. οὐκοῦν ὁ σάκις ἂν λέγοιτο Χριστὸς ἁγιάζεσθαι τυχὸν, ἢ γιον τὸ πνεῦμα λαβεῖν, κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον προσήκει νοεῖν. Δυσεβεῖν γὰρ ἄμεινον πεστρέποντας δ' εὐσεβῶς εἰς τὸ ὁμωμήτως ἔχον τῆ ἱερῶν γραμμάτων τὸν νοῦν, ἤγουν εἶναι κατὰ πεξῶν, ἀνοσίως ἐπιτεχίζοντας τῆ δόξη Χριστῦ τὰ ὀρθῶς εἰρημένα.

XXXVI.

Jeſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt a Jordane: & agebatur in Spiritu in deſertum diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo, & nihil manducavit in diebus illis: & conſummatis illis, poſtea eſuriit. Decebat ſane, ut ille noſtri cauſa ſatanæ ſe objectaret, partamque jam olim palmam ipſi eriperet, qui ea de cauſa in voluntariam exinanitionem ſeſe demiſerat, ut ſuæ nos plenitudinis participes efficeret; fractoſque & debilitatos quondam in Adamo, ſpiritale quoddam robur adeptos oſtenderet: quandoquidem tam corporum, quam animorum ægritudines, protoplaſti culpa in hominum naturam invectæ, per Chriſtum e medio ſunt ſublatæ. Sicut enim hujus obeditione juſti conſtituimur multi, etiam ſi propter illius inobedientiam, in condemnationis ſententiam inciderimus; ita rurſum ſpiritali robore per Chriſtum nobis allato, a veterum morborum detrimentis liberamur: & qui in Adam victi concideramus, in Chriſto victoriam obtinuimus. Objicitur itaque hoſti pro nobis ut homo, vincit autem ut Deus. Tentatur rurſum, ſatana perinde illi inſultante ac uni ex nobis, certoque ſibi pollicente fore, ut carnis petulantia ad illum proſternendum ſociam ſeſe adjungeret: verum is pudefactus abſceſſit, cum natura humana novo quodam modo in Chriſto legem peccati, quæ pridem in membris carnis ferociebat, extinctam mortificatamque ſeſe habere oſtenderet: abolita eſt enim lex hæc in Chriſto. Porro autem cum quantum ſat erat, jam jejunaſſet, divinaque virtute atque cibo & potu incorruptam carnem conſervaſſet, vix tandem, quæ propria illius ſunt, pati eam ſivit. Eſuriiſſe enim dicitur: ſed quam ob cauſam, quæſo, eſurit? Ob eam nimirum, quo apte per utrumque Deum ſimul & hominem ſe eſſe declararet, unuſque & idem, quatenus Deus, ſupra nos eſſe; & quatenus homo, nobis ſimilis agnoſceretur. Virtute porro Spiritus in deſertum agi dicitur, non quod agi idem ſit quod deferri, ſed vitam traducere, ſeu morari: quemadmodum nos quoque dicere interdum conſuevimus, hunc vel illum probe ſeipſum agere, hoc eſt, inculpatam vitam exigere. Verſabatur igitur in deſerto, hoc eſt, vitam illic agitabat, non quidem more corporeo: nam abſque cibo & potu, rebus utique humano corpori neceſſariis, ibi degebat Spiritus virtute armatus, & ſupra humanæ naturæ conditionem in continuo jejunio ibidem perſiſtebat. Ceterum accurate obſervandum eſt quod hic traditur: eſt enim ejuſmodi, in quo ſalubris quædam doctrinæ vis lateat. Non enim ante ſanctum baptiſma ſuſceptum tentabatur; ſed neque Spiritu quoque

Luc. 4. 1.

Rom. 7. 23.

Ἰησοῦς δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου ὑπέστρεψε ἀπὸ Ἰορδάνου. καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ἐπείνασε.) ἔδει δὲ πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν ἀντιστῆναί τε, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀντιποδίσασθαι τῷ πάλαι νικήσαντι σατανᾶ, τὸν διὰ τοῦτο καθηγμένον εἰς ἑκούσιον κένωσιν, ἵνα ἡμᾶς ἀποφύγη μετεχηκότας τοῦ ἰδίου πληρώματος· καὶ ἀδυσήσαντας ἐν Ἀδὰμ, ῥώσεως ἔχοντας ἀποδεῖξη πνευματικῆ. πέπαυται γὰρ ἐν Χριστῷ τὰ ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ τῆ ἀνθρώπου φύσει συμβεβηκότα σωματικά τε καὶ ψυχικὰ ἧ ἀῤῥωστημάτων ἐνεργήματα. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ δίκαιοι κατεστήμεθα οἱ πολλοὶ, καίτοι πεπονθότες διὰ τῆς ἐκείνου παρακοῆς τὴν κατάκρισιν· οὕτω δὴ πάλιν διὰ τῆς ἐν Χριστῷ νουμένης εὐσεβείας, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, τὰ ἐπὶ ταῖς πρώταις ἀθενείαις διεκρουσάμεθα βλάβη· καὶ οἱ πεπτωκότες ἐν Ἀδὰμ, νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ. ἀντιτέτυπται τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος, καὶ νικᾷ θείκως καὶ πειράζεται μέν, ὡς ἐνὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπιπεδώντος τοῦ σατανᾶ, καὶ οἰηθέντος, ὅτι τὸ ἀκρατὲς τῆς σαρκὸς συνεκπολεμήσειεν ἂν αὐτῷ τὸν ἐκπειραζόμενον· ἀναχωρεῖ δὲ κατηχυμμένος, καινοτομούσης αὐτὸν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἐν Χριστῷ, καὶ νενεκρωμένου ἐχούσης τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον, τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀγειαίοντα· κατήργηται γὰρ ἐν Χριστῷ. νηστεύσας γε μὴν ἀπροφρώτως, καὶ διαμείνας θεοπρεπῶς ποτοῦ καὶ σιτίων δίχα τὴν σάρκα τηρήσας ἀδιάφθορον, ἐφήσει μόλις τὰ οἰκεῖα παθεῖν αὐτῇ. πεινῆσαι γὰρ λέγεται· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα δι' ἀμφοῖν δείξηται Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων ἐπιγινώσκηται εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δηλονότι, καὶ θείκως ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως. ἄγεσθαι δὲ λέγεται τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον, τοῦ ἄγεσθαι δηλοῦντος οὐ τὸ ἀποφέρεσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ διάγειν, ἤτοι διατελεῖν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν λέγεται πλεῖστάκις· ὁ δεῖνα τυχὸν ἑαυτὸν ὀρθῶς ἄγει, τουτέστιν ἀμέμπτως ζῇ καὶ πολιτεύεται. ἀνεφέρετο τοίνυν εἰς τὴν ἔρημον, ἤγουν ἐποιεῖτο τὸν διατριβὴν, ὡ σωματικῶς· ποτοῦ γὰρ δίχα καὶ τῆς τοῖς σώμασιν ἀναγκαίας τροφῆς ἐν δυνάμει πνεύματος ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς διεκαρτέρει πρὸς τὴν νηστείαν. ἀλλὰ ἐκεῖνο

Luc. 4. 1.

νο ἄθρει· ἐπωφελεσάτη γὰρ τῆς ἐννοίας ἡ δύναμις. ὑπερ τὸ ἁγίου βαπτίσματος ἐπεφάζετο, ἀλλ' ὧδε ἤγετο τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, τύπον ἡμῖν τὸ χρῆμα τιθείς. ἀμήχανον γὰρ τοὺς ἄνω βεβαπτισμένους τὸ πειράζοντος σατανᾶ δύσασθαι ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ προσβολὴν ὑπενεγκεῖν δύνασθαι νεανικῶς, ἤγουν ἄγεσθαι πνεύματικῶς. ἡμῶν δὲ ὁ μηδέπω τοῖς ὕστερον λαμπροῖς καὶ ἀξιαγάστοις κατορθώμασιν, ὁ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα. κραταιωθέντες γὰρ ὅπῃ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετοχῇ, καὶ τῇ ἄνωθεν χάριτι κατεσφραγισμένοι, πρὸς ἀρωσίαν δὲ δηλονότι τὴν πνευματικὴν, ἀναλλοίωτοί τε ἐσόμεθα τῷ σατανᾷ, καὶ ὡς ἐν δυνάμει πνεύματος ὀχλήσομεν, ἔρημον ὥσπερ τινὰ καταλαμβάνοντες χῶρον τὸ ἔξω τύρβης γηρεύθαι κοσμικῆς. σμικρὸν μὲν οὖν κομιδῇ τῷ πάντα ἐχύοντι λόγῳ τὸ νικῆσαι τὸν σατανᾶν, μέγα δὲ πάλιν ἡμῖν τε καὶ τότε τυχεῖν διὰ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καθὰ καὶ τὸ ἀνακαινισθῆναι πρὸς ἀφθαρσίαν. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτῷ κρείττους ἡμεῖς γεγόναμεν τῆς φθορᾶς, οὕτω διὰ τῆς εἰς τὸ πειράζεσθαι νίκης πάλιν ἡμεῖς κεκρατήκαμεν.

A in desertum agebatur. Ecquid, quæso, res hæc nobis adumbrabat? Non aliud utique, quam fieri non posse, ut ii qui baptismi gratiam necdum assecuti sunt, gravissimis tentantis satanæ insultibus viriliter obsistant, aut spiritalis vitæ rationem inire queant. Tempus autem obtinendæ tam illustris victoriæ post sacrum baptisma opportunum est. Ita enim Spiritus sancti participatione roborati, & superna gratia ad spiritale robur confirmati, satanæ insidiis capi non poterimus; sed tanquam in virtute Spiritus vivemus, quasi in desertum quoddam secedentes, dum procul a mundi hujus tumultibus vitam placide transigimus. Quamobrem licet cunctipo- B tentis Dei Verbo parum omnino sit satanam devicisse, nobis tamen permagnum quoddam est, quod per ejus incarnationem victoriam adversus illum obtinuerimus: sicut & illud quoque, quod per eamdem ad incorruptionem nos instauravit. Sicut enim per illius resurrectionem corruptione superiores evasimus; ita victoria contra tentantem satanam per illum obtenta, nos quoque victores reddit.

λζ'.

XXXVII.

Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. ὁ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία πρέπεται πρὸς ἡμῶν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς ἓν ἅγιον πνεῦμα. ταύτης ἡμᾶς τῆς ὁμολογίας ἐξέχεσθαι δεῖν ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. ἐπειδὴ δέ ἐσιν ὁμολογουμένως εἷς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ σωτὴρ, δῆλον δὲ ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ συμπαθῆσαι δυνάμενος ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ κατὰ πάντα πεπειραμένος καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεύς; ἆρ' οὐχ ὁ γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, οὗτος καὶ σαρκὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν; τότε γὰρ ἡμῶν χριστιανικὸν ἀρχιερεύς, οὐχ ὡς ἀλλοφύλοις θηνεῖόν τε προσάγων θῦμα κατίσχε τὸ εἰωθὸς τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν αὐτὸς ὁ ἀμνὸς, ἡ εὐσμοτάτη θυσία, τὸ νοητὸν ὁλοκαύτωμα, ἡ λαλισάτη ζυγὼν. ἡ ἀκέραιος περιστερὰ, ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον. Χριστὸς γὰρ ἐσμὲν εὐωδία τῷ Θεῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἄθρει δέ μοι τῷ ἀποστολικῶν ἐννοιῶν τὸ βάθος. οὐκ ἔχομεν, φησὶν, ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. εἰ γὰρ μήπω γέγονε, φησὶν, ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἤδει μὲν, ἤδει καὶ οὕτω τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ὡς δημιουργός. αὐτὸς γὰρ ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἐπ' αὐτοῦ φαναι θεμιτὸς, οὕτω καὶ εἰς αὐτὴν ἐκέκλητο πεῖραν

Habentes ergo pontificem magnum, qui pe- Hebr. 4. v. 14.
C *netravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia secundum similitudinem absque peccato.* Fit a nobis rectæ fidei confessio, nempe ut credamus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum dominum Jesum Christum filium ejus, & in unum Spiritum sanctum. Hujus autem fidei confessioni inhærere nos oportere divinus Paulus admonet. Quoniam vero certo constat, unum dumtaxat esse Dei Patris filium, nempe Christum Jesum, qui & nostris infirmitatibus compati potest, & per omnia secundum similitudinem absque peccato tentatus est; D quis tandem magnus ille pontifex noster est? An non est hic, qui sicut & nos vere factus est, & in carne propter nos etiam passus? Tunc enim pontificis nostri titulum assumpsit: non ita tamen, ut aliorum sacerdotum more, externum, hoc est, a se alienum sacrificium obtulerit: sed ipse fuit agnus, ipse fragrantissima illa hostia & spiritale holocaustoma, & ipse turtur ille gemebundus, & simplex columba; ipse panis vivus, & thuribulum aureum. *Christi enim bonus odor* Joan. 6.
sumus Deo; ut sacris literis proditum est. Porro apostolicæ sententiæ profunditatem hic diligenter observa. Non habemus, inquit, pontificem qui non possit compati infirmita- E tibus nostris, tentatum autem per omnia secundum similitudinem absque peccato. Antequam, ait, Dei Verbum homo factum esset, humanæ tamen naturæ infirmitatem tanquam rerum conditor exacte exploratam habebat. *Ipse enim*, ut scriptum est, Psal. 102 v.
figmentum nostrum cognovit. Verum enim vero, ut maxime nosset, nondum tamen (ut aliquid interim humanum nobis de eo depromere liceat) nondum, inquam, nostros morbos experientia cognoverat: at vero posteaquam carnem nostram

indult, omnia experius eſt. Neque tamen dicimus, antea quidquam omnino eorum omnium ignoraſſe, ſed ſcientiæ divinæ quam obtinebat, eam quoque notitiam, quam affert experientia, acceſſiſſe. Itaque Dei Verbum factum eſt compatiens, non quod eam ſympathiam ex ipſa demum tentatione vel experientia aſſumpſerit (erat enim jam ante & eſt ſuapte natura miſericors ut Deus) ſed quia poſteaquam hoc ipſum quod erat, conſtanter manens, factum eſt etiam homo noſtri ſimilis, ea apte etiam de illo affirmantur, quæ in naturam humanam conveniunt. Dicitur vero cœlos penetraſſe & corporaliter ſimul & decenter Deo. Nam ut ſapientiſſimus Paulus monet, aſcendit *ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*. Quin & alio quoque ſenſu cœlos tranſcendiſſe dicitur, quod beatorum angelorum gloriam longo poſt ſe intervallo reliquiſſe certo dignoſcatur: quandoquidem ut Deus *ſuper omnem eſt principatum & poteſtatem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro*. Nam ut Filius eamdem cum Patre ſuo gloriam & poteſtatem obtinet, etiam ſi diſpenſatorie noſtri ſimilis factus ſit.

Hebr. c. 9. v. 24.

Ephes. c. 1. v. 21.

XXXVIII.

Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non clarificavit ſemetipſum ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Qui ſeipſum ultro ad exinanitionem demiſerat, is paternam vocationem ad uſitatam apprimeque convenientem ſacerdotii functionem ducentem opperitur; convenientem autem non ſuæ ipſius naturæ, ſed noſtræ, hoc eſt humanæ, quam ubi integram aſſumpſit, quæ illi conveniunt ſuſcepit, nullum interim ſecundum naturam propriam detrimentum accipiens, ſed diſpenſatione ſecundum carnem ſcite convenienterque utens. Ut id enim quod erat, hoc eſt dominus ſecundum naturam permanſit, etiam ſi ſervilem formam ſubiiſſet: ita quantumvis innumeros in cœlo haberet, qui hymnos laudeſque, hoc eſt, ſpiritalia, incruentaque ſacrificia illi offerrent, nihilominus quæ humanæ naturæ conveniunt, eidemque conſentanea ſunt, nuſquam non integre conſervans, humanum quoque ſacerdotium non eſt aſpernatus. Vocatus eſt itaque ut Aaron, modo tamen diſſimili. Ille enim tanquam ſervus inunctus eſt ad miniſterium; hic vero ſecundum ordinem Melchiſedec aſſumptus, tanquam filius adminiſtrat Patri. Sacerdotalis porro miniſterii modum divinus Paulus, de Chriſto omnium noſtrum ſalvatore ſcribens, hunc in modum exponit: *Qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ indiſſolubilis*. Eſt itaque ſacerdotii illius ritus ritu Aaronico ſine ulla comparatione præſtantior. Nam etſi ille ad ſacerdotium vocatus eſt, attamen, ut modo ajebam, erat ſervus: hic vero in eo quoque ſtatu Dei Patris filius erat, natura quidem, æternaque generatione ut Deus & Verbum; ut noſtræ vero conditionis homo ſecundum noviſſimam in carne generationem, quæ per illud, Hodie, quod præſentis temporis nota exiſtit, nobis adumbratur. Igitur Pater nativitatem in

Hebr. c. 5. v. 4.

Hebr. c. 7. v. 16.

τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἡμῶν ἡμπίσχετο σάρκα πεπείρασται κατὰ πάντα. Ⓒ οὐ δήπου φαμὲν ὡς ἠγνοηκώς, ἀλλ' ὅτε τῇ γνώσει τῇ * θείᾳ προϋπεκειμένῃ καὶ τὸ ἔμπειρος αὐτῆς σωιέβη μαθεῖν. γίγονε δὲ συμπαθὴς οὐκ ἀπό γε τοῦ πεπεῖσθαι πάθεσι· ἰῶ γὰρ ἐλεήμων φύσει, καὶ ἔστιν, ὡς Θεός· ἐπειδὴ δὲ μὴ τὸ εἶναι ἤδει, γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἀνθρωποπρεπῶς καὶ πάντη λέγεται περὶ αὐτοῦ. ὑπερβαίνει δέ φησι τοὺς οὐρανοὺς αὐτὸν σωματικῶς τε ἅμα Ⓒ θεοπρεπῶς· ἀνέβη μὲν γὰρ, ὡς αὐτὸς πρὸ φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. δικαίως γε μὴν καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τοὺς οὐρανοὺς, ἤτοι μᾶλλον δηλονότι, καὶ κατὰπαν ἐόντων τῆς δόξης αὐτοῦ τῆς μακαρίων ἀγγέλων. ἔστι γὰρ, ἔστιν ὡς Θεὸς ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι· σωτέρθη γὰρ ὡς υἱὸς τῷ ἰδίῳ πατρὶ, Ⓒ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς.

Ebr. c. 9. v. 24.

Ephes. c. 1. v. 21.

λή.

Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ καὶ Ἀαρών. οὕτω Ⓒ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι * ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε) ὁ καθὼς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, περιβάλλει κλῆσιν τὴν ἐκ πατρὸς * φέρουσαν εἰς ἱερωσύνην ὅτι δὴ μάλιστα σωιηθῆναι καὶ πρεπωδέστατα, οὐ τῇ αὐτοῦ φύσει μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ καθ' ἡμᾶς, τουτέστι τῇ ἀνθρωπίνῃ· ὃς ὑπὲρ ἡμῶν Ⓒ γέγονε, ὑπομένων τὰ αὐτῆς, ἀδικουμένῳ Ⓒ συμπάσχων τὸ σύμπαν ὑδὲ, δικαίως δὲ μᾶλλον τῇ μὲν ἀρχὴ οἰκονομίᾳ χρώμενος. ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ τῆς φύσεως κτίσμα ὢν μεμόρφωται ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἰ γέγονε ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· ὕτω φαμὲν ὅτι καὶ τὸ μυστικὸν ἔχων ἐν οὐρανῷ τοὺς ἱερουργοῦντας αὐτῷ, τὰς νοητὰς δηλονότι καὶ ἀναιμάκτους θυσίας, ὕμνους καὶ δοξολογίας, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνην ποιεῖται διατύπωσιν, ἀποσώζων καταχρῆ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέρεσι τὰ πρέποντά τε Ⓒ ἔοικοτα αὐτῇ. κεκλῆσθαι τοίνυν καθὰ καὶ Ἀαρών, πλὴν οὐκ ἐν ἴσῳ ῥόπῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐχρίετο πρὸς ἱερουργίαν, καὶ ἦν οἰκέτης· ὁ δὲ ὡς υἱὸς καλεῖται, καὶ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερουργεῖ τῷ πατρί. Ⓒ τὸν γε τῆς ἱερουργίας ἐξηγεῖται ῥόπον ὁ θεσπέσιος Παῦλος. ὠδὶ γεγραφὼς περὶ τοῦ παντῶν ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὃς οὐ κατὰ νόμον σωτολῆς σαρκίνης γέγονε, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκατάλυτου. ἐκεῖνα ἀσυγκρίτως ἀμείνων ὁ τῆς ἱερουργίας ῥόπος. καὶ ὁ μὲν, ὡς ἔφην, οἰκέτης ἦν, καὶ τοι κεκλημένος εἰς ἱερωσύνην· ὁ δὲ καὶ ὅπως υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὡς μὲν φύσει Θεὸς καὶ λόγος κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν, ὡς δὲ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς κατὰ τὴν νεωτάτην καὶ σάρκωσιν, ἧς ἂν εἴη δεικτικὸν καὶ τὸ, σήμερον· ἡμέρον γὰρ ἡμῖν σημαίνει τὸν ἐνεστηκότα. οἰκειοῦται δὴ ὢν Ⓒ τὴν σαρκικὴν αὐτοῦ γε-

Ebr. c. 4.

πρεπωδέστατα

Ebr. c. 7. v. 16.

γε-

γήσησιν ὁ πατήρ. οὔδε γὰρ, οὐδὲν ἴδιον ὄντα υἱὸν τὸν ἐξ ἑαυτοῦ θείκως, καὶ ἐκ γυναικὸς ἀνθρωπίνως.

carne ad se quoque pertinere judicat, quatenus illum suum agnoscit Filium secundum divinam quidem naturam ex ipso, secundum humanam vero ex muliere.

λθ'.

Ἑβρ. 5. 7. Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε & ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἰτίοις σωτηρίας αἰωνίου· προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.) ὁ

1. Κορ. 11. 1. πάνσοφος Παῦλος ἐφιστέλλει, καὶ φησὶ τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. καὶ μὴν ὁ θεσπέσιος Πέτρος· ποῖον

1. Πετρ. 2. 20. γὰρ κλέος, φησὶν; εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομένετε; ἀλλ εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομένετε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑμῖν ἀπολιμπάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ. γέγονεν ἄρα σκοπὸς τῷ μονογενεῖ τιὼ πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἔχοντι, παθεῖν ἀνθρωπίνως, καὶ δι-

* (al. δυνάμενος ἑαυτὸν σῶ.) δαξαι μὴν τὰς αὐτῷ γνωρίμους, τίνα δὴ ξόπον ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐφόδοις προσέρχεσθαι χρὴ, καὶ ὁποίους εἶναι προσήκει τοὺς διωκομένους τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ κινδύνους * ἐμβεβικότας τοῖς περὶ ψυχῆς καὶ σώματος· καὶ προσέτι τούτῳ καταδεῖξαι τῆς ὑπακοῆς ἐκλείς τὸ τέλος, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀεισοί τε καὶ σοφοὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων οἰκονομικῶς ἐκσκώμεθα μιμηταὶ, τοῖς τε ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπεδάζοντες, τὸν ἄδοκιμον ἀληθῶς ὀφλισήσωμεν βίον. ὅτι τοίνυν ἄθρωσον ἔχειν προσήκει τὸ φρόνημα τοῖς οἷς ἂν ὅλως προκέοιτο παθεῖν ὑπέρ τε τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κίνδυνον ἡγεῖσθαι ζωλιὼ, ἐξ ὧν ὑπέμεινεν αὐτὸς, πέπραχέ τε δὲ ἡμᾶς ἀνθρωπίνως, διδάσκειν βέλεται. πλιὼ ἐκ ἀφίησι τοὺς ἀνδρικομένους εἰκῆ παραρρίπτειν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἢδὲ οἷον μεθέντας ἀτιμελῶς τὸ πρακτέον καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς σώζεσθαι, παρ' ἐλπίδα μόνον ἐκδέχεσθαι τὸ τοῖς ἐθελοκακοῦσι δοκοῦν. ἀναπείθων δὲ μᾶλλον συντείνεσθαι προσδοκᾶς, καὶ ἀκαταλήκτον ποιεῖσθαι τὴν

* αὐτὸν. (al. σῶν.) Θεὸν ἱκετείαν, τοῦτο διδάσκει, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ προσαγωνιῶς πρὸς τὸν δυναμένον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου.

XXXIX.

Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia. Et quidem cum eſſet Filius, didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec. Sapientiſſimus Paulus ad eos, qui per fidem juſtificati fuerant, ita ſcribit: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Quin & divinus quoque Petrus, *Quæ*, inquit, *eſt gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes, patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Scopus ergo unigenito noſtram ſimilitudinem habenti fuit, ſecundum humanam naturam pati, ſuoſque familiares edocere, qua ratione tentationum inſultibus obviam ire oporteat, qualeſque illi eſſe debeant, qui divinæ pietatis cauſa perſecutiones patiuntur, vel cum quibuſcumque animi corporiſque periculis conflictantur: tum præclarum quoque obedientiæ finem ob oculos ponere, quo & nos quoque ſtrenui prudenteſque eorum, quæ ſecundum carnis diſpenſationem ille patravit, imitatores inventi, veſtigiiſque ejuſdem ſtudioſe inſiſtentes, vitam vere probatam tranſigamus. Per ea igitur quæ ipſe ut homo propter nos fecit, ac pertulit, oſtendere voluit, illos, quibus propter ejus dilectionem quidpiam adverſum perferre propoſitum eſt, mentem obtinere debere firmam, & inconcuſſam: ac pericula, quæ religionis cauſa ſuſcipiuntur, vitam æſtimare. Verumtamen non permittit virili robore præditos animas ſuas temere abjicere, aut quod agendum incumbit, per negligentiam omittendo, & per quæ ſalus obtingere poteſt: expectare ſolum præter ſpem quod libitum erit maligne agentibus: ſed hortando potius, ut impigre precibus incumbant, Deoque ſine intermiſſione ſupplicent, hæc docet, dum in diebus carnis ſuæ ad eum, qui ſalvare a morte illum poterat, preces, & ſupplicationes offerret.

Hebr. 5. 7.

μ'.

Ὅρα δὲ ὅπως καὶ ἀγιοπρεπῶς ἐπιτεικείας τὸ χρῆμα μεμέσωται. τὸ μὴν γὰρ καταθρασύνεσθαι τῶν πειρασμῶν, ἀνδρείας μὴν ἔχει δόξαν, δοκεῖ δέ πως ὑπερφυίας ἐκ εἰς ἅπαν ἡμοιρηκέναι· τὸ γε μὴν δεδιέναι μὴν καὶ ὑποστέλλεσθαι δοκεῖν, καὶ δεῖσθαι Θεοῦ τὸ σώζειν ἰσχύοντος, ἀλαβείας ὑπόληψιν ἔχει. ἐπεὶ οὖν ποίαν αἰτίαν τοῖς ἁγίοις προσέπιχε μαθητοῖς. ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν; πῶς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος, καὶ τοι λέγων ἡμῖν ἐναργῶς· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χε-

Matth. 10. 23. Rom. 8. 35. Ubi ſupra. 2 Cor. 11. 33.

XL.

Conſidera porro ut ſanctos condecente modeſtia documentum hoc ſcateat. Tentationibus enim audentius obviam ire, fortitudinis eſt argumentum: ſuperbiæ tamen ſuſpicione non omnino carere videtur: ſed pavere, & formidine contrahi videri, & preces ad eum fundere qui ſalvare poteſt, hoc religionis eſt opus. Alioqui enim cur ipſe ſanctis apoſtolis præcepit: *Cum vos perſequentur in una civitate, fugite in aliam?* cur item ſapientiſſimus Paulus, qui diſerte dicit: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas?*

Matth. 10. 23. Rom. 8. 35. 2 Cor. 11. 33.

an periculum ? *an gladius* ? Damaſcenorum præfectum fugiens, e muro per feneſtram paſſus eſt ſeſe demitti? Cum igitur neceſſarium eſſet, ut ipſemet Chriſtus ad quodvis bonum opus ducem ſe nobis præceptoremque exhiberet, valido clamore, & ſupplicatione tanquam homo ad Deum acceſſit; a quo etiam tanquam verus naturaliſque Filius, qui repulſam pati non poſſet, exaudi-
Joann. 11. 42. tus eſt. *Ego enim*, inquit, *ſciebam quia ſemper me audis*. Ut enim noſtras preces Deo redderet acceptas, ipſe primus rem exorſus eſt, paternas aures hac ratione humanæ naturæ quodammodo aperiens dilatanſque, & eorum votis, qui illius cauſa aliquando periclitarentur, faciles promptaſque efficiens. Nos itaque ipſo veluti in altero generis noſtri principio eramus, qui valido cum clamore, & lacrymis, ut mortis imperium in nobis aboleretur, & vita naturæ noſtræ quondam donata denuo firmaretur, enixe eſſlagitabamus.

ἐῶ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; τί τὸ Δαμασκῆ ὀχυροῦσθαι ἐζητοῦμεν, διὰ τὸ θυρίδος ἐκπαλαῖσαι διὰ τοῦ τείχους; ἔδει τοίνυν παντὸς ἀγαθοῦ καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον αὐτὸν ἡμῖν ἀναφαίνεσθαι τὸν Χριστόν. προσῆκε μὲν γὰρ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ ἱκετηρίας, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονὼς· εἰσηκούσθη δὲ, ὡς
Genes. 11. 42. φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς ὁ παρακαλούμενος· ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις. ἵνα γὰρ καὶ τοῖς ἡμῶν προσδοκᾶς δεκτοὺς γένεσθαι παρασκεύασῃ, πάλιν αὐτὸς ἀπάρχεται τοῦ πράγματος, μονονουχὶ καταδρυσὶν τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν τῆς παῤῥησίας οἰκοῦν, καὶ οἷον ἐπιμοτίζων παρατιθεὶς ταῖς ἡμῶν δὲ αὐτὸν κινδυνεύοντων δάκρυσι. ἐκεῖνο ἡμεῖς ἡμῶν ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ δευτέρᾳ τοῦ γένους, οἱ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ προσδοκήμονες, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος καταργηθῆναι παρακαλοῦντες, ἐκύσαι δὲ τὴν ζωὴν, τὴν καὶ φαίλαι τῇ φύσει διεφθαρμένην.

XLI.

Porro autem, quod obtemperandi Deo ſtudium præclara mercede penſetur, illuſtremque exitum ſortiatur, hoc ex ipſo eo-
Hebr. c. 5. v. 8. Philipp. c. 2. v. 8. dem rurſum diſcere licet. *Ex his*, inquit, *quæ paſſus eſt, didicit obedientiam*. Quod perinde eſt, ac ſi dicat: *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Verumtamen in ea abjectione & humilitate non permanſit: nam ſuperexaltatus eſt, nomine, quod ſuper omne nomen, accepto. Humana quidem eſt hujus dictionis figura: verum illuſtre nobis exemplum hic proponitur; oſtenditur enim obedientiam & glorioſam & admiratione dignam, & bonorum omnium conciliatricem eſſe. Quod igitur Emmanuel non ante incarnationem, ſed in diebus carnis ſuæ (quando nimirum, citra ullam notam, citraque omnem omnino divinæ gloriæ ſuæ injuriam facere id licebat; imo vero quando diſpenſatio cum carne fieri illud permittebat: alioqui enim quomodo vita mortem timuiſſet?) tentatus impugnatuſque, valido cum clamore & lacrymis oravit: id nobis ad exemplum quod imitemur, propoſitum eſſe exiſtimare debemus. Nam cum ipſe nos in periculis velit eſſe quam animoſiſſimos, eorumque mi-
Matth. c. 10. v. 28. nas *qui corpus tantum occidunt*, contemnere jubeat; quomodo deprehenſus eſſet affici timore? aut quomodo vires non habuiſſet mortem a propria carne depellendi, qui ab omnibus illam amolitur, qui ſola voce eos
Joan. c. 5. v. 28 qui in monumentis ſunt, ſe excitaturum promiſit, & re ipſa id ſe poſſe declaravit?
Joan. c. 11. v. 43. Luc. c. 7. v. 14. Acclamans enim Lazaro: *Veni foras*; & viduæ filio: *Adoleſcens, tibi dico, ſurge*: utrumque ſtatim in vitam revocavit.

μά.

Ὅτι δὲ τὸ ὑπακοῦσαι Θεῷ λαμπρὸν καὶ ἀπόβλητον ἔχει τὸ πέρας, ὡς ἐν αὐτῷ δὴ πάλιν ὀψόμεθα. ἀφ' ὧν γὰρ, φησὶν, ἔπαθεν, ἔμαθε τῷ ὑπακοῇ. ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι τυχόν. τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἀλλ' οὐ μεμένηκε ταπεινός. ὑπερυψώθη γὰρ λαβὼν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ἀνθρώπινον μὲν τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, ἀεὶς γε μὴν ἐς ἡμᾶς ὁ τοῦ πράγματος τύπος, διπλοῦς τε καὶ ἀξιάγαστον ἀποφαίνων τῷ ὑπακοῇ, καὶ τοῦ παντὸς ἡμῖν προξένου ἀγαθοῦ. τύπος οὖν ἄρα καὶ ὑπογραμμὸς ἐς ἡμᾶς τὸ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσδέχεσθαι πειραζόμενον τὸν Ἐμμανουὴλ, οὐ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτε καὶ τοῦτο δρᾶν ἀνεγκλήτως ἐξῆν, ὑδρὸν εἰς τὴν τῆς θεότητος ἀδικούμενον δόξαν, ἀφιείσης δὲ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο δρᾶν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας. ἐπεὶ τίνα τρόπον κατεπτοήθη θάνατον ἡ ζωή; ὁ δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποφαίνων ἀπολεμοπάτους, καὶ λέγων· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῆς ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα· πῶς ἂν ἄλλο παθὼν τὴν δειλίαν; ἢ πῶς ἂν ἠτόνησε τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀποσοβῆσαι τὸν θάνατον, ὁ πάντων αὐτὸν ἀφῃρὰς; ὁ μιᾷ φωνῇ τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις ἐγείρων ὑπηχνούμενος, καὶ ἐκ ἀνείφικτον αὐτῷ τὸ χρῆμα δεικνύων; προσεφώνει μὲν γὰρ Λαζάρῳ μὲν. δεῦρο ἔξω· τῷ δὲ τῆς χήρας υἱῷ, νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγείρεσθαι.

Matth. 10. 28. Joann. 5. 28. Joann. 11. 43. Luc. 7. 14.

XLII.

Quod ſi qui ſunt, qui contra ſcripturam temeritate quadam prave ſentientes, illum per ſe vulgarem tantum hominem extitiſſe dicere audeant, qui ex ſacra virgine ortus cum clamore valido & lacrymis preces & ſupplicationes obtulit illi, qui eum a morte liberare poterat, ne merito quemdam ex ſan-

μβ.

Εἰ δὲ δή τινες εἶεν οἱ ταλμῶντες λέγειν, ὡς ἔστιν ἄνθρωπος ἰδικῶς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μᾶλλα μὲν τοῖς ἱεροῖς ἀπαδοῦσι γράμμασι φρονεῖν ἠρημένοι, δικαίως ἀκού-

σου-

σοντες λέγοντος αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου· A
Ἰουδ. 19. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. εἶτα περὶ τούτων φρενιάντων ἐκείνου· πότερόν ποτε ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναί φασιν αὐτόν, ἢ ὃν καθάπερ εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου ἔσχεν τιμῇ ἰσότητι τῆς ἀξίας καὶ τῆς αὐθεντίας, τοῦ πρὸς γε φύσιν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον, ὡς αὐτῷ συνημμένον; εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπον εἶναί φασι καθ' ἡμᾶς ψιλόν, ἀνθρωπολατρεύσει ὁμολογουμένως, προσκυνοῦντες αὐτῷ. γέγραπται γάρ· ὅτι κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι κέκληται πρὸς ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας τῆς πρὸς
Matth. 4. 9. Deut. 6. Θεὸν λόγον· εἶτα πρόσεισι τῷ Θεῷ καὶ μετὰ B μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς & δεδακρυμένος, καὶ δεῖται τοῦ σώζοντος· οἶδεν ἐστὶ τὸ χωλύον καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου τὸ μέτρον τοσοῦτον ὑπάρχειν ὑπονοεῖν, ὅσονπερ ἂν εἶναι πιστεύοιτο καὶ τὸ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔχοντος τιμὴ ἰσότητι τῆς ἀξίας, ἤγουν τῆς αὐθεντίας. ἐχέτω πρέπει ἂν καὶ αὐτῷ τὸ δεδιέναι· θάνατον, τὸ κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, τὸ κλαίειν ἐν πειρασμοῖς, καθεστάναι δὲ καὶ ἐν ἐνδείᾳ παρ' ἑτέρου χεφός, ἵνα καὶ σώζηται· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ μανθάνειν τιμῇ ὑπακοῇ δὲ ὧν πέπονθε πειραθείς. ἀλλ' οἶμαι, τοῦτό ἐστιν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν ἀσύφηλον παντελῶς· παναλκὴς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ θανάτου κρείττων, καὶ παθῶν ἐπέκεινα, καὶ δειλίας ἀνθρωποπρεπῆς ἀμέτοχος παντελῶς. ἀλλὰ μὴν οὕτω μὲν φύσεως ἔχων, πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν. ὁμολογῶ ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, ὅτε ἄσαρκος λόγος· ἑνωθεὶς δὲ μᾶλλον τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι, παθοῖ ἂν ἀπαθῶς σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ τὰ ἀνθρώπινα. γέγονε τοίνυν εἰς ὑποτύπωσιν εἰς ἡμᾶς ἀνθρωπίνως ἐκεῖνα, καθάπερ ἔφαμεν ἐν ἀρχαῖς, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπακολουθήσωμεν.
Ἑβρ. 7. 28. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν, ἑφάπαξ ἑαυτὸν προσενέγκας· ὁ νόμος γὰρ καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν. ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς
Ἑβρ 10. 14. μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον, μιᾷ μὲν προσφορᾷ, δῆλον δὲ ὅτι τῇ διὰ τοῦ ἰδίου
Ἐφες. 5. 2. σώματος, τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. προσκεχόμικε γὰρ ἑαυτὸν ὑπὲρ * ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας
Ἑβρ. 7. 19. * αὐτῶν. τῷ Θεῷ & πατρὶ, καὶ τετελείωκε νοητῶς διὰ πίστεως καὶ ἁγιασμοῦ, καίτοι τῆς νομικῆς λατρείας τελειώσης οὐδέν. τοιγαρτοῖ κατέληξαν μὲν οἱ τύποι, καὶ πέπαυται τῆς ἀρχαίας ὀλιγόπιστος τὸ ἀνόνητον ἐν σκιαῖς· γέγονε δὲ ἀναγκαίως ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τάξει γεγονότες ἀρχιερατικῇ διά τε τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν.

tis apoſtolis hæc ſibi occinentem audiverint: *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.* Judæ v. 19. Quæro autem ex illis, qui hæc effutire non erubeſcunt, utrum Emmanuelem purum tantum hominem eſſe omnino ſentiant, qui ob id unum parem cum Deo Verbi dignitatem & auctoritatem ſortitus dicatur, quod familiari quodam neceſſitudinis vinculo illi conjunctus ſit? Quod ſi purum, nobiſque per omnia ſimilem hominem tantum eſſe dixerint, certe aperto anthropolatriæ crimine tenebuntur, illum adorantes. Scriptum eſt enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Matth. c. 4. v. 9. ex Deut. 6. Quod ſi ipſum ad æqualitatem dignitatis & auctoritatis cum Dei Verbo evectum reſpondeant, nec ob id tamen prohiberi quo minus Patrem valido cum clamore & lacrymis adeat, illique qui ſalvare poteſt, ſupplex fiat; nihil omnino obſtabit, quo minus ipſius quoque Verbi conditio tanta exiſtimetur, quanta ejus qui cum Verbo æqualitatem dignitatis ſive auctoritatis habet. Quare & illi quoque conveniet mortem exhorreſcere, periculum timere, in tentationibus plorare, alterius ope ut ſervetur, indigere, expreſſa denique tentatione obedientiam diſcere. Atqui extremæ veſaniæ fuerit hæc ſentire vel dicere; eſt enim Dei Verbum omnipotens, morte ſuperius, majus denique quam ut perpeſſio, aut ulla omnino humana formido in ipſum cadere valeat. Verum licet ſua natura ejuſmodi ſit, noſtri tamen cauſa eas paſſiones ſuſtinuit. Itaque neque purus tantum homo eſt Chriſtus, neque Verbum noſtræ carnis expers, ſed Verbum noſtræ naturæ unitum, ſecundum ſe quidem impatibile, humana autem patiens in ſua carne. Quæ igitur ut homo pertulit, ea (ut paulo ante dicebamus) nobis in exemplum proponuntur, quo nimirum veſtigiis illius inſiſtamus, qui ſemel ſe offerens, rem totam confecit. Sane lex pontifices infirmitati obnoxios inſtituebat: verum jurisjurandi ſermo poſt legem editus, Filium una oblatione in æternum conſummatum pronunciat; ea ipſa videlicet, qua *Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſanctificatos per proprium corpus in ſempiternum conſummavit. Obtulit enim ſeipſum pro nobis in odorem ſuavitatis Deo & Patri*, perfecitque nos per fidem & ſpiritalem ſanctificationem, cum legis antiquæ cultus nullum omnino ad perfectionem adduceret. Unde & figuræ quoque ceſſarunt, & umbratilis illa veteris teſtamenti imperfectio e medio ſublata eſt. Succeſſit autem, & quidem neceſſario, melioris ſpei introductio, per quam interveniente Chriſto, qui propter naturæ ſimilitudinem in pontificium ordinem evectus eſt, Deo appropinquamus.

Hebr. 7. v. 28 Hebr. 10. v. 14 Epheſ. 5. v. 2 Hebr. 7. v. 19

μγ'. XLIII.

Πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει. περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὅτι ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας. εἶτα πῶς ὁ μὲν νόμος καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν, ὁ δὲ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον, ὡς ἂν ἔχοντα δηλονότι τὸ ἀσθενεῖν; τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστὶ τὸ ἀρτίως ἔχον, ἤγουν τὸ ἐν παντὶ καλῷ τετελειωμένον· ὅτι μὴ κατ' ἐκείνους ἐστὶ τοὺς κατὰ * τὸ πάντως καὶ τὸν νόμον, οἷς οὐκ ἀσυμπαθὲς * εἰπεῖν τὸ καὶ ἀσθε-

Verum enimvero cum Paulus illum ex infirmitate crucifixum pronunciet, quomodo (inquis) lex ſacerdotes infirmitati obſtrictos ordinat, jusjurandum vero poſt legem promulgatum, Filium, quaſi nulla in illum infirmitas cadat, in æternum conſummatum perfectumque affirmat? Illud enim, opinor, perfectum dicitur, quod omni bonorum genere cumulatum eſt. Quoniam non talis erat, quales veteris legis ſacerdotes, quibus inſi-

2. Cor. c. 13. v. 4. Hebr. c. 7. v. 1

tatum

tatum non erat, in infirmitates quandoque incidere. Sed quomodo idem & infirmitate major creditur, utpote filius numeris omnibus perfectus; & ex infirmitate rursum crucifixus docetur? Ut crucem secundum carnem sustinet, merito infirmus prædicatur: ut autem Deus est, quavis infirmitate superior recte asseritur: *Spiritus enim promptus est, caro autem infirma*. Quod si qui sunt, qui infirmitatis nomine id unum hic insinuari contendant, nempe quod legales ministri non sine peccatis vitam transigebant; non repugno (imo in hanc sententiam libenter concedo) recte hoc pacto sentire volentibus. Legis proinde ministri non uno, sed pluribus sacrificiis indigebant, ut quos quotidie tam pro suis, quam pro populi ignorantiis offerre oporteret, propterea nimirum quod subinde in alias & alias infirmitates prolaberentur, eoque languore tenerentur, qui in multiplex peccatum abducit. Ille autem major quam qui peccare possit, utpote Deus, pontifex noster effectus, ac secundum humanam naturam sacerdos appellatus, Patri suum proprium corpus obtulit & consecravit. Secundum naturam proinde divinam in peccatum prolabi non poterat, cum non esset naturæ creatæ, quæ per se non habet immutabilitatem, nec posse omnino vitare peccatum. Deus itaque est omni ex parte perfectus, & nullo præsidio indiget, ut in sua sanctitate firmus persistat: cum sit naturæ ejus proprius fructus impeccabilitas.

Matth. 26. 41.

Hebr. 7. 27.

XLIV.

Hebr. 8.

Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit dominus, & non homo. Vetus illud tabernaculum per sapientissimum Moysen in deserto exædificatum est, idque ad formam in monte illi demonstratam. Et quidem veteris testamenti sacerdotibus erat illud aptissimum: at vero habitaculum Christo conveniens est superna illa venustaque civitas, hoc est cœlum, divinum sane summumque tabernaculum, non artis humanæ inventum, sed sanctum, & a Deo fabrefactum; in quod ille illatus, eos qui in ipsum credunt, sanctificationemque per Spiritum consecuti sunt, Deo & Patri offert. *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me*. Istiusmodi ergo illius est ministerium, de quo hic agimus. Et quamvis res hæc nostris, hoc est, humanis verbis exprimatur, est tamen admodum divina. An non, obsecro, divinum quiddam est, credentes proprio Spiritu posse sanctificare; misericordiaque & gratia justificatos, mundo emortuos, spiritu vivificatos, vita tandem mortumque honestate conspicuos Deo offerre, & quasi consecrare? Quod autem (etiam si ministrare dicatur) Patre neque minor sit, neque gloriæ illius ulla ex parte cedat, id inde clare constare potest, quod divinæ majestatis solium obtineat, atque adeo ipsi Patri dextera assideat.

Joan 14. 6.

Hebr. 8. v. 3.

Si enim verum est, omnem omnino sacerdotem stare, ut sacrificium offerat; neque assidere aut paris unquam gloriæ cum Deo,

μδ'.

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις· τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισε ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος.) ἐγήγερτο μὲν κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἀρχαία σκηνὴ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, πεποιημένη δὲ κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει· καὶ τοῖς μὲν κατὰ τὸν νόμον ἱερατεύσιν ἐκείνη πρεπωδεστάτη· ἐνδιαίτημα δὲ τῷ Χριστῷ πρέπον τε καὶ οἰκεῖος ἡ ἄνω καλλίπολις, τουτέστιν ὁ οὐρανὸς, ἡ θεία τε καὶ ἀνωτάτω σκηνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνης εὕρεμα τέχνης, ἀλλ' ἱερὰ καὶ θεοτευκτος. ἐκεῖ γενομένος προσκομίζει τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, ἡγιασμένους δὲ δηλονότι διὰ τοῦ πνεύματος. οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται, φησὶ, πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. καὶ ὅτως αὐτῷ τῆς ἐνθάδε λεγομένης λειτουργίας ὁ τρόπος· θεοπρεπὲς δὲ τὸ χρῆμα, κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἦγουν ἀνθρωπίνοις σημαίνοιτο λόγοις. τὸ γὰρ ἁγιάζειν δυνασθαι τῷ ἰδίῳ πνεύματι τοὺς πιστεύοντας, ἐλέῳ καὶ χάριτι δεδικαιωμένους, καὶ οἷον ἱερουργεῖν τῷ Θεῷ, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντας, ζωοποιουμένους δὲ πνεύματι, καὶ εἰς ἐνδόξιμον ἀληθῶς ἀναλάμποντας βίον, πῶς ἂν οὐκ ἂν εἴη θεοπρεπές; ὅτι δὲ καὶ τιμὴν λεγόμενος λειτουργεῖν, οὐ μείων ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ὅτι μὲν κατόπιν ἔρχεται τῆς ἐνύσης ἀϊδιότητος αὐτῷ, προσαποδείκνυσιν ἐναργῶς τὸ τοῖς θείοις αὐτὸν ἐνιδρῦσθαι θώκοις, καὶ ἐν δεξιᾷ καθῆσθαι τοῦ μεγαλυνηκότος. εἰ γὰρ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι πᾶς ἱερεὺς ἕστηκεν ἀεὶ λειτουργῶν, καὶ ἐκ ἂν νοοῖτό ποτε σὺν

Ebr. 8.

Ebr. 8. 3.

νεδρος

νεδρός τε καὶ ἱσοτελὴς ὑπὲρ ἀν λαχέτω Θεῷ, πῶς ἂν ἀσυμφώνως ἱερουργὸς ὁ Χριστὸς, ὁ κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγος ὡς Θεὸς, καὶ λειτουργῶν ἀνθρωπίνως; εἰ δέ τις λόγοις συκοφαντῶν τὴν ἀλήθειαν, ὅτι καὶ καθέζεσθαι τὸν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἰδικῶς ἄνθρωπος συμμιμῶν τῷ θεῷ κατὰ μόνην τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας· ἢ μήτε μόνης εἶναι φησὶ τῆς ἁγίας τριάδος τὸν ἀνωτάτω καὶ μόνῃ αὐτῇ πρέποντα θρόνον, ἀλλ' ἤδη τις ἡμῖν τέταρτος ὑπεισέρχεται Θεὸς, παρεσπασμένος τε καὶ γνήσιος ἐπεισπέμπεται Θεὸς, μετὰ τὴν ὁμοούσιον καὶ ἁγίαν Τριάδα.

A cui ſacrificat, intelligi poteſt: quo pacto Chriſtus novo modo ſacerdotio non fungitur, qui ita ut homo miniſtrat, ut tamen in divinitatis ſoliis conſideat? Quod ſi quis improbus adverſus veritatem ſycophanta hominem ſecundum ſolam dignitatis æqualitatem Deo conjunctum, ad Patris dexteram conſidere contendat, is ſane aſſeret, non amplius ſolius ſanctæ Trinitatis eſſe ſupremum illum, atque ipſi ſoli convenientem thronum. Sed jam quartus quidam nobis, recens & factus introducitur Deus, præter conſubſtantialem & ſanctam Trinitatem

μέ.

Ἑβρ. 9. 11. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος.) τίνα δὲ τρόπον διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀρχιερεύς, προαπέδειξεν ἡμῖν ἀρτίως ὁ λόγος. ὅτι δὲ τῆς ἱερουργίας ὁ τρόπος αὐτῷ καὶ ἀμέσως ἀσυγκρίτως τῆς κατὰ τὸν νόμον, καὶ πολὺ λίαν ὑπερκείμενος τῶν ὡς ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ. καὶ γὰρ ἔστιν αὐτὸς ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ἄμωμον ἱερεῖον· ἐδοκίμασεν ἂν ὑδεὶς. ἐπιτρέπει δὲ, ὅπως ὁ ἀξιάγαστος ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ὃς εἰκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, λύτρωσιν ἐράμενος αἰωνίαν. πῶς οὖν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ὡς Θεὸς, ἴδιον ἔχειν αἷμα λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ πεπιστεύκαμεν, ὅτι ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν υἱὸς κεχρηματικὼς καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα δοὺς, πωτίλῳ ἐρατῷ τῷ κόσμῳ τῶν εἰς αἰῶνα λύτρωσιν; οὐ γὰρ πω φαίη τις ἄν, ὡς ἰῷ ἀκόλουθόν τε καὶ πρέπον, καθάπερ ἐν τυχεῖ τῶν ἀλόγων ζώων σφάζεσθαι πλειάκις τὸν Ἐμμανουὴλ, ἀποχρῶντος εἰς λύτρωσιν τῆς ὑπ' οὐρανὸν τοῦ καπαξ παθεῖν αὐτόν. εἰ δὲ, καθάπερ πεφρονήκασί τινες, ἄνθρωπος ἰῷ ἰδικῶς, ἰσότητι μὲν τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, συμμιμούμενος Θεῷ, διημαρτηκὼς δὲ κατ' ὑπόστασιν, καὶ ἀνάμερος εἶναι πιστευόμενος. ὡς ἰῷ ἴδιον αἷμα τοῦ συνεδρεύοντος τῷ πατρὶ τὸ εἰς λύτρωσιν τοῦ κόσμου δοθὲν, ἀλλ' ἑτέρου μᾶλλον χρηστικῶ ἔχοντος πρὸς αὐτὸν τὴν συναφειαν. ὥσπερ γὰρ δύο τινὲς ἄρχοντες τῇ τῶν ἀξιωμάτων ἰσότητι κατ' ὐδὲν ἀλλήλων διενεγκόντες ὅλως, οὐχ * εἷς νοοῦνται μᾶλλον, ἀλλὰ δύο κατὰ τὸ ἀληθές· οὕτω τὸ συμμιμούμενον τινὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, διημαρτηκὸς δὲ φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων, οὐχ εἷς εἶναι ἂν, ἀλλὰ δύο. καὶ τὸ ἑνὸς αἷμα τυχὸν αὐτῷ δὴ πάντως ἐστὶ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἑτέρου. ἐκοῦν οὐκ ἀπόχρη πρὸς ἕνωσιν ἀληθῆ τὸ ὡς ἐν ἰσότητι τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, σωμῆφθαι λέγειν ἄνθρωπον Θεῷ.

B

Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum Hebr. 9. v. 11. *bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non hujus creationis; neque per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa.* Qua ratione Dominus noſter Jeſus Chriſtus per majus & perfectius tabernaculum ingreſſus, pontifex noſter extiterit, verba modo recitata planum nobis faciunt. Quod autem ſacerdotii illius ritus legali ſacerdotio omnino præſtiterit, plurimumque ea excelluerit quæ tantum in umbra & figura contingebant, (ipſe enim per ſe vera illa & impolluta hoſtia extitit) nemo, opinor, inficias iverit. Obſerva hic autem præclarum illum Hebr. 8. & admirabilem *pontificem noſtrum, qui in dextera throni majeſtatis Dei ſedet in cœleſtibus, per proprium ſanguinem ſemel tantum in ſancta introiſſe, æternamque redemptionem invenijſſe*. At quomodo is, qui ut Deus Deo Patri in dextera aſſidet, proprium ſanguinem habere recte dici poteſt, ſi naturalem Dei Filium, hominis quoque filium extitiſſe, propriumque ſanguinem pretium pro omnibus impendiſſe, & æternam hac ratione mundo ſalutem reperiſſe, certo perſuaſum non habuerimus? Neque enim dixerit quiſpiam, decuiſſe ut Emmanuel tanquam pecus aliquod ſæpius mactaretur, quippe cum ad totum orbem liberandum vel ſemel ipſum mortem ſubiiſſe abunde ſat fuerit. Quod ſi, ut nonnulli ſentiunt, purus per ſe tantum homo erat, Deo quidem ſecundum dignitatis vel auctoritatis æqualitatem conjunctus, ſecundum hypoſtaſim vero ab eodem ſejunctus, & ſeorſum per ſe poſitus; profecto ſanguis, qui in mundi redemptionem effuſus eſt, non erat illius qui ad dexteram Dei Patris ſedet, ſed alterius cujuſpiam, qui relativam potius cum ipſo habet conjunctionem. Quemadmodum enim duo principes eadem auctoritate omnino præditi, non unus, ſed duo revera ſunt homines; ita cuipiam dignitate parem eſſe, naturis interim, videlicet perſonis diſtinctis, non ſinit unum, ſed duo eſſe: & unius ſanguis ita eſt hujus, ut nullo modo ſit alterius: Ad veram itaque unionem non ſat eſt, hominem Deo auctoritatis vel dignitatis æqualitate copulatum aſſerere.

μς'.

Ἑβρ. 9. 24. Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα εἰσῆλθεν ἅγια ὁ Χριστὸς οὐδὲ εἰς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐ-

XLVI.

Non enim in ſancta manufacta Chriſtus introivit, neque in exemplaria verorum; ſed in Hebr. 9. v. 1. *ipſum*

Iſai. 66 *ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Cœlum*, inquit Deus, *mihi thronus eſt*: quare & ipſum quoque Filium ſupernis ſpiritibus conquieſcere, cœlumque veluti ſanctum quoddam tabernaculum obtinere dicimus, non more terrenorum miniſtrorum, qui corporaliter ſacris operantur, ſanguineque ſecundum legis præſcriptum ad verorum expreſſionem litant. Sed quo, quæſo, modo vultui Dei nunc pro nobis apparet? Nonne ſemper etiam ante incarnationem extitit apparens & conſpicuus? idque facile eſt cognitu, quod ipſe eſt opifex ſapientia Dei & Patris, per quam ad eſſe producta ſunt omnia. Et certe ut ſapientia dicit: *Ego*

Proverb. 8 30. *eram qua delectabatur. Per ſinguios autem dies gaudebam in conſpectu ejus omni tempore, quando gaudebat mundo perfecto, & gaudebat inter filios hominum*. Cum ab initio igitur Pater illi adblandiretur, ex eoque oblectationem quotidie caperet, iſque viciſſim voluptatem Patri afferret, quomodo nunc demum vultui Dei apparere dicitur? Sane Verbum Dei novo nunc modo apparet, non amplius carnis expers & nudum, ſicut in principio, ſed in forma & natura humana. Ad hunc itaque modum pro nobis apparere, humanamque naturam (eſto illa propter Adami prævaricationem quandoque exoſa proſcriptaque fuerit) in conſpectu Dei Patris offerre traditur. Verbum proinde, ut homo factum eſt, oculis paternis velut in ſeipſo primo nos ſiſtit; quo nimirum Patri commendatos nos reddat, veteribus noxis expiatos, atque ad vitæ novitatem per Spiritum inſtauratos, ac tandem dignos effectos qui in conſpectu Patris ſimus jam in filios cooptati.

τὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Ησαι. 66.
Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.) τοῦ Θεοῦ λέγοντος· ὁ οὐρανός
μοι θρόνος· ἐπαναπαύεσθαι δὲ καὶ αὐτὸν τοῖς ἄνω πνεύ-
μασι φαμὲν τὸν υἱὸν, σκιωλιὰ ὥσπερ ἁγίαν ἔχον-
τα τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐ κατιόντες ἐπὶ γῆς ἱερουρ-
γοῦντος σωματικῶς, καὶ τὰς διὰ αἱμάτων τελουμένας
θυσίας, εἰς ἀντίτυπα τῆς ἀληθινῶν εἰσερχόντα
κατὰ τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν. ἐμφανίζεται δὲ νῦν ὑπὲρ
ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, τίνι τρόπῳ; ἆρα γὰρ
οὐκ ἀεὶ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπάρχει ἐμφα-
νὴς; καὶ τοι καταθρῆσαι ῥᾴδιον, ὡς αὐτὸς ἐστιν ἡ δη-
μιουργὸς σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδος, δι' ἧς τὰ πάντα
προσεχομίσθη πρὸς ὕπαρξιν. καὶ γὰρ ὡς σοφία φη- Παροι. 8. 30.
σίν· ἐγὼ ἤμην, ἢ προσέχαιρε. καθ' ἡμέραν δὲ
εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ·
ὅτε συνεφραίνετο τῷ οἰκουμένῃ σωτηρίας, καὶ
συνεφαίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. ὅτε τοίνυν αὐ-
τῷ προσέχαιρεν ὁ πατὴρ, καὶ ἐν προσώπῳ αὐ-
τοῦ καθ' ἡμέραν εὐφραινομένη καὶ εὐφραίνεται, πῶς
ἐμφανίζεται νυνὶ τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; οὐκοῦν
ἐμφανίζεται ζωὴν, οὐκέτι γυμνὸς καὶ ἄσαρκος λό-
γος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ἀρχαῖς ἦν, ἀλλ' ἐν
μορφῇ τε καὶ φύσει τῇ καθ' ἡμᾶς. φαμὲν γὰρ ὅτι
αὐτὸν ἐμφανισθῆναι νυνὶ, καὶ οἷον * ἐπ' ὄψει τοῦ * ἐν ὄψει
Θεοῦ καὶ παῖδος τὸν ἄνθρωπον φύσιν ἀγαγεῖν, καί-
τοι γνωμένην ἐν ἀπορροῇ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ πα-
ράβασιν. ἡμᾶς ἂν ἄρα παρίστην ἐν ὀφθαλμοῖς
τοῦ πατρὸς ὡς ἐν ἑαυτῷ καὶ πρωτοτύπῳ, καθὸ πέφηνεν
ἄνθρωπος, ἵν' ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ παιδὶ, καὶ τῆς
ἀρχαίων ἀπαλλάξας αἰτιαμάτων, καὶ εἰς καινότητα
ζωῆς μετασχηματίσας ἐν πνεύματι· ὥστε καὶ ἀξίους
ὁρᾶσθαι λοιπὸν τῆς παρὰ τοῦ παιδὸς ἐποπτείας,
ὡς ἐν υἱῶν τάξει παρειλημμένους.

De eo quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus gloriam acceperiſſe ſcribitur.

Περὶ τοῦ λέγεσθαι δόξαν λαβεῖν τὸν κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν Χριστόν.

XLVII.

μζ'.

Galat. 1. PAULUS *apoſtolus non ab hominibus, neque per homines, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum Patrem qui ſuſcitavit eum ex mortuis*. Ad oſtendendum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum externa adventitiaque gloria minime indiguiſſe, ſat erat indicaſſe, ipſum æque ac Deum Patrem mittere miniſtros, qui illum deprædicarent: neque enim ſemetipſos, qui mittebantur, prædicabant, ſed Jeſum Chriſtum in gloriam Dei Patris. Quia vero ſacras literas ſectari nos oportet, neque ab earum decretis vel minimum diſcedere nobis licet; agedum paucis, quomodo Deus Pater Filium ſuum gloria coronaſſe dicatur, planum faciamus. Beatus Paulus de ſæculi hujus principibus quodam in loco ita ſcribit: *Si enim*

1. Cor. 2. 8. *cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Norat itaque, eum qui crucis ſupplicium ſubierat, gloriæ Dominum eſſe. Jam quomodo Dominus gloriæ gloriam a Patre accipit? Hujus quæſtionis nodum diſpenſationis ratio diſſolvit. Accipit enim gloriam ut homo; pergit autem gloriæ Dominus eſſe ut Deus. Et quidem divinæ illius naturæ opes ex iis prærogativis a nobis deprehenduntur, quæ creaturæ facultatem exſuperant: at vero humanæ egeſtatis condi-

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώ- Gal. 1.
πων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ
Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν
ἐκ νεκρῶν.) ἀπόχρη μὲν εἰς ἀποδεῖξιν τοῦ μὴ
δεδεῆσθαι δόξης τῆς ἐξωθεν καὶ εἰσκεχειμένης
τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸ σταλῆναι
τῇ Θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς περὶ ἑαυτοῦ κη-
ρύγματος τοὺς ἱερουργούς· οὐ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκή-
ρυττον, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον εἰς δόξαν
Θεοῦ πατρός. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἱεροῖς ἕπεσθαι
γράμμασιν ἀναγκαῖον ἡμᾶς, οὐδαμοῦ παρεκβέ-
χοντας τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, φέρε λέγωμεν, τίνα
δὴ τρόπον ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ δόξῃ λέγεται σε-
φανοῦν τὸν υἱόν. εὐκόλως αὐτὸς ποῦ φησιν ὁ μα-
κάριος Παῦλος περὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος 1. Κορ. 2. 8.
τούτου· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς
δόξης ἐσταύρωσαν. οἶδεν οὖν ἆρα καὶ κύριον ὄντα
τῆς δόξης τὸν ἐσταυρωμένον. πῶς οὖν δέχεται δό-
ξαν παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ τῆς δόξης κύριος; ἢ
δῆλον, ὅτι πεποίηται πάλιν οἰκονομικῶς ὁ λόγος
αὐτῷ; δέχεται μὲν γὰρ ἀνθρώπινος, ἔστι δὲ
καὶ οὕτω τῆς δόξης κύριος θείκως. καὶ ὁ μὲν
τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως πλοῦτος ὁρᾶται ἂν
πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ κτίσιν πλεονεκτήμασι
τῆς

τῆς δὲ καθ' ἡμᾶς πτωχείας τὸ μέτρον ἐν τῷ
2. Cor. 8. 9. λέγεσθαι λαβεῖν, καὶ εἰ πλούσιος ὢν δι' ἡμᾶς
ἐπτώχευσεν. ἀλλ' οὕτω ἀγαθαῖς ἐννοίαις πρὸς
ὀρθότητα διακεώμεθα, καὶ τὰ εἰκότα φρονεῖν ἐπ'
αὐτῷ σπουδάζοντες, οὐκ ἀγνοήσομεν ἡμεῖς τὸν
καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς πτωχείᾳ πλούσιον ὡς
Θεόν.

A tio ex eo nobis fit palam, quod quædam accepiſſe perhibeatur. *Cum enim dives eſſet,* 2. Cor. 8. 9. *propter nos factus eſt egenus.* Noſtras proinde cogitationes ad rectæ fidei normam inſtituentes, & quæ par eſt de ipſo ſentire fatagentes, ita illum in noſtram paupertatem ſe demiſiſſe ſtatuemus, ut tamen tanquam Deum nunquam divitem eſſe deſiiſſe certo nobis perſuadeamus.

μή.

Ioan. 3. Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν, καὶ πάντα δέδωκεν
ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. δίχεται πάλιν ὡς ἄνθρω-
πος ὁ υἱός. ἀλλὰ οὐκ ἔξω πάλιν τίθησιν ἑαυτὸν
ὁ πατὴρ τῷ πάντα ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ. δοὺς γὰρ
αὐτὰ τῷ υἱῷ, σὺν αὐτῷ κατάρχει τῶν ὅλων, τῆς
θεότητος σκήπτρου ὑποφέρων δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν
αὐτῷ τὸ ἐπὶ τῆς γῆς γῆρας, καίπερ ὀχληρικὸς
ἀχαλίνως εἰς ἀπόστασιν. ὡς γὰρ αὐτός φησιν ὁ
2. Cor. 5. 19. σοφώτατος Παῦλος· Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον
καταλλάσσων ἑαυτῷ. καὶ δὴ τῷ φαμὲν, ὡς ἐν ἀν-
θρώπῳ κατοικήσας Χριστὸς ἕτερος παρά γε τὸν ἐκ
τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, κόσμον ἑαυτῷ
καταλλάττει· φρονοῦσι γάρ πῃ τινες τῷ ἀμαθε-
στέρων. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι καταλλάττων ἑαυτῷ
τὸν κόσμον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐν Χριστῷ· γέγονε γὰρ
ἡμῶν μεσίτης ἐνανθρωπήσας ὁ υἱός, καὶ οὐ διαλ-
λακτὴς εἰς εἰρήνην, οὐχ ἑτέρῳ προσώπων τῷ ἐν τῷ
κόσμῳ τὴν ὑποταγὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ἰδίῳ προσω-
πῳ, τῷ θεῷ καὶ πατρί. Χριστῷ γὰρ καταλλαγμέ-
νοι, καταλλάγημεν δὲ αὐτῷ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάν-
Matth. 11. 28. των ἡμῶν σωτῆρι θεῷ. παρακάρτει καὶ ἔφασκε. δεῦτε
πάντες πρὸς μὲ οἱ κεκοπιακότες καὶ πεφορτισμένοι,
κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ὅτι δὲ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἴε-
σιν ὁ πρὸς ἕτερόν τινα χρῄζοιτ' ἂν ἡ καταλλαγὴ,
πλὴν ὅτι πρὸς θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, πεπλη-
Ioan. 12. 44. ροφόρηκεν εἰπών· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει
εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. καὶ ὁ θεωρῶν
Ioan. 14. ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. ὅτε δὲ πάλιν· πι-
στεύετε εἰς τὸν θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

XLVIII.

Pater diligit Filium, & omnia dedit in ma- Ioan. 3
nus ejus. Filius accipit ut homo: interim Pater a nullo eorum ſe excludit, quin om-
B nia in poteſtate habeat: ea enim dans Filio, una cum illo omnibus dominatur. Sed & ipſum quoque mortalium genus ſecundum ſe aliqui infræne, & ad rebellionem propenſum divinitatis ſceptris per illum ſibi ſubmittit: quandoquidem, ut ſapientiſſimus Paulus admonet, *Deus erat in Chriſto, mun-* 2. Cor. 5. 19. *dum reconcilians ſibi.* Hic autem nequaquam aſſerimus, id quod rudiores quidam faciunt, alium ab eo quem ſacra Virgo in lucem edidit, Chriſtum in homine inhabitaſſe, mundumque ſibi reconciliaſſe; ſed ipſum met Deum Patrem in Chriſto mundum ſibi reconciliaviſſe. Filius namque poſt humanam naturam aſſumptam factus eſt mediator, &
C ad pacem obtinendam quodammodo reconciliator, non alteri cuipiam in mundo obedientiam concilians, ſed ut in propria perſona Deo Patri: quandoquidem Chriſto reconciliati, per ipſum & in ipſo, Deo quoque omnium ſalvatori reconciliamur. Hinc illud: *Venite ad me omnes qui laboratis &* Matth. 11. 28. *onerati eſtis; & ego reficiam vos.* Quod ii autem qui ad illum ſe adjungunt, non alteri cuipiam reconcilientur, quam vero naturalique Deo, illud idem ipſe his verbis perſpicuum facit: *Qui*, inquit, *credit in me,* Joan. 12. 44. *non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, videt eum qui miſit me.* Joan. 14. Et rurſum: *Credite in Deum, & in me cre-*
D *dite.*

μθ'.

Ioan. 17. Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱὸν,
ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ
ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ,
1. Ioan. 4. δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.) παράκλητος μὴν καὶ
ἱλαστήριον ὁ υἱὸς ὠνόμασαι· καθίστησι γὰρ τοῖς
ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώποις τὸν πατέρα, καὶ παντὸς ἡμῖν
κρίσεται προξενεῖ ἀγαθοῦ. πλὴν ἐκεῖνο κατα-
θρήσωμεν, πῶς ἂν δοξάσειεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν,
δοξασθήσεται δὲ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτοῦ τίνα τρόπον.
ἐκεῖνο τὴν ὥραν, ἤγουν τὸν καιρὸν ἐλήλυθέναι
φησὶ, καθ' ὃν ἔδει πάντως αὐτὸν τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ
κόσμου ζωῆς ὑπομεῖναι σταυρόν· ἀλλ' ἵνα ἀναγκαίως
δοξάζεσθαι τὸν υἱὸν παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ διὰ τῆς
ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως μαρτυρούμενον ὅτι τε ἔστιν ὁμοού-
σιος αὐτῷ καὶ ζωοποιὸς, καὶ θανάτου κρείττων, καὶ
φθορᾶς ἀμείνων τὴν φύσιν διεκληρώσατο. καὶ δοξά-
ζεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ, ὡς ἔχων υἱὸν κατὰ
πᾶν ὁτιοῦν ὁμοιότατα καὶ ἰσοκλεᾶ ἑαυτῷ. ἰσάρχον ἑαυτῷ.
καὶ τοῦτο δέδεικχεν ὁ υἱὸς καταργήσας τὸν θάνα-
τον, καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν τὸν ἑαυτοῦ ναόν.

XLIX.

χατα νομίζει ἡ σὴ Θεοσέβεια, ὅτι μικρὸς ταῖς ἐκκλησίαις ἀνεφύη θόρυβος· ἐκ τῶν παντῶν ὁμιλῶν; πάντες ἐσμὲν ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, τὸν ἕτερα φρονεῖν ἐκ οἰδ' ὅπως ἀναπεπεισμένους μεθιστάντες εἰς τὸ ἀληθές. ἔτι παντὶ τρόπῳ ἀναγκάζω ἅπαντα τὸν γογγύζειν ὑπενεγκοῦσα ἡ σὴ Θεοσέβεια ἐστί, πῶς αἰτιᾶται δικαίως; * τί δέ μοι καὶ μάτην καταβοᾷ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπανορθοῖ τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἵνα παύσῃ σκάνδαλον ἐκκλησιαστικόν; εἰ γὰρ καὶ παρέρρυη λόγος, ὡς ἐπὶ λαῷ ξέχων, ἀλλ' ἐπανορθούσθω ταῖς ἐφισκέψεσι, καὶ λίξιν χαρίσασθαι τοῖς σκανδαλιζομένοις καταξίωσον, Θεοτόκον ὀνομάζων τὴν ἁγίαν παρθένον. ἵνα θεραπεύσαντες τὰς λελυπημένας, καὶ ὀρθὴν παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχοντες, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοψυχίᾳ τῷ λαῷ τὰς συναξεις ἐκπεπλώμεν. ἀτὶ δὲ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πάντα ἕτοιμοι πάσχειν ἐσμὲν, καὶ δεσμωτηρίων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, μὴ ἀμφιβάλλητε ἡ σὴ Θεοσέβεια. ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω, ὅτι καὶ περιόντος ἔτι τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀττικοῦ, συντέθειταί μοι βιβλίον περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ἐν ᾧ καὶ λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, οἷς καὶ γέγραφα * συμφώνως καὶ * ὑπανέγνωμεν * αὐτὸ καὶ ἐπισκόποις καὶ * κληρικοῖς, καὶ τοῖς φιλαχρόαμοσι τῶν λαῶν· ἐκδεδωκα δὲ τῶν ὠδῶν. εἰκὸς ἂν ἐνδοιάσοντος τοῦ λόγου, πάλιν ἐγκαλεῖσθαί με, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς χειροτονίας τῆς σῆς Θεοσεβείας * συντέθειται τὸ λογίδιον.

* συμφώνως
* ὑπανέγνωμεν
* αὐτὸ
* κλήρῳ
* συντέθεται

tra hæc ſchedia gravitſime murmurant, ſedabimus? An exiguas forte turbas ex ejuſcemodi homiliis in eccleſiis excitatas tua pietas exiſtimat? Omnes enixe ſudamus, atque ut eos qui neſcio quo pacto perverſe ſapere perſuaſi ſunt, ad rectum veritatis tramitem reducamus, impendio elaboramus. Cum ergo pietas tua hanc murmurandi neceſſitatem attulerit, quo quæſo jure me incuſat? cur odiis in me flagrat? cur temere me allatrat? cur potius emendata oratione ſua, orbis offenſionem non ſanat? Nam etſi præterfluxit ſermo, utpote coram populo currens; tamen feria retractatione emendetur. Ne graveris, obſecro, iis qui non leviter offenſi ſunt, unam hanc Theotocos vocem largiri, ſacramque virginem deiparam appellare; quo illis qui non levem hinc mœſtitiam ceperunt, medentes, & noſtræ quoque famæ & exiſtimationi conſulentes, in populorum pace, animorumque conſenſione eccleſiaſticos conventus celebremus. Certo autem pietas tua perſuaſum habeat, nos & vincula & carceres & cetera omnia ejuſmodi incommoda, quin & ipſum quoque vitæ diſcrimen propter Chriſti fidem adire paratos eſſe. Credas velim beatæ memoriæ Attico etiamnum ſuperſtite, quemdam me de ſacra & conſubſtantiali Trinitate libellum compoſuiſſe; in quo & de unigeniti quoque incarnatione nonnulla iis quæ nunc conſcripſi, concinnentia attexui: quæ & epiſcopis, & clericis, & ſtudioſioribus quoque popularibus legi, nulli tamen adhuc illius copiam feci. Probabile ſit ergo, edito jam hoc commentariolo, non defuturos qui me accuſent: cum tamen ejuſmodi orationculam concinnaverim, priuſquam Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontificatus pietati tuæ mandaretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ἐπιστολὴ Νεστορίου πρὸς Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας, διὰ Λάμπωνος πρεσβυτέρου καὶ μοναζοντος.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ μοι συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Οὐδὲν ἐπιεικείας χριστιανικῆς βελτίτερον. ὑπὸ ταύτης σοῦ νῦν διὰ τοῦ ἀλαβέστατου πρεσβυτέρου Λάμπωνος πρὸς τὸ παρὸν βεβιάσμεθα γράμμα, πολλὰ μοὶ εἰπόντος ἡμῖν περὶ τῆς σῆς ἀλαβείας, πολλὰ δὲ καὶ ἀκόσαντος· τὸ πλεῖστον οὐκ εἰδότος ἡμῖν, ἕως τὸ παρ' ἡμῶν εἰσεπράξατο γράμμα· καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς νενικήμεθα βίᾳ. φόβον γὰρ ὁμολογῶ κεκτῆσθαι πολὺν περὶ πᾶσαν παντὸς ἀνδρὸς Χριστιανικὴν ἐπιείκειαν, ὡς ἐγκαθήμενον αὐτῇ τὸν Θεὸν κεκτημένην. τὶ μοὶ οὖν παρ' ἡμῶν, καίτοι πολλῶν παρὰ τῆς σῆς Θεοσεβείας ἃ κατὰ ἀδελφικὴν ἀγάπην· δεῖ γὰρ εἰπεῖν ἀφημότερον· γεγονότων, ἐν μακροθυμίᾳ τε καὶ ἀγάπῃ γραμμάτων προσρητικῶν * δείξει δὲ ἡ πεῖρα, ποτέρως ἡμῖν ὁ τῆς παρὰ τοῦ ἀλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος βίας καρπός. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώτε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

CAPUT VII.

Epiſtola Neſtorii ad Cyrillum Alexandriæ epiſcopum, per Lamporem presbyterum & monachum.

Religioſiſſimo & Sanctiſſimo comminiſtro Cyrillo. Neſtorius in domino Sal.

Nihil ſane Chriſtiana probitate potentius. Ea ut in præſentia per Lamponem presbyterum religioſiſſimum ſcriberemus, nos compulit. Cum enim ille de tua pietate multa referret, multaque viciſſim audiret; poſtremo urgendi finem nullum fecit, donec haſce a nobis impetravit. Quapropter hominis importunitati manus dedimus. Nam, ut quod res eſt ingenue fatear, non mediocrem cujuſcumque Chriſtiani viri probitas, (utpote in cujus pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre aſſolet. Proinde quod ad noſipſos attinet, etſi non pauca a pietate tua deſignata ſint fraternæ caritati parum congruentia; (oportet enim modeſte loqui) ſcribimus, æquitatem animi conſervantes, & ſalutationis officium per literas cum caritate implentes. Quantum vero Lamponis religioſiſſimi presbyteri vehemens impulſus ille fructum nobis affaturus ſit, experientia ipſa demonſtrabit. Univerſam, quæ tecum eſt fraternitatem ego, quique mecum ſunt, ſalutatam cupimus.

CAPUT VIII.[1]

Religioſiſſimo, Deique amantiſſimo comminiſtro Neſtorio, Cyrillus in domino Sal.

INTELLIGO quoſdam meæ apud tuam pietatem exiſtimationi detrahere, multaque temere effutire: idque crebro, ac tum maxime quando magiſtratus coguntur: ſortatile etiam nonnullam hac ratione oblectationem auribus tuis afferre ſe opinantes, homines nulla unquam injuria a me affecti; ſed ſalubriter tantum convicti; hic quidem quod cæcos egenoſque per injuriam oppreſſerit; alius quod ferrum in matrem ſtrinxerit; alius quod ancillæ præſidio aurum alienum abſtulerit, & ejuſmodi improbitatis ſuſpicione ſemper laboraverit, cujuſmodi ne inſenſiſſimos quidem hoſtes laborare optaverit quiſpiam. Verum iſtos, & ſi qui ejus ſarinæ ſunt alii, non multum moror, ne ſupra magiſtrum & dominum, vel etiam ſupra majores noſtros tenuitatis meæ menſuram extendere videar. Fieri enim nullo modo poteſt, quamcumque demum vitæ rationem inieris, ut pravorum maledicorumque hominum dentes evadas. Sed illi quidem *maledicentiæ & acerbitatis os plenum habentes*, coram omnium judice cauſam dicturi ſunt. Ego vero ad id denuo reverſus, quod me potiſſimum decere exiſtimo, te veluti fratrem in domino etiamnum admonere non gravabor, ut prædicationis ſermonem, fideique doctrinam cum omni cautione populo proponas; cogiteſque ſerio, ſi vehementer illi Deum irritant qui e puſillorum numero vel unum tantum in Chriſtum credentem ſcandalizaverint; quanta diligentia, quantaque dexteritate opus ſit, ſi tota quæpiam multitudo gravius offenſa ſit, ut ſcandalis prudenter præciſis, ſanum fidei ſenſum ſermonemque veritatis ſtudioſis afferamus. Ad hoc autem præſtandum illud contulerit, ſi ſanctorum patrum ſcripta evolventes, quam maximi illa facere ſtudeamus; noſque ipſos probantes, num ſimus in fide, ut ſcriptum eſt, ad rectas irreprehenſibiles eorum ſententias noſtras cogitationes apte conformemus.

Pſal. 13.

2 *Cor.* 13. 5.

Sacra itaque & magna illa ſynodus tradit ipſum unigenitum Dei Filium naturaliter ex Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem Pater omnia condidit, deſcendiſſe incarnatum & hominem factum, paſſum eſſe, tertia die reſurrexiſſe, & ad cœlos aſcendiſſe. His verbis hiſque dogmatis nos quoque inſiſtere oportet, ſedulo animo pertractantes, ecquidnam ſit, Dei Verbum incarnatum ac hominem factum eſſe. Neque enim dicimus, Verbi naturam per ſui mutationem carnem eſſe factam; ſed neque in totum hominem tranſformatam ex anima & corpore conſtitutum: aſſerimus autem, Verbum unita ſibi ſecundum hypoſtaſim carne animata rationali anima, inexplicabili incomprehenſibilique modo ho-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ή.

Τῷ ὁλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑτηφλιαρῶσί μου, ὡς φάσκω, τινὲς τῆς ἐμῆς ἐκκλήψεως ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ τοῦτο συχνῶς, τοῖς ἅμα ἐν πέλει συνόδοις χειροφυλακοῦντες μάλιστα, ἔστι δέ που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τινὰ σοὶ ἀκοάν· καὶ αἰθυλίτοις εἰσπέμπουσι φωναῖς, ἠδικημένοι μοὶ οὐδέν, ἐλεγχθέντες δὲ, καὶ τοῦτο χρησίμως· ὁ μὲν, ὅτι τυφλοὺς ἠδίκει καὶ πένητας· ὁ δέ, ὡς μητρὶ ξίφος ἐπανατείνας· ὁ δὲ, θεραπαίνῃ συγκεκλοφὼς χρυσίον ἀλλότριον, καὶ τοιούτοις ἐγκλοῖς ἀεί τινὰ ὑπόληψιν, ὡς οὐκ ἂν εὐξαίτό τις συμβῆναί τισι καὶ ἅμα λίαν ἐχθρῶν. πλὴν ὁ πολὺς ἅμα τοιούτων ὁ λόγος ἐμοὶ, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὸν δεσπότην καὶ διδάσκαλον, μήτε μὴν ὑπὲρ τοὺς πατέρας τὸ τῆς ἐμῆς βραχύτητος ἐκτείνωμαι μέτρον. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τοὺς ἅμα φαύλων ὀφθαλμοὺς σκιώτητος, ὡς ἂν ἔλαττόν τις ὀφείλοι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρᾶς καὶ πικρίας μεστὸν ἔχοντες τὸ στόμα, τῷ πάντων ἀπολογήσονται κριτῇ· περιφανῶς δὲ πάλιν ἐγὼ πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον ἐμαυτῷ, καὶ ὑπομνήσω καὶ νῦν ὡς ἀδελφὸν ὄντα κυρίῳ, τῆς διδασκαλίας τὸν λόγον, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ πίστει φρόνημα μὴ πάσης ἀσφαλείας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς λαούς. ἐννοεῖν τε, ὅτι τὸ σκανδαλίσαι καὶ μόνον ἓν ἅμα τῶν μικρῶν τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστὸν, ἀφόρητον ἔχει τὴν ἀναπάντησιν· εἰ δὲ δὴ πλῆθος ἔστι τοσοῦτο ἅμα λελυπημένων, πῶς οὐκ ἀπάσης δεῖ τέχνης ὄντως χρεὼν καθεστήκαμεν, πρός τε τὸ δεῖν ἐμφρόνως περιελεῖν τὰ σκάνδαλα, καὶ τὸν ὑγιᾶ τῆς πίστεως κατάρρυναι λόγον τοῖς ζητοῦσι τὸ ἀληθές; ἔσται δὲ τοῦτο καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰ τοῖς ἅμα τῶν ἁγίων πατέρων περιτυγχάνοντες λόγοις, περὶ πολλοῦ τε αὐτοὺς ποιεῖσθαι σπεύδοιμεν, καὶ δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς, εἰ ἐσμὲν ὄντως τῇ πίστει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ταῖς ἐκείνων ὀρθαῖς καὶ ἀνεπιλήπτοις δόξαις τὰς ἐν ἡμῖν ἐννοίας εὖ μάλα συμπλάττομεν.

Ἔφη τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γνησίως υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινὸν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, καταλῆλθεῖν, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς. τούτοις δὲ καὶ ἡμᾶς ἕπεσθαι δεῖ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς δόγμασιν, ἐννοοῦντας τί τὸ σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον. οὐ γὰρ φαμὲν, ὅτι ἡ τοῦ λόγου φύσις μεταποιηθεῖσα γέγονε σάρξ. ἀλλ' ὅτι ἑνὶ ὅλον ἄνθρωπον μεταβληθῆ, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι σάρκα ἐμψυχωμένου ψυχῇ λογικῇ

[1] Hoc eſt caput ſecundum partis primæ penes Harduinum, cui Conteſtatio infra cap. 13. a Labbeo exhibita, reliquis omnibus prætermiſſis, eſt caput primum. E regione Græci textus repræſentat Harduinus, vetuſtam, ubi adeſt, hujus Concilii interpretationem, quam integram nos dabimus ſuo loco appoſitam ex nova Baluzii Collectione. Recitatur hæc epiſtola in Act. 1. Conc. Epheſ. In vetuſta verſ. legitur cap. 6.

γαὶ σάρκα ὁ λόγος ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἀ-
φράστως τε καὶ ἀπερινοήτως γέγονε ἄνθρωπος, καὶ
κεχρημάτικε υἱὸς ἀνθρώπου, οὐ κατὰ θέλησιν
μόνην ἢ εὐδοκίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐν προσλήψει
προσώπου μόνου· ἕτερον δὲ διαφορᾷ μὲν αἱ περὶ σάρ-
κωσιν τῆν ἀληθινὴν συνελθοῦσαι φύσεις, ἐκ δὲ
ἀμφοτέρων Χριστὸς καὶ υἱός. οὐχ ὡς τῆς τῶν
φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν σύνοδον,
μᾶλλον δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα κύριον
Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ υἱόν, θεότητός τε καὶ ἀνθρω-
πότητος, διὰ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀπορρήτου περὶ
σάρκωσιν συνδρομῆς. ὅπερ τε λέγεται, καὶ ὅτι πρὸ
αἰώνων ἔχων τὸ ὑπάρξειν, καὶ ἡμιθεὸς ἐκ πα-
τρὸς, ἡμιανθρωπεῖται καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός·
οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀρχὴν τὸ εἶναι
λαβούσης ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, ὅτι μὴ δεη-
θείσης ἀναγκαίως δευτέρας γεννήσεως
μετὰ τὴν ἐκ πατρός. ἔστι γὰρ εὐκαίρως τε ὁμοῦ καὶ
ἀμαθὲς τὸν ὑπάρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ
συναίδιον τῷ πατρὶ, δεῖσθαι λέγειν ἀρχῆς τῆς
εἰς τὸ εἶναι δευτέρας. ἐπειδὴ δὲ δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ
τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σάρκωσις ἑαυτῷ καθ' ὑπό-
στασιν τὸ ἀνθρώπινον, προῆλθεν ἐκ γυναικός,
τοιούτου τινὸς λέγεται γεννηθῆναι σαρκικῶς. οὐ γὰρ
πρώτου ἄνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας
παρθένου, εἶθ' ὕστερον καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ
λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτρας σώδους, σεσαρ-
κωμένου λέγεται γεγονέναι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἰδίας
σαρκὸς τὴν γένεσιν οἰκειωσάμενος. ὅπερ φαμὲν
αὐτὸν καὶ παθεῖν καὶ ἀναστῆναι. οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ
λόγου παθόντος εἰς ἰδίαν φύσιν ἢ πληγὰς ἢ
ἁρμογὰς ἢ σταυρὸν ἢ τὰ ἕτερα τῷ ξυλίνῳ
τῶν σωμάτων· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον.
ἐπειδὴ δὲ τὸ γεγονὸς αὐτοῦ ἴδιον σῶμα πέπονθε
ταῦτα, πάλιν αὖτὸς λέγεται παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν.
ἓν γὰρ ὁ ἀπαθὴς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι. κα-
τὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ πεθνάναι νοεῖ-
σθω. ἀθάνατος γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ ἄφθαρτος,
καὶ ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν ὁ * τοῦ Θεοῦ λόγος·
ἐπειδὴ δὲ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι
Θεοῦ, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐ-
γεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸς τὸν ὑπὲρ
ἡμῶν θάνατον. οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν τοῦ θα-
νάτου, τότε ἦκεν εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· ἀτοπληξία
γὰρ τοῦτο λέγειν, ἢ φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ
ἐφάγη ἄρτος, ἡ σὰρξ, αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου.
οὕτω καὶ ἐγηγερμένης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, πάλιν ἡ
ἀνάστασις αὐτοῦ λέγεται· οὐχ ὡς πεσόντος εἰς φθο-
ράν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ πάλιν ἐγή-
γερται σῶμα. ὅπερ Χριστὸν σὰρκα καὶ κύριον ὁμολο-
γήσομεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ
λόγῳ, ἵνα μὴ τιμῆς φαντασία παρεισκρίνηται
διὰ τὸ λέγειν τὸ, σὺν· ἀλλ' ὡς σάρκα καὶ τὸν αὐ-
τὸν προσκυνοῦντες, ὅτι μὴ ἀλλότριον τοῦ λόγου
τὸ σῶμα αὐτοῦ, μεθ' οὗ καὶ αὐτῷ συνεδρεύει τῷ
πατρί· οὐχ ὡς δύο πάλιν συνεδρεύοντων υἱῶν,
ἀλλ' ὡς εἷς καθ' ὑπόστασιν ὄντων, μετὰ τῆς ἰδίας σαρ-
κός. εἰ δὲ τὸν καθ' ὑπόστασιν ὄντων, ἢ ὡς
ἀνέφικτον, ἢ ὡς ἀκαλλῆ παραιτούμεθα, ἐμπί-
πτομεν εἰς τὸ δύο λέγειν υἱούς. ἀνάγκη γὰρ πᾶ-
σα διαιρεῖσαι, καὶ εἰπεῖν. τὸν μὲν, ἄνθρωπον ἰδι-
κῶς, τῇ τοῦ υἱοῦ κλήσει τετιμημένον· ἰδικῶς

minem factum, & hominis filium extitiſſe, non per ſolam voluntatem aut beneplacitum, ſive per ſolam perſonæ aſſumptionem. Et quamvis naturæ ſint diverſæ, vera tamen unione coeuntes unum nobis Chriſtum & Filium effecerunt: non quod naturarum differentia propter unionem ſublata ſit, verum quod divinitas & humanitas ſecreta quadam ineffabilique conjunctione in una perſona unum nobis Jeſum Chriſtum & Filium conſtituerint. Ad hunc modum, qui ante omne ſæculum exiſtit, & ex Patre genitus fuit; ſecundum carnem ex muliere natus dicitur; non quod divina illius natura exiſtentiæ ſuæ initium in ſacra virgine ſumpſerit, aut quod poſt primam ex Patre, altera propter ſeipſam generatione neceſſario indiguerit; (ſtultum eſt enim, planeque ineptum aſſerere, eum qui ante omnia ſæcula Patri coæternus exiſtit, altera denuo, quo exiſtere queat, generationem indiguiſſe) ſed quia propter nos, & propter noſtram ſalutem humana natura ſecundum hypoſtaſim ſibi unita, ex muliere natus eſt, hinc eſt quod ſecundum carnem natus prædicatur. Non enim primo vulgaris quiſpiam homo ex virgine ortus eſt, in quem Dei Verbum deinde ſeſe demiſerit: ſed in ipſo utero carni unitum, ſecundum carnem progenitum dicitur: utpote ſuæ carnis generationem ſibi ut propriam vindicans. Ad eumdem modum illud paſſum & reſuſcitatum dicimus, non quod Dei Verbum aut plagas, aut clavorum perforationes, aut alia id genus vulnera in propriam naturam acceperit: (nam ut divinum numen corporis expers eſt, ita perpeti quoque nihil poteſt) ſed quia corpus quod ſibi adſciverat, hæc fuit expertum, eam ob rem ipſum noſtri cauſa illa perpeſſum aſſeritur. Impatibile enim Verbum in corpore patibili exiſtebat. Idem & de ejuſdem quoque morte ſentimus: ſiquidem Dei Verbum ſuapte natura immortale, & a corruptione alienum, & vita rurſum & vivificans eſt. Verum quia ſuum ipſius corpus gratuito Dei munere *mortem*, atteſtante Paulo, *omnium cauſa deguſtavit*, fit ut ipſum mortem propter nos perpeſſum dicatur: non quod ipſum quod quidem ad propriam naturam attinet, mortem exceperit (inſania namque mera eſſet, iſtud vel dicere, vel cogitare) ſed quia caro illius mortem, ut modo ajebam, deguſtavit. Pari modo quia caro illius reſurrexit, ipſi reſurrectio tribuitur, non quod ipſum ceciderit in corruptionem; abſit; ſed quia rurſus corpus illius exſuſcitatum eſt. Ita unum Chriſtum & dominum confitemur; non quod hominem una cum Verbo adoremus: ne illud, cum Verbo, aliquam diviſionis imaginationem menti objiciat; ſed unum eumdemque adoramus, quandoquidem corpus ſuum non eſt alienum a Verbo; cum quo Patri aſſidet, non quod duo filii Patri aſſideant: aſſidet enim unus tantum per unionem cum propria carne. Quod ſi unionem ſecundum hypoſtaſim tanquam incomprehenſibilem indecentemque repudiaverimus, eo prolabimur, ut duos filios eſſe dicamus. Neceſſe eſt enim diſtinguere, & vocare; alterum quidem per ſe hominem filii appella-

* λαχόντος

* ἐν Θεῷ

Ebr. 2. 9.

Hebr. 2. 9.

pellatione cohoneſtarum ; alterum vero per A δὲ σωλῆν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον υἱότητος ὀνόματι καὶ χρῆμα ἔχοντα φυσικὸν. ἑ δ᾽μερεῖον τυγχάνειν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. * ὠφέλησε κατ᾽ οὐδένα τρόπον τὸν ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ ὅπως ἔχειν, κἂν εἰ προσώπων σύγχυσιν ἐπιφημίζουσί τινες· ἑ γὰρ ἔφησε ἡ γραφὴ, ὅτι ὁ λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἰδίωσε ἑαυτῷ, ἀλλ᾽ ὅτι γέγονε σὰρξ· τὸ δὲ σάρκα γεγένθαι τὸν λόγον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχε αἵματος καὶ σαρκός. τὸ δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποιήσατο, καὶ σπήλαιον ἀνθρώπου ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι Θεὸς, ἢ τὸ ἐκ Θεοῦ γεγεννῆθαι πατρὸς, ἀλλὰ καὶ σὺν προσλήψει σαρκὸς μεμενηκὼς ὅπερ ἦν. τοῦτο ἀποσβένει πανταχοῦ τῆς ἀκεραίου πίστεως ὁ λόγος, ὅπως δρήσομεν τὰς ἁγίας θεοφορουμένας πατέρας· ὅπου πεθαρσήκασι θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον· οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀλλ᾽ ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς· ᾧ καθ᾽ ὑπόστασιν συνὼν ὁ λόγος, γεγεννῆθαι λέγεται κατὰ σάρκα. ταῦτα καὶ σοὶ ὡς ἐξ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ γράφω, παρακαλῶν ὡς ἀδελφόν, καὶ διαμαρτυρόμενος συνιέναι τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκλεκτῆς ἀγγέλων αὐτοῦ, ταῦτα μεθ᾽ ἡμῶν καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, ἵνα σώζηται τῆς ἐκκλησιῶν ἡ εἰρήνη, καὶ τῆς ὁμονοίας ἢ ἀγάπης ὁ συνδέσμος ἀῤῥαγὴς διαμένοι τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ. * πρόσεπε τιμὴ παρὰ σοὶ ἀδελφότητι· σὲ ἡ σωὴ ἡμῶν ἐν καιρῷ προσαγορεύσει.

* ἐπίσκοπον ἐν τισι τῶν ἀντιγράφων.

Jean. 1. Hebr. 2.

CAPUT IX.

Exemplum epiſtolæ Neſtorii ad Cyrillum epiſcopum, quæ omnibus in ſancta ſynodo diſplicuit.

Religioſiſſimo Deoque amabiliſſimo comminiſtro Cyrillo, Neſtorius in domino Sal.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

* Ἴσον ἐπιστολῆς Νεστορίου * πρὸς τὸν πάπαν Κύριλλον, ἥτις πᾶσιν ἀπήρεσε ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

* ex c Seguieriano : αὕτη ἡ πρώτη ἐπιστολὴ ἀναγινώσθη ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ. ἀνελέσθη ἐν τοῖς ἀκοσμήτοις πάθεσι τεφάχια.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ADmirabilium literarum tuarum contumelias, quas in nos jacis tanquam medica quadam manſuetudine dignas, quibuſque re ipſa ſuo tempore reſponderi queat, miſſas facio. Quæ autem ſine magno periculo ſilentio præteriri non poſſunt, ea, ne obſcura indigeſtaque prolixitate decertans, faſtidium generem, quanta fieri poterit orationis brevitate ediſſeram. A ſapientiſſimis autem dilectionis tuæ vocibus principium ſumam, quas ad verbum quoque in medium afferam. Ecquænam ſunt igitur præclaræ illæ eruditarum literarum tuarum voces? Sacra (inquis) & magna illa ſynodus tradidit, ipſum unigenitum Filium ex Deo Patre naturaliter genitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia Pater condidit, deſcendiſſe, & incarnatum, & hominem factum, paſſum eſſe, & reſurrexiſſe. Hæc tuæ pietatis ſunt verba; neque tua eſſe fortaſſis ignoras. Proinde & tu quoque

Τὰς μὲν καθ᾽ ἡμῶν ὕβρεις τῆς θαυμασῶν σου γραμμάτων ἀφίημι, ὡς μακροθυμίας ἀξίας ἰάξεσθαι, καὶ τῆς διὰ τῆς πραγμάτων αὐτῆς κατὰ καιρὸν πρὸς αὐτὰς ἀποκρίσεως· ὃ δέγε σιωπᾶν οὐκ ἀνέχεται, ὡς μέγαν φέρον, εἰσιγνθείη, τὸν κίνδυνον, τοῦτο, καθὼς ἂν οἷός τε ὦ, ἑ πρὸς μακρολογίαν ἀποτεινόμενος, ποιήσασθαι πειράσομαι τιμὴ διηγήσιν συντομον, τὸν τῆς σκοτεινῆς καὶ δυσπέρατου μάχαιρας ναυτιασμὸν φυλαττόμενος. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς πανσόφων τῆς σῆς ἀγάπης φωνῶν, αὐτὰς αὐτολεξεὶ παραθείς. τίνες τοίνυν αἱ τῆς θαυμασῆς σου τῆς γραμμάτων διδασκαλίας φωναί; ἡ ἁγία φησὶ καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γεγεννῆσθαι υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινὸν Θεὸν ἀληθινόν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι᾽ οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι. ταῦτα τῆς σῆς θεοσεβείας τὰ ῥήματα· καὶ γὰρ

1 Recitatur hæc epiſtola in Concil. Epheſ. Act. 1. Vetus verſio habetur infra, ſicuti & ſequentis Epiſtolæ in veteri verſione hujus Concilii cap. 7. & 4.

γνησίως Ἰησοῦ τὸ σὸν. ἄκουε δὲ καὶ παρ' ἡμῶν, ἀδελφικὴν ὑπὲρ δεσποτικῆς παραίνεσιν, καὶ ὃν ὁ μέγας ἐκεῖνος Παῦλος τῷ φιλουμένῳ παρ' αὐτοῦ Τιμοθέῳ διεμαρτύρατο· πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδαχῇ. τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου· τί δὲ μοι τὸ, πρόσεχε, βούλεται; ὅτι τῶν τῆς ἁγίας ἐκείνων ἐξεταστὴς παραδόσεων, συγχώρησιν ἀξίαν ἡγησῃ ἀγνοίαν, παθητὸν αὐτὸν ἀφρόνως νομίσας τὸν τοῦ πατρὸς συναΐδιον λόγον. ἐγκαλῶ δὲ, εἰ δοκεῖ, τοῖς ῥητοῖς ἀκριβέστερον. καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον τῆς πατρῴας δρησσῶν χορὸν, ὡς τῷ ὁμοίῳ θεότητι παθητῷ ἐφρόντισε, δὲ προσφατον γενητῷ τῷ τοῦ πατρὸς συναΐδιον, δὲ ἀνασάσαν τῷ τὸν λελυμένον ναὸν ἀναστησάσαν. χάρμα τοῖς ἀκοαῖς εἰς ἀδελφικὴν εὐτρέπειαν παρέχῃς, αὐτὸς σὸν τοῖς τῆς ἁγίας ἐκείνων φωνὰς παραθέμενος, τῆς κατ' ἐκείνων ἀπαλλαγῇ συκοφαντίας, καὶ τῆς κατὰ τῆς θείων γραφῶν, δι' ἐκείνων. Πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ. σκόπησον ὅπως, τὸ κύριος, Ἰησοῦς, Χριστὸς, καὶ μονογενὴς, καὶ υἱὸς, πρότερον θεότητος, τὰ κοινὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς θεμελίους, ὀνόμασεν, εἶτα τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τὸ παθεῖν, ἢ τῆς ἀναστάσεως ἐπακολουθοῦσι παραδοσιν· ἵνα τῆς ὀνομάτων τῆς φύσεων ἑκατέρων κοινῶν τινων σημαντικῶν προκειμένων, μήτε τὰ τῆς ἰδιότητος ἢ κινητότητος τεμνηται, μήτε τὰ τῆς φύσεων ἐν τῷ τῆς υἱότητος μοναδικῇ συγχύσεως ἀφανισμῷ κινδυνεύῃ. τούτῳ γὰρ αὐτὸς παιδεύτης ὁ Παῦλος γεγήθηται, ὃς τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς θείας τῷ μνήμῃ πονήματος, καὶ μέλλων τὸ τῆς παθοῦς ἐπάγειν, πρότερον θεὸς τὸ, Χριστὸς, τὸ κοινὸν. τῆς δύο, ὡς μικρῷ πρότερον ἔφην, τῆς φύσεων ὄνομα, προσάγει τὸν λόγον ἀμφοτέραις πρεπώδη ταῖς φύσεσι. τί γάρ φησι; τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο. τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ καθ' ἑκάστου λέγω· ὑπήκοος ἐγένετο μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τῷ θανάτου μνησθῆναι, ἵνα μὴ τὸν θεῖον λόγον ὑποπτεύσῃ τις παθητὸν ὑπολάβῃ, τί ἔφησι τὸ, Χριστὸς, ὡς τῆς ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας ἐν μοναδικῷ προσώπου προσηγορίαν σημαντικῷ. ὅπως μὴ ἀπαθὴς ὁ Χριστὸς καὶ παθητὸς ἀκινδύνως λαλῆται· ἀπαθὴς μὲν θεότητι, παθητὸς δὲ τῇ τοῦ σώματος φύσει. πολλὰ λέγειν περὶ τούτου δυναμαι, καὶ προτρέπουγε τὸ, μηδὲ γενήσεως ἐπὶ τῆς οἰκονομίας. ἀλλ' ἐνανθρωπήσεως τοὺς ἁγίους ἐκείνους μνημονεῦσαι πατέρας, τῷ τῆς βραχυλογίας ἐν προοιμίοις ὑποσχεσιν χαλεπῶσαν τὸν λόγον αἰδοῦμαι, καὶ ὥρας τὸ δέλτερον τῆς σῆς ἀγάπης κινοῦσαν κεφάλαιον.

a nobis fraternam pro paſtate admonitionem audias; & eam quidem, qua eximius ille Paulus ad dilectum ſuum Timotheum non abſque obteſtatione utitur; *Attende lectioni & exhortationi & doctrinæ. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.* Quid obſecro illud, *attende*, ſibi vult? Hoc nimirum, quod ſanctorum illorum traditionem obiter legens, inſcitiam venia dignam hauſeris. Arbitratus es enim, Verbum Patri coæternum, patibile ab illis traditum eſſe. Penitius, ſi ita videtur, illorum dicta introſpice; & divinum illum patrum chorum nuſquam docuiſſe comperies, conſubſtantialem divinitatem patibilem eſſe; aut quæ Patri coæva eſt, recens natam eſſe, aut quæ templum ſolutum exſuſcitavit, exſuſcitatam eſſe. Quod ſi ad fraternam medicinam aures attuleris, ſanctorum patrum verbis in medium allatis, ea calumnia, quæ & patribus & divinis quoque ſcripturis evidenter adverſatur, te liberabo. Ajunt ergo: Credimus in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ejus unigenitum. Obſerva hic; quomodo dominum, Jeſum, Chriſtum, unigenitum, & filium, nomina utique quæ humanæ divinæque naturæ ex æquo conveniunt, perinde ac fundamenta quædam ſubſternentes, incarnationis, mortis & reſurrectionis traditionem illico ſubjungant ſuperſtruantque, nempe quo nominibus utriuſque naturæ quibuſdam communibus ſignis propoſitis, neque ea quæ filiationis & dominationis ſunt, ſcindantur, neque ea rurſum quæ naturarum ſunt, propter filiationis ſingularitatem in confuſionis periculum adducantur. Qua quidem in re Pauli auctoritatem ſecuti ſunt. Hic enim divinæ incarnationis facta mentione, eaque mox ſubjuncturus quæ paſſionis erant, primum illud nomen Chriſtus, ut paulo ante dicebam, utrique naturæ commune ponit; ac mox ita ſermonem profert, ut naturæ utrique ſit congruens. Ecquid ergo dicit? *Hoc*, inquit, *ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*: ſingula enim perſequi non attinet, *factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Quia enim mortis facturus erat mentionem, ne quis hinc Deum Verbum patibile eſſe colligeret, ſubjungit nomen hoc, Chriſtus, quod utramque naturam, patibilem inquam & impatibilem, in unica perſona denotat: quo idem nimirum Chriſtus patibilis ſimul & impatibilis citra periculum concipi queat; illud quidem ſecundum humanam naturam, hoc vero ſecundum divinam. Porro autem cum multa hac de re diſſerere valeam, & maxime quod ſancti illi patres de Chriſti œconomia verba facientes, non generationis, ſed incarnationis meminerint; ipſam orationis brevitatem, quam ſtatim in exordio promiſeram, ſermonis curſum cohibere, & ad alterum dilectionis tuæ caput feſtinare ſentio.

β.

Ἐν ᾧ καὶ τῶν τῆς φύσεων ἑκατέρου διαίρεσιν κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος λόγον, καὶ τὴν τούτων εἰς ἕνος πρόσωπα συναφειαν. καὶ τὸ τὸν Θεὸν

II.

In eo autem laudo, quod diſtinctionem naturarum, ſecundum divinitatis & humanitatis rationem, hatumque in una perſona conjunctionem prædicas: quodque Deum Verbum

bum altero ex muliere ortu minime indiguisse affirmas; & quod divinitatem pati non potuisse, diserte pronuncias. Hæc enim re vera & orthodoxa, & vanis omnium hæreticorum circa domini naturas opinationibus quam maxime adversa sunt. At vero utrum reliqua occultam aliquam & incomprehensibilem sapientiam legentium auribus inferant, id tuæ solertiæ fuerit dijudicare. Mihi sane cum antecedentibus adeo non cohærere videntur, ut ea omnino quoque evertere existimem. Etenim quem antea neque patibilem, neque secundæ generationis capacem prædicaveras, hunc ipsum rursum patibilem, nuperque nescio quomodo productum asseveras: quasi vero quæ in Verbum naturaliter conveniunt, ea templi conjunctione abolita sint: aut parvi apud homines fieri debeat, templum illud nullo unquam peccato contaminatum, & a divina natura inseparabile, peccatorum nostrorum causa & natum & mortuum esse: aut denique domino Judæos ejusmodi oratione compellanti: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*; fidem habere non oporteat. Ecce non dicit, solvite divinitatem meam, & in tribus diebus excitabitur; sed, Solvite templum hoc. Rursum excurrere nonnihil hic cupiens, sponsionis meæ memoria impedior. Dicendum est nihilominus aliquid, ut tamen a constituta mihi brevitate non recedam.

Joan. 2. 19.

III.

Ubicumque divinæ scripturæ dispensationis dominicæ mentionem faciunt, ortus ipse & mors non divinæ, sed humanæ Christi naturæ semper tribuitur. Quapropter si rem diligentius consideremus, sacra virgo non deipara, sed Christipara appellanda erit. Audi quomodo evangelia istud proclament: *Liber*, inquiunt, *generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Atqui perspicuum est Deum Verbum non extitisse Davidis filium. Accipe, si placet, aliud hoc testimonium: *Jacob*, ait, *genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus*. Perpende rursum aliam evangelii vocem, veritatem hanc diserte confirmantem: *Christi*, inquit, *generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, inventa est habens in utero de Spiritu sancto*. Quis autem unigeniti divinitatem, Spiritus sancti creaturam esse credat? Adde his illud quoque: *Erat mater Jesu ibi*: & rursum: *Cum Maria matre Jesu*: & illud: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est*, & illud; *Accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*: & illud: *De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*: & illud rursum de ejusdem passione: *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne*: & illud iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris*: & rursum: *Christo in carne passo*: denique: *Hoc est*, non mea divinitas, *sed corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum*. Sunt aliæ innumeræ sententiæ, quæ divinitatem neque nuper natam, neque corpoream per-

Matth. 1.
Ibid. 16.
Ibid. 18.
Joan. 2.
Act. 1. 14.
Matth. 1. 20
Matth. 2. 13.
Rom. 1. 3.
Rom. 8. 3.
1. Cor. 15.
2 Petr. 4.
Luc. 22. 19.

γ'.

Παντιχῦ τῆς θείας γραφῆς, ἰδίᾳ ἐν μυστηρίῳ τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ποιῆται, γέννησιν ἡμῖν καὶ πάθος οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ παραδίδοται. ὡς καλεῖσθαι κατὰ ἀκριβεστέραν ἀποσημασίαν τὴν ἁγίαν παρθένον Χριστοτόκον, ἢ θεοτόκον. ἄκουε ταύτην τὴν εὐαγγελίων βοώντων· βίβλος, φησί, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Δαυὶδ υἱὸς ὁ Θεὸς λόγος οὐκ ἦν. δέχου καὶ ἄλλην, εἰ δοκεῖ, μαρτυρίαν. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. σκόπει πάλιν ἑτέραν ὑμῖν ὁμαρτυρομένην φωνήν. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένησις οὕτως ἦν· μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν συνελθεῖν αὐτοὺς ἐφάνη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. κτίσμα δὲ τὸ πνεῦμα τίς ἂν ὑπολάβοι τὸ τοῦ μονογενοῦς θεότητι; τί δὲ λέγει τὸ· ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ; καὶ πάλιν, τὸ· σὺν Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ. καὶ τὸ· τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. καὶ τὸ· λάβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ τὸ· περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. καὶ τὸ περὶ τῆς παθους αὖθις. ὅτι ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλε ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ, Χριστῷ παθόντος σαρκί. καὶ, τοῦτ' ἔστιν, οὐχ ἡ θεότης μου, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ μυρίων ἄλλων φωνῶν ὁμαρτυρουμένων τῶν ἀνθρώ-

Matth. 1.
Matth. 16.
Matth. 18.
Joan. 2.
Act. 1. 14.
Matth. 1. 20.
Matth. 2. 13.
Rom. 1. 3.
Rom. 8. 3.
1. Cor. 15.
2 Petr. 4.
Luc. 22. 19.

δρώπων τὸ γῆρας, μὴ τῶν τοῦ σώματος νομίζειν θεότητα τὰ προσφατα, ἢ πάθους συμπτώματα δεκτικὸν, ἀλλὰ τῶν συναμφοῖν τῇ φύσει τῆς θεότητος σάρκα. Ὅθεν ἔφη τοῦ Δαυὶδ ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, καὶ υἱὸν ὁμολόγει. τί γὰρ ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; φησί· τίνος ἐστὶν υἱός; λέγουσιν αὐτῷ· τοῦ Δαυίδ. ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, ἔφησεν αὐτοῖς· πῶς οὖν Δαυὶδ ἐν πνεύματι υἱὸν αὐτὸν καλεῖ, λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; ὡς υἱὸς οὖν τοῦ Δαυὶδ πάντως κατὰ σάρκα, κατὰ δὲ τὴν θεότητα κύριος. εἶναι μὲν οὖν τῆς υἱὸς θεότητος τὸ σῶμα νοεῖν, καὶ ναὸν κατ' ἄκραν τινὰ καὶ θείαν λιτότητα συναφείαν· ὡς οἰκειοῦσθαι τὰ τούτου τῆς θεότητος φύσιν ὁμολογεῖσθαι, καλὸν καὶ τῶν εὐαγγελικῶν παραδόσεων ἄξιον. τὸ δὲ δὴ τῇ τῆς οἰκειότητος προσῤῥίβειν ὀνόματι καὶ τὰς τῆς συναμφοῖν σαρκὸς ἰδιότητας, γήρωσιν λέγω, καὶ πάθος, καὶ νέκρωσιν, ἢ πλανημάτων ἐστὶν ἀληθῶς καθ' ἕλληνας, ἀδελφὲ, θρασείας, ἢ τὰ τοῦ φρενοβλαβοῦς Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ τῶν ἄλλων νοσούσης αἱρέσεων. μᾶλλον δὲ, ὅτι κρείσσων βαρύτερον. ἀνάγκη γὰρ τῷ τῆς οἰκειότητος τοὺς πιστοὺς παρατυρβάζειν ὀνόματι, καὶ γαλακτοτροφίας κενεῶνα δι' αὐτὴν οἰκειότητα τὸν θεῖον λόγον ποιεῖν, καὶ τῆς κατὰ μικρὸν αὐξήσεως μετέχειν, καὶ τῆς ἐν τῷ τοῦ πάθους ἡμῶν δειλίας, καὶ βαθυθείας ἀγγελικῆς ἐπιδεᾶ. καὶ σιωπῶ περιτομὴν, καὶ θυσίαν, καὶ ἑορτὰς, καὶ πάσχα, καὶ δίψαν, ἅτινα σαρκὶ μὲν ὡς δι' ἡμᾶς συμβάντα, προσκαίρως σωματούμενα. ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος ταῦτα καὶ ψαλῶ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συναφάντιος δεκτικὰς κατακρίσεως αἴτια. αὗται τῶν ἁγίων πατέρων αἱ παραδόσεις. ταῦτα τῶν θείων γραφῶν τὰ παραγγέλματα. ὅπως τις καὶ τὰ τῆς φιλανθρωπίας τῆς θείας, καὶ τὰ τῆς αὐθεντίας θεολογεῖ· ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ πᾶσι, καὶ φρόνιμος πάντως, καθὰ ὁ Παῦλός φησι.

A pessionis capacem esse, mortalium generi restatum faciunt; sed ipsam carnem, quæ divinæ conjuncta est naturæ. Quare & ipse quoque Christus Davidis dominum & filium se nominat: *Quid*, inquit, *vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David. Respondit Jesus, & ait illis: quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis?* Est enim plane filius David secundum carnem; secundum divinitatem vero, ejusdem dominus est. Rectum proinde, evangelicæque traditioni consentaneum est, ut Christi corpus divinitatis templum esse confiteamur, illudque nexu usque adeo sublimi, divino- B que & admirabili ipsi conjunctum, ut dicamus divinam naturam ea sibi vindicare, quæ corporis alioqui sunt propria. Verum propter hanc appropriationem divino verbo adscribere nativitatem, passionem, mortem, ceteraque carnis proprietates, id demum, mi frater, mentis est aut ethnicorum more vere errantis, aut certe insani Apollinarii, & Arii, aliorumque hæreticorum morbo, aut alio etiam graviori laborantis. Necesse est enim istos per appropriationis vocabulum eo trahi, ut Deum Verbum lactationis participem, & succedanei incrementi capacem, & ob formidinem passionis tempore declaratam, angelici præsidii indigum fa- C ciant. Missa hic facio, circumcisionem, sacrificium, sudorem, famem, sitim, quæ carni acciderunt, nostrique causa eamdem assecerunt. Quod si hæc eadem divinitati adscribere lubeat, & falsa erunt, & nobis veluti calumniatoribus justæ damnationis causam afferent. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones; hæc sanctarum scripturarum mandata. Ad hunc modum & de divina clementia & de Dei majestate theologus discepter: *Hæc meditare, in his esto; ut profectus tuus manifestus sit omnibus, & ad omnes*; ut inquit Paulus.

Matth. 22. 42.

Psal. 109.

1 Tim. 4.

δ'.

Τῆς δέησε τὴν σκανδαλιζομένων φροντίδος καλῶς μοι ποιεῖς ἀντεχόμενος, καὶ χάρις τῇ τῶν θείων μεμνημένῃ σε ψυχῇ, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν φροντιζούσῃ. γίνωσκε δὲ σεσαλευμένων σωτὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἴσως δόξης θείους κληρικοὺς, ὑπὸ τὴν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου καθαιρημένων, ὡς τὰ Μανιχαίων φρονοῦντας. τὰ γὰρ τῆς ἐκκλησίας καθ' ἑκάστην προκόπτει, καὶ τὸν λαὸν συνέπεσθαι τοσαύτη διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ὡς τὸ τοῦ προφήτου, βλέποντες τὰ πλήθη, βοᾷν· ἐπλήσθη ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. τὰ τε τοῦ βασιλέως ἐν ὑπερβαλλούσῃ χαρᾷ, πεφωτισμένων τῷ δόγματος. καὶ ἵνα σωτῆρα ἐπισείσω, ἐκείνου ἐπὶ ταῖς θεομαχίαις ἁπάσαις αἱρέσεσι, καὶ τῇ τῆς ἐκκλησίας ὀρθοδοξίᾳ, καθ' ἑκάστην ἔρρωται τις ἂν παρ' ἡμῖν τὸν φωτὸν πληρουμένου. ὁ οἶκος Σαὰλ ἐπορεύετο καὶ ἠθύμει, καὶ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφοὺς συμβουλεύματα. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλονεικεῖν, κεκραξέτω καὶ δι' ἡμῶν πρὸς τὸν τοιοῦτον ὁ Παῦλος· ἡμεῖς τοιαύτην

IV.

Quod vero eorum qui offensi sunt, curam amplecteris, recte facis, & gratias habeo animæ tuæ, sedulo quæ Dei sunt meditanti, anxiamque rerum nostrarum curam gerenti. Verum a clericis fortasse tuæ pietatis, qui quod Manichæorum hæresi infecti essent, a sacra synodo exauctorati hic sunt, delusum te scias. Nam res ecclesiasticæ quotidie crescunt & augentur; & aggregatio populorum eos sortitur Dei beneficio successus, ut qui multitudinem intuentur, non possint cum propheta non exclamare: *Repleta est terra* Isai. 11. *cognitione domini, sicut aqua multa cooperit maria*. Imperatores quoque propter dogmatis E illustrationem in summa lætitia vitam agunt. Et ut verbo concludam, illam de cunctis hæresibus Deum impugnantibus, reliquaque ecclesiæ doctrina vocem apud nos quotidie ad effectum deduci comperias: *Domus Saul procedebat, & infirmabatur*: 2. Reg. *& domus David procedebat, & confirmabatur*. Hæc fraterno affectu fratri a nobis dantur consilia. *Si quis autem voluerit esse contentiosus*, hic beatum Paulum per nos

2. Cor. 11. v. 26. clamantem intelliget : *Nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſiæ Dei.* Univerſam quæ tecum eſt, fratrum ſocietatem ego, quique mecum ſunt, plurimum ſalvere jubemus. Semper incolumis pro nobis Deo ſupplices, obſervandiſſime & piiſſime.

συμπάθειαν οὐκ ἴσχομεν, ὁ δὲ αἰ ἐκλησίαι τοῦ Θεοῦ. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένος, καὶ ὑπερεύχόμενος ὑμῶν ἀσφαλείας, πάντα μοι τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε. 1 Macc. 13. 44.

CAPUT X.

Epiſtola Cyrilli ad eos perſcripta, quorum literis notatus fuerat, quod vulgi rumore per ſuaſus impiam Neſtorii doctrinam in pejus ſerpere, non ſiluiſſet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ἐπιστολὴ Κυρίλλου πρὸς τοὺς ἐγγράφους αὐτῶν αἰτιασαμένους, ὅτι περὶ ὧν συσιώπησεν, ὡς ἀκοῆς μαθὼν ἔφασαν ἐπὶ τῷ χεῖρον τὴν διαφθορὰν τῆς Νεστορίου διδασκαλίας.

QUANDOQUIDEM pietas veſtra ad me B ſcribit, religioſiſſimum Neſtorium magnam ex iis literis cepiſſe moleſtiam, quas ad monaſticam vitam agentes ſcripſi, illos revocare ſtudens, qui ex diſſeminatis rumoribus offenſi erant ; fateri cogor, hoc quidquid eſt ægritudinis, non tam ex me, quam ejus religioſitate ortum eſſe. Nam ego hominibus propter illius exegeſes majorem in modum offenſis, rectæ fidei doctrinam expoſui : ille vero in catholica orthodoxorumque eccleſia, bonum epiſcopum Dorotheum aperte dicentem tulit : Si quis S. Mariam deiparam eſſe dixerit, anathema ſit. Neque ſolum conticuit, cum hæc illum loquentem audiret, verum eumdem C quoque ipſum ad myſticam communionem mox admiſit, myſteriorumque participem effecit. En igitur ipſo præſidente, ne dicam interea ab ipſo ſententiam proferente, anathemate ferimur : neque enim Dorotheus præter ſententiam Neſtorii hæc in eccleſia dixiſſet. Itaque nosipſi, qui etiamnum in vita manemus, ceterique terrarum orbis epiſcopi, tum patres quoque noſtri, qui jam ad Deum profecti ſunt, anathemate percuſſi ſumus. Quid vetabat & nos quoque vocibus illius contraria ſcribere, ac dicere : Anathema, ſi quis Mariam deiparam eſſe negaverit ? Verum id hactenus propter illum facere nolui, ne ſint qui D epiſcopum Alexandrinum, Ægyptiamve ſynodum anathematis ſententiam in Neſtorium tuliſſe dicant. Quod ſi piiſſimi occidentis & orientis epiſcopi intellexerint, ſe omnes ab illo anathemate plexos eſſe ? (omnes namque ſanctam Mariam deiparam eſſe profitentur) quo id tandem animo acceperi ſunt ? An non omnes ægerrime iſtud patientur, non tam propter ſeipſos, quam propter ſanctos patres, in quorum monumentis ſacram virginem Mariam ſemper deiparam appellatam comperimus ? Sane niſi videretur futurum oneroſum, non pauca diverſorum patrum volumina miſiſſem, in quibus non ſemel, ſed frequentiſ- E ſime vocem hanc poſitam invenias, qua ſacram virginem deiparam eſſe confitentur.

ΕΠΕΙΔΗ μοι γέγραφεν ἡ ἐλλάβεια ὑμῶν, ὡς λυπεμένου τοῦ θεοσεβεστάτου Νεστορίου, ὅτι τινὰ πρὸς μονάζοντας ἐποίησα ἐπιστολὴν, ἀνασκευάζειν βουλόμενος τοὺς ἐπὶ τῷ θρύλλῳ σκανδαλισθέντας· ἀναγκαίως τοῦτό φημι, ὅτι περ ὁ τοῦτον γέγονε * παρ' ἡμῶν, ὅσον παρὰ τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας. ἐγὼ μὲν σκανδαλισθεῖσιν ἀνθρώποις ἀπὸ ἐμῆς ἐξηγήσεων αὐτῶν, τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐξετίθεμην λόγον· αὐτὸς δὲ διέσυρε μὲν ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ καὶ τῇ τῶν ὀρθοδόξων, τὸν καλοῦ Δωροθέου τοῦ ἐπισκόπου φανερῶς λέγοντος· ἀνάθεμα ἔστις οὐκ λέγει τὴν ἁγίαν Μαρίαν θεοτόκον. ἓν μόνον ταῦτα ἀκούσας σισίγησε, ἐκείνου λέγοντος, ἀλλὰ καὶ εἰς κοινωνίας αὐτὸν ἐδέξατο τῆς μυστικῆς, καὶ κοινωνὸν ἐποίησεν. ἰδοὺ τοίνυν ἀνεθεματίσθημεν ἐπ' αὐτοῦ, ἵνα τέως μὴ λέγωμι παρ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἐπ' ἐκκλησίας ἐφθέγξατο τοιαῦτα παρὰ γνώμην αὐτοῦ. τετάραχεῦται καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρὸ Θεοῦ ἀποδημήσαντες πατέρες ἡμῶν, ἀνεθεματίσθημεν. τί ἂν ἐκώλυε καὶ ἡμᾶς ταῖς ἐκείνου φωναῖς γράψαι ταναντία, καὶ εἰπεῖν· ἔστις οὐ λέγει θεοτόκον εἶναι τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα; ἀλλ' οὐ πεποίηκα τοῦτο, δι' αὐτὸν τοῦτον, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι ἀνεθεμάτισεν αὐτὸν ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἤτοι ἡ σύνοδος ἡ Αἰγυπτιακή. ἐὰν δὲ μάθωσιν οἵ τε κατὰ δύσιν καὶ ἀνατολὴν θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ὅτι ἀνεθεματίθησαν πάντες· πάντες γὰρ λέγουσι καὶ ὁμολογοῦσιν, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία. πῶς ἄρα δέξαιθήσονται; ἢ πῶς οὐχ ἅπαντες λυπηθήσονται, * καὶ μὴ δι' ἑαυτούς, ἀλλ' οὖν διὰ τοὺς ἁγίους πατέρας, ὧν ἐν ταῖς συγγράμμασιν εὑρίσκομεν ἀεὶ θεοτόκον ὀνομαζομένην τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν; εἰ δὲ μὴ ἐδόκει φορτικὸν εἶναι τὸ ἐσόμενον, πολλὰς ἂν ἐπεμψα βίβλους πολλῶν ἁγίων πατέρων, ἐν αἷς ἔστιν εὑρεῖν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις κειμένην τὴν φωνὴν, ἐν ᾗ ὁμολογοῦσιν εἶναι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν. * παρ' ἐμοὶ.

CAPUT XI.

Cyrilli epiſtola ad quemdam Neſtorii ſtudioſum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ἐπιστολὴ Κυρίλλου πρός τινα ζηλωτὴν περὶ Νεστορίου.

NOVI dilectionis tuæ ſinceritatem, neque ſtudium ignoro. Et ſi quidem ad aliquem

ΟΙΔΑ μὲν τῆς σῆς ἀγάπης τὸ εἰλικρινές, καὶ οὐκ ἠγνόηκα τὴν σπουδήν. καὶ εἰ μὲν ἔγραφον

ἡμῶν πρός τινα τῶν ἐμοὶ οὐκ οἰδότα ξένον, πολ-
λοῖς, ἐν ἐγκεκριμένοις λόγοις, φανεῖσθαι, ὅτι
σφόδρα εἰμί τις φιλικὸς, καὶ οὐ δύσερις, οὔτε
φιλόμαχος, ἀλλ' ἐκ μέρους καὶ φιλῶν ἅπαντας,
καὶ φιλεῖσθαι παρὰ πάντων. ἐπειδὴ δὲ πρὸς εἰ-
δότα γράφω, βραχυλογήσας ἐκεῖνο διδάσκω.
ὅτι οἱ πραγμάτων ἢ χρημάτων ἁφαίρεσιν
ὑποπτεύσαντες, καὶ φωῦσαι λύσαν ἀδελφοῦ, ἐκπο-
σείμλιν ἂν ἡδέως, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν τι τῆς
ἀγάπης ἡγεῖσθαι προτιμότερον. ἐπειδὴ δὲ ὁ τῆς
πίστεως λόγος ἐστὶ, καὶ ἐκκινδυνεύεται περὶ αὐ
κατὰ πάντων ὡς ἔπος εἰκεῖν τῶν Ῥωμαίων ἀρ-
χαίων ἐκκλησίαν· οὐ γάρ ἐστί τις ἧκων ἐξ οἱασ-
δηποτοῦν πόλεως ἢ χώρας ἐρχόμενος, ὃς μὴ
λέγων, ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ θρυλλούμενα; καὶ ποία
νεωτὶ μάθησις τοῖς ἐκκλησίαις ἐπιφέρεται; πρὸς
τοῦτο τί δράσομεν οἱ πεπιστευμένοι παρὰ Θεοῦ
τὸν τοῦ μυστηρίου λόγον; πρὸς οὓς ὃν ἡμέρᾳ
χρείους δικάσουσι οἱ μυσταγωγούμενοι πάντες.
εἰκότως γὰρ αὐτὸ τηρῆσαι τὴν πίστιν, ὡς μεμυ-
σταγώγηται παρ' ἡμῶν. καὶ εἰ μὲν ὀρθῶς τοῦτο
πεπράχαμεν, ἀπολαμβάνομεν καὶ μισθὸν, τυγ-
χάνομεν δὲ καὶ ἐπαίνου· εἰ δὲ ἕτερος καὶ διεστραμ-
μένως, ποῖαι φλόγες ἡμῖν ἀρκέσουσιν; ἀκενοσ-
πουδεὶ γάρ. ὅτι τῷ γλυκεῖ μου ἐπώλεσας, καὶ τὸν
λαόν μου ἐπίκτησας, καθὼς γεγραμμένον. καὶ
ἴσως μὲν ἕτερος ἐν τάξει λαϊκῶν τῆς ἑαυτοῦ
ζωῆς ὑπερπολογήσεται· ἡμεῖς δὲ οἱ ταῖς τῆς
ἱερωσύνης λειτουργίαις ἐμφορτισμένοι οὐχ ὑπὲρ
μόνων ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων τῶν πεπιστευμέ-
νων εἰς Χριστὸν ἀπολογησόμεθα. ἐμοὶ τοίνυν οὐδεὶς
ἐστὶ λόγος οὐ λύπης, οὐχ ὕβρεως, οὐ λοιδο-
ρίας τῆς ὧδε πολλῆς, ἧς πεποίληται κατ' ἐμοῦ
τοῖς ἀνυπολήπτοις τισίς. ἀλλ' οἰχέσθω ταῦτα πάν-
τα σφόδρα λήθῃ· δικάσει δὲ καὶ τούτοις πρόλιμ-
μοῖσι Θεός. μόνον σωζέσθω τὰ τῆς πίστεως. καὶ
φίλος εἰμὶ καὶ ἀγαπητὸς, καὶ οὐδενὶ παραχωρῶν
σφόδρα τὸ χρῆναι μεζόνως φιλεῖν τὸν θεοφιλέ-
στατον ἐπίσκοπον Νεστόριον· ὃν, ὡς ἐπὶ τοῦ
Θεοῦ φημι, καὶ ἑλόμενόν σε Χριστὸν βούλομαι,
καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς ἤδη παρελθοῦσιν ἀφανίσαι μῶ-
μον, καὶ δεῖξαι συνοφαντίαν, καὶ οὐ πάντως ἀλη-
θοῦσαν, τὰ παρά τινων ἐπὶ τῇ πίστει θρυλλούμε-
να. εἰ δὲ προστεταγμένα παρὰ Χριστοῦ καὶ τοὺς
μισοῦντας ἀγαπᾶν, πῶς οὐ μᾶλλον ἀκόλουθον
ἀδελφοῖς τε καὶ συμπρεσβύσι τοῦτο ποιεῖν; ὅτι γὰρ
εἰ παραλύσετο παρά τινων ἡ πίστις, τὰς ἑαυτῶν
ψυχὰς οὐ προδώσομεν, κἂν εἰ φανείσετο πα-
θεῖν καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον; οὐκ ἔστι ἀμφίβο-
λον. εἰ γὰρ δεδιαμεθα ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ
τοῦ ἀληθοῦς εἰπεῖν, ἵνα μὴ περιπέσωμεν ἀη-
δίαις, ποίῳ λευκῷ προσώπῳ τὰ τῶν ἁγίων μαρ-
τύρων ἐγκώμια ποιησόμεθα πρὸς τοὺς λαούς;
οἷς ἐπαινοῦμεν, ὅτιπερ τετηρήκασι τὸ εὐρημένον.
ἕως θανάτου ἀγωνίσασθαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

morum meorum ignarum ſubſcriberem, pluribus ſane verbis perſuadere conarer, me pacis quidem perſtudioſum, a litibus vero ac rixis alienum eſſe poorſus; denique talem, qui omnes amare, & ab omnibus viciſſim amari peroptem. Sed quia ad eum ſcribo, cui ſtudia mea comperta ſunt, breviter unum monebo, nempe, ſi rerum aut pecuniarum jactura fratris ægritudinem ſanare liceret, me eam jacturam ſubiturum eſſe promptiſſime, ne quid caritate prius habere viderer. At quia fidei negotium agitur, & offenſionem paſſæ ſunt, ut ſemel dicam, omnes quotquot per Romanum imperium ſunt eccleſiæ; (nemo enim eſt, ex quacumque demum civitate aut regione advenerit, qui non quærat: Ecquinam ſunt hi rumores? ecquæ nova hæc doctrina eccleſiis ingeritur?) quod nos remedium hiſce malis adhibebimus, quibus divinorum myſteriorum doctrina a Deo concredita eſt? quos ii qui a nobis initiantur & erudiuntur, jure accuſare poterunt, ac dicere, eam ſe fidem tenuiſſe, quam a nobis edocti fuerant. Quare ſi bona fide munus id obiverimus, dignam mercedem laudati aſſequemur: ſin autem aliter, hoc eſt perverſe; quæ nobis flammæ ad ſupplicium ſat eſſe poterunt? Audiemus enim illud: *Terram meam perdidiſti, & populum meum occidiſti*; ſicut ſcriptum eſt. Sane e laicis quilibet de ſua dumtaxat vita rationem redditurus eſt: nos vero, quorum humeris ſacerdotii onus incumbit, non pro nobis tantum rationem reddituri ſumus, ſed pro omnibus Chriſti fidelibus. Me igitur nulla neque injuria, neque contumelia, neque convicia movent, etiam ſi quamplurima per quoſdam petulantiores illata mihi ſint. Sed hæc omnia obliſvione contemantur. Deus enim iſtiuſmodi nugatores judicaturus eſt. Tantum fides integra & ſalva ſit. Ego vero & amo & diligo; neque ulli concedam, ut religioſiſſimum epiſcopum Neſtorium ardentius amet, quam ego: quem etiam (Deum teſtor) in Chriſto peropto apud omnes bene audire, notamque ob ea quæ pridem acta ſunt, contractam eluere; ac palam facere, calumniam eſſe meram, non veritatem, quæ de fide a nonnullis invulgata ſunt. Nam ſi Chriſti mandato ad inimicorum dilectionem urgemur; quomodò conſentaneum non eſt, ut amicos & conſacerdotes omni benevolentiæ ſtudio complectamur? Quod ſi exoriantur qui fidem demoliri ſatagant, noſtras ipſorum animas non prodituros, licet ipſa quoque mors capiti noſtro impendeat, nulli debet eſſe dubium. Nam ſi pro gloria Dei veritatem prædicare formidaverimus, ne videlicet in aliquam moleſtiam incidamus; qua, quæſo, fronte ſanctorum martyrum certamina & triumphos apud populum laudibus evehemus? quippe quos uno hoc nomine præcipue decantamus, quod præſtiterunt hoc quod dictum eſt: *Uſque ad mortem certa pro veritate.*

M'ατ. 24. 9.

Ἐπιλ 4. 33.

Ecclſ. 4. 2.

CAPUT XII.

Ejuſdem Cyrilli epiſtola ad clericos Conſtantinopolitanos, mutuis diſſidiis inter ſe conflictantes.

COMMENTARIO, quem miſiſtis, perlecto, comperi Anaſtaſium presbyterum, ſermone vobiſcum habito, pacis & amicitiæ ſtudium ſimulaſſe, ac inter cetera dixiſſe: Hoc ipſum quod is (*nempe Cyrillus*) ad ſolitariam vitam agentes ſcripſit, & nos quoque ſentimus, mox ad proprium ſuum ſcopum reſpectantem, hæc de me ſubdidiſſe: Nam ille quoque ſacram ſynodum vocis hujus, deiparæ, nullam uſquam mentionem feciſſe fatetur. Ego vero ad hunc modum ſcripſi: Quamvis ſynodus voculæ hujus, deiparæ, non meminerit, non ideo tamen officio recte functa non fuit: per id enim tempus nihil ejuſmodi in controverſiam adducebatur. Quare quæ tum ambigua non habebantur, ea in medium proferre nullum operæ pretium erat. Quamquam ſi ſententiarum vim expendere lubeat, ſacram virginem deiparam eſſe nequaquam diſſimulavit: quandoquidem illum ipſum, qui ex Deo patre natus eſt, per quem facta ſunt omnia, incarnatum & hominem factum, mortem item perpeſſum, & ex mortuis reſuſcitatum ad cœlos aſcendiſſe, vivorum denique ac mortuorum judicem olim venturum eſſe aſſerit. Non quod naturale Dei Verbum ſecundum ſe aut mortuum, aut lancea in latere omnino percuſſum ſit. Nam quale, dic mihi, latus habere id poteſt, quod corporis expers eſt? aut quomodo vita ipſa mortua eſt? At quia Verbum carni ſe univit, factum eſt, ut carne patiente, tanquam proprio corpore cruciatum ſubeunte, ipſum Verbum corporis perpeſſionem uti propriam in ſe transferret. Fallunt proinde ac decipiunt ſemetipſos, qui hæc dicunt.

Porro autem quod impoſturam faciant, viruſque in pectore ſuo reconditum gerant, vel hinc colligere licet, quod ad Buphamum Martyrium diaconum qui eccleſiaſticorum negotiorum adminiſtrationi præfectus eſt, duas chartulas miſerunt, alteram a Photio, aut alio eius farinæ homine, contra commentarium quem ad monachos ſcripſeram, compoſitam; alteram forma quaternionis cum nova plane & abſurda inſcriptione ad hunc modum: Adverſus eos qui propter unionem, aut Unigeniti deitatem imminuunt, aut humanitatem deificant. At vero prooemium hæreticorum convicia tanquam petulantius facta inſectatur. Deinde conatur oſtendere corpus hoc ipſum eſſe quod paſſum eſt, non autem Dei Verbum; quaſi vero non ſint qui impatibile Dei Verbum pati poſſe unquam dixerint. Verum nemo eo inſaniæ prolapſus eſt. Ceterum ut ſæpe jam monuimus, ſacra ſynodus ipſum Dei Verbum, per quod omnia condita ſunt, paſſum affirmat; paſſum autem carne, ſecundum ſcripturas. Corpore namque illius patiente, ipſum pati dicitur: quemadmodum & hominis cujuſvis anima, etſi nulla (quod quidem ad propriam naturam attinet) paſſione affecta, tamen cor-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Τῶ αὐτῶ πρὸς τοὺς Κωνσταντινοπολίτας πλημμελῶς ζητοῦντας.

ΑΝΕΓΝΟΝ τὸ ὑπομνηστικὸν τὸ ἀποσταλὲν παρ' ὑμῶν, δι' οὗ ἐμάνθανον, ὅτι Ἀνασάσιος ὁ πρεσβύτερος συντυχὼν ὑμῖν προσεποιεῖτο ζητεῖν φιλίαν καὶ εἰρήνην, καὶ ἔλεγε. ὅτι ὡς ἔγραψε τοῖς μοναζουσιν, οὕτω φρονοῦμεν. εἶπε πρὸς ἴδιον σκοπὸν βλέπων ἔλεγε περὶ ἐμοῦ· ὅτι καὶ αὐτὸς ἥρηται τὴν ἁγίαν συνοδον μὴ μεμνῆσθαι τῆς λέξεως, τῆς Θεοτόκου φημί. ἐγὼ δὲ γέγραφα, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐμνήσθη ἡ συνοδος τῆς λέξεως, καλῶς ἐποίησεν· οὔτε γὰρ ἐκινήθη τοιοῦτόν τι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· διὸ οὐτε νῦν ἀναγκη τὰ μὴ ζητούμενα φέρειν εἰς μέσον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῆ δυναμει τῆς Ἁγιωσύνης οἵδε Θεοτόκον τὴν ἁγίαν * Μαριαν. αὐτὸν γὰρ λέγει τὸν γνησιως ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸν δι' οὗ τὰ παντα ἐγένετο, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς, ἥξειν δὲ καὶ κρῖναι ζῶντων καὶ νεκρῶν. καὶ οὐχ ὅτι πάντως αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γνησιως λόγος ἀπέθανεν, ἢ ἐπλήγη τῆ λόγχη εἰς τὴν πλευράν. ποίαν γὰρ ἔχει, εἰπέ μοι, πλευράν τὸ ἀσώματον; ἢ πῶς ἂν ἀπέθανεν ἡ ζωή; ἀλλ' ὅτι ἐνώθεις τῆ σαρκὶ, ἔνθα παρουσης αὐτῆς, ὡς τοῦ ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειοῦται τὸ πάθος. σοφιζόμενοι τοίνυν, καὶ ἀπατῶντες ἑαυτούς, ταῦτα λέγουσιν.

1 Hanc, & ſequentem Neſtorii epiſtolas emendatiores damus ex Baluzio. 2 *Ut una inter nos*) Senſus iſtius loci nunc planus eſt, neque indiget ea emendatione quam ei adhibere tentavit vir clariſſimus Joannes Garnerius. Illud ergo dicere voluit Neſtorius. *Fraternas nobis invicem debemus collocutiones*, velati qui *una*, id eſt, junctis viribus, pugnaturi ſumus adverſus diabolum pacis inimicum, *ſecundum obtinentem concordiam*, id eſt, inter quos ſemper eſſe concordia debet adverſus diabolum. *Baluzius*.

3 *Multam defenſionem*) Baronius repoſuit in margine *nullam*. Garnerius conjecturam ex margine tranſtulit in textum. Nihil tamen mutandum. Senſus eſt. Sectarum novitas exigit ut veri paſtores multam defenſionem impertiant ovibus ſuis, id eſt, ſint in continuis vigiliis, ne populus decipiatur a falſis doctoribus. Sane ſi iſte ſenſus verus non eſt. hæc verba Neſtorii nullum ſenſum habent. *Baluzius*.

4 *Deo tractare divina*) Ita codex Bellovacenſis. At Baronius ex cod. Antonii Auguſtini edidit, *cum modo quodam Theotocon dicere*. Garnerius *auſi ſunt modo quidam dicere: hanc vero Θεοτόκον vocantes*. Lectio Bar. videtur eſſe apertior. *Baluzius*. 5 Alii hic addunt: *Oportet enim veram matrem de eadem eſſe eſſentia qua eſt*

cabulum propter inſeparabile templum Dei verbi ex ipſa, non quia ipſa mater ſit verbi Dei. Nemo enim antiquiorem ſe parit. Hæc quidem exiſtimo præcedentem famam ſignificaſſe. Exponimus vero etiam nos quæ contigerunt. Rebus oſtendamus quia fraterno animo negotium eorum quos prædiximus noſſe cupimus, non deſiderio curioſitatis importunæ, cum & noſtra narramus, tanquam fratres fatribus, veritatem ſectarum nobis invicem publicantes; ut ſit mihi principium literarum veriſſimum. Dixi enim, cum has literas inciperem, quia fraternas nobis debemus invicem collocutiones. Omnem quæ tecum eſt in Chriſto fraternitatem ego & qui mecum ſunt ſalutamus.

CAPUT XVII.

Altera Neſtorii epiſtola ad Cæleſtinum papam.

SÆpe ſcripſi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium, & ceteros qui ſibi uſurpant epiſcopalem dignitatem & creberrimam aditionem apud piiſſimum & prædicatiſſimum Imperatorem faciunt, noſque concidunt frequentibus lamentationibus, tanquam temporibus orthodoxis de occidente projecti. At huc uſque ſcripta de his a tua veneratione non ſuſcepimus: quæ ſi haberem, poſſem eis reſpondere, daremque compendioſum reſponſum luctibus eorum. Nunc enim ab incertis dictis eorum non habet quis ad quod ſe convertat, aliis hæreticos eos vocantibus, & ideo de occidentalibus partibus projectos eſſe dicentibus, ipſis vero jurantibus calumniam ſe ſuſtinuiſſe & periculum pro orthodoxa fide ex ſubreptione perpeſſos: quorum utrumvis certum ſit nobis gravis eſt ignorantia. Nam condolere eis, ſi vere hæretici ſunt, crimen eſt. Et iterum non condolere ſi calumniam ſuſtinent, durum & impium eſt. Dignetur igitur amantiſſima Dei anima tua informare nos, qui ad utrumque momentum huc utique dividimur, id eſt, & ad odium & ad miſerationem eorum. Doceri autem volumus quam de his ſententiam teneamus. [1] Deferimus enim eoſdem viros per dies ſingulos, diſſimulantes ſpe & expectatione beatitudinis tuæ. Non eſt enim, o venerandiſſime, ſicut noſti, res vilis diſcuſſio piæ ſectæ, nec parva eſt probatio eorum qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere ſordidiſſimam impietatem peſſimæ opinionis Apollinaris & Arii de Eccleſia Dei. Neſcio enim quemadmodum quidam de eccleſiaſticis quamdam contemperationis imaginem ex deitate & humanitate unigeniti accipientes ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum & corporis paſſiones audent ſuperfundere deitati unigeniti, & immutabilitatem deitatis ad naturam corporis tranſiſſe confingunt, & utramque naturam, quæ per conjunctionem ſummam & inconfuſam in una perſona unigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt; cæci, qui nec ſanctorum illorum patrum expoſitionem meminerunt aperte ad eos reclamantes: *Credimus in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei incarnatum ex Spiritu ſancto & Maria virgine.* Hæc enim vox [2] in nomine quod ſignificat utramque naturam, id eſt, Chriſtus, eſt * deitati patris homouſius. Humanitas vero poſterioribus temporibus nata eſt ex ſancta virgine, quæ propter conjunctionem deitatis ab angelis & hominibus ſimul colitur. Eum ergo qui hic propter ſectarum pravitatem tot laboribus fatigatur, conſidero quod iterum pati neceſſe eſt, ſi negotium prædictorum virorum neſciat, timeatque nimis ne additamentum hæreticorum per ignorantiam impoſitis faciant. Unde rogo ut undique ſtudioſum ſit ſanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum virorum, maxime cum literarum ſequeſter fideliſſimus Valerius cubicularius poſſit beatitudini tuæ per ſe exponere moleſtias eorum. Omnem in Chriſto fraternitatem quæ tecum eſt ego & qui mecum ſunt plurimum ſalutamus.

* Forte, *eſt Deitate Patri* &c. Hard.

Cum autem accepiſſet archiepiſcopus Romæ Cæleſtinus quaterniones expoſitionum ab ipſo Neſtorio per Antiochum, eaſque comperiſſet blaſphemiis eſſe refertas, ac certior præterea factus ab archiepiſcopo Cyrillo, Neſtorium nulla conſilia monitave accepiſſe, ut recta ſentiret, non contraria; ipſe ad eum Cæleſtinus ſcripſit excommunicationis epiſtolam, decimamque diem ei præfinivit. Hæc autem epiſtola eſt: Aliquantis diebus, &c.

Δεξάμενος δὲ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ῥώμης Κελεστῖνος τετράδας ἐξηγήσεων παρ' αὐτῆ Νεστορίου δι' Ἀντιόχου, ἃς ἔφρων αὐτὸς πεπληρωμένας βλασφημιῶν· ἔτι τε ὑπομνησθεὶς καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, ὡς μὴ καταδεχομένου τὰ αὐτοῦ Νεστορίου τὰ τῆς συμβουλῆς ἢ παραινέσεως εἰς τὸ τὰ ὀρθὰ φρονεῖν, εἰ μὴ ταυτία, ἔγραψεν αὐτῷ καὶ αὐτὸς Κελεστῖνος ἀκοινώνητον ἐπιστολήν, ὁρίσας καὶ δέκα ἡμερῶν προθεσμίαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπιστολή. Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ τὰ λοιπά.

KE-

---

ex ſe natum. Ferri tamen poteſt hoc vocabulum propter ipſam conſiderationem, & quod ſolum nominetur de virgine hoc verbum, propter inſeparabile &c. & ſic legebat Labbeus.

1 *Deferimus*) Id eſt, ſuſpenſos tenemus, protrahimus. In tomo primo Conciliorum editionis Romanæ pag. 276. legitur *defetimur*, & in margine *deſinemus*. Baronius habet in contextu *deſinemus*. Baluzius.

2 *In nomine quod ſign.*) Vir clariſſimus Garnerius exiſtimans mendum hoc eſſe, ita emendavit: *Hæc enim vox, in Dominum, ſignificat utramque naturam; etenim Chriſtus eſt deitati Patris ὁμούσιος.* Nihil tamen opus eſt illa emendatione, cum ſenſus ſit apertiſſimus. Agitur hoc de voce qua ſignificat utramque Chriſti naturam, divinam & humanam. Hæc autem vox, ut ait Neſtorius, Chriſtus eſt. Hanc noſtram interpretationem, quam alioqui manifeſta eſt, veram eſſe probant fragmenta etiam Neſtorii relata in parte ſecunda operum Marii Mercatoris pag. 103. ubi ita legitur: *Attendite quia cum primi poſſuiſſet Chriſtum, quod duarum naturarum conjunctionem demonſtrat non dixerunt in unum Deum verbum, ſed acceperunt nomen quod ſignificaret utrumque.* Item ibid. pag. 104. *Accipiens Apoſtolus nomen hoc, quod eſt Chriſtus, tanquam duarum naturarum ſignificativum vocabulum, abſque periculo eum & ſervi formam accepiſſe, & Deum nuncupat irreprehenſibiliter.* Vide aliud Neſtorii fragmentum in collatione ſexta Concilii V. ſub finem. *Baluzius.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιή.

Ἐπιστολὴ Κελεστίνου πρὸς Νεστόριον.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Νεστορίῳ Κελεστῖνος.

Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, μή τι τὸ ἀγέ-
στον καὶ πολλάκις καταχεσθὲν δόγμα Πελαγίου
καὶ Κελεστίου, ἡ καθολικὴ πίστις ἐφίλαξεν, ἐπότε
ἐκείνους μὴ τῶν ἐπομβρίων τῇ δόξῃ αὐτῶν ἥτε ἀνατο-
λὴ καὶ ἡ δύσις ἀκοντίῳ συμφωνήσης ἀποφάσεως ἔ-
πληξεν. αὐτίκα ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Ἀττικὸς, ὁ
διδάσκαλος τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ ἀληθῶς τῦ
μακαρίου Ἰωάννου καὶ εἰς ἁπᾶσι διάδοχος, ὅτως [a] ἐκεῖνος
ἐδίωξεν ὑπὲρ τῦ κοινῦ βασιλέως, ὥστε αὐτοῖς μήτε τῦ
ἐκεῖ ἐστάναι ἄνεσιν συγχωρηθῆναι. ἔχομεν ἡμᾶς μή
τινα ἐκείνου ἔξοδον ἐκ τῆ τυχῦσα φροντίς ἐκδεχομένους,
πότερον ὁ ἐκεῖνον [b] διαδεξάμενος εἴη αὐτῦ καὶ εἰς τὴν
πίστιν διάδοχος. ἐπειδὴ δυσχερεῖς ἐσιν ἐκτείνεσθαι τὰ
καλὰ· πολλάκις γὰρ ἑαυτοῖς ἀμοιβαδὸν αἱ ἐναντιότη-
τητες διαδέχονται. ἀλλ' ἐγκείμεθα μετ' ἐκεῖνον τὸν
μέλλοντα ἡμᾶς τοιχίως καταλιπῶν, τὸν ἅγιον Σισί-
νιον, ἐδοκιμάσαμεν ἐπί τε τῇ ἁπλότητι καὶ ἁγιότητι
κοινωνὸν, αὐτὸν τὴν πίστιν, ὃν εἴρε κηρύττοντα. ἀ-
ναγνόντες δηλαδὴ ἡ ἁπλῆ ἐκείνη [c] ἁλάβεια, καὶ ἁλα-
βὴς ἁπλότης, δεῖν μᾶλλον φοβεῖσθαι, ἢ ἰδίας συνέ-
σεως βάθος ζητεῖν· καὶ ἀλλαχῦ· μὴ δεῖν ἀνερωτᾶν τὰ
βαθύτερα. καὶ πάλιν· εἴτις ἄλλο κηρύσσει καὶ νομοθε-
τήσει παρὸ ἐκηρύξαμεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἀλλὰ καὶ
τῦτο ἐκ τῦ κόσμου μεθεσαμεν, ὡς ἡ ἡμετέρα φρον-
τὶς ἐπὶ τοσῦτον ἑαυτὴν ἐξέτεινεν, ἐφ' ὅσον ὁ κύριος
ἐπέτρεψεν. ἐχαροποίησεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἡ δεύ-
γησις τῶν ἐρχομένων ἀγγέλων, ἵν' ἀθέως ἐβεβαίω-
σεν ἡ τῶν ἡμετέρων κοινωνῶν ἀναφορὰ τῶν παραγε-
μένων τῇ σῇ χειροτονίᾳ· οἵ τινες ποτὲ τὸν σοι ἐμαρ-
τύρησαν, ὅσον ἐχρῆν τῇ ἀλλαχόθεν ἐπιλεχθέν-
τι. μή τι τοσαύτης γὰρ καὶ προτέρων ὑπολήψεως ἔζη-
σας, ὡσεὶ καὶ ἐφθόνησε τοῖς σοῖς ἄλλοτε ἡ πόλις· μή
τι τοσαύτης δὲ νῦν ἀποκίας φλαυτὸν σεαυτῷ παρεσ-
κεύασας, ὡς τὰς σὰς ἐν ἀλλοτρίοις ὁρᾶν, ὅπως ἀ-
πλλάγησαν· προῖκα ἐδεξάμεθα τὰς σὰς ἐπιστολὰς,
αἷς ἐν σοφῷ καὶ δυνηθημεν ἀποκρίνασθαι· ἔδει
γὰρ τὸν λόγον εἰς Ῥωμαϊκὸν μεταβληθῆναι. ὅπερ
ὡς βραδέως διὰ τὴν ἀναγκαίαν ἐποιήσαμεν, ἐδεξάμεθα
τοιαῦτα περὶ σῦ γράμματα τῦ ἁγίου ἀδελφῦ καὶ συνε-
πισκόπου μου Κυρίλλου, τῦ δοκιμωτάτου ἱερέως, διὰ
τῦ υἱοῦ μου Ποσειδωνίου τῦ διακόνου, δι' ὧν σοφδεχ ἐ-
λυπήθημεν ἀπολωλεῖσαι τῶν περὶ σὲ ἀνεγκλήτων
τὴν μαρτυρίαν. καλὰς γὰρ σὺ τὰς ἀρχὰς κακὴ, ὡς
ὁρῶμεν, ἀπόβασις διδέξατο. καλὰς φημι ἀρχὰς,
τὰς παρ' ἡμῖν ὅτι φημισθείσας, ὡς δεῖξαι ἡμᾶς ἐν
τῇ ἀποκρίσει τῇ πρὸς τὴν ἀναφορὰν τῶν ἀδελφῶν,
ὅπως ἡμῶν κοινωνοὶ τῆς χαρᾶς. ἀλλὰ νῦν ἐννοῦντες καὶ
τὴν περὶ σῦ μέμψιν τῦ προειρημένου ἀδελφῦ μου, καὶ τὰς
σὰς ἐπιστολὰς ἑρμηνευθείσας, αἵ τινες φανερὰς ἐχου-
σι βλασφημίας, ὁρῶμεν ὅτι λεκτέον παρ' ἡμῶν τὸ ἀπο-
Galat. 4. 20. σολικὸν ἐκεῖνο· ἤθελον ἀλλάξαι μου τὴν φωνὴν, ὅτι

CAPUT XVIII.

Epiſtola Cæleſtini ad Neſtorium.

Dilecto fratri Neſtorio Cæleſtinus.

ALiquantis diebus vitæ noſtræ, poſt nefandum & ſæpe damnatum dogma Pelagii atque Cæleſtii, catholicam fidem quies habuit, quando eos cum [a] ſuæ diſputationis ſequacibus, telo unitæ ſententiæ oriens occidenſque percuſſit. Denique ſanctæ recordationis Atticus, catholicæ magiſter fidei, & vere beato Johanni etiam ad iſta ſucceſſor, eos ita perſecutus eſt pro rege communi, ut his ne ſtandi quidem illic copia præſtaretur. Manſit nos poſt ejus exitum ſolicitudo vel maxima, cum ſucceſſor ſuus utrum etiam in ejus fide ſuccederet, quæreremus; quia difficile eſt continuari quæ bona ſunt; nam ſibi ſæpe alternis vicibus [b] adverſa ſuccedunt. Habuimus tamen poſt hunc, a quo eramus continuo deſerendi, ſanctum Siſinium celebratum ſimplicitate & ſanctitate collegam, eam fidem quam invenerat, prædicantem. Legerat profecto ſimplex ſanctitas, & ſancta ſimplicitas, *timendum magis, quam alte ſibi eſſe ſapientiam* & alibi: *Altiora ſcrutanda non eſſe*: & iterum: *Si quid aliud prædicaverit; quam quod prædicavimus, anathema ſit*. Hoc tamen exeunte de ſæculo, cum ſe ſolicitudo noſtra in tantum, in quantum ei dominus permiſit extenderet; lætificavit animum noſtrum venientium narratio nunciorum, quam mox firmavit eorum, qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi teſtimonii tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta antea opinione vixiſti, ut tuis te allena civitas invideret: tanto nunc horrore vitaris, ut tui in aliis videant, qualiter fuerint liberati. Dudum ſumpſimus epiſtolas has, quibus in anguſto nihil potuimus dare reſponſi: erat enim in Latinum ſermo vertendus. Quod cum, licet ſero, facimus, ſancti fratris & coepiſcopi mei Cyrilli probatiſſimi ſacerdotis per filium meum Poſidonium diaconum talia de te ſcripta ſuſcepimus, quibus his, qui de tua ordinatione retulerant, periſſe ſuum teſtimonium doleremus. Bonis enim principiis tuis malus (quantum videmus) ſucceſſit eventus; bonis, inquam, principiis, quæ apud nos ita celebrata fuerant, ut reſponſum dantes ad relationem fratrum, nos faceremus participes gaudiorum. Sed conſiderantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & interpretatas tandem epiſtolas tuas apertam blaſphemiam continentes; illud nobis apoſtolicum videmus eſſe dicendum: *Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis*; quinimo mutavi, niſi de præcipiti ſe revocet

[a] Al. *ſua opinionis*. al. *ſuæ opinionis*.

[b] Rom. 11. 20.

Eccleſ. 3. 22.

Galat. 1. 8.

Galat. 4. 20.

---

1 Cotelerius ex conjectura, Διαδέχεσθαι. Harduinus.

2 Eſt & in Concilio V. collat. VI. Recitatur autem in Act. 1. Concil. Epheſ. Verſio, a Labbeo allata, eſt Vetus, quam cum Baluzio emendatiorem damus.

3 *Aliquantis*) Extat bis in codice Bellovacenſi. Habetur autem & in collatione ſexta Concilii Quint. Ex iſta porro verſione eam citat etiam Liberatus. *Baluzius*.

4 *Adverſa*) Ita conſtanter codex Bellovacenſis, Colbertinus, & Turonenſis. Ita etiam Concilium Quintum, Contius habet *mala*. Baluzius.

2. Cor. 5. 13. cet impius disputator. *Necesse est enim malum ex nobisipsis*, sicut præcipitur, *auferamus*.

Legimus ergo epistolarum tenorem, & eos libros quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem nobis vestigatus, deprehensus & tentus, quodam multiloquio labebaris, dum vera involvis obscuris: rursus utraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quam de te tulisti sententiam, volens de Deo Verbo aliter quam fides habeat omninum disputare. Ecce nunc in quam de te vocamur sententiam; ecce quæ tuarum sunt beneficia novitatum: postquam ignoratus electus es, cognitus accusaris. Jam nunc cum illo gentium doctore dicendum est: Rom. 8. 26. *Nam quid oremus, secundum quid oportet, nescimus*. Nonne hæc ecclesiæ illi verba conveniunt, quæ probatos sibi viros, non notitiam tuam, sed famam secuta, contempsit. Impositum est opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ovile velut rapacem lupum putaret abscondi? Vox est ejusdem apostoli, *oportere etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant*. 1. Cor. 11. 19. Aperi aures tuas, & ejus ad Timotheum & Titum dictos audito sermones. Quid his aliud præcipit, quam *ut novitates vitent vocum profanas*? 1. Tim. 6. 20. Tit. 3. Ad impietatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum certe etiam rogasse se dicit, ut *Ephesi remanens denunciaret quibusdam, ne quis aliter prædicaret*. 1. Tim. 1. 3. Ante oculos mihi Jeremiæ prophetæ verba sunt: *Horribilia*, inquit, *facta sunt super terram: Prophetæ iniquitates prophetant*. Jerem. 5. 30. Matth. 25. Hæc, dicas volo, quasi ignota te transeunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudori discere rectum, quando timori non fuit docere perversum. Si quasi nota contemnis, intellige te inexcusabilem fore, cum a te commissi tibi talenti quæsiverit ille rationem, qui per nos de hoc sancto fænore suo lucrum semper expectat. Aspice quæ pœna illum maneat, qui abscondit acceptum, qui integrum certe restituit quod accepit. Unde evidenter adverte, quod sit & quale periculum, nec hoc quod acceperis, reddidisse. An tu domino nostro dicturus es: *Quod dedisti mihi, custodivi*: Joan. 17. cum sic scindi in partes ejus audiamus ecclesiam? Qua conscientia vivis, pene ab omnibus in hac civitate desertus? Optaveram eos tunc fuisse tam cautos, quam nunc sunt, cum sibi desiderant subveniri. Unde tibi in has quæstiones verba [1] dirigere, quas sit blasphemum cogitasse? Unde in populos hæc episcopi prædicare, quibus virginei partus reverentia saucietur? Non debent veteris fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare. Quis unquam non dignus est anathemate judicatus vel adjiciens vel retrahens fidei? Plene etenim & manifeste tradita ab Apostolis nobis nec aug-

A καταιχύνομαι ἐν ὑμῖν. μᾶλλον δὲ ἤλλαξα, εἰ μὴ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ ἀνακαλέσειεν ὁ ἀσεβὴς προσομιλητής. ἀνάγκη γάρ ἐστιν, ἵνα ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν τὸ κακὸν, ὥσπερ ἐκελεύσθημεν, * ἀποστήσωμεν. 1. Kor. 5. 13. * ἀποσπάσωμεν.

Ἀνέγνωμεν τοίνυν τῶν ἐπιστολῶν τὸ ὕφος, καὶ τὰς βίβλους, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ἀντιόχου ἀποδιδόντος, * ἀπεδεξάμεθα ἐπὶ ταύταις. ἀνιχνευθεὶς μὲν ἡμῖν, καὶ εὑρεθεὶς, καὶ καταχεθεὶς πολυλαλίᾳ τινὶ ἐξωλίσθανες, τὰ ληθῆ τοῖς σκοτεινοῖς ἐγκαλύπτων, καὶ πάλιν συγχέων ἑκάτερα, τῷ ὁμολογεῖν μὲν τὰ ἀρνηθέντα, ἐπιχειρεῖν δὲ ἀρνεῖσθαι τὰ ὡμολογημένα. ἐν δὲ ταῖς σαῖς ἐπιστολαῖς φανερὰν ἀπόφασιν οὐχ οὕτω περὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὡς περὶ σεαυτοῦ ἐξήνεγκας, θέλων περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου ἄλλως κηρύξαι, ἤπερ ἡ πάντων πίστις ἔχει. ἰδοὺ τοίνυν εἰς οἵαν καλούμεθα ἀπόφασιν περὶ σοῦ. ἰδοὺ οἷαί εἰσιν αἱ εὐεργεσίαι τῶν σῶν καινοτήτων· ἀφ' οὗ ἀγνοούμενος μὲν ἐπελέχθης, γνωσθεὶς δὲ κατηγορήθης. λοιπὸν μετὰ τοῦ τῶν ἐθνῶν διδασκάλου λεκτέον· τί γὰρ εὐξώμεθα ὡς χρὴ, οὐκ ἴσμεν. ἆρα οὐ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκείνη τῇ ἐκκλησίᾳ πρέπει, ἥ τις δεδοκιμασμένων ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων κατεφρόνησεν, ἀκολουθοῦσα τῇ σῇ φήμῃ, οὐ τῇ γνώσει; ἠπατήθη ἡ ὑπόνοια τῶν καλῶς περὶ σοῦ πιστευσάντων. τίς γὰρ ἐντὸς προβάτου μαλλοῦ ἅρπαγα κεκρύφθαι λύκον νομίσειε; φωνή ἐστιν αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου, δεῖν καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δεδοκιμασμένοι φανεροὶ ὦσιν. Ῥωμ. 8. 26. 1. Kor. 11. 19.

C ἄνοιγέ σου τὰς ἀκοὰς, καὶ τούτου τοὺς πρὸς Τιμόθεον καὶ Τίτον ἄκουε λόγους. τί ἄλλο κελεύει, ἢ ἵνα τὰς βεβήλους καινότητας τῶν φωνῶν ἀποστρέφωνται; ταῦτα γὰρ εἰς ἀσέβειαν προχωρεῖ, ἅπερ ἀεὶ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ποιεῖ. τὸν δὲ Τιμόθεον καὶ παρακεκληκέναι αὐτὸν φησιν, ἵνα τῇ Ἐφέσῳ παραμένων, παραγγείλῃ τισὶ, μή τις ἄλλο κηρύξῃ· πρὸ ὀφθαλμῶν μοί ἐστι τὰ ῥήματα Ἱερεμίου τοῦ προφήτου· φοβερὰ, φησὶν, ἐγένετο ἐπάνω τῆς γῆς· οἱ προφῆται ἀδικίαν προφητεύουσι. ταῦτα, εἰπέ μοι, ὡς ἄγνωστά σε παρέρχεται, ἢ ὡς ἐγνωσμένων καταφρονεῖς; εἰ μὲν ὡς ἄγνωστά σε παρέρχεται, μὴ αἰδεσθῇς μαθεῖν τὸ ὀρθὸν, ὡς οὐκ ἐφοβήθης μαθεῖν τὸ διεστραμμένον, καὶ διδάξαι. εἰ δὲ ὡς ἐγνωσμένων καταφρονεῖς, νόει, ὅτι ἀναπολόγητά σοι ἔσται, ὅταν ἀπὸ σοῦ, τοῦ ἐπιτραπέντος σοι ταλάντου τὸν λόγον ἐκεῖνος ἐπιζητήσῃ, ὃς δι' ἡμῶν ἀπὸ τούτου τοῦ ἁγίου δανείσματος ἑαυτῷ κέρδος ἀεὶ ἐκδέχεται. ὅρα, οἵα τιμωρία ἐκεῖνον μένει τὸν κρύψαντα ὃ εἰλήφει· * ἔτι γε μὴν τὸν μὴ ὁλόκληρον ἀποκαταστήσαντα, ὅπερ εἰλήφει. ὅθεν φανερῶς πρόσεχε, ὅσος καὶ οἷος ὁ κίνδυνος, μηδὲ ὅπερ ἔλαβες, ἀποδιδόναι. ἆρα σὺ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν ἐρεῖς· οὓς δέδωκάς μοι, ἐφύλαξα· ὁπότε οὕτως ἀκούομεν σφάζεσθαι καὶ σχίζεσθαι τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ; μεθ' οἵας συνειδήσεως ζῆς, χεδὸν ἀπὸ πάντων ἐν ταύτῃ τῇ πόλει καταλειφθεὶς; ηὐχόμην αὐτοὺς τότε μᾶλλον γεγενῆσθαι ἀσφαλεῖς, ἢ νῦν εἰσιν, ὅτε ἑαυτοῖς ἐπιζητοῦσι βοήθειαν. πόθεν σοι εἰς τοιαῦτα ζητήματα ἰθύνειν λόγους, ἅπερ ἐννοεῖν βλάσφημον; πόθεν ἐπισκόπῳ εἰς δήμους ταῦτα κηρύττειν, δι' ὧν τὸ σέβας τοῦ παρθενικοῦ τόκου τιτρώσκεται; οὐκ ὀφείλουσι τῆς ἀρχαίας πίστεως τὴν καθαρότητα βλάσφημοι εἰς τὸν Θεὸν λόγοι διαταράξαι. τίς πώποτε οὐκ ἄξιος τοῦ ἀναθεματισθῆναι ἐκρίθη, ἢ ἀφαιρῶν τι, ἢ προστιθεὶς τῇ πίστει; τὰ γὰρ μεστῶς καὶ φανερῶς παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν ἀποστόλων, οὔτε προσθήκην, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται. 1. Θιμ. 6. 20. Τιτ. 3. 1. Θιμ. 1. 3. Ἱερεμ. 5. 30. Ματθ. 25. * ἴσ. εἰλήφει, καίτοι ὁλόκληρον ἀποκαταστήσαντα. Ἰωαν. 17.

1 *Dirigere quas*) Codex Bellovac. *Quis suasit blasphemiam cogitasse*. Baluzius.

χεται. ἀνέγνωμεν γὰρ ἐν ταῖς βίβλοις ἡμῶν, μήτε προστιθέναι δεῖν μήτε ἀφαιρεῖν. μεγίστη γὰρ καὶ τὸν προστιθέντα, καὶ τὸν ἀφαιροῦντα τιμωρία δεσμεῖ. ὅθεν καυτῆρα καὶ σίδηρον ἐτοιμάζομεν, ἐπειδήπερ ἑτέρως οὐκ ἔστι καταντλητέα τὰ τραύματα, ἅπερ ἐστὶ λοιπὸν ἀποκοπῆς ἄξια. ἴσμεν γὰρ τὰ μέγιστα ἐλαττώματα μετὰ μείζονος ἀεὶ πόνου θεραπευόμενα. ἀλλὰ μεταξὺ πολλῶν, ἅπερ παρὰ σοῦ ἀσεβῶς κηρυττόμενα, ἡ * καθόλου ἀπωθεῖται ἐκκλησία, κλαίομεν μάλιστα τὸ, ταῦτα τὰ ῥήματα παρὰ σοῦ * ἀπῆρθαι ἀπὸ τοῦ * συμβόλου, ἅπερ ἡμῖν πάσης ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐπαγγέλλεται τὴν ἐλπίδα. ὅπερ διὰ τί γίνεται, λαλοῦσιν αἱ ἐπιστολαί σου, περὶ ὧν οὐδεμία ἀμφιβολία ἐστίν· ἐπειδὴ ταύτας αὐτὸς ἀπέστειλας, ἃς οὐκ ἠβουλόμεθα ἐληλυθέναι εἰς ἡμετέρας χεῖρας, μὴ ἀναγκασθῶμεν δικάσαι περὶ τοῦ εἴδους τοῦ τηλικούτου μύσους. πασῶν τοῦ διαλέξεών σου τὰς ὁδοὺς ὁ βραχὺς ἐκείνων περιέκλεισε λόγος, ἥπλωσας σεαυτὸν πλατύτερον, καὶ πολλαῖς περιστροφαῖς περιῆλθες. ὀψὲ δὲ ὅμως διὰ διαφόρων ὁδῶν εἰς τὸν ἀσεβῆ ὅρον ἔφθασας. ἴσμεν τί ἐκεῖνος διέταξεν, ὁ κελεύσας φεύγειν τὰς ἔριδας καὶ τὰς μάχας τὰς περὶ τοῦ νόμου· εἰσὶ γὰρ, φησὶν, ἄχρηστοι καὶ μάταιαι. ὅπερ τοίνυν ἄχρηστον καὶ μάταιον κρίνεται, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει μακρὰν εἶναι ὠφελείας. τοιγαροῦν εἰ καὶ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος ἤδη σε διὰ δευτέρων ἐπιστολῶν μεθοδευθῆναί φησι, * θέλων σε τοῦτο * ποιεῖν, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ἐκείνου, καὶ ταύτην τὴν ἡμετέραν ἐπιτίμησιν, ἣν δῆλόν ἐστιν εἶναι τρίτην λοιπὸν, παντελῶς ἀπὸ τῆς τοῦ συνεδρίου ἡμῶν, καὶ τῆς τοῦ χριστιανῶν συνόδου ἀπεκλείσθης, ἐὰν μὴ εὐθέως τὰ κακῶς εἰρημένα ὑπὸ σοῦ, διορθωθῇ· ἐὰν μὴ εἰς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπανέλθῃς, ἣν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς εἶναι μαρτύρεται. κακῶς κατὰ τούτου ὅπλα κατ' ἀνελπιστίαν ἐκίνησας, ὃς ἐπάνω σε τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, ὡς πιστὸν καὶ συνετὸν δοῦλον ἐπέτρεψε πρότερον καταστῆναι. ἀπώλετό σοι ἡ ὑπὲρ τοῦ τοιαύτης ὑπηρεσίας ἐπαγγελθεῖσα μακαριότης. οὐ γὰρ μόνον τροφὴν οὐ παρέχεις ἐν καιρῷ, ἀλλὰ καὶ δηλητηρίῳ ἀναιρεῖς, οὓς ἐκεῖνος τῷ ἰδίῳ αἵματι καὶ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ ἐκέρδανε. δηλητήριον γὰρ ὑπὸ τοῖς σοῖς χείλεσίν εἰσι ταῦτα, ἅπερ κατάρας καὶ πικρότητος μεστὰ καθορῶμεν, ὁπότε κατὰ τοῦ ὄντος ἡδέος ἐπιχειρεῖς διαλέγεσθαι. πῦ ἐστιν ἡ ποιμενικὴ ἐπιμέλεια; ποιμὴν ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων· μισθωτὸς δέ ἐστιν, ὃς ταῦτα τοῖς λύκοις καταλιμπάνει, καὶ παραδίδωσι. τί δὲ σὺ, ὦ ποιμὴν, ἐν ταῦθα πράξεις; ὅτι τὴν δεσποτικὴν ἀγέλην ἀντὶ λύκων αὐτὸς διασπαράττεις; εἰς ποίους λοιπὸν φραγμοὺς ἡ δεσποτικὴ ἀγέλη καταφυγεῖν δύναται, εἰ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλοις τίτρωσκεται; ἢ ποίᾳ παραφυλακῇ ἀσφαλὴς ἔσται, ὁπότε σε πάσχει ἀντὶ φύλακος ἅρπαγα; καὶ ἄλλα, φησὶν ὁ κύριος, ἔχω πρόβατα, ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτου τοῦ προβατεῶνος, κἀκεῖνα δεῖ με ἀγαγεῖν. ἐκεῖνος, ἄλλα ἐπαγγέλλεται ἀγαγεῖν, σὺ δὲ * ἅπερ εἶχεν, ἀπολλύεις. εἰ καὶ τὰ μάλιστα φανερόν ἐστιν, ὁσάκις ταῦτα συμβαίνει, οὐ τὰ πρόβατα τοῖς ποιμέσιν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς προβάτοις τοὺς ποιμένας ἀπόλλυσθαι. καὶ τὴν φωνήν μου, φησὶν, ἀκούσονται. διὰ τί, ἵνα γένηται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. πρὸς τὴν ἐκείνου φωνὴν μία ποίμνη γίνεται, πρὸς δὲ τὴν σὴν βλάπτεται, ἢ φυγαδεύεται. σκληρόν ἐστιν, ἵνα ἐπὶ σοὶ ἀρμόσῃ τὰ ῥήματα τοῦ μακαρίου Παύλου, ἀπὸ τῶν

* καθολικὴ
* ἐπῆρθαι.
* ἴσ. ἀπὸ τοῦ συμβόλου τῶν ἀποστόλων.
Τίτ. 3. 9.
* ἴσως, θέλω
* ἴσως, ποιεῖν
Ματθ. 24. 45.
Ψαλμ. 13.
Ἰωάν. 10. 11.
* εἰ. ἃ ἔχεις εἶχες

Apoc. 22. 18.
A mentum nec [1] imminutionem requirit. Legimus libris nostris non addi debere, non retrahi. Magna quippe & addentem & retrahentem pœna constringit. Unde cauterium paramus & ferrum: quia ultra non erunt fovenda vulnera quæ merentur abscindi. Scimus certe majora vitia majore semper dolore sanari. Inter multa quæ a te impie prædicata universalis recusat Ecclesia, symbolo ab Apostolis tradito plangimus hæc verba fuisse sublata, quæ nobis totius spem vitæ salutisque promittunt. Quod quare fiat loquuntur epistolæ tuæ; de quibus nulla dubitatio est, quia eas
B ipse misisti; quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tanti cogeremur sceleris genere judicare. Omnium disputationum tuarum vias brevis earum sermo conclusit. Extendisti te latius, mulsis anfractibus circuisti. Sero tamen diverso itinere pervenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille caverit qui præcepit contentiones & pugnas legis esse vitandas. *Sunt enim*, inquit, *inutiles & vanæ*. Quod igitur vanum & inutile judicatur, nemo dubitet minime profuturum. Itaque quamvis jam frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse con-
C ventum, [2] intelligas volo post primam & secundam illius & hanc correptionem nostram, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii & conventu Christianorum te prorsus esse sejunctum, nisi mox quæ male dicta sunt corrigantur, nisi in eam viam redeas quam se Christus esse testatur. Male in hunc arma desperatione movisti qui te super familiam suam velut fidelem prudentemque servum permiserat ante constitui. Periit tibi hujus officii beatitudo promissa. Non solum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis quos ille suo sanguine & sua morte quæ-
D sivit. | Venenum namque est sub tuis labiis, quæ maledictionis, & amaritudinis plena videmus, cum contra eum qui suavis est niteris disputare. Ubi diligentia pastoralis? *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, mercenarius vero est qui eas lupis dimittit & tradit*. Quid hic tu pastor acturus es, qui dominicum gregem pro lupis ipse discerpis? Ad quæ jam grex sanctus septa confugiet, si intra ovilia Ecclesiæ saucietur? Qua futurus est tuitione defensus qui te patitur pro custode raptorem? *Et alias*, inquit Dominus, *habeo quæ non sunt de hoc ovile, & illas oportet me adducere*. Ille alias se pro-
E mittit adducere, tibi pereunt quas habebas. Siquidem certum sit, quotiens ista contingunt, non oves pastoribus, sed magis ovibus perire pastores. *Et vocem*, inquit, *meam audient*. Quare? *Ut fiat unus grex*. Ad illius vocem fit unus grex, ad tuam autem inficitur aut fugatur. Durum est ut in te de actibus Apostolorum beati

Tit. 3. 9.
Matth. 24. 45.
Psal. 13.
Joan. 10. 11.
Ibid. 16.

1 *Imminutionem*) Ita Concilium V. & codex Bellovacensis; itemque Colbertinus. Ita etiam Contius. At codex Turonensis habet *immutationem*, eodem prorsus sensu, ut monuimus in Notis ad Capitularia pag. ..... *Baluzius*.

2 *Intelligas*) Hunc locum referunt Correctores Gratiani 24. q. 3. cap. *De illicita*. Baluzius.

Act. 20. 29. Pauli verba conveniant, inquit. *Ego, ſcio quia intrabunt poſt diſceſſum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipſis exſurgent homines loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe.* Hæc a te aliis quam tibi dicta vellemus. Docenda enim tibi fuerant, non diſcenda, quæ dicimus. Nam quis ferat [1] doceri Epiſcopum qualiter eſſe debeat Chriſtianus? Diligenter aſpice in quam conditionem voceris. Inceſſeris, argueris, accuſaris. Quid horum convenit ſacerdoti? Duris dura reſponſio; ſi tamen viciſſitudo eſt verbis blaſphemiam vindicare. An tibi a nobis exiſtimas eſſe parcendum cum animæ tuæ ipſe non parcas, ut omnibus velis & præſentibus & futuris beneficium ſalutis auferre. Perſequar plane boni domini mei fidelis ſervus inimicos, cum Propheta aſſerat eos odio ſe odiſſe perfecto. Moneor rurſus, altero loquente, ne parcam. Quem hic ego reſpiciam, cui honoris aliquid ſervem, quando agitur ut mihi totius ſpei meæ cauſa tollatur? Ipſius in evangelio verba ſunt Domini, quibus ait non ſibi patrem, non matrem, non filios, non aliquam neceſſitudinem debere præponi. Eſt enim talis frequenter pietas ex qua naſcatur impietas, cum vincente carnis affectu, caritati illi quæ Deus eſt, caritas præponitur corporalis. Ejus intuitu aliquibus ſæpe deferimus. At cum in hunc tenditur qui eſt ipſa dilectio, neceſſe eſt nec illa ſerventur quorum auctor vocatur ad cauſam. Expergiſcere tandem, quia non ſunt iſtæ dicendæ vigiliæ quas non exhibes cuſtodiæ, ſed rapinæ. Dormire te velimus in hoc quod prædicas & vigilare in hoc quod impugnas. Levius certe ferremus ſi in utroque dormires. Nemo tibi perditus eſſet, nemo quæſitus. Nullo animarum diſpendio mœreret Eccleſia, nullo compendio lætaretur. Satius ei eſſet ſi hanc ſponſo ſuo ita ut ſuſceperas reſignares. Sed quid multis immoror? Loquente architecto Paulo, fruſtra per te ſuperædificatum aliquid quæro, in quo non invenio fundamentum. Audio vim maximam catholice ſentientes quibus nos communicamus Clericos ſuſtinere ita ut his etiam civitas interdicta dicatur. Lætamur eos præmium confeſſionis adquirere, ſed dolemus quod Epiſcopo perſequente. Beatus Apoſtolus Paulus perſecutorem prædicatore mutavit. Nefas eſt maximum prædicatorem perſecutore mutatum. Digere in numerum retro [2] hæreticos qui hujuſmodi quæſtiones Eccleſiis intulerunt. Quis unquam de hoc certamine victor [3] revertit. Habes certe tuæ civitatis exemplum. Paulus civis Samoſatenus occupata Antiochena Eccleſia cum ali-

Psal. 138. 22. Deut. 7. 13. Matth. 10. 37. 1. Joan. 4. 16. 2. Cor. 3.

πράξιων τ ἀποστόλων· ἐγὼ, φησὶν. οἶδα, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἐμὴν ἀναχώρησιν λύκοι βαρεῖς καθ' ὑμῶν, μὴ φειδόμενοι τῆς ἀγέλης. ἀφ' ὑμῶν ἀναστήσονται ἄνθρωποι λαλοῦντες διεστραμμένα, ἵνα ἀπάγωσι τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. ταῦτα ἠβουλόμεθα παρὰ σοῦ ἄλλοις, ἢ σοι ἁρμόδια· διδακτέα γὰρ οὐ παρὰ σοῦ, ἃ μαθητέα σοι, ἅπερ λέγομεν. τίς γὰρ φέρει διδάσκεσθαι ἐπίσκοπον, ὅπως ὀφείλει χρεστικὸς εἶναι; ἐπιμελῶς προσέχε, εἰς οἵαν αἵρεσιν κέκλησαι· προκαλῇ, ὑβρίζῃ, κατηγορῇ. τί τούτων ἱερεῖ ἁρμόζει; σκληροῖς σκληρὰ ἀπάντησις· ἢ τίς ἄρα ἐστὶν ἄμεινον λόγοις τιμωρεῖσθαι τὰ βλάσφημα. ἢ ὑπολαμβάνεις, ὅτι σὺ φεισόμεθα ἡμεῖς, ὁπότε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς αὐτὸς οὐ φείδῃ; ὃς πάντας θέλεις τοὺς φθάσαντας, καὶ τοὺς παρόντας, καὶ τοὺς μέλλοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐνεργείαν τῆς σωτηρίας. δεῖγμα δηλονότι τοῦ ἐχθροῦ τὸ καλῶ δεσπότην μου, ὡς δοῦλος πιστός· ὁπότε φησὶν ὁ προφήτης, τελείῳ μίσει ἐμίσουν αὐτούς. ὑπομιμνήσκομαι πάλιν ἄλλου λαλοῦντος, ἵνα μὴ φείσωμαι. τίνι ἐγὼ ἐνταῦθα προσέχω; τίνι δὲ τιμῶ φυλάξω, ὁπότε τοῦτο ὁρῶ ἀνατρεπόμενον, ἵνα μοι ἀρθῇ ἡ ἀπάσης ἐλπίδος ὑποθέσις; αὐτὸ τὸ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ῥήματί εἰσιν, οἷς φησι, μὴ πατέρα, μὴ μητέρα, μὴ τέκνα, μή τινα συγγενείαν ὀφείλειν αὐτῷ προτιμᾶσθαι. ἔστι γὰρ πολλάκις τοιαύτη εὐσέβεια, ἀφ' ἧς ἀσέβεια τίκτεται. ὅτε νικώσης τῆς κατὰ σάρκα ὀμμάτων ἕξεως τῆς ἀγάπης, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεός, ἡ σωματικὴ ἀγάπη προκρίνεται, δι' ἣν πολλάκις τιμῶμέν τινας. ἀλλ' ὅτε κατ' ἐκείνου ἐστί, ὃς ἐστιν αὐτὴ ἡ ἀγάπη, ἀνάγκη λοιπὸν κἀκείνας τὰς συνοίας ἐκβάλλεσθαι, ὧν ὁ ἀρχηγὸς εἰς δίκλινον καλεῖται. ἐξυπνίσθητι οὖν ποτέ. οὐ γὰρ λεκτέον τούτοις ἐγρηγορήσεις, ἃς ἀποτίμεις οὐ τῇ φηλακῇ, ἀλλὰ τῇ ἁρπαγῇ. ἠβουλόμεθά σε ἐν τούτῳ, ᾧ χαίρεις, κοιμᾶσθαι, καὶ ἐγρηγορέναι καθ' ἃ πολεμεῖς. τί δὲ λέγω; φορητότερον ἦν ἐν ἡμῖν, εἰ ἐκοιμῶ εἰς ἑκάτερον. ὧδέ να ἀπώλλυες, ὧδέ να ἐκέρδαινες, ἐν ὧδεσί σε ζημία ψυχῶν ἡ ἐκκλησία ἐσύγναζεν, ἐν ὧδεσι κέρδει ἔχαιρεν. ἤρκει αὐτῇ εἰ τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ αὐτὴν ὥσπερ παρεθήκην καὶ παραδίδους. ἀλλὰ τί πολλοῖς ἐμβραδύνω; λέγοντος τοῦ ἀρχιτέκτονος Παύλου; μᾶλλον διὰ σοῦ ἐπικτισθῇ τί ζητῶ, ἐν ᾧ οὐχ ὁρῶ θεμέλιον. ἀκούω βίαν ὑπομένειν τοὺς καθολικοὺς μεγίστην, τοὺς καθολικῶς φρονοῦντας, οἷς ἡμεῖς κοινωνοῦμεν, ὡς λέγεσθαι αὐτοὺς καὶ τῆς πόλεως ἀποκεκλεῖσθαι. χαίρομεν, ὅτι τὸ ἔπαθλον τῆς ὁμολογίας ἐκέρδανεν· ἀλλὰ λυπούμεθα, ὅτι ἐπίσκοπος ὁ διώκων. ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μετηλλάγη· νῦν δὲ, μέγιστον ἀσέβημα, εἰς διώκτην ἀπὸ κήρυκος μετηλλάχθαι. ἀεὶ θμεν τοὺς πάλαι αἱρετικοὺς, οἵτινες τοιαύτας ζητήσεις τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπήνεγκαν· τίς πώποτε ἀπὸ τοιαύτης ἔριδος νεκήσας ἀνεχώρησεν; ἔχεις ὑπόδειγμα τῆς πόλεως τῆς σῆς. Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας,

Πραξ. 20. 29.

ὡς

[1] *Doceri*) Ita codex Bellovacenſis & editio quæ extat in Concilio quinto. Sic etiam in Creſconiana collectione, unde Baronius edidit. At codices Colbertinus & Turonenſis, tum etiam Contius, habent *docendo*. S. Gregorius lib. 3. epiſt. 5. *Contumelia ſacerdotum eſt de divinis cultibus admoneri*. Baluzius. [2] *Hæreticos*) Ita codices Colbertinus & Turonenſis, Concilium V. & Contius; ita etiam Baronius. Codex Bellovacenſis habet *hæreticorum*: Baluzius. [3] *Reverſi*) Hæc eſt lectio editionum quæ extant apud Surium, Contium, & Baronium; quam confirmant codices Colbertinus & Turonenſis. At Bellovacenſis & exemplaria MSS. Concilii V. præferunt *reverſitur*. Baluzius.

ὥς τινα ἐκήρυττε, συνῆξε τῶν ἰδίων σπερμάτων τὸ θέρος. τὰς λοιπὰς τῶν κακῶν εὑρετὰς καταχόντας τῶν ἐκκλησιῶν, ἀεὶ ἡ αὐτῆ στεῤῥότης τῆς ἀποφάσεως κατεβάλλετο. ἀλλὰ καὶ τούτους τοὺς αἱρετικοὺς, περὶ ὧν ἡμᾶς, ὡς τὰ κατ' αὐτοὺς ἀγνοῶν ἠθέλησας ἐρωτῆσαι, ἐκ τῶν ἰδίων θρόνων ὡς ἄδικα λαλοῦντας καταδίκη δικαία ἐξέωσεν· οὓς ἐκεῖ εὑρηκέναι ἀνάπαυσιν οὐ θαυμάζομεν. εὑρήκασι γὰρ ἀσεβὲς κήρυγμα, ὅτε ἐν συγκρίσει ἑαυτοὺς ἐνόμισαν ἀνεύθυνοι. ἐνταῦθα ἐπειδὴ ἡ εὐκαιρία τοῦ λόγου ἀπήτησεν, οὐ δυνάμεθα σιωπᾶν ὅπερ θαυμάζομεν. ἀνέγνωμεν ὅπως καλῶς πιστεύεις περὶ τῆς κατὰ γένεσιν ἁμαρτίας, καὶ ὅπως αὐτὴν τὴν φύσιν δεικνύεις εἶναι κατάχρεω. ☾ * τοῦτο δικαίως ἀποδοῦναι τὸ χρέος, ὃς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ χρεώστου κατάγεται. τί μετὰ σοῦ ποιοῦσιν οἱ κατακριθέντες, ὅτι ταῦτα ἠρνήσαντο; οὐδέποτε ἀνυπόπτως τὰ ἐναντία ἑαυτοῖς συμφωνεῖ. ἀλλὰ μὴν ἐξεβάλλοντο, εἰ καί σοι ὁμοίως ἀπήρεσκον. ὅμως διὰ τί τὰ κατ' ἐκείνων πεπραγμένα * ζητεῖτε, ὁπότε δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς παρὰ τοῦ τότε ἐπισκόπου τοῦ καθολικοῦ Ἀττικοῦ τὰ ὑπομνήματα ἀπεστάλη; διὰ τί μὴ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιος ἐζήτησε: δηλαδὴ ὅτι ἐδοκίμασεν αὐτοὺς παρὰ τοῦ προηγησαμένου δικαίως κατακεκρίσθαι. κλαίετωσαν οἱ ἄθλιοι ἐκπεπτωκότες τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἐλπίδος, οἵ τινες εἰς * μόνην τὴν κοινωνίαν διὰ μετανοίας βοηθεῖσθαι ἠδυνάντο. ἰδοὺ ἤρξω μαθεῖν περὶ αὐτῶν, εἴ τι πρῶτον ἠγνόησας. ἀλλὰ τὸ σὸν τραῦμα μᾶλλον ἢ τὸ ἄλλων καθολικῇ καὶ ἐπιταχυνομένῃ ἐπισκέψει θεράπευε, ὅτι ἡρμοσμένως λέγομεν. ἰατρὲ θεράπευε σεαυτὸν, ὁ βοηθεῖν ἄλλοις σκεπτόμενος. ἡ ποιότης τῆς νόσου τῆς σῆς οὔτε ἐπιδέχεται, οὔτε ἐπιτρέπει δοθῆναι ἀνακωχήν. τοῦ ἱερέως τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν πίστιν ἐσχήκαμεν, καὶ ἔχομεν δεδοκιμασμένην. καὶ σὺ δὲ αὐτοῦ ὑπομνησθεὶς, τὰ αὐτὰ ἡμῖν πάλιν φρόνησον, εἰ μεθ' ἡμῶν θέλεις εἶναι, ὦ ἀδελφέ. εἰ δέδοται ἄρα σοι συνέσις, πάντων καταγνοὺς, ὧν ἄχρι τοῦ παρόντος ἐφρόνησας, εὐθὺς ταῦτα, ὡς θέλομεν, κήρυττε, ἅπερ αὐτὸν κηρύττοντα καθορᾷς. ἡμεῖς γὰρ παρὰ τὸ πρέπον, καὶ τοὺς ἱερεῖς * ἀνεχόμεθα διορθωθῆναι· ἀλλ' ὥσπερ ἐφροντίζομεν αὐτῶν τῷ πρότερον μεθοδεύειν, οὕτως εἰ ἀποχρήσοιντο τῇ ὑγιεῖ ὑπομνήσει, ἀνάγκη ἡμᾶς βεβαιῶσαι κατ' αὐτῶν τὴν τῆς καταδίκης ἀποφάσιν. τοῦτο δὲ ἔσται μετὰ τὸ καταγνῶναί σε τοῦ φαύλου διδάγματος, μεστὸν μαρτύριον τῆς * συνειδήσεως, εἰ ἀνακληθῶσι πάντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὓς δῆλόν ἐστιν ἀποκεκλεῖσθαι διὰ τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστι ταύτης κεφαλή· οἷς εἰ μὴ γένηται ὃ λέγομεν, ἐκβλητέος ὃς ἐξέβαλεν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ εἰσὶν, εἰς οὓς ὤφθης τοιοῦτος. καὶ πρὸς τὸν κλῆρον δὲ τῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν, καὶ πάντας τοὺς ἐπιγραφομένους τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, οἷα ἀπήτησεν ἡ ἀνάγκη, ἀπεστείλαμεν γράμματα. ἵνα εἰ ἐν τῇ τῆς διεστραμμένης διαλέξεως παραμονῇ διατελέσῃς, καὶ μὴ ταῦτα ἅπερ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος μεθ' ἡμῶν κηρύττει, κηρύξῃς, μάθωσί σε ἀποκεχωρίσθαι τοῦ ἡμετέρου συνεδρίου, μεθ' ὧν σοι οὐ δύναται κοινωνία εἶναι· εἰσόμενοι καὶ τοῦτο, καὶ λοιπὸν ὄντες τῷ ὑποδείγματι ἀσφαλεῖς, ὅπως τῆς ψυχῆς ἑαυτῶν προνοεῖσθαι ὀφείλουσι καθηψημένῃ ☾ πεπεμμένῃ κρίσει.

* τοῦτον ἀποδοῦναι.

* ζητεῖται.

* ἰσ. εἰς κοινωνίαν διὰ μόνης τῆς μετανοίας.

Δυκ. 4.

* βουλόμεθα.

* διορθώσεως.

A qua prædicaret, collegit suorum seminum messem. Reliquos inventores malorum Ecclesiis occupatis sententiæ censura semper non dispar ejecit. Hos quoque hæreticos de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere voluisti, sedibus suis injusta dicentes expulit justa damnatio, quos illic invenisse requiem non putamus esse mirandum. Invenerunt enim impiam prædicationem, cujus comparatione se existiment innocentes. Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus quod stupemus. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asserueris debitricem, & eum debitum merito reddere qui descenderit de genere debitoris. Quid tecum faciunt qui sunt hæc negando damnati? Nunquam sine suspicione ea quæ sibi sunt adversa conveniunt. Ejicerentur denique si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen nunc ea quæ in eos tunc sunt acta quæruntur, cum certum sit illinc ad nos a catholico tunc antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinnius ista quæsivit? Quia utique sub decessore suo probaverat eos jure damnatos. Defleant infelices spe se hominum fuisse deceptos, quibus jam potuit propter communionem sola pœnitentia subvenire. Ecce scire de his incipis, si qua ante nescisti: causam tuam magis modo quam aliorum catholica & festina deliberatione curato; quia convenienter dicimus: *Medice cura te ipsum, qui aliis desideras subvenire*. Ægritudinis tuæ qualitas non recipit aut præstari permittit inducias. Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis fidem & probavimus & probamus. Et tu admonitus per eum rursus senti nobiscum, si vis esse nobiscum: Cui fratri si a te præbetur assensus, damnatis omnibus quæ hucusque sensisti, statim hæc volumus prædices quæ ipsum videas prædicare. Nos & quod contra fas est, etiam sacerdotes volumus esse correctos; quibus ut præmissa conventione consulimus, ita hos necesse est damnationis sententiam, si abutuntur nostra salubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit post damnationem pravi dogmatis plenum correctionis [1] indicium. Revocentur omnes ad Ecclesiam qui propter Christum caput ejus videntur exclusi. Revocentur omnes. Quod nisi fiat quod dicimus, ejiciendus ejecit. Quamvis in nostra communione sunt isti in quos talis cognoscitur extitisse. Ad clerum quoque Ecclesiæ Constantinopolitanæ vel omnes qui censentur nomine Christiano qualia necessitas exigit scripta direximus, ut si in perversæ disputationis obstinatione persistis, nec hæc quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat nobiscum prædicaveris, a nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intelligant separatum, scituri & exemplo jam cauti qualiter animæ suæ decocto & maturo judicio debeant providere. Aperte igitur hanc no-

Luc. 4.

1 *Indicium*) Codex Bellovac. *indicium, si revocentur*. Ita etiam in Concilio V. & Baronius *Baluzius*.

noſtram ſcias eſſe ſententiam, ut niſi de A Deo Chriſto noſtro ea prædices quæ & Romana & Alexandrina & univerſalis Eccleſia catholica tenet, ſicut & ſacroſancta Conſtantinopolitanæ urbis Eccleſia ad te uſque optime tenuit, & hanc perfidam novitatem, quæ hoc quod venerabilis ſcriptura conjungit nititur ſeparare, intra decimum diem a primo innoteſcentis tibi hujus conventionis die numerandum aperta & ſcripta profeſſione damnaveris, ab univerſalis te Eccleſiæ catholicæ communione dejectum. Quam formam ad te noſtri judicii per memoratum filium meum Poſſidonium Diaconum cum omnibus chartis ad ſanctum conſacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ B urbis antiſtitem., qui ad nos ſuper hoc ipſo plenius retulit, deſtinavi, ut agat vice noſtra quatenus ſtatutum noſtrum vel tibi vel univerſis fratribus innoteſcat. Quia omnes debent noſſe quod agitur, quotiens omnium cauſa tractatur. Data IV. * Iduum Auguſtarum, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Coſs. *

* Al. 3. Idus.

* Anno Ch. 430.

Hæc epiſtola in ſynodo Epheſina lecta eſt poſt depoſitiones contra epiſtolam Neſtorii factas: quæ & relata eſt in commentarios.

CAPUT XIX. C

Ejuſdem Cæleſtini epiſtola ad clerum & populum Conſtantinopolitanum.

a *Cæleſtinus epiſcopus presbyteris, diaconis, clericis, Dei ſervis, populoque catholico, dilectis fratribus Conſtantinopolitanis in domino Sal.*

AD eos mihi qui faciunt Eccleſiam locuturo det apoſtolicus ſermo principium, ut ſancti diſcipuli prius audiant illius qui prædicavit gentibus verba doctoris. *Præter illa ſunt*, inquit, *extrinſecus, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium* 2. Cor. 11. v. 28. *Eccleſiarum*. Et rurſus: *Quis infirmatur, & D ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Ita & nos, licet longe poſiti, ubi perverſitate doctrinæ cognovimus noſtra membra lacerari, paterna ſollicitudine nos urente pro vobis, b alieno flagravimus incendio, licet inter Eccleſias Dei, quæ in unum Chriſti thalamum ubique referuntur, nihil longe ſit, nihil cenſeatur alienum. Cum ergo noſtra viſcera ſitis, jure trepidavimus ne fidem veſtram, quæ ubique prædicatur, a tramite veritatis inſinuatio male docentis avertat. Nam Neſtorius Epiſcopus de virgineo partu & de divinitate Chriſti Dei ſalvatoris noſtri, velut ejus reverentiæ & communis omnium ſalutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda perſuadet; ſicut & ejus ſcripta ad nos ab ipſo cum propria ſubſcriptione tranſmiſſa, ſicut etiam relatio ſancti fratris & coepiſcopi mei Cyrilli per filium meum Poſſidonium Diaconum ad me miſſa patefecit. Quibus omnibus recenſitis, magnam vitandamque perverſitatem impiæ prædicatio-

Φανερὸς τοίνυν ἔσῃ, τοιοῦτον ἡμῶν εἶναι τὸν ἀποφασιν, ὡς ἐὰν μὴ περὶ τῦ Χριςῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν ταῦτα κηρύξῃς, ἅπερ ἡ Ρωμαίων, ἡ Ἀλεξανδρέων, ἡ πᾶσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία κατέχει, ὡς ἡ ἁγία ἡ κατὰ τὸν μεγάλιον Κωνσαντινόπολιν ἐκκλησία ἕως σε κάλλιςα κατέχε. ἡ ταύτῳ τῷ ἄκρῳ ἀμότητα, ἢ τις ἐπιχειρεῖ χωρίζειν ἅπερ σωιάπτει ἡ ἁγία γραφὴ, ὅτοὺς δεκάτης ἡμέρας, ἀριθμμένης ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης τῆς ὑπομνήσεως, φανερᾷ ἡ ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ ἀθετήσης, ἀπὸ πάσης κοινωνίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκβέβλησαι· ὅπερ τύπον πρὸς σὲ τῆς ἡμετέρας κρίσεως, διὰ τῦ μνημονιθέντος υἱῦ ἡμῶν Ποσειδωνίυ τῦ διακόνυ μετ' πάντων τῷ χαρτίων, πρὸς τὸν ἅγιον ἡ συνεπίσκοπόν μυ τῆς μνημονιθέντος Ἀλεξανδρείας ἱερία, τὸν περὶ τύτυ αὐτῦ σοπελέσερον ἀνενεγκόντα, ἀπεσείλαμεν, ἵνα τοτοτρῶν ἡμῖν τῦτο πράξῃ, ὥσε τὸ παρόντων ὡρισμένον, σοί τε ἡ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς φανερωθῆναι· ἐπειδὴ πάντες εἰδέναι ὀφείλυσι τὰ πραττόμενα, ὁσάκις ἡ περὶ κοινῦ πράγματος ἡ σκέψις.

Αὕτη ἡ ἐπιςολὴ ἀνεγνώσθη ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὰς καταθέσεις τὰς κατὰ τῆς ἐπιςολῆς Νεσορίυ· ἥτις ἡ ἀνελήφθη ἐν τοῖς ὑπομνήμασι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Τῦ αὐτῦ Κελεσίνυ πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσαντινοπόλεως ἐπιςολή.

Κελεσῖνος ἐπίσκοπος, πρεσβυτέροις, διακόνοις, κλήρῳ, Θεῦ δύλοις, καὶ καθολικῷ λαῷ, διατυσιν ἐν Κωνσαντινοπόλει, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡΟΣ τύτυς μοι διαλεχθησομένω, οἵ τινες ἐκκλησίαν Θεῦ ποιῦσι, παρέχοι ὁ ἀποσολικὸς λόγος προοίμιον, ἵνα οἱ ἀκλαβεῖς μαθηταὶ πρῶτον ἀκύσωσιν ἐκεῖνα τῦ διδασκάλυ τὰ ῥήματα, ὃς τοῖς ἔθνεσιν ἐκήρυξεν· ἐκτὸς ἐκείνων, φησὶν, ἅπερ ἐσὶν ἐξωθεν, ἡ ἐπιμονή μυ ἡ καθημερινὴ, ἡ φροντὶς πασῶν τ' ἐκκλησιῶν. καὶ πάλιν· τίς ἀσθενεῖ, καὶ ἐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ ἐκ ἐγὼ πυρῦμαι; ὅτω καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ πόρρω ὄντες, ὡς ἐγνώκαμεν ἑαυτοῦθα διασοφῆ διδασκαλίας τὰ ἡμέτερα μέλη διασπαράττεσθαι, πατρικῆς φροντίδος ἡμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν κινήσης, ἀλλοτρίῳ πυρὶ ἐνεπρήσθημεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ ταῖς ἐκκλησίαις τῦ Θεῦ, αἵ τινες εἰς ἕνα θάλαμον Χριστῦ παντοχῆ ἀναφέρονται, τί ἂν εἴη πόρρω; τί δὲ νομισθέη ἀλλότριον; ὄντων οὖν ὑμῶν ἡμετέρων * μελῶν, δικαίως ἠγωνιάσαμεν, μὴ τὸν ὑμετέραν * Τὸν σκλάν. πίστιν, τὴν παντοχῆ κηρυττομένην, ἀπὸ τῆς ὁδῦ τῆς ἀληθείας ἡ ἐκδελέχεια τῦ κακῶς διδάσκοντος ἀποξέσῃ. Νεσόριος γὰρ ὁ ἐπίσκοπος περὶ τῦ παρθενικῦ τόκυ, καὶ περὶ τῆς θεότητος τῦ Χριστοῦ * καὶ τῦ. Θεῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ὥσπερ τῦ σεβάσματος αὐτῦ, καὶ τῆς καινῆς πάντων σωτηρίας ἐπιλελησμένος, ἀθέμιτα κηρύττει, φλαπέα συμβυλεύει, ὡς καὶ τὰ γράμματα αὐτῦ μετ' ἰδίας ὑπογραφῆς ἀποσταλέντα ἡμῖν, ὡς καὶ ἡ ἀναφορὰ τῦ ἁγίυ ἀδελφῦ καὶ συνεπισκόπυ μυ Κυρίλλυ διὰ τῦ υἱῦ μυ Ποσειδωνίυ τῦ διακόνυ πρὸς ἐμὲ

a Hæc pariter verſio, ſicut & ſequentis epiſtolæ, vetus eſt, quas emendatiores ex Baluzio exhibemus.

b *Alieno flag. Inc.*) Secuti hoc loco ſumus auctoritatem codicis Bellovacenſis. Nam reliqui & Contius habent, *alienum flagravimus incendium*. Balutius.

ἐμὲ ἀποστελεῖσα ἐδίδαξεν. ὧν πάντων ἀναγινωσκόμενα, μεγίστην καὶ φιλτάτην ἔχομεν ἀσφαλῆ παραμυθίαν. τὴν γὰρ ἀνθρωπίνην καὶ τὴν θείαν φύσιν ἐν τῇ Χριστῷ ἀναγράφει, νῦν μὲν ἄνθρωπον, νῦν αὖτε κτίσιν Θεοῦ, ὁσάκις κατηξιοῖ, προσάπτων. ἀλλ' ἡμεῖς, ὡς Ἱερεμίας φησί, τῇ τοιούτων προφητῶν τοὺς ματαίους ἀκούσαι οὐ δυνάμεθα λόγους· ἀκούσῃ τῶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐπιγνῶ τί αὐτῷ ἀπειλεῖ. ἐκτενῶ, φησί, τὴν μάχαιράν μου ἐπὶ τοὺς προφήτας, τοὺς ὁρῶντας ψευδῆ, καὶ λαλοῦντας κενά. ἐν τῇ ἐπισκήμῃ τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται, οὐδὲ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ γραφήσονται, καὶ εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ εἰσελεύσονται, ὅτι τὸν λαόν μου ἠπάτησαν. τῶ ἐστι ἡ χρεωστουμένη περὶ τὴν ἱερὰν ἀγέλην φροντὶς τῶ ποιμένι; τῶ ἡ προνοητικὴ τῆς δεσποτικῶν περιβόλων; ποίαν δὲ ἐλπίδα ἔχει ἡ ἀγέλη, ὅτε λύκον ἑαυτῶν ὁ ποιμὴν δείκνυσι, καὶ ὅπως τοῖς προβάτοις ἐπέρχεται, ὡς καθ' ἑκάστου λυσσᾶν; ἐκεῖνον γὰρ τῷ σώματι διαπαράττονται· ἀφ' ὧν τὰ ἀσεβῆ προφέρεται. ξυραὶ παραβάλλονται οὐχ αἱ πιαίνουσαι, ἀλλ' αἱ λεπτύνουσαι· μακαρία δὲ ὅμως ἡ ἀγέλη, ἣ παρέχων ὁ κύριος χρίνεται περὶ τῆς ἰδίας νομῆς. ὅθεν, ὃ οὐκ ἀμφιβάλλομεν ὅτι ποιεῖτε, τὴν ἀσεβῆ διάλεξιν ἀποδεδόσθαι ὀφείλει ἡ πίστις ὑμῶν. ἵνα παρ' ὑμῖν ἐν Χριστῷ ἐγρηγορόσι φανερὰ ἡ διαφορὰ τροφῆς καὶ δηλητηρίου, καὶ ἐπιμένητε τούτοις, ἅπερ τοῦ λόγου τῆς προτέρων ποιμένων διδάσκοντος μεμαθήκατε. εἰδότες, ὅτε ἄχρι τοῦ παρόντος ἐχήκατε ἱερεῖς ἔν τε τῇ διδασκαλίᾳ καὶ ἁγιότητι προσέχοντας, οἵ τινες οὐδέποτε χωρίζόμενοι τῆς πατρικῶν παραδόσεων, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου μετὰ μεγίστης ἐκυβέρνησαν ἡσυχίας. ἵνα γὰρ ἀπὸ τῆς νεαρῶν ἀρξώμεθα, τί οὐκ ἐβάλετε τοῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἡ παίδευσις τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπισκόπου Ἰωάννου, ὃ ὁ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη, οἰκοδομῶν τὴν καθολικὴν πίστιν; ὃς οὐδαμοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἀπῆν· ὅπου γὰρ δήποτε ἀνεγνώσθη, ἐκήρυξε. τὴν δὲ ἐκείνου ἐπιμελῆ σύνεσιν σεβάσμιος διαβεβοημένη διεδέξατο. ἐκυβέρνησε γὰρ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπίσκοπος Ἀττικὸς τὸν χριστιανὸν λαὸν τῷ τοῦ προκηρυσσομένου ὑποδείγματι, καὶ ἐδίωξε τὰς ἱεροσύλους τῆς αἱρετικῶν μανίας. ἐχήκαμεν δὲ τούτου ἀποζυγομένου χοιγωνὸν τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιον, εἰδότα, ὅση δόξα αὐτοῦ ἔμενεν, εἰ φυλάξειεν ὁλόκληρα καὶ ἀβλαβῆ τὰ ἄχρις αὐτοῦ διαμείναντα τῆς καθολικῆς πίστεως κόσμια. ὑποψόμεθα ὅπως ἐκείνῳ οὐκ ἔλειψε καὶ ἁπλότης περιστερᾶς, καὶ σύνεσις ἑρπετοῦ. ἐκλαύσαμεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὥσπερ προορῶντες τὰ μέλλοντα, τὸ ταχέως ἡμᾶς τῆς ἐκείνου βοηθείας ἀπεστερῆσθαι. ἐν γὰρ τούτῳ ἀγνοῶ ποίαν ἐλπίδα ἔχησόμεθα, ὃς περὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἄλλως διαλαμβάνει, ἢ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, ἢ οἱ ἀπόστολοι περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν· ὃς οὐ μόνον τοὺς σωτετεμμένους οὐ σωδεσμεῖ, ἀλλὰ καὶ σωτρίβει τοὺς σωδεδεμένους· οὐ μόνον τοὺς καταβεβλημένους οὐκ ἐγείρει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑσταμένους καταβάλλειν ἐπιχειρεῖ· οὐ μόνον τοὺς διεσπαρμένους οὐ σωνάγει, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνηγμένους διαμειζει. εἰ καὶ τὰ μά-

Γερεμ. 23. 10. Ezech. 13. 9.

Matth. 10. 16.

Ψαλ. 146. 3. Ψαλ. 144. 14.

A nis invenimus. Humanam enim in Chriſto noſtro diſcutit divinamque naturam, nunc ſolum hominem, nunc ei ſocietatem Dei, quotiens tamen dignatur, aſſignans. *Sed nos*, ſicut Hieremias ait, *talium Prophetarum vanos non poſſumus audire ſermones*. Audiat & Ezechielem, & quid ſibi immineat recognoſcat. *Extendam*, inquit, *manum meam ſuper Prophetas qui vident mendacia & loquuntur vana. In populi mei non erunt diſciplina, neque in ſcriptura domus Iſrael ſcribentur, & in terram Iſrael non intrabunt, quia populum meum ſeduxerunt*: Ubi eſt debita erga ſanctum gregem cura paſtoris? Ubi B eſt dominicorum ſollicitudo ſeptorum? Quid ſpei habeat grex, quando lupum ſe ipſe paſtor oſtendit & ſic oves invadit ut graſſetur in ſingulas? Eo namque ore laniantur quo impia proferuntur. Præbentur pabula non refectura, ſed noxia. Beatus tamen grex cui dedit Dominus de paſcuis judicare. Unde, ſicut vos facere non ambigimus, impiam diſputationem debet fides veſtra reſpuere, ut apud vos vigilantes in Chriſto inter cibum & venenum ſit certa diſcretio, & permaneatis in his quæ ſermone ſuperiorum paſtorum docente didiciſtis, ſcientes fuiſſe vobis hactenus ſacerdotes magiC ſterio & ſanctitate pollentes, qui nunquam a paternis traditionibus deviantes, Eccleſiam Domini ſumma quiete rexerunt. Nam ut a recentioribus inchoemus, quid non animis veſtris eruditio ſanctæ memoriæ Epiſcopi Johannis inſudit, cujus ſermo adſtruens catholicam fidem toto orbe diffuſus eſt; qui nuſquam per doctrinam ſuam defuit, quia ubicunque lectus eſt prædicavit? Illius diligenti prudentiæ conſtantia celebrata ſucceſſit. Rexit enim ſanctæ memoriæ Epiſcopus Atticus Chriſtianum populum deceſſoris exemplo, & ſacrilegos perſecutus eſt hæreticorum furores. Habuimus, D hoc decedente, collegam beatæ memoriæ Siſinnium ſcientem quid poſſit gloriæ remanere ſi integra & intemerata quæ ad ſe uſque pervenerant catholicæ fidei ornamenta ſervaret. Intelleximus ei nec columbæ ſimplicitatem, nec prudentiam defuiſſe ſerpentis. Flevimus, fratres cariſſimi, velut præſcii futurorum, cito vos ejus præſidio deſtitutos. In hoc enim qui de Deo noſtro aliter diſputat quam ipſe de ſe, quam de ipſo Apoſtoli tradiderunt, quid ſpei inveniamus ignoro; qui non ſolum attritos non alligat, ſed & atterit alligatos; non ſolum eliſos non E clevat, ſed etiam ſtantes conatur allidere; non ſolum diſperſa non colligit, ſed & collecta diſpergit; quamvis nec conteri poſſit Domino mens dicata, nec elidi qui ſtat virtute cœleſti, ſed nec ſancta turba diſpergi. Aperte ergo dilectioni veſtræ, quod ſine lacrymis non poſſumus dicere, nunciamus: movit diſputator veſter prælium veritati, antiquæ fidei intulit manus. Impugnat Apoſtolos, Prophetas reſpuit, ipſius Domini noſtri de ſe dicentis verba non ſequitur. Cujus religionis vel quibus legibus ſe Epiſcopum dicit,

Matth. 10. 16. Pſal. 146. 3. Pſal. 144. 14.

* χαῖρε μου

* αὐτὸν ἔμενεν,

* τὰ διεσπαρμένα * τὰ συνηγμένα * συνηγμένους

Cavemus etiam hoc modo loqui de Chriſto: Propter eum qui induit, indutum veneror; & propter inviſibilem, viſibilem adoro. Præterea & hoc quoque non abſque horrore dicitur: Aſſumptus una cum aſſumente coexiſtit Deus. Qui enim hoc modo loquuntur, unum rurſus Chriſtum in duos dividunt, & hominem per ſe ſeorſum, & Deum ſimiliter per ſe ſeorſum collocant, veramque unionem hac ratione apertiſſime inficiantur. Secundum hanc enim alter veluti in altero non ſimul adoratur, neque ſimul cum altero Deus exiſtit: ſed unus idemque Chriſtus Jeſus, unigenituſque Dei Filius animo concipitur, qui una adoratione ſimul cum ſua carne colitur. Confiremur etiam ipſum unigenitum Dei Filium ex Patre natum, etiamſi ſecundum propriam naturam impaſſibilis ſit, noſtri tamen cauſa mortem in carne ſecundum ſcripturas paſſum eſſe, proprieque carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra ullam ſui paſſionem ſibi adſciviſſe: *Gratia enim Dei mortem pro omnibus guſtavit*. Nam etſi ſecundum naturam & vita & mortuorum reſurrectio exiſteret, proprium tamen corpus ultro in mortem obtulit. Etenim quo vi quadam arcana & admirabili, in propria veluti in prima ſua carne morte proculcata, primogenitus ex mortuis, dormientiumque primitiæ fieret, iterque humanæ naturæ ac reditum ad incorruptionem muniret, *Dei gratia mortem pro omnibus*, ut modo ajebam, *degustavit*; & poſt triduum vitæ reſtitutus, infernum deſpoliavit. Quamobrem mortuorum reſurrectio per hominem facta dicitur, hominem tamen illum ſimul Dei Verbum extitiſſe intelligamus: qui mortis imperio deſtructo, tanquam unus dominus & filius in patris gloria ſuo tempore venturus eſt, orbem terrarum in juſtitia, ut ſcriptum eſt, judicaturus.

Παραιτούμεθα δὲ λέγειν ἐπὶ Χριστῷ. δι' ὃν τὸν φοροῦντα τὸν φορούμενον σέβω· διὰ τὸν ἀόρατον προσκυνῶ τὸν ὁρώμενον. φεικτὸν δὲ πρός τούτῳ καὶ ἐκεῖνο εἰπεῖν· ὁ ληφθεὶς τῷ λαβόντι συγχρηματίζει Θεός. ὁ γὰρ ταῦτα λέγων διατέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστὸν, ἢ ἄνθρωπον ἴσησιν ἀνὰ μέρος ἰδικῶς, ἢ Θεὸν ὁμοίως. ἀρνεῖται γὰρ ὁμολογουμένως πως ἕνωσιν, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἕτερος σὺν ἑτέρῳ συμπροσκυνεῖταί τις, ὅτι μίαν συγχρηματίζει Θεὸς, ἀλλ' εἷς νοεῖται Χριστὸς Ἰησοῦς, υἱὸς μονογενὴς, μιᾷ προσκυνήσει τιμώμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς υἱὸς, ἢ Θεὸς μονογενὴς, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ὑπάρχων ἀπαθὴς, σαρκὶ πεπονθὼς ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἣν ἐν τῷ σταυρωθέντι σώματι τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀπαθῶς οἰκειούμενος πάθη· χάριτι δὲ Θεοῦ ἢ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, διδοὺς αὐτῷ τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ ὃν κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζωὴ, καὶ αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις· ἵνα γὰρ ἀρρήτῳ δυνάμει πατήσας τὸν θάνατον, ὡς ἐν γε δὴ πρώτῃ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, γίνηται πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἢ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. ἐδοκιμήσητε τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν, χάριτι Θεοῦ, καθάπερ ἔφημεν ἀρτίως, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου· τελειότερον δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην· ὥστε καὶ λέγηται δι' ἀνθρώπου γενέσθαι ἡ ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ νοῦμεν ἄνθρωπον τὸν ἐκ Θεοῦ γεγονότα λόγον, ἢ λελυθαι δι' αὐτοῦ τὸ θανάτου τὸ κράτος· ἦκει δὲ κατὰ καιροὺς ὡς εἷς υἱὸς ἢ κύριος σὺν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην σὺν δικαιοσύνῃ, καθὰ γέγραπται. ἀναγκαίως δὲ κἀκεῖνο προθησόμεθα.

Heb. 2. 9.

Coloſ. 1. 18. 1. Cor. 15. 20.

Ibid. 22.

Pſ 97. 9

1. Cor. 15. 26.

Pſalm. 97. 9

VII.

Quin illud quoque non poſſum hoc loco non adjicere: nempe, unigeniti filii Dei, hoc eſt, Jeſu Chriſti mortem, & ex mortuis

Καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀνάβασιν, ἢ τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάλη-

1. Cor. 15. 26.

ψιν

λιψιν ὁμολογοῦντες, τὴν ἀναίμακτον ἐν τοῖς ἐκκλησίαις τελεῖν θυσίαν· προσιέναι τε οὕτω τοῖς μυστικοῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμενα, μέτοχοι γινόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ οὐχ ὡς σάρκα κοινὴν δεχόμενοι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὡς ἀνδρὸς ἁγιασθέντος, καὶ συναφθέντος τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν οἴκησιν ἐσχηκότος· ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ λόγου· ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, ἑνωθὲν γέγονε τῇ σαρκὶ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπεφήνατο αὐτήν. Gen. 6. 13. ἔστι γὰρ λέγει πρὸς ἡμᾶς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα· οὐχ ὡς ἀνθρώπου * τοῦ καθ' ἡμᾶς ἑνὸς καὶ αὐτὴν εἶναι λογιόμεθα· πῶς γὰρ ἡ ἀνθρώπου σὰρξ ζωοποιὸς ἔσται κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτῆς; ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἀληθῶς γνησίως τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ * υἱοῦ καὶ ἀνθρώπου γεγονότος τε καὶ χρηματίσαντος.

* κατρίων.

* νῷ.

* καὶ υἱὸς ἀνθρώπου.

A resurrectionem annunciantes, ejusdemque in cœlum assumptionem confitentes, incruentum in ecclesia sacrificium nos celebrare, atque ad mysticas benedictiones accedere, & sanctificari; utpote participes sacræ carnis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum salvatoris effectos. Neque enim illam ut carnem communem suscepimus: absit hoc: neque rursum tanquam viri cujuspiam sanctificati, aut dignitatis unitate Verbo consociati, aut divinam inhabitationem sortiti; sed tanquam vere vivificam, ipsiusque Verbi propriam. Nam cum vita sit ut Deus secundum naturam, posteaquam unum quiddam cum ipsa sua carne effectum est, vivificandi virtutem illi contulit. B Quamvis ergo ad nos dicat. *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem*, &c. neutiquam tamen illam communem, hoc est, hominis cujuspiam nostræ conditionis carnem esse existimare debemus: (quomodo enim hominis caro secundum suam ipsius naturam vivifica esse queat?) sed vere illius propriam, qui nostri causa filius quoque hominis & factus & appellatus est. Joan. 6. 53.

ϑ'.

Τὰς δέ γε ἐν ταῖς εὐαγγελίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν φωνὰς ὅτε ὑποτάσσομεν δυσὶν, ὅτε μὲν προσώποις καταμερίζομεν. οὐδὲ γὰρ ἔστι διπλοῦς ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς, κἂν ἐκ δύο νοῆται καὶ διαφόρων πραγμάτων εἰς οἰάνπερ τὴν ἀμέριστον συνελευσομένων, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς νοεῖται καὶ σώματος, καὶ οὐ διπλοῦς μᾶλλον, ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν· ἀλλὰ τάς γε ἀνθρωπίνας, ἅτε πρός γε τοῦτο τὰς θείας καὶς, * παρ' ἑνὸς εἰρῆσθαι διχαζόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς. ὅταν μὲν γὰρ θεοπρεπῶς λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν· τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ἀπέρατον ἑνοῦμεν φύσιν, καθ' ἣν καὶ ἐν ἐστι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἰκών τε καὶ χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ. ὅταν δὲ τὸ τῆς ἀνθρωποτητος μέτριον οὐκ ἀτιμάζων, πρὸς Ἰουδαίους προσλαλῇ· νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· πάλιν οὐδὲ ἧττον αὐτὸν τὸν ἐν ἰσότητί τε καὶ ὁμοιότητι τοῦ πατρὸς Θεὸν λόγον καὶ ἐκ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτρων ἐπιγινώσκομεν. εἰ γὰρ ἐστιν ἀναγκαῖον νῷ πιέζειν, ὅτι κατὰ φύσιν Θεὸς ὢν γέγονε σὰρξ, ἤγουν ἄνθρωπος ἐμψυχωμένος ψυχῇ λογικῇ, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον τὸ ἐπαιτιᾶσθαί τινα ταῖς παρ' αὐτοῦ φωναῖς, εἰ γεγόνασιν ἀνθρωποπρεπῶς; εἰ γὰρ παραιτοῖτο τοὺς ἀνθρώπῳ πρέποντας λόγους, τίς ὁ ἀναγκάσας ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον; ὁ δὲ κενοῖ ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς ἐκείνην κένωσιν, διὰ ποίαν αἰτίαν παραιτεῖτ' ἂν τοὺς τῇ κενώσει πρέποντας λόγους; ἐν παγαρουῖ προσώπῳ τὰς ἐν ταῖς εὐαγγελίοις πάσας ἀναθετέον φωνὰς, ὑποτάσσει μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σεσαρκωμένῃ. εἷς γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς κατὰ τὰς γραφάς. 1. Kor. 8. 6. Ebr. 3.

VIII.

Porro autem voces, quibus salvator noster de se loquens passim in evangeliis utitur, illas duabus subsistentiis aut personis nequaquam tribuimus: nam etsi ex duabus rebus, iisque diversis in unitatem quamdam inseparabilem coaluerit, unus tamen & solus est Christus, non etiam geminus. Quemadmodum etiam homo, licet ex anima & corpore constituatur, non duo tamen, sed unus tantum ex utroque concretus est. Unde recto animi sensu utentes, utrasque, hoc est, divinas & humanas ad unam tantum personam transferimus. Cum ergo ut Deus de seipso ait: *Qui videt me, videt & Patrem meum*: &: *Ego & Pater unum sumus*; divinam ineffabilemque illius naturam concipimus, secundum quam unum est cum suo Patre propter eamdem quam cum ipso sortitur essentiam. Est enim imago & character & splendor gloriæ illius. Quando vero humanæ naturæ infirmitatem non aspernatus, Judæos hac oratione alloquitur: *Nunc quæritis me interficere hominem, qui veritatem dixi vobis*; æque iterum ac ante, ipsum Dei Verbum, quod in æqualitate & similitudine Patris consistit, per humanæ etiam suæ naturæ conditiones agnoscimus. Etenim si credere nos oportet, cum suapte natura Deus esset, carnem, hoc est hominem anima rationali animatum effectum esse; quam obsecro excusationem afferre potestis, quem pudet earum vocum, quas ille in humanam naturam convenientes depromsit? Nam si rejiciat voces quæ in hominem congruunt, quis eum ut homo nostri similis fieret, coegit? Cum ergo nostri causa semetipsum in voluntariam exinanitionem demiserit, nulla apparet causa, cur sermones huic exinanitioni consentaneos repudiare debuerit. Omnes proinde voces quæ in evangeliis leguntur, uni tantum personæ, unique Dei Verbi incarnati hypostasi tribuamus necesse est. *Unus enim est dominus Jesus Christus* secundum scripturas. Joan. 6. 53. Joan. 14. 9. Joan. 10. 30. Hebr. 1. 3. Rom. 9. 5. 1. Cor. 8. 6. Hebr. 3.

A

IX.

Rurſum licet apoſtolus, noſtræque confeſſionis pontifex appelletur, tanquam qui fidei confeſſionem, quam ipſi & per ipſum Deo Patri & ſancto quoque Spiritui litamus, Deo Patri offerat; hoc tamen non obſtat, quo minus ipſum naturalem & unigenitum Dei Patris Filium eſſe prædicemus. Neque enim ſacerdotii nomen aut rem homini ab ipſo diverſo adſcribimus: quandoquidem unus hic, dum Deo & Patri in odorem ſuavitatis ſeipſum offert, Dei & hominum mediator & pacificator effectus eſt. Atque huc tendit dum ait: *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam voluntatem tuam Deus.* Noſtri enim, non ſui cauſa corpus proprium in odorem ſuavitatis obtulit. Qua enim ille oblatione aut ſacrificio pro ſeipſo indigeret, qui omni peccato, ut Deus ſuperior exiſtebat? Si enim omnes peccaverunt, & egent gloria Dei; quandoquidem facti ſumus omnes ad lapſum propenſi, peccandique morbo naturam ſubjectam circumferimus; ipſe vero nequaquam (quare gloriam quoque illius non aſſequimur?) cui dubium eſſe poteſt, C quin propter nos & pro nobis verus ille agnus immolatus ſit? Quamobrem ſi quis dixerit, non pro nobis ſolum ſe ipſum obtuliſſe, ſed ſimul etiam pro ſeipſo; ille impietatis crimen vitare nulla ratione poteſt. Conſtat enim nihil unquam eum deliquiſſe, nec ullum unquam peccatum deſignaſſe. Qua igitur indigebat oblatione, cum peccatum, cujus cauſa hoſtia jure merito offertur, nullum admiſiſſet.

Ephes. 5. v. 2.

1. Tim. 2. v. 5.

Hebr. 10. v. 5. ex Pſ. 39.

Rom. 3. v. 23.

Θ'.

Εἰ δὲ δὴ καλεῖτο ὁ ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ὡς ἱερουργῶν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῷ τε ὁμοῦ καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσκομιζομένην τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάλιν αὐτὸν εἶναι φαμὲν τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν μονογενῆ, καὶ οὐκ ἀνθρώπων * προσγεγενημένον παρ' αὐτὸν ἑτέρων τό τε τῆς ἱερατικῆς ὄνομα, * καὶ αὐτὸ δὲ χρῆμα· γέγονε γὰρ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ ὁμαλλακτὴς εἰς εἰρήνην, ἑαυτὸν ἀναθεὶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. τετύχηκε καὶ ἔφασκε. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ· τοῦ ποιῆσαί σε ὁ Θεός. προσκεκόμικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὁμοίωσιν εὐωδίας τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ποίας γὰρ ἐδεήθη προσφορᾶς ἢ θυσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ, κρειττων ἁπάσης ὑπάρχων ἁμαρτίας ὡς Θεός; εἰ γὰρ πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καθὸ γεγόναμεν ἡμεῖς ἕτοιμοι πρὸς παραφοράν, καὶ κατηρράκησεν ἡ ἀνθρώπου φύσις πᾶν ἁμάρτιαν· αὐτὸς δὲ οὐχ ὕπω, καὶ ἡττώμεθα διὰ τοῦτο τῆς δόξης αὐτοῦ. πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἀμφίβολον, ὅτι τέθυται δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός; καὶ τὸ λέγειν δέ, ὅτι προσκεκόμικε ἑαυτὸν ὑπέρ γε ἑαυτοῦ καὶ ἡμῶν, ἀμοιρήσειεν ἂν ἀδαμῶς τῆς εἰς δυσσέβειαν ἐγκλήματος. πεπλημμέληκε γὰρ κατ' οὐδενὸς ὁπωσοῦν, οὔτε μὴν ἐποίησεν ἁμαρτίαν. * ποίας οὖν ἐδεήθη προσφορᾶς, ἁμαρτίας οὐκ οὔσης, ἐφ' ἧπερ ἂν γένοιτο καὶ μάλα εἰκότως;

Rom. 3. 23.

* προσφορᾶς

X.

Ceterum cum de Spiritu ſancto ait: *Ille me clarificabit*; niſi errare velimus, Chriſtum Dei filium veluti gloriæ quæ aliunde proficiſcitur, indigum, a Spiritu ſancto glorificatum nequaquam dicemus: ſiquidem Spiritus illius neque illo melior, neque illo rurſum ſublimior eſt. Verum quod ad divinitatis ſuæ ſignificationem ſuo ſubinde Spiritu in inſignium operum perpetratione uteretur, ob id ſe ab illo glorificari profitebatur: perinde ac ſi quis noſtrum de ſua fortitudine, aut cujuſvis rei ſcientia dicat: Mea me virtus aut ſcientia glorificabit. Nam etſi Spiritus in propria perſona ſubſiſtat, eatenuſque in ſeipſo conſideretur, quatenus Spiritus & non Filius; non eſt tamen ab eo alienus: quandoquidem Spiritus veritatis nominatur: Chriſtus autem veritas eſt; & proinde quoque ab illo, atque a Deo Patre procedit. Cum etiam domino noſtro ad cœlum aſſumpto, Spiritus ſanctus ſtupenda prodigia per ſanctorum apoſtolorum manus ederet, illum glorificavit. Creditum eſt enim (quod Deus ſecundum naturam eſſet) ipſum per Spiritum ſuum denuo operatum. Propte-

Joan. 16. v. 14.

Joan. 16. v. 13.

Joan. 14. v. 6.

ι'.

Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τοῦ πνεύματος· ἐκεῖνός με δοξάσει· νοοῦμεν ὀρθῶς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεᾶ τῆς παρ' ἑτέρου φαμὲν τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν τιὸ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξαν ἐλεῖν, ὅτι μηδὲ κρεῖττον αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος * ἐκέχρητο τῷ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς μεγαλουργίαν, δεδοξάσθαι παρ' αὐτοῦ φησιν, ὥσπερ ἂν εἴ καί τις λέγοι τῷ καθ' ἡμᾶς περὶ τῆς ἰσχύος· αὐτῷ τυχὸν, ἢ γοῦν ἐπισήμῃ τῆς ἐφ' ὑμοῦν, ὅτι δοξάσουσί με. εἰ γὰρ καὶ ἔστι σὺν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὖν ἔστιν ἐκ ἀλλοτρίου αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια· καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. ἐνεργῆσαν τετιμαρωμένου τὸ πνεῦμα καὶ διὰ χειρὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ παράδοξα μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδόξασεν αὐτόν. ἐπιστεύθη γὰρ, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πάλιν αὐτὸς ἐνεργῶν διὰ τοῦ ἰδίου πνεύμα-

Joan. 16. v. 14.

* ἐκέχρητο τῷ ἰδίῳ πνεύματι,

1. Cor. 12. 4. 6.

Joan. 16. 14 μετ●. διὰ τοῦτο καὶ ἔφασκεν· ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. καὶ ὅτι τὸ φαῦλον, ὡς ἐκ μετοχῆς τὸ πνεῦμα ἔστι σοφόν τε καὶ δυνατόν· παντέλειον γὰρ καὶ ἀπροσδεὲς ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. ἐπειδὴ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως καὶ σοφίας, τυγχάνει τοῦ υἱοῦ, πνεῦμα ἐστιν, αὐτόχρημα ἐστὶ σοφία καὶ δύναμις.

A rea quoque aiebat. *Quoniam de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Hoc tamen non ita accipiendum eſt, quaſi Spiritus ſanctus per quamdam participationem ſapiens aut potens ſit: eſt enim ille numeris omnibus perfectus, nulliuſque penitus indignus: verum quia potentiæ & ſapientiæ Patris, hoc eſt Filii, Spiritus eſt, hinc & ipſe quoque re ipſa potentia & ſapientia eſt. Joan. 16. v. 14

ια'.

Καὶ ἐπειδὴ Θεὸν ἑνωθεῖσα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡ ἁγία παρθένος ἐκτέτοκε σαρκικῶς, ταύτην τοι καὶ θεοτόκον εἶναι φαμὲν αὐτὴν, οὐχ ὡς τῆς Joan. 1. τοῦ λόγου φύσεως τὴν τῆς ὑπάρξεως ἀρχὴν ἐχούσης ἀπὸ σαρκός· ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς Gen. 1. ἦν ὁ λόγ●, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, συναΐδ●τὴν πᾶσι, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· ἀλλ' ὡς ἤδη προεἰπομεν, ἐπειδὴ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μήτρας αὐτῆς γέννησιν ὑπέμεινε σαρκικὴν, οὐχ ὡς δεηθεὶς ἀναγκαίως, ἢ τι διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τῆς ἐν χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τῶν αἰώνων ἡμέραις γεννήσεως· ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὴν τῆς ὑπάρξεως ἡμῶν ἐλλογήσῃ τὴν ἀρχὴν, καὶ τεκούσης γυναικὸς αὐτὸν ἑνωθεῖσα σαρκὶ, φαύσηται λοιπὸν ἡ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἀρᾷ, πέμπουσα πρὸς θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα· καὶ τὸ, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, δι' αὐτῆς καταμηνύσῃ, ἀληθὲς ἀποφήνῃ τὸ διὰ τῆς Gen. 3. 16 τοῦ προφήτου φωνῆς· κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. καὶ πάλιν· ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ Isai. 25. 8. παντὸς προσώπου. ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας Joan. 2. φαμὲν αὐτὸν οἰκονομικῶς καὶ αὐτὸν ἐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθεῖν κεκλημένον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. ταῦτα φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων πατέρων ἀληθοῦς ὁμολογίας. τούτοις ἅπασι καὶ τὸν σὸν ἐλλάβειαν συναινέσαι χρὴ, καὶ σωθῆναι δίχα * δόλου παντός. ἃ δέ ἐστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τῷ σῷ ἐλλαβείᾳ, ὑποτέτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ. * λόγου

XI.

Quia vero ſacra virgo Deum carni ſecundum hypoſtaſim unitum corporaliter genuit, ob id illam quoque deiparam eſſe dicimus; non quod Dei verbi natura exiſtendi initium ex carne traxerit: (*erat enim in principio; & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*: & ipſum ſæcula condidit, Patrique coævum res omnes procreavit) ſed quia humana natura ſecundum hypoſtaſim ſibi unita, corpoream, ut modo dicebamus, ex utero nativitatem expertum eſt: non quod propter naturam propriam temporali, ea videlicet quæ in noviſſimis ſæculi temporibus accidit nativitate neceſſario indigeret; ſed quo noſtræ quoque ſubſtantiæ ortum ſua benedictione cumularet; maledictioque, quæ mortalia corpora noſtra in mortem præcipitabat, hoc ipſo in poſterum contra univerſum genus noſtrum ſævire deſiſteret, quo illud carni unitum ex muliere in lucem prodiiſſet; & illo tandem, *In dolore paries filios tuos*, per ipſum labefactato, verum eſſe oſtenderet quod prophetæ voce dictum fuerat: *Abſorpſit mors prævalens*, & rurſum: *Abſtulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. Nam hac ipſa de cauſa ſimul cum ſanctis apoſtolis ad nuptias in Cana Galilææ vocatum, huc ſe contuliſſe ſuaque benedictione eaſdem diſpenſatorie cohoneſtaſſe dicimus. Hæc tenere, hæc ſapere cum ſanctis apoſtolis & evangeliſtis tum ab univerſa quoque ſacra & divina ſcriptura, tum ex veraci denique ſanctorum patrum confeſſione edocti ſumus. His omnibus, & te quoque ſubſcribere, & citra omnem fucum ac dolum una nobiſcum aſſentiri oportet. Quæ vero a tua reverentia anathematis execratione condemnari neceſſe eſt, ea noſtræ huic epiſtolæ in hunc modum ſubjiciuntur. Gen. 1. Joan. 1. Gen. 3. 16 Isai. 25. 8. Joan. 2.

α'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγεννηκέναι γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

I. Si quis non confitetur, Emmanuelem verum Deum eſſe, & ob id ſanctam virginem deiparam; (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum ſecundum carnem) anathema ſit. ANATHEMATISM I

β'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

II. Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni ſecundum hypoſtaſim unitum, & unum una cum ſua carne eſſe Chriſtum eumdem nimirum Deum ſimul & hominem; anathema ſit.

γ'. Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συναπτὰς αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, τοῦτ' ἔστιν * αὐθεντίᾳ ἢ δυνάμει, καὶ οὐχὶ δὲ μᾶλλον συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν· ἀνάθεμα ἔστω. * δεσποτείᾳ ἢ δυναστείᾳ.

III. Si quis in uno Chriſto poſt unionem dividit hypoſtaſes, eaque dumtaxat conjunctione eaſdem inter ſe nectit, quæ eſt ſecundum dignitatem, hoc eſt, auctoritatem, vel poteſtatem; & non ea potius quæ eſt ſecundum naturalem unionem; anathema ſit.

δ'. Εἴ τις πρόσωπα δύσιν, ἤγουν ὑποστάσεις, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διαιρεμένας φωνάς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ πα-

IV. Si quis duabus perſonis vel hypoſtaſibus eas voces attribuit, quæ in evangelicis & apoſtolicis ſcripturis paſſim occurrunt, quæve tanquam a ſanctis de Chriſto, aut

ab ipſo quoque Chriſto de ſeipſo dictæ ſunt; & alias quidem homini ſeorſum a Dei Verbo conſiderato adſcribit, alias vero tanquam in divinam majeſtatem convenientes, ſoli Verbo quod ex Deo Patre eſt, ac commodat; anathema ſit.

V. Si quis dicere audet, Chriſtum eſſe hominem deiferum, & non potius Deum verum, utpote unum naturalemque Filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & ſanguini perinde ac nos communicavit; anathema ſit.

VI. Si quis Dei Patris Verbum, Chriſti Deum vel dominum eſſe dixerit; neque poſt Verbum ſecundum ſcripturas incarnatum, unum eumdemque Deum ſimul hominem eſſe confeſſus fuerit; anathema ſit.

VII. Si quis Jeſum Chriſtum ut hominem a Deo Verbo operante motum fuiſſe dixerit, & unigeniti gloria fuiſſe circumdatum quaſi alterum ab ipſo: anathema ſit.

VIII. Si quis hominem aſſumptum, una cum ipſo Dei Verbo adorandum, una cum illo glorificandum, una cum illo, tanquam alterum in altero exiſtentem, Deum appellandum eſſe dicere auſus fuerit: (hunc enim intellectum particula, *Cum*, adjecta, perpetuo & neceſſario afferre conſuevit) & non una potius adoratione Emmanuelem honorat, unamque illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum eſt caro; anathema ſit.

IX. Si quis unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum a Spiritu ſancto glorificatum aſſerit, tanquam aliena virtute uſum ea quæ per ipſum eſt: efficaciamque, qua contra immundos ſpiritus uteretur, & divina inter homines miracula operaretur, ab ipſo eodem accepiſſe prædicat, & non proprium illius eſſe ait Spiritum, per quem divina ſigna edidit; anathema ſit.

X. Chriſtum Jeſum noſtræ confeſſionis pontificem & apoſtolum extitiſſe, eumdemque ſemetipſum pro nobis in odorem ſuavitatis Deo & Patri obtuliſſe, divina ſcriptura commemorat. Si quis ergo dixerit, pontificem & apoſtolum noſtrum non eſſe conſtitutum ipſum Dei Verbum, poſteaquam caro & homo nobis ſimilis factum eſt; ſed hominem illum, qui ex muliere natus eſt quaſi alterum quempiam ab ipſo diverſum: aut ſi quis Chriſtum pro ſeipſo quoque, & non potius pro nobis ſolis ſacrificium obtuliſſe affirmaverit: (neque enim is oblatione opus habebat, qui nullum peccatum commiſerat) anathema ſit.

XI. Si quis ipſam domini carnem vivificam, ipſiuſque Verbi quod ex Patre eſt, propriam eſſe negaverit, ſed alterius cujuſpiam ipſi Verbo ſecundum dignitatem tantum conjuncti, hoc eſt divinam tantum inhabitationem ſortiti, eſſe dixerit: neque vero potius vivificam confeſſus fuerit, ut modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia vivificare poteſt, facta ſit propria; anathema ſit.

XII. Si quis non confitetur, Dei Verbum ſecundum carnem paſſum, ſecundum carnem crucifixum, mortemque ſecundum carnem guſtaſſe, & primogenitum tandem ex mortuis factum eſſe, quatenus videlicet vita eſt, & vivificum ut Deus; anathema ſit.

μὲ τῆς ἁγίων λεγομένης, ἢ περὶ αὐτῆς περὶ ἑαυτῆς. καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἰδιικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, ὡς υἱὸν ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ς'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τὸν Χριστὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ'. Εἴ τις φησὶν, ὡς ἄνθρωπον ἐνεργεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς δόξαν περιῆφθαι, ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντα· ἀνάθεμα ἔστω. * ἐν αὐτῷ * ἕτερον * ὑπάρχοντι,

η'. Εἴ τις τολμήσει λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν Θεόν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ· τὸ γὰρ, Σὺν, ἀεὶ προσδιμυον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμῇ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀναπέμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω. * τολμᾷ * Θεῷ,

θ'. Εἴ τις φησὶ, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δυνάσθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμά φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς θεοσημείας· ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγονέναι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφὴ, προσκενομικόναι τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρί. εἰ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγονέναι φησὶν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τινὰ προσφοράν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· ὃ γὰρ ἂν εἰδεῖη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω. Ebr. 3.

ια'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τινὰ τὴν κυρίαν σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τινὰ ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνιν θείαν * ἐσχηκότα· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωογονεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω. * οἰκείωσιν

ιβ'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωὴ τέ ἐστι καὶ ὡς ζωοποιὸς ὡς Θεός. ἀνάθεμα ἔστω. Coloss. 1. 18.

EA-

EADEM S. CYRILLI ET CONCILII ALEXANDRINI SYNODICA EPISTOLA,

A Dionyſio Exiguo in Latinum ſerm. translata, cum ejuſdem Præfat. ad Petrum ep.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

PRæcedentem epiſtolam a Dionyſio Exiguo ante annos mille ac ducentos Latine redditam tranſtulit in ſuam canonum collectionem Iſidorus Mercator hac præmiſſa monitione. *Incipit ſynodus Epheſina prima ducentorum epiſcoporum habita adverſus Neſtorium CP. epiſcopum, qui purum hominem ex ſancta virgine Maria natum aſſeruit: ut aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis; nec unum Chriſtum in Verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſeparatum atque ſejunctum alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc ſynodus Theodoſio juniore* XIII. *& Valentiniano* III. *conſulibus æra* CCCCLXVIII. *Cui ſynodo præſedit beatiſſimus quondam Cyrillus Alexandriæ epiſcopus qui cum omni concilio ad eumdem Neſtorium hæc ſynodalia decreta tranſmiſit*. Religioſo a Deo amabili conſacerdoti Neſtorio, Cyrillus vel quicumque ſunt apud Epheſi ſynodum. Cum Salvator noſter aperte pronunciet, &c. Hæc ille, Epheſino univerſali concilio tribuens epiſtolam, quæ fuit ſcripta dumtaxat ab Alexandrina ſynodo. Quem errorem poſtea ſecuti ſunt Jacobus Merlinus, Joannes Wendelſtinus, Petrus Crabbus, aliique, quos Laurentius Surius, & eruditi poſtea viri merito reprehenderunt. Quis vero fuerit antiquus illius epiſtolæ interpres diſcimus ex ſequenti præfatione ad Petrum epiſcopum miſſa, quam primus ex ſuo vetuſtiſſimo codice uncialibus literis exarato excudendum formis dedit Chriſtophorus Juſtellus, ejuſque filius V. C. Henricus Juſtellus ipſum illud antiquum exemplar cum aliis pluribus humaniſſime commodavit.

INCIPIT PRÆFATIO EPISTOLÆ

S. Cyrilli Alexandrini epiſcopi.

Domino beatiſſimo patri Petro epiſcopo Dionyſius Exiguus in domino ſalutem.

BENEFICIORUM veſtrorum memor, venerabilis pater, & antiſtitum Chriſti decus egregium, ſemperque ante oculos mentis adponens ſancta nutrimentorum veſtrorum ſtudia parvulo mihi depenſa, quæ nulla ſpatia locorum poterunt obliterare, vel temporum: quæro vicem referre gratiæ, quam me ſcio reperire non poſſe. Sed quia plerumque perficitur voto quod deeſſe videtur officio, deſiderium quod erga veſtram paternitatem jugiter gero, quo poſſum ſtudio pandere non deſiſto, atque ideo vobis epiſtolam ſynodicam ſancti Cyrilli Alexandrini pontificis Neſtorio quondam Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopo deſtinatam, cui duodecim ſunt admixta capitula blaſphemiæ ejuſdem Neſtorii ſub anathematis obſecratione damnantia: quam nuper de Græco in Latinum eloquium tranſtuli, per veneratorem veſtrum fratrem Sanctulum deſtinavi: opportunum prorſus hoc tempore exiſtimans quo tanti doctoris apoſtolica fides Græcis jam dudum bene comperta, ſed ignorata Latinis hactenus innoteſcat: ut Neſtoriana labes evidenter agnoſcatur ab hominibus, & pro ſua malignitate merito reſpuatur, quæ ſub prætextu fidei perfidiam inſinuare non deſinit, & furore Judaico pariter & errore tranquillitatem catholicæ eccleſiæ toto terrarum orbe diffuſæ turbare contendit. Et licet optime noverim quod præcepta ſalubria nequiſſimi homines hoſtiliter audeant ſuaque dependere conſilia prava perſiſtant; tamen omittenda non eſt quantalibet inſtructio, propter eos qui non contentionis amore, ſed quadam ſimplicitate falluntur, quia ſæpe contigit ut adſpirante Deo veritati commodent ſtudium qui mendacio præbuere conſenſum. Memorati ergo beati Cyrilli ſcripta præſentia eumdem Neſtorium commonent, ut unigenitum Dei Filium de Patre natum ante omnia ſæcula, ejuſdemque cujus eſt Pater eſſentiæ, qui propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, non audeat in duos dividere, nec ſolita calliditate conjunctionem quandam, & ſocietatem Dei & hominis adſeverare nitatur: quæ vocabula nulla utriuſque naturæ inſeparabilem unitatem, nec ſingularitatem perſonæ, vel certe ſubſiſtentiæ Filii Dei ab eo prolata ſignificant, ſed duo quædam vel plura potius ſub hac iſtorum hominum occaſione demonſtrant, ſceleratamque diviſionem tam nefarii dogmatis conditor, qua ejus impiiſſimi ſectatores dignitate quadam & auctoritate, necnon & relatione ſic ut ipſi deſipiunt connectere moliuntur. Sed jam melius iſta ſæpe dicti patris adſertione pandantur, beatitudinis veſtræ catholicæ pacem redintegrare propitius, noſque in membris ejus veſtris precibus cuſtodire dignetur.

Explicit.

INCIPIT EPISTOLA SANCTI

Cyrilli Alexandrini epiſcopi directa Neſtorio quondam Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopo, duodecim continens, anathematiſmi capitula.

[1] *Domino ſancto fratri Neſtorio epiſcopo Cirillus epiſcopus, & qui convenit apud Alexandriam ſynodus ex Ægyptia diœceſi in domino ſalutem.*

CUM ſalvator noſter aperte pronunciet dicens, *qui diligit patrem, aut matrem ſuper me, non*

eſt

[1] Hæc Cyrilli Epiſtolæ verſio, quam ex Mercatoris editione hic exhibet Labbeus, in nonnullis diſcrepat a Dionyſiana, quam ex MS. emendatam repræſentat Harduinus. Utramque diligenter contulimus, & in quibus Dionyſianam variare deprehendimus, non gravate hic adnotavimus, ne ſinceram Dionyſii verſionem ſubjicere cogeremur.

eſt me dignus: & qui diligit filium, aut filiam A per orientem, ſeu per occidentem epiſcopi & magiſtri præſuleſque populorum, credimus & docemus. Epiſtolis autem ab Alexandria tuæ religioni directis, [9] eccleſiæ conſenſum præbuit, tam ea quæ apud urbem Romam convenit ſancta ſynodus quam etiam nos omnes velut recte [10] interpretabiliter conſcriptis. Subdidimus autem his noſtris literis quæ te ſentire oportet & docere, & a quibus abſtinere conveniat. Hæc eſt enim fides catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, cui cuncti conſentiunt orthodoxi per orientem, occidentemque pontifices. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, *& cætera*. Sequentes itaque per omnia ſanctorum martyrum confeſſiones, quas, loquente in eis ſancto ſpiritu, protulerunt, & intentioni quæ eſt in eorum intellectibus, æquis veſtigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipſum unigenitum Dei verbum, dominum natum ex ipſa patris eſſentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta ſunt ſive in cœlis, ſive in terra, ſalutis noſtræ cauſa deſcendens ad exinanitionem ſeſe dignatus eſt inclinare: incarnatus autem & homo factus, id eſt carnem de virgine ſancta ſuſcipiens, eamque propriam faciens nativitatem noſtram ex vulva ſuſtinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licet factus ſit in adſumptione carnis & ſanguinis, tamen etiam ſic quod erat Deus, natura ſcilicet & veritate perſiſtens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis eſſe converſam, nec in ſubſtantiam [11] commutatam: inconvertibilis etenim eſt & incommutabilis, idemque ipſe juxta ſcripturas jugiter permanens. Viſus eſt autem & parvulus, ſed poſitus adhuc in cunabulis & in ſinibus genitricis virginis conſtitutus, univerſam creaturam replebat, ut Deus genitori ſuo indiviſus exiſtens, quod divinum eſt enim ſine quantitate, & ſine mole cognoſcitur, nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carni verbum Dei ſecundum ſubſtantiam confitentes, unum adoramus Filium, & dominum Jeſum Chriſtum, non ſeorſum ponentes & determinantes hominem & Deum velut invicem ſibi dignitatis, & auctoritatis, unitate conjunctos: hoc enim novitas vocis eſt, & aliud nihil. Nec item Chriſtum ſpecialiter nominantes Deum verbum, quod ex Deo eſt, nec alterum ſimiliter Chriſtum ſpecialiter qui de muliere natus eſt, ſed unum ſolummodo Chriſtum Dei Patris verbum cum propria carne cognoſcimus: tunc enim etiam juxta nos unctus eſt, quamvis ſpiritum dignis ipſe contulerit, & *non ad menſuram*, ſicut beatus evangeliſta Joannes adſeruit. Sed nec illud dicimus quod Dei verbum velut in homine communi, qui de ſancta virgine natus eſt, habitarit, ne Deum homo Chriſtus habitatorem poſſidere credatur. Quamvis enim verbum habitaverit in nobis, & dictum ſit in *Chriſtum habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter*, attamen intelligimus eum, quod caro factus, non ſicut in ſanctis habitare dicatur, nec talem in ipſo habitationem factam definire tentavimus, ſed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus talem ſibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere

* depoſcimus.

eſt me dignus: & qui diligit filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus, quid nos patiemur qui * depoſcimus a tua religione, ut te ſuper Chriſtum ſalvatorem omnium diligamus? Quis [1] enim nobis in die judicii ſubvenire poterit, aut quam ſatisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum ſilentium de prolatis a te contra eum blaſphemiis continentes? etiam [2] ſiquidem te tantummodo læderes, docens [3] ita vel ſentiens, ſollicitudo nobis minor exiſteret: cum vero totam ſcandalizaveris eccleſiam, & fermentum inſolitæ pravitatis & novæ hæreſis miſoueris in populis, non tantum ibidem poſitis, ſed ubique conſiſtentibus. Nam tuarum expoſitionum libri per cuncta vulgati ſunt [4] quæ ſuper noſtro ſilentio ultra vel excuſationis ſermo[5] ſufficiat, aut quomodo non neceſſe ſit meminiſſe Chriſti domini ſic dicentis: *non putetis quod venerim pacem mittere in terram, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam?* Nam cum læditur fides parentum reverentia velut inutilis & periculoſa deſpicitur, & amor erga filios, fratreſque vitatur: ad poſtremum ſuper ipſam vitam mors potius a piis viris eligitur, *ut meliorem reſurrectionem*, ſicut ſcriptum eſt, *conſequantur*. Ecce itaque te ſimul cum ſancta ſynodo, quæ apud amplam urbem Romam congregata eſt, præſidente ſanctiſſimo fratre & conſacerdote noſtro Cæleſtino epiſcopo, his ſcriptis jam tertio convenimus, conſilium dantes ut te a tam pravis abſtineas diſſortiſque dogmatibus, quæ & ſentire cognoſceris, & docere. Recipias vero fidem rectam eccleſiis per beatiſſimos apoſtolos, & evangeliſtas ab initio traditam, qui & oculis inſpexerunt, & miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. Quod ſi hoc religio tua facere diſtulerit, juxta dilationem literis præfinitam ſanctiſſimi & venerandiſſimi conſacerdotis noſtri Romanæ præſulis eccleſiæ Cæleſtini: ſcias te nullam ſortem habere nobiſcum, nec locum aut conloquium cum Dei ſacerdotibus & epiſcopis obtinere non enim fas eſt contemnere nos eccleſias ita turbatas, & ſcandalizatos populos, fidemque rectiſſimam violatam, diſſipatum quin etiam gregem quem cuſtodire debueras: [7] & juxta nos amatores recti dogmatis extitiſſes, ſanctorum patrum veſtigia pia conſectans. Omnes itaque quos propter fidem, tua religio a communione removit, aut a ſuo ordine depoſuit, laicos & clericos, in noſtra communione recepimus, [8] non juſtum eſt eos tuis decretis opprimi, qui noverunt recta ſentire qui etiam bene facientes tibi prudentiſſime reſtiterunt: hoc idem namque in epiſtola quam miſiſti ad præſulem amplæ Romæ ſanctum & coepiſcopum noſtrum Cæleſtinum ſignificare curaſti: [9] non autem ſufficit tuæ religioni ſolummodo fidei ſymbolum confiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus, ſancti ſpiritus largitate, a venerando & magno concilio apud Nicæam congregato; hoc enim nec intellexiſti, nec recte interpretatus es, quinimo perverſe licet ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt & jurejurando fateri te quod anathematizes [10] fidem tuam pollutam, & profana documenta quæ ſentis & doceas quæ nos univerſi ſive

1 *Quid.* Dionyſ. 2 *Si quidem.* Dionyſ. 3 *Ifta.* Dionyſ. 4 *Confeſſionibus nam tuarum.... Sunt quæ* Dionyſ.
5 *Siquidem iuxta.* Dionyſ. 6 *Non enim juſtum.* Dionyſ.
7 *Nunc autem.* Dionyſ. 8 *Quidem tua prophana dogmata, fenitas autem & docras &c.* Dionyſ.
9 *Eccleſia* Dionyſ.
10 *Irreprehenſibiliterque.* Dionyſ.
11 *Subſtantiam carnis inſtar rem Dei Verbi eſſentiam commutatam.* Dionyſ.

re creditur ad proprium corpus. Unus igitur A eſt Chriſtus Filius dominus noſter, non velut conjunctione qualibet, ut in unitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum: non enim poteſt unire naturas ſola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Joannes æqualis ſunt alterutrum dignitatis, propter quod & apoſtoli & ſancti diſcipuli eſſe monſtrantur: verumtamen, uterque non unus eſt, nec juxta conlationem, vel connexionem, modum conjunctionis advertimus; hoc enim, ad unitatem non ſufficit naturalem, nec ſecundum participationis affectum, ſicut nos etiam adhærentes domino, *unus cum eo ſpiritus* ſumus, imo potius conjunctionis nomen evitamus, tamquam non exiſtens idoneum quod ſignificet unitatis B arcanum: ſed neque Deum aut dominum Chriſti verbum Dei patris adſerimus, ne iterum manifeſtius in duo dividamus unum Chriſtum Filium & dominum, & in crimen ſacrilegii recidamus, Deum illi ſeipſum facientes & dominum. Unitus quippe ſicut ſuperius diximus Deus verbum carni ſecundum ſubſiſtentiam, Deus quidem eſt omnium & [1] dominatur univerſitati. Verumtamen nec ſervus & ſibi ipſe, nec dominus, quia ineptum eſt vel potius impium hoc ſentire vel dicere. Quamvis enim Deum ſuum patrem dixerit, cum Deus ſit etiam ipſe natura, & de illius eſſentia, tamen nullatenus ignoramus quod manens Deus, homo quoque factus ſit, qui ſub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis exiſteret, ipſe vero [2] ſibi vel Deus poterit eſſe vel dominus? ergo ſicut homo quanto decenter exanimationis menſuræ congruit, ſub[3] Deo ſe nobiſcum eſſe diſſeruit; hoc etiam modo ſub lege factus eſt, quamvis ipſe promulgaverit legem, & legislator ut Deus extiterit. Cavemus autem de Chriſto dicere, propter adſumentem veneror adſumptum, & propter inviſibilem adoro viſibilem. Horrendum vero ſuper hoc etiam illud adjicere, is qui ſuſceptus eſt cum eo qui ſuſcepit [4] quod nuncupatur Deus: qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Chriſtos eum qui unus eſt, hominem ſeorſum in parte, & Deum ſimiliter in parte conſtituens. Evidenter enim D [5] dividit unitatem, quam non alter cum altero coadoratur, aut [6] quod nuncupatur Deus, ſed unus intelligitur Chriſtus Jeſus Dei Filius, unigenitus, una ſervitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam quod idem ipſe, qui ex Deo patre natus eſt Filius, unigenitus Deus, licet juxta naturam ſuam expers paſſionis extiterit, pro nobis tamen ſecundum ſcripturas [7] perpeſſus ſit & erat in cruce fixo corpore propriæ carnis impaſſibiliter ad ſe referens paſſiones: *gratia vero Dei, pro omnibus guſtaverit mortem*, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipſe vita ſit & reſurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in ſua carne *primogenitus ex mortuis* fieret, & *primitiæ dormientium*, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recurſum, gratia Dei, ſicut ſupra dictum eſt, pro omnibus guſtavit mortem, & tertio die reſurgens ſpoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur, quod per hominem facta ſit reſurrectio mortuorum: tamen intelligimus hominem factum verbum quod ex Deo eſt, per ipſum mortis imperium fuiſſe deſtructum: veniet autem temporibus præfinitis, ſicut unus eſt Filius & dominus; in gloria patris ut judicet orbem terrarum in æquitate, ſicut ſcriptura teſtatur. Neceſſario igitur & hoc adjicimus, adnunciantes enim ſecundum carnem mortem unigeniti Filii Dei, id eſt Jeſu Chriſti, & reſurrectionem ejus, & in cœlis aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in eccleſiis ſacrificii ſervitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus & ſanctificamur, participes ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti, [7] ſicut communem carnem percipientes, quod abſit: nec ut viri ſanctificati & verbo conjuncti ſecundum dignitatis unitatem, aut ſicut divinam poſſidentis habitationem, ſed ut vere vivificatricem, & ipſius verbi propriam factam, vita enim naturaliter ut Deus exiſtens, quia propriæ carni unitus eſt, vivificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideo quamvis dicat ad nos, *amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis exiſtimare debemus, quomodo enim juxta naturam ſuam vivificatrix eſſe caro hominis poterit; ſed ut vere propriam ejus factam, qui propter nos filius hominis, & factus eſt & vocatus. Eas autem voces, quas ſalvator noſter in evangelio protulit, non in duabus ſubſiſtentiis, aut perſonis omnino partimur. Non C enim duplex eſt unus Chriſtus & ſolus, quamvis ex duabus, diverſiſque rebus ad unitatem cognoſcatur individuam conveniſſe; ſicut homo quoque ex anima conſtans & corpore non duplex potius ſed unus eſt ex utroque. Humanas ergo & divinas inſuper voces ab uno Chriſto dictas animadvertentes recte ſentimus. Cum enim Deo digniſſime loquitur de ſeipſo: *qui me videt, videt & Patrem*: & *ego & Pater unum ſumus*, divinam ejus intelligimus, ineffabilemque naturam, ſecundum quam unum eſt cum Patre ſuo, propter unam eandemque ſubſtantiam, imago & character, ſplendorque gloriæ ejus exiſtens. Cum vero humanæ naturæ menſuram nullatenus inhonorans Judæos alloquitur, *nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus ſum*. Item non minus eum, qui in ſimilitudine & æqualitate Patris eſt, Deum verbum etiam in menſuris humanitatis ejus agnoſcimus. Si autem neceſſario creditur, quod natura Deus exiſtens factus ſit caro, imo potius homo animatus anima rationali, quæ cauſa eſt, ut in [8] ejus quilibet vocibus erubeſcat, ſi eas homine dignas effatus eſt? quod ſi ſermones homini congruentes [9] abjicit juxta nos hominem fieri quis coegit? cum vero ſe propter nos ad exinanitionem ſpontaneam miſericorditer inclinaret; quam ob cauſam dignos exinanitione ſermones effugerit? Uni igitur perſonæ cunctas ejus in evangelio voces adſcribimus, uni ſubſiſtentiæ, E verbi ſcilicet incarnati, quia unus eſt dominus Jeſus Chriſtus, ut ſcriptum eſt. Appellatum vero apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ tanquam ſacrificantem Deo & Patri fidei noſtræ confeſſionem, & quæ a nobis ipſi & per ipſum Deo & Patri inceſſanter offertur. Iterum eum dicimus, qui ex Deo eſt ſecundum naturam Filius unigenitus, nec homini præter eum alteri ſacerdotii nomen & officium deputamus.

Fa-

1 *Dominator Univerſitatis*. Dionyſ. 2 *Quomodo ſibi*. Dionyſ. 3 *Communcupatur*. Dionyſ.
4 *Denegat unitatem, ſecundum quam*. Dionyſ. 5 *Communcupatur*. Dionyſ. 6 *Carne perpeſſus*. Dionyſ.
7 *Non ut communem*. Dionyſ. 8 *In eis* Dionyſ. 9 *Adjecit*. Dionyſ.

Factus eſt enim mediator Dei & hominum, & reconciliator ad pacem ſemetipſum Deo & Patri pro nobis offerens in odorem ſuavitatis: ideoque [1] *Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfeciſti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam voluntatem tuam.* Obtulit enim proprium corpus non pro ſe, ſed pro nobis in odorem ſuavitatis. Nam qui pro ſe oblatione vel ſacrificiis indigeret ab omni peccato liber ut Deus exiſtens? Quod ſi omnes peccaverunt, & egent gloria Dei ſecundum hoc quod ſumus ad mutabilitatis exceſſum [2] promptiores effecti, & peccatis ægrotavit humana natura, ipſe vero non ita: ideoque nos gloria ejus [3] evincimur, cur erit ultra jam dubium quod agnus verus propter nos & pro nobis ſit immolatus? qui dicit autem quia ſemetipſum tam pro ſe quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet: cum nihil prorſus iſte deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum qua igitur egeret oblatione nullo ſuo excitante facinore, pro quo ſi eſſet ſatis admodum convenienter offerret? De ſpiritu quoque cum dicit, *ille me glorificavit*, hoc rectiſſime ſentientes unum Chriſtum & Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur a ſpiritu ſancto gloriam conſecutum, quia ſpiritus ejus nec melior nec ſuperior illo eſt; ſed quia mira opera faciens ad demonſtrationem ſuæ deitatis virtute proprii ſpiritus utebatur, ab ipſa glorificari dicitur. Quemadmodum ſi quis de hominibus adſeveret, quod virtus ſua ſeu diſciplina quælibet unumquemque clarificet, quamvis enim in ſua ſit ſubſiſtentia ſpiritus & ejus intelligatur in perſona proprietas juxta id quod ſpiritus eſt & non Filius, attamen alienus non eſt; ab illo enim ſpiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt, unde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Deo [4] Patre procedit. Denique hic ipſe Spiritus etiam per ſanctorum manus apoſtolorum miracula glorioſa perficiens dominum gloriſicavit Jeſum Chriſtum poſtquam aſcendit in cœlum. Nam creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtens, per ſuum ſpiritum virtutes efficiens, ideoque dicebat; *de meo accipiet & adnunciabit vobis*. Nequaquam vero participatione alterius idem ſpiritus ſapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus eſt, & nullo prorſus indigens bono. Nam paternæ virtutis & ſapientiæ, id eſt filii ſpiritus creditur, & ideo ipſa re & ſubſiſtentia virtus & ſapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta ſubſiſtentiam ſancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem eſſe profitemur, non quod verbi natura exiſtendi principium de carne ſortita ſit; *erat* enim *in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum*, & ipſe eſt conditor ſæculorum, Patri coæternus, & univerſitatis creator. Sed quod ut ſuperius diximus juxta ſubſiſtentiam ſibimet veniens humanam naturam, nativitatem ſuſtinuerit ex ipſa vulva corpoream, non quod eguerit neceſſario aut propter ſuam naturam, nativitate iſta, quæ eſt in extremis ſæculi facta temporibus: ſed ut ipſa benediceret ſubſtantiæ noſtræ primitias. Et dum eum carni unitum mulier edidiſſet, illa quæ adverſus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, deſineret, nec jam morti noſtra corpora deſtinaret. Illud quoque quod dictum eſt, *in triſtitia paries filios*, ipſe diſſolvens, verum eſſe monſtraret quod prophetæ voce prædixerat: *Abſorpta eſt mors in victoria*: & iterum; *abſtulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*, propter hanc etenim cauſam dicimus eum diſpenſatorie & ipſis benedixiſſe tunc nuptiis, cum in Canan Galileæ cum ſanctis vocatus apoſtolis adeſſe dignatus eſt. Hæc ſapere ſumus edocti a ſanctis apoſtolis & evangeliſtis, & ab omni ſcriptura divinitus inſpirata, nec non & a beatis patrum confeſſionibus veritate ſubnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare, & præter aliquem dolum vel fictionem conſentire convenit: quæ vero religionem tuam anathematizare neceſſe eſt, huic epiſtolæ noſtræ ſubjecta ſunt: quod ſi minime, eiſdem ſubjectis ſententiam conſequeris.

I. Si quis non confitetur Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propter hoc ipſum Dei genitricem ſanctam virginem, peperit enim carnaliter verbum, quod ex Deo eſt, ſecundum quod ſcriptum eſt, *& verbum caro factum eſt*: anathema ſit.

II. Si quis non confitetur carne ſubſtantialiter unum eſſe verbum Patris, unum quoque eſſe Chriſtum cum propria carne, & eumdem ipſum ſine dubio Deum ſimul & hominem, anathema ſit.

III. Si quis in uno Chriſto dividit ſubſtantias poſt unitionem ſola eas ſocietate conjungens ea quæ ſecundum dignitatem eſt, vel etiam authoritatem, aut poteſtatem, & non magis conventu ad unitatem naturalem: anathema ſit.

IV. Si quis duabus perſonis vel ſubſiſtentiis decernat eas voces quæ tam in evangelicis, quam apoſtolicis literis continentur, vel etiam eas quæ de Chriſto a ſanctis dicuntur, vel ab ipſo Chriſto de ſe ipſo, & aliquas quidem ex his tanquam homini præter Dei verbum ſpecialiter intelligat, applicandas crediderit, aliquas vero tanquam Deo dignas ſoli verbo Dei Patris deputaverit; anathema ſit.

V. Si quis audet dicere Chriſtum hominem ἀνθρωπον θεοφόρον, id eſt, hominem Deo utentem, ſe aſportantem, & non Deum eſſe veraciter dixerit, tanquam unicum Filium per naturam, ſecundum quod verbum caro factum, participaverit nobis ſimiliter carne & ſanguine; anathema ſit.

VI. Si quis dicit Deum vel dominum eſſe Chriſtum Dei patris verbum, & non magis eumdem ipſum confitetur Deum & hominem ſimul, propter quod verbum caro factum eſt, ſecundum ſcripturas; anathema ſit.

VII. Si quis dicit tanquam in hominem Jeſum Deum verbum fuiſſe operatum, & unigeniti dignitatem, tanquam alteri præter ipſum exiſtenti, tribuit; anathema ſit.

VIII. Si quis audet dicere adſumptum hominem coadorari cum Deo verbo oportere, & [5] communem pari Deum, tanquam alterum cum altero, adjectio enim unius ſyllabæ hoc cogit intelligi, & non magis una reverentia veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod verbum caro factum eſt; anathema ſit.

IX. Si

1 *Ideoque dicebat*. Dionyſ. 2 *promptiores*. Dionyſ. 3 *egemus*. Dionyſ. 4 *ex Deo procedit*. Dionyſ. 5 *communemque pari*. Dionyſ.

IX. Si quis unum dominum Jeſum Chriſtum glorificatum dicit a Spiritu ſancto, tanquam ab aliena virtute, qua per eum uteretur, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos ſpiritus, & per eum impleſſe divina ſigna, & non magis ejus proprium eſſe ſpiritum dicat ſicut & patris, per quem ſigna operatus eſt; anathema ſit.

X. Pontificem & apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum divina ſcriptura commemorat. Obtulit enim ſemetipſum pro nobis Deo patri in odorem ſuavitatis: ſi quis ergo pontificem & apoſtolum noſtrum alium dixerit eſſe factum, præter quam ipſum Deum Dei verbum, quando factum eſt caro, & ſecundum nos homo, ſed quaſi alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere; & ſi quis dicit, quia pro ſe obtulit ſeipſum oblationem, & non magis pro nobis ſolis, non enim indiguit oblatione qui peccatum neſcivit; anathema ſit.

XI. Si quis non confitetur carnem domini vivificatricem eſſe tanquam propriam ipſius Dei verbi, ſed quaſi alterius cujuſpiam præter ipſum, conjuncti quidem ſecundum dignitatem, aut ſecundum quod ſolam divinam inhabitationem habuerit: & non potius ut diximus vivificatricem eſſe, quia facta eſt propria verbi Dei, cui omnia vivificare poſſibile eſt; anathema ſit.

XII. Si quis non confitetur Deum verbum carne paſſum eſſe, & carne crucifixum, & mortem carne guſtaſſe, factumque primogenitum ex mortuis, ſecundum quod eſt & vita, & vivificator ut Deus; anathema ſit.

Explicit epiſtola S. Cyrilli.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ.

* abeſt a cod. Seg. hoc proœmium.

* Τῶ αὐτῶ Κυρίλλω ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως· ἐν ᾗ γράφει, ὥστε μὴ προσέχειν αὐτοὺς τῆ διδασκαλία τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, μηδὲ μιὰν κοινωνεῖν αὐτῶ, εἰ μὴ λύκος ἀντὶ ποιμένος· ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρίζεσθαι ἐν κυρίω, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν τηρεῖν ἀπαραχάρακτον. ἔτι τε γράφει καὶ καινοὺς εἶναι τοὺς ἐκβληθέντας παρὰ Νεστορίου, ἀντειπόντας αὐτοῦ τῆ διδασκαλία.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ λαῶ Κωνσταντινουπόλεως, Κύριλλος ἐπίσκοπος, καὶ ἡ συνελθοῦσα συνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν κυρίω χαίρειν.

CAPUT XXVII.

Ejuſdem Cyrilli epiſtola ad clerum populumque Conſtantinopolitanum: in qua ſcribit, ne attendant impiæ doctrinæ Neſtorii hæretici, neve ipſi communicent, ſi pro paſtore manet lupus: ſed magis viriliter agant in domino, & ſuam fidem conſtantem ſervent: præterea ſcribit, ſe communicare cum iis, qui a Neſtorio ejecti ſunt, quod ejus doctrinæ contradixerint.

Dilectiſſimis ac deſideratiſſimis fratribus, presbyteris, diaconis, populoque Conſtantinopolitano, Cyrillus epiſcopus, & ſynodus quæ ex Ægyptiaca diœceſi Alexandriam convenit, in domino Sal.

Ὄψε μὲν, καὶ μόλις ἤλθομεν ἐφ' ὅπερ ἐχρῆν ἅπαντας ἐν ἀρχαῖς ἐλθεῖν, τὸ φροντίδα ποιεῖσθαι φαμὲν τῆς ἁπάντων ὑμῶν σωτηρίας, καὶ τὸ μὴ χρῆναι παθεῖν τὴν ἐπὶ τῆ πίστει θόρυβον. ἀπολογούμεθα δὲ πρὸς ὑμᾶς καὶ διὰ τοῦτο λύπαις. διεπλέσαμεν γὰρ ἐκ ἀδακρυτὶ τὸν παρωχηκότα καιρόν· προσεδοκῶμεν δὲ, ὅτι συμβουλαῖς καὶ παραινέσεσιν ἐκκλησιαστικαῖς, ἃς πρὸς παντὸς ὑμῶν ἐλέγχοις μεταστήσεται μὲν τῆς ἀπηχέσεως ἑαυτῶ δογμάτων ὁ ἀλλοτριώτατος ἐπίσκοπος Νεστόριος, τιμήσει δὲ μεθ' ἡμῶν τὴν πίστιν, τὴν παραδοθεῖσαν πρὸς ἐκκλησίας παρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ κηρύκων, καὶ παρὰ παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος, καὶ πρὸς διὰ τῶν ἁγίων πνευμάτων φωναῖς εἰς τὸ ἔχειν ὀρθῶς καὶ σφραγισμένην. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐξ ὧν παρ' ὑμῖν ἐπ' ἐκκλησίας λαλῶν ὁ πλείστη, καὶ ἐκ τῶν ἐγγράφως ἐξηγήσεων αὐτοῦ πεπλανημένον εὑρίσκομεν, καὶ ὁ μετέπειτα δυσεβοῦντα φανερὸν τὴν πίστιν· λοιπὸν ἀναγκαίως ἤλθομεν ἐπὶ τὸ χρῆναι διὰ συνοδικῶν γραμμάτων αὐτῶ διαμαρτύρασθαι, ὡς εἰ μὴ ἀποχοιτο τὴν ταχίστην τῶν ἑαυτοῦ καινοτομιῶν, καὶ κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου Κελεστίνου. ἀναθεματίσει μὲν

SERIUS & vix tandem eo devenimus, quo initio venire oportebat, nempe ut communis omnium veſtrum ſalutis curam ſuſciperemus, nec vos in re fidei tumultu quaſſari permitteremus. Ceterum veſtris hiſce querelis reſpondemus, nos præteritum tempus non abſque luctu & lacrymis exegiſſe, expectantes ut venerabilis epiſcopus Neſtorius cum conſiliis & admonitionibus eccleſiaſticis, tum veſtrum quoque omnium increpationibus permotus, a perverſis illis abſurditique ſuis dogmatibus recederet, fidemque a ſanctis apoſtolis, & evangelicis ſcriptoribus, nec non ab univerſo ſacerdotum ordine eccleſiis traditam, ſanctorumque prophetarum vocibus & oraculis, ne quid detrimenti capiat, obſignatam una nobiſcum veneratus complecteretur. Quia vero partim ex his quæ publice apud vos pro concione proponere non ceſſat, partim rurſus ex editis ab illo exegeſibus, graviter eum ſeductum, nec vulgari quoque perfidia & impietate irretitum comperimus; ad eam neceſſitatem adacti ſumus, ut ſynodicis literis teſtatum illi faceremus, quod niſi quam celerrime, hoc eſt, intra præfinitum a Cæleſtino ſanctiſſimo Romanæ eccleſiæ epiſcopo dierum ſpatium, a doctrinæ tuæ novitatibus abſtinuerit, eaque quæ apud vos docuit,

1 In omnibus Mſſ. legitur in fine epiſtolæ *Data menſis Novembris die XXX. Indict. XIV.* Hardulnus.
2 Vetus verſio legitur infra in vet. hujus Concilii verſione cap. 9.

ſuiſque libris, qui apud nos etiam reperiuntur, inſeruit, vel inſeri ſane curavit, ſuo chirographo anathematizet; nullum conſortium, neque ullum in poſterum inter ſacerdotes Dei locum habiturum eſſe, ſed ab omnium ſocietate prorſus alienum fore.

Nemo autem hanc qualemcumque cunctationem vitio nobis vertat. Neque enim grege tam numeroſo, imo vero omnibus, quotquot ubivis gentium verſantur, populis & eccleſiis perturbatis dormitavimus, ſed peritorum medicorum induſtriam hac in parte imitati ſumus. Hi enim morbos & vulnera in humano corpore naſcentia non ſtatim igne aut ferro atrociter curant, ſed vulnere levioribus primo medicamentis delinito, tempus præſtolantur uſtioni & ſectioni opportunum. Quamobrem viri eſtote in Chriſto, fideque quam ſemel accepiſtis, conſtanter ſervata, Chriſto uni & ſoli & vero Dei Filio placere ſatagite; memores ſanctorum patrum noſtrorum, qui ſancte inculpateque ſacerdotio apud vos functi ſunt, quique dum viverent, ſacram virginem deiparam nominabant. Peperit enim illa Emmanuelem, qui verus eſt Deus. Verbum namque caro factum eſt; & quo ejus nos fratres evaderemus, qui eſt ſuper omnem creaturam; ex muliere ſecundum carnem natus eſt. Prædicabant autem illi apud vos non duos Chriſtos, ſed unum tantum; eumdem nimirum Deum verum, & hominem rurſus ſecundum carnem ex muliere ortum: non hominem nudum, illa tantum copula Deo conjunctum, quæ in ſola dignitatis, vel auctoritatis æqualitate cernitur; (hæc enim frigida, & inutilia, & anilia Neſtorii ſunt dogmata.) Addebant his; illum ipſum mortem noſtri cauſa ſecundum carnem perpeſſum, mortiſque imperio divina virtute proculcato, ex mortuis denuo reſurrexiſſe, univerſorum tamdem judicem olim venturum eſſe. Hanc in vobis fidem identidem exſuſcitantes, immaculatos & inculpatos vos conſervate, nullum prorſus commercium cum memorato Neſtorio habentes, nec aures illi accommodantes, ſi pro paſtore lupus eſſe perrexerit, & poſt hanc noſtram admonitionem ad illum deſtinatam perverſa ſapere non deſtiterit. Denique cum iis clericis & popularibus quoque, qui propter rectam fidem ab illo excommunicati, vel gradu moti ſunt, nos libere communicamus, injuſtam illius ſententiam minime approbantes, ſed eos potius qui illa perpeſſi ſunt, commendantes, illudque eis dicentes: *Beati eſtis, ſi propter Dominum exprobramini; quoniam virtutis & Dei Spiritus ſuper vos requieſcit.*

ἐγγράφως ἐκεῖνα, ἅπερ εἰρηκέ τι παρ' ὑμῖν, καὶ βιβλίοις ἐνέθηκεν, ἢ γὰν ἐνεθήκατο παρεσκεύασεν, αἵ τε παρ' ἡμῖν εἰσιν, ἐδεύθη κοινωνίας ἔχει τόπον πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔσαι πάντων ἀλλότριος.

Αἰτιάσθω δὲ μηδεὶς τινὰ μέλλησιν· οὐ γὰρ ἐνυπαξάμεν θορυβουμένης ὅπω μεγάλης ἐκκλησίας, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἀπανταχόσε λαῶν καὶ ἐκκλησιῶν· ἐμιμησάμεθα δὲ τοὺς ἐμπείρους ἰατροὺς ἐχοντας ἐμπειρίαν, οἳ τὰ ἐν τοῖς σώμασι γινόμενα τῆς παθῶν οὐκ ἀθρόως ταῖς διὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ἐπιφέρουσιν ἀνάγκαις. ἀλλ' ἤπιοις ἐν ἀρχαῖς φαρμάκοις καταμαλάσσουσι, περιμένοντες τὸν ταῖς τομαῖς ἁρμόττοντα καιρόν. ἀνδρίζεσθε τοίνυν ἐν κυρίῳ, καὶ τινὶ ἑαυτῆς πίστιν τηρεῖτε ἀπαραχόμισον, ἀρεστεῖν σπουδάζετε τῷ Χριστῷ, τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ ἀληθῶς υἱῷ τοῦ Θεοῦ· μεμνημένοι καὶ τῆς ἁγίων ἡμῶν πατέρων, τῆς ἱεραπρεπῶν ὀρθῶς καὶ ἁγίως παρ' ὑμῖν, οἳ καὶ ἔτι περιόντες θεοτόκον ὠνόμαζον τινὰ ἁγίαν παρθένον. τέτοκε γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς ἐστὶ θεὸς ἀληθῶς. γέγονε δὲ σαρξ ὁ λόγος, καὶ γενόμενος σαρκικῶς ἐκ γυναικός, ἵν' ἡμεῖς ἀρεσθῶμεν ἀδελφοὶ τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. ἐκήρυσσον δὲ οἱ δύο παρ' ὑμῖν Χριστούς, ἀλλ' ἕνα, τὸν αὐτὸν Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· οὐ συναφείᾳ ψιλῇ, καὶ ὡς ἐν ἰσότητι μόνῃ τῆς ἀξιωμάτων συνημμένον ἄνθρωπον Θεῷ. ταῦτα γὰρ ἐκείνου τὰ ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ καὶ γραώδη δόγματα. τὸν αὐτὸν δὲ καὶ παθεῖν ἕφασκον σαρκικῶς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν θάνατον. καὶ ἀναστῆναι θεϊκῶς πατήσαντα τὸ τοῦ θανάτου κράτος. ἥξειν τε ἔφασκον τῆς ὅλων κριτήν. ταύτῃ ἐν ἑαυτοῖς ἀναζωπυροῦντες ἀεὶ τὴν πίστιν, ἀσπίλους καὶ ἀμώμους ἑαυτοὺς τηρήσατε, μήτε κοινωνοῦντες τῷ μνημονευθέντι, μήτε μὴν ὡς διδασκάλῳ προσέχοντες, εἰ μένει λύκος ἀντὶ ποιμένος. καὶ μὴ ταύτῃ ἡμῶν τὴν ὑπόμνησιν τὴν πρὸς αὐτὸν γεγομένην, φρονεῖν ἔλειπτο τὰ διεγραμμένα. τοῖς δέγε τῆς κληρικῶν, ἤτοι λαϊκῶν διὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν κεχωρισμένοις, ἢ καθαιρεθεῖσι παρ' αὐτοῦ, κοινωνοῦμεν ἡμεῖς. οὐ τὴν ἐκείνου κυροῦντες ἄδικον ψῆφον. ἐπαινοῦντες δὲ μᾶλλον τοὺς πεπονθότας, κἀκεῖνο λέγοντες αὐτοῖς. εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα εἰς ὑμᾶς ἀναπέπαυται.

1. Pet. 4. 14.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κή.

Τῦ αὐτῦ κ τῆς αὐτῆς συνόδου, πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχούς.

Τοῖς ἀληθεστάτοις, κ θεοφιλεστάτοις πατράσι μοναστηρίων, τοῖς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, Κύριλλος κ ἡ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συναχθεῖσα ἁγία σύνοδος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΗΝ θεοσεβείας ὑμῶν τὸν ζῆλον, ὃν ἐν Χριστῷ πεποίησθε βλασφημουμένῳ, κ τοῦτο ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ὑμῶν ὀρθοδόξων, μεμαθήκαμεν ἀκριβῶς. κ σφόδρα μὲν ἐπῃνέσαμεν τῆς ἕνωσις ὑμᾶς τῆς εἰς Χριστόν, κ ἀγάπης τῆς εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. κλαίοντες δὲ διαπλεύσαμεν, κ παρακαλοῦντες τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν, ὧν θράσαι τινὰ τῷ διαβόλῳ παγίδα, κ περιελεῖν τῆς ἐκκλησιῶν τὸ σκάνδαλον. κ φανῦσαι τὰς κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ δυσφημίας. ἐπεὶ δέ ἐστι μακρόθυμος, καιρὸν μετανοίας ἐπεδαψιλεύσατο τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, σιωπώντων πάντων τῶν ἐπ' αὐτῷ, κ περιμενόντων, ὅπερ ἴσως ἅπασι δῆλόν ἐστι, τὸ μετανοῆσαι μὲν αὐτὸν τῆς βλασφημίας καινοφωνίας. φρονῆσαι δὲ μεθ' ἡμῶν τὰ ὀρθὰ κ εἰκότα, κ ταῖς θεοπνεύστοις συμβαίνοντα γραφαῖς, ἐλεύσεσθαι τε τὴν πίστιν τὴν παραδοθεῖσαν ἄνωθεν ταῖς ἐκκλησίαις παρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων κ εὐαγγελιστῶν, οἳ κ γεγόνασιν οἰκονόμοι γνήσιοι τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, κ ἱεραρχεῖν ἐτάχθησαν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἐπειδὴ δὲ μεμένηκεν ἐν τοῖς αὐτοῖς, τὰ χαθέντα κ ἐν χείροσι γέγονε, προσθεὶς ἀεὶ δυσφημίας ἐπὶ δυσφημίαις, κ ξένα κ ἀλλότρια παντελῶς ἐξηγούμενος δόγματα, ἃ μὴ οἶδεν ὅλως ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία· ἐδικαιώσαμεν * ὑπομνησθέντι ξίτῳ γράμματι, τούτῳ δὴ τῷ πεμφθέντι παρά τε ἡμῶν, κ τοῦ ὁσιωτάτου κ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν κ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου, τοῦ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἐπισκόπου.

* ὑπομνησθέντι

Εἰ μὲν ἔλοιτο μετανοῆσαι, κ ἐφ' οἷς εἶρηκε δακρύσας, ἀναθεματίσαι μὲν ἐγγράφως τὰ διεστραμμένα ἑαυτοῦ δόγματα, ὁμολογῆσαι δὲ ὀρθῶς κ ἀνεπιλήπτως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν πίστιν, μένειν αὐτὴν, συγγνώμης αἰτοῦντα, κ ἃ δεῖ μανθάνοντι. εἰ δὲ μὴ ἔλοιτο τοῦτο πρᾶξαι, ἀλλότριον αὐτὸν εἶναι κ ξένον τοῦ χοροῦ τῶν ἐπισκόπων, κ τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος. ὁ γὰρ ἐστιν ἀκίνδυνον ἐν εἴδει προβάτου λύκον ἐπαφεῖναι δεινὸν, τοῖς τοῦ σωτῆρος προβάτοις. ἀνδέχεσθε τοίνυν ὡς ὄντως * Χριστοῦ, κ φροντίσατε τῶν ἰδίων ψυχῶν, πάντα πράττοντες ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. κ ὅπως ἂν ἡ εἰς αὐτὸν πίστις, ὀρθὴ κ ἀκατηγόρητος πανταχοῦ. τοῦτο γὰρ ὑμᾶς κ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀπαλλάξει, κ ἐπὶ τοῦ θείου βήματος στεφάνων ἀξιωθῆναι παρασκευάσει, τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἕνεκα σύμπαντας ἀποδεχομένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ κ ποθεινότατοι.

* ὄντως

Rom. 16. 16.

CAPUT XXVIII.

Ejuſdem Cyrilli, ſynodique cum eo collectæ, ad monachos Conſtantinopolitanos Epiſtola.

Religioſiſſimis piiſſimiſque monaſteriorum patribus, qui ſunt Conſtantinopoli, Cyrillus & ſancta ſynodus Alexandriæ congregata, in domino Sal.

PIetatis veſtræ zelum, quem pro Chriſto publice in orthodoxorum eccleſia blaſphemiis appetito declaraſtis, plene didicimus, ſummiſque laudibus, ut æquum erat, dilectionem veſtram in Chriſtum & ejus nomen extulimus. At nos interim in lacrymis luctuque jacentes, Chriſtum univerſorum ſalvatorem obteſtamur, ut vel nunc tandem diſſipatis diaboli laqueis, eccleſiarum ſcandala præſcindat, maledictiſque gloriam illius inſectantes compeſcat. Quia vero longanimis eſt, pœnitentiæ tempus abunde ſatis Neſtorio hucuſque conceſſit, omnibus interea conticentibus, magnoque deſiderio expectantibus, ut profana illa vocum novitate relicta, quæ recta ac decentia, diviniſque ſcripturis conſentanea ſunt, nobiſcum ſaperet; fidemque per ſanctos apoſtolos & evangeliſtas, qui germani myſteriorum Chriſti diſpenſatores extiterunt, mandatumque ut evangelium illius univerſo terrarum orbi annunciarent, habuerunt, jam inde ab initio traditam ſuſciperet. At quia in iiſdem erroribus perſeverat, blaſphemiaſque blaſphemiis cumulans, ad deteriora ſubinde gradum facit, & peregrina alienaque dogmata, quæ ſancta Dei eccleſia nunquam agnovit, proponere non deſinit; æquum eſſe exiſtimavimus vel ternis literis illum commonefacere: quibus illæ quoque accedunt, quæ jam una cum noſtris poſtremis, a ſanctiſſimo piiſſimoque fratre & comminiſtro noſtro Cæleſtino magnæ urbis Romæ epiſcopo miſſæ ſunt.

Summa autem admonitionis hæc eſt; ſi quidem reſipiſcere, & ea quæ dixit, lacrymis diluere, ac dogmata quæ falſa propoſuit, ſcripto anathemate condemnare, & rectam tandem inculpatamque catholicæ eccleſiæ fidem volnerit agnoſcere; fore ut veniam, ſi tamen eam petat, & quæ oportet doceri ſe ſinat, promereatur. Sin vero ea facere recuſarit, ab epiſcoporum cœtu, nec non a magiſterii dignitate ſe prorſus alienum extorremque eſſe intelligat. Neque enim tutum eſt, lupum Chriſti gregibus infeſtum, ſub paſtoris ſpecie admittere. Viri itaque eſtote, &, ut ſervos Dei decet, animarum veſtrarum curam ſuſcipite, tum pro Chriſti gloria, & ut fides quæ in ipſum eſt, recta & ſincera ubique locorum annuncietur, nihil non tentate. Hoc enim vos & a futuris periculis liberabit, & coram divino tribunali corona dignos efficiet, Chriſto omnium noſtrum ſalvatore propter veſtram erga illum dilectionem laudante omnes & remunerante. *Salutate invicem in oſculo ſancto. Salutant vos fratres qui mecum ſunt.* Opto vos in Chriſto valere, dilecti & deſideratiſſimi fratres.

Rom. 16. 16.

CAPUT XXIX.

[1] Inſani Neſtorii anathematiſmi, Cyrilli anathematiſmis oppoſiti.

I. SI quis eum qui eſt Emmanuel, Deum verum eſſe dixerit, & non potius nobiſcum Deum; hoc eſt, inhabitaſſe eam quæ ſecundum nos eſt, naturam per id quod unitus eſt [2] noſtræ, quam de Maria virgine ſuſcepit: matrem etiam Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel eſt, nuncupaverit; ipſumque Dei Verbum in carnem verſum eſſe, quam accepit ad oſtentationem deitatis ſuæ, ut habitu inveniretur ut homo; anathema ſit.

II. Si quis in Verbi Dei conjunctione, quæ ad carnem facta eſt, de loco in locum mutationem [3] divina ſententia dixerit eſſe factam; ejuſque divinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter unitam carni; aut iterum in infinitum incircumſcriptæ naturæ, [4] cum extenderent carnem, accipiendum Deum; eumdemque ipſum natura & Deum dicat & hominem; anathema ſit.

III. Si quis non ſecundum conjunctionem unum dixerit Chriſtum, [5] qui etiam Emmanuel ſecundum naturam; ex utraque etiam ſubſtantia, tam Dei Verbi, quam etiam ab eo hominis ſuſcepti, [6] in una Filii connexione, quam etiam nunc inconfuſe ſervamus, minime confitetur; anathema ſit.

IV. Si quis eas voces, quæ tam in evangelicis, quam in epiſtolis apoſtolicis de Chriſto, qui eſt ex utraque [7] ſcriptæ ſunt accipiat tanquam de una natura; ipſique Dei Verbo tentat paſſiones tribuere, tam ſecundum carnem, quam etiam deitatem; anathema ſit.

V. Si quis unum eſſe poſt aſſumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere cum ſit Emmanuel; anathema ſit.

VI. Si quis poſt incarnationem Deum Verbum alterum quempiam præter Chriſtum nominaverit; [8] ſervi ſane formam initium non habere cum Deo Verbo, & increatam, ut ipſe eſt, dicere tentaverit, & non magis ab ipſo creatam confiteatur, [9] quam natura dominum & creatorem & Deum, quam & ſuſcitare propria virtute promiſit, *Solvite*, dicens *templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud*, anathema ſit. Joan. 2.

VII. Si quis hominem, qui [10] in virgine creatus eſt, hunc eſſe unigenitum dixerit, qui ex utero Patris ante Luciferum natus eſt, & non magis propter unitionem eum, qui eſt naturaliter unigenitus, Patris unigeniti appellatione confitetur participem factum; Jeſum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat; anathema ſit. Pſal. 109.

VIII. Si quis ſervi forma [11] pro ſeipſo, hoc eſt, ſecundum propriæ naturæ rationem, colendam eſſe dixerit, [12] & non omnium dominam; & non potius per ſocietatem, qua beatæ, & ex ſe naturaliter [13] domini unigeniti naturæ conjuncta eſt, veneratur, anathema ſit.

IX. Si quis formam ſervi conſubſtantialem eſſe dixerit Spiritui ſancto, & non potius per illius mediationem, [14] quæ eſt ad Deum Verbum, & ex ipſa conceptione habuiſſe dixerit conjunctionem, per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, [15] & ex hoc curandorum ſpirituum eveniebat eſſe poteſtatem; anathema ſit.

X. Si quis illum in principio Verbum, pontificem & apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe, ſeque ipſum obtuliſſe pro nobis dicat, & non Emmanuelis eſſe apoſtolum dixerit, oblationemque ſecundum eamdem rationem [16] ei tribuat, qui univit; ſi quis unitus ad unam communitatem filii hoc eſt, Deo quæ Dei & homini quæ ſunt hominis deputans, anathema ſit.

XI. Si quis unitam carnem, ex naturæ propriæ poſſibilitate vivificatricem eſſe dixerit, ipſo domino & Deo pronunciante: *Spiritus eſt qui vivificat, caro nihil prodeſt*: anathema ſit. *Spiritus eſt Deus*, at non pronunciatum eſt. Si quis: ergo Deum Verbum carnaliter ſecundum ſubſtantiam carnem factum eſſe dicat, hoc autem modo & ſpecialiter cuſtodit, & maxime in domino Chriſto poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis dicente: *Palpate & videte, quia ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me videtis habere*: anathema ſit. Joan. 6. 63.

XII. Si quis confitens paſſiones carnis, eas quoque tanquam Verbo Dei tribuit, quas etiam carni, in qua factus eſt, adhibuerit, non diſcernens dignitatem naturarum; anathema ſit.

KE-

---

1 Eſt fere verſio Marii Mercatoris pag. 116. edit. P. Garnerii. *Hard.* 2 Mſſ. *Maſſæ noſtræ* Hard.
3 Lege ex Mſſ. *divina eſſentia*: & mox: *partiliter*. Hard. 4 Lege ex Mſſ. *contenderit carnem ad capiendum Deum*. Hard. 5 Lege ex Mſſ. *Qui eſt etiam Emmanuel, ſed ſecundum naturam*. Hard.
6 Lege ex Mſſ. *unam Filii connexionem*: & mox: *ſervant*. Hard. 7 Mſſ. addunt, *natura*. Hard.
8 Mſſ. *ſervique formam*. Hard. 9 Mſs. *tanquam a naturali domino & creatore & Deo*. Hard.
10 Mſs. *de Virgine*. Hard. 11 Lege ex Mſs. *per ſeipſum*. Hard. 12 Lege ex Mſs. *& omnium rerum dominam eſſe*. Hard. 13 Mſs. *dominica*. Hard. 14 Mſs. *eam quæ eſt ad Deum Verbum ab ipſa &c.* Hard.
15 Mſs. *& ex qua curandorum*. Hard. 16 Lege ex Mſs. *dividat, ei qui univit, & ei quæ unitus eſt: ad unam ſocietatem Filii*: & mox: *non deputans*. Hard.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Δέησις Βασιλείου διακόνου καὶ λοιπῶν μοναχῶν.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ τιμιωτάτοις, καὶ τιμιομίοις παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, χριστιανοῖς βασιλεῦσι, * Φλαυίοις Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, δέησις, εἴτουν παράκλησις παρὰ Βασιλείου διακόνου καὶ ἀρχιμανδρίτου, καὶ Θαλασσίου ἀναγνώστου καὶ μοναζόντων, καὶ λοιπῶν χριστιανῶν μοναχῶν.

* Φλαυίῳ Φλαυίοις

CAPUT XXX.

Baſilii diaconi, & reliquorum monachorum ſupplicatio.

Piiſſimis & honoratiſſimis, Deoque & hominibus dilectis, Chriſtianis imperatoribus, Flaviis Theodoſio & Valentiniano, Baſilii diacono & archimandrita, & Thalaſſii lectoris & monachi, reliquorumque Chriſtianorum monachorum ſupplicatio, ſeu exhortatio.

ά.

I.

* ἀναξιόμνητον

Η' ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙ'Α, τοῦ Θεοῦ, ἡ * ἀναξιομνήτων παρὰ ἀνθρώποις καλῶν μετουσίαν δωρησαμένη τε καὶ δωρουμένη τῇ φύσει τῇ ἀνθρώπων, ὑπὲρ πάσι, καὶ ἐπὶ πᾶσίν ἐστιν. ὑπὲρ τούτοις δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δώροις ὑπάρχειν ἡ ἀληθινὴ γνῶσις, καὶ τὸ μῖσος τῆς ψευδωνύμου γνώσεως· ὥστε εἰδέναι ἡμᾶς τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν, καὶ ἐπισκόπων ἁγίων, συνεργούντων καὶ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, παραδοθεῖσαν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ πίστιν. πρῶτον ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, τοῦ πρωτοστάτου, εἰπόντος, κατὰ ἀποκάλυψιν καὶ γνῶσιν καὶ ὁμολογίαν καὶ παράδοσιν τοῖς μετ' ταῦτα· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· Ἰακώβῳ ἀποστόλῳ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ, Ἰωάννῃ ἀποστόλῳ καὶ εὐαγγελιστῇ, καὶ λοιπῶν εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, καὶ πάντων τῶν πιστευσάντων καὶ πιστευόντων τῇ ὁμουσίῳ τριάδι· Εἰρηναίῳ, Γρηγορίῳ τῷ μεγάλου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας. τῆς ἁγίας συνόδου τῶν ρπ'. ἐπισκόπων, τῶν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθείσης κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἥτις καθεῖλεν αὐτὸν διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὸν Χριστὸν φύσει Θεὸν, καὶ υἱὸν Θεοῦ πάντος· τῆς ἐν Νικαίᾳ μεγάλης καὶ ἁγίας συνόδου τῶν τιη'. ἐπισκόπων, τῆς βεβαιωσάσης τὸν ὅρον τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ· Βασιλείου καὶ Γρηγορίου ἀδελφῶν ἐπισκόπων, Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου, Γρηγορίου ἐπισκόπου, Ἀμμωνίου ἐπισκόπου, Οὐιταλίου ἐπισκόπου, Ἀμφιλοχίου, Παύλου, Ἀντιόχου, Εὐσταθίου, Μεθοδίου, Ὀπτίμου, Λεπορίου, Ἀμβροσίου Μεδιολανῶν· ὅλης τῆς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδου· Ἰωάννου, Σεβηριανοῦ, Ἀττικοῦ ἐπισκόπου, Κυρίλλου, τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ νῦν ζῶντος, καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐξακολουθοῦντες. οὐδεὶς μὲν οὖν ἀνθρώπων δύναται πάντας τοὺς πιστοὺς ἐξαριθμήσασθαι, τοὺς πιστεύσαντας καὶ πιστεύοντας εἰς Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὄντως ἀληθινός Θεός ἐστιν. οὐ γὰρ, ἐπειδὴ δι' ἡμᾶς ἐγένετο ἄνθρωπος, μένας ὁ ἐν Θεὸς, ὡς καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια διέμαθεν, ἤδη καὶ τὸ, ἐν, ἀρνησόμεθα. ἀλλὰ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν, καὶ κηρύττομεν, ὅτι ὁ πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς λόγος, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν

IMMENSA Dei benignitas & clementia, quæ mortalium genus ſuis donis & bonis nunquam cumulare deſinit, in omnibus & ſuper omnia conſpicua eſt. Porro autem inter alia Dei beneficio non immerito cenſenda eſt veritatis cognitio, & odium falſæ cognitionis: quo nimirum explorata perſpectaque habeamus fidei myſteria, jam inde ab initio a ſanctis apoſtolis, martyribus, confeſſoribus & epiſcopis, conſpirantibus ad id quoque religioſiſſimis principibus, catholicæ eccleſiæ tradita: & primo quidem ab apoſtolorum principe Petro, ſecundum cognitionem quam divinitus perceperat, hanc palam confitente, poſteritatique tradente: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*: a Jacobo apoſtolo & archiepiſcopo, Joanne apoſtolo, & evangeliſta, reliquiſque evangeliſtis, martyribus, confeſſoribus, epiſcopis, atque ab omnibus, qui conſubſtantiali trinitati crediderunt, & credunt: ab Irenæo, Gregorio magno Neocæſareæ epiſcopo; a ſancta ſynodo Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum congregata, quæ centum octoginta numero patres complexa, illum propter ſuam impietatem (negabat enim Chriſtum natura eſſe Deum, & Dei Patris filium) exauctoravit; a magna & ſancta trecentorum decem & octo epiſcoporum ſynodo apud Nicæam habita, quæ ſententiam eorum qui Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum convenerant, confirmavit & approbavit; a Baſilio & Gregorio epiſcopis & fratribus, Athanaſio eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopo, Ephræm Syro, Gregorio epiſcopo, Ammone epiſcopo, Vitalio epiſcopo, Amphilochio, Paulo, Antiocho, Euſtathio, Methodio, Optimo, Leporio, Ambroſio Mediolanenſium epiſcopo; ab univerſa ſynodo Africana, Joanne, Severiano, Attico epiſcopo, Cyrillo Alexandriæ epiſcopo, qui etiamnum ſuperſtes noſtræ pietatis legem obſervat. Denique nullus hominum facile enumeraverit omnes fideles, qui crediderunt & credunt in Chriſtum Dei Filium, quod verus ſit Deus. Neque enim, poſteaquam noſtri cauſa homo factus eſt, id quod erat, hoc eſt, Deus eſſe non deſinens (quemadmodum & veſtra quoque pietas noſſe ignorat) idcirco negabimus quod erat. Sed nos credimus, & profitemur, & prædicamus, Deum Verbum, unigenitumque Dei Filium, qui ſæcula omnia antecedebat, propter ſuam erga nos benignitatem, immenſamque bonitatem, hominem perfectum, no-

Matth. 16. 16.

Matth. 16.

nobiſque per omnia ſimilem peccato tantum excepto) effectum eſſe; idipſum quod erat non amittens, modo quem ſolus ipſe novit, ex ſancta virgine Maria pro ſalute humani generis natum eſſe.

τλὺ πρὸς ἡμᾶς ὅσαν, γέγονεν ἄνθρωπος τέλειος, ὡς ἐξ ἡμῶν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, μόνας ὁ ἴδιος Θεὸς, διὰ τλὺ τῶν ὅλων ἡμῶν σωτηρίαν γενηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας, ὡς αὐτὸς οἶδε.

II.

Ob hoc verum dogma in ſanctiſſima Dei eccleſia ſincere prædicatum, Paulumque hæreticum jure optimo ejectum, facta ſunt ſchiſmata populorum, perturbatio ſacerdotum, & paſtorum tumultuatio. Quin & hoc ipſo quoque tempore quidam e reverendiſſimorum ſacerdotum numero Neſtorium, qui obtinet epiſcopatus hujus ſedem (ſi tamen epiſcopum vocare fas eſt, eo quod Chriſtum natura verum Deum) ſanctam vero virginem deiparam eſſe obſtinata animi contentione negare pergat, in publico confeſſu coram non infrequenter corripuerunt, & ab ejuſdem communione deſciverunt, & in hodiernum uſque diem deſciſcunt; nonnulli clanculum ab illius conſortio ſe ſubduxerunt: alii ex religioſiſſimis presbyteris, quoniam in hac ſancta eccleſia [a] Irene maritima contra repullulans pravum dogma invehebantur, dicendi facultate privati ſunt. Unde accidit, ut populus uſitatam fidei prædicationem requirens, publice in clamaret: Imperatorem habemus, epiſcopum non habemus. Verum hic populi conatus non manſit impunis. Pars namque a miniſtris comprehenſa, atque ad tribunal abſtracta, tali immanitate diverberata exceptaque eſt in regia civitate, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque uſitata fuit. Non defuerunt qui populo præſente & audiente in ſanctiſſima eccleſia coram illi reclamarent; ſed non citra graviſſima incommoda, quæ ea de cauſa pertulerunt. Denique ſimplex quidam monachus, zelo vehementi inſtigatus, in medium eccleſiæ progreſſus, cum ſynaxis celebraretur, impietatis præconem, quod hæreticus eſſet, ab ingreſſu prohibere conatus eſt. Sed hunc ille cæſum magnificis præſidibus tradidit; flagriſque denuo diſſectum, & publice cæſum, præcone non abſque clamore præeunte, in exilium expulit. Neque tragœdia hæc hiſce finibus conſtitit. Etenim qui partes ſequuntur omnia per vim agentis poſt impiam illius concionem; niſi Deus prohibuiſſet, in ipſamet ſacroſancta Dei eccleſia cædem edituri erant.

[a] nomen eccleſiæ quæ ex ſitu maritima dicta eſt, cum aliæ eſſent ejuſdem nominis. Ex Procopio de ædificiis Juſtiniani edit. Rom. in emendat.

β'.

Τότε οὖκα τῆ * ἀληθοῦς δόγματος τοῦ ἐν τῆ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ * ἀκριβῶς κηρυττομένου, καὶ τῆ αἱρετικῆ Παύλου δικαίως ἐξωσθέντος, ἐγένοντο σχίσματα λαῶν, ἀκαταστασίαι ἱερέων, ταραχὴ ποιμένων. ὅθεν καὶ γνῶ κατὰ πρόσωπον τῆ ἐγχειρισθέντος τὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον Νεσορίου. εἰ δεῖ εἰπεῖν ἐπίσκοπον· ἐν τῷ συνεδρίῳ, πολλαχοῦ τινὲς τῶν ἁλλαβεστάτων πρεσβυτέρων ἤλεγξαν αὐτὸν καὶ διὰ τλὺ ἀπείθειαν αὐτοῦ, τὸ μὴ λέγειν θεοτόκον τλὺ ἁγίαν παρθένον, καὶ Θεὸν ὄντα φύσει ἀληθινὸν τὸν Χριστὸν, τῆς αὐτοῦ κοινωνίας ἑαυτὸς ἐξέβαλον, καὶ κατέχουσιν ἕως ἄρτι· τινὲς δὲ λάθρα ὁμοίως τῆς αὐτῆ κοινωνίας ἐλλοιτπε. ἄλλοι δὲ τῶν ἁλλαβεστάτων πρεσβυτέρων, διὰ τὸ λέγειν ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ, Εἰρήνη τῇ παραθαλασσίᾳ, κατὰ τῆ ἀνανεωθέντος κακῶς δόγματος, τοῦ λέγειν ἐκωλύθησαν. ὅθεν ἐπεβόα ὁ λαὸς, ζητῶν τῆς ὀρθοδοξίας συνήθη διδασκαλίαν. λέγων, βασιλέα ἔχομεν, ἐπίσκοπον οὐκ ἔχομεν. καὶ τέως μὲν * ἀνεκδίκητον ἔμεινε τὸ τοῦ λαοῦ πειρατήριον, τοῦ συλληφθέντος ἐκ μέρους παρὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῷ δικανικῷ τυπτηθέντος διαφόρως ἐν πόλει βασιλίδι· ἃ δὴ τε ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς βαρβαρικοῖς ἐγίνετο. τινὲς κατὰ πρόσωπον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ λαῦ ἤλεγξαν, καὶ θλίψιν ὐ μικρὰν ὑπέμειναν. τῶν δὲ ἀφελεστέρων τις μοναζόντων ἠναγκάσθη κατὰ ζῆλον, ἀνὰ μέσον τῆς ἐκκλησίας, τὸν κήρυκα τῆς ἀνομίας ἐπιχεῖν τῆ μὴ εἰσελθεῖν, συναξεως ὔσης, αἱρετικῆ αὐτοῦ ὄντος. τῶτον δὲ τυπτήσας, τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἐπάρχοις παρέδωκεν. ἔτι δὲ τυπτηθέντα, καὶ πομπευθέντα δημοσίᾳ, τοῦ κήρυκος βοῶντος ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τῆ ἐξορίᾳ παρέπεμψεν. ὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῆ τῆ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ. μὴ τλὺ ἀθέμιτον αὐτῆ ὁμιλίαν, οἱ τῆς φατρίας αὐτῆ τὸ κατέχοντος, φόνον ἔμελλον ποιεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ βοηθεια κατέλαβε.

* ἀνεμάτου ἀληθοῦς

* τὸν ἀνεκδίκητον.

III.

Porro autem iis quæ ab illo perpeſſi ſumus, multi fortaſſe fidem non habebunt. Etenim quo perfecte edoceremur, verane ea eſſent, an falſa, quæ de eo acceperamus, in epiſcopale palatium illius juſſu hortatuque contendimus. Semel autem atque iterum in aliud tempus rejecti, vix tandem prodiens: Quæ, inquit, vultis, ea pancis exponite. Poſtequam vero ex nobis audivit, quæ docuerat; ſcilicet, Mariam nihil aliud peperiſſe quam hominem ſibi coeſſentialem, nihil rurſum ex carne natci poſſe, niſi carnem; ea rectæ fidei conſentanea non eſſe, ſtatim nos capi juſſit: inde cædente nos turba ſa-

γ'.

Τὰ περὶ ἡμῶν δίστισά ἐστι τάχα πολλοῖς τοῖς ἀκούσε. κατὶ γὰρ κέλδσιν αὐτῆ καὶ προθυμίαν ἀνήλθομεν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ πληροφορηθῆναι, εἰ καθὼς ὑνοήσαμεν, ἃ περὶ αὐτῆ ἠκούσαμεν, ἐστὶν, ἢ ὄ. καὶ εἰς ὑπέρθεσιν δεύτερον καὶ τρίτον ἡμᾶς ἔβαλε. καὶ τέτε μόλις ἐκέλδσέ ἡμῖν εἰπεῖν, τί ἐστιν ὃ βουλόμεθα. ὡς δὲ ἤκουσε παρ' ἡμῶν, ὅτι ταῦτα τὰ παρ' αὐτῆ λεχθέντα, τὸ, ὃν ἔτεκε, φησὶ, Μαρία, εἰ μὴ ἄνθρωπον ὁμοούσιον ἑαυτῆς· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστιν, ὃν ἔστιν ὀρθοδόξων· παραχρῆμα ἐκέλδσε συλληφθῆναι ἡμᾶς· καὶ εἰσθέντες τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν * δικανῶν, ἀπηγόμεθα

* in mſ. Seguntur παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δικανῶν, ἀκούσαντες ἀπηγόμεθα ἐπὶ τῷ δικαστηρίῳ.

μεθα ἐν τῷ δικανικῷ· κἀκεῖ γυμνὸς ἡμᾶς * δεσμίους, ὡς καὶ ὑπαδίκους τῇ τιμωρίᾳ * ἐσύλισαν, ἐχρεβατισαν, καὶ ἐπίρνισαν· ὅπερ ἐπάχυσιν ἐν τοῖς ἔξω δικαστηρίοις, ἐλάχιστοι καὶ ἀρχιμανδρῖται, ἢ μοναζοντες, ἀλλ' οὔτε οἱ τυχόντες κοσμικοὶ, ὃ ἡμεῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρὰ τὸ παρανόμου παρανόμως πεπόνθαμεν. Ἐλειβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ, λιμώττοντες, ἐν * αἰκιτίᾳ φυλαττόμενοι ἐπὶ χρόνον πολὺν διετελέσαμεν. καὶ οὐκ ἀρκέσθη τούτοις ἡ αὐτοῦ μανία· ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῆς δὲ τῆς μεγαλωνύμου πόλεως κατὰ ἀπάτιλιν τινὰ παρεδόθημεν. καὶ σιδηρωθέντες ἀπήχθημεν ἐν τῇ φυλακῇ. καὶ μὴ ταῦτα ἀνήχθημεν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τῷ αὐτῷ ἕνεκα μὴ τῶν δεσμῶν. καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς ἦν ὁ κατηγορῶν, ἐν τῷ δικανικῷ πάλιν διὰ τῆς τύξεως ἤχθημεν. καὶ οὕτω πάλιν * ἐκόλασεν ἡμᾶς κατὰ πρόσωπον τυπτήσας. καὶ διαλεχθεὶς, καὶ συνθέμενος κατὰ ἀπάτιλιν, ὡς τὰ μὴ ταῦτα ἐδείξε, περὶ τοῦ φύσει υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐτέχθη ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Θεοτόκου λέγων· ἐπεὶ ἦν ἄλλος υἱός· οὕτως ἀπέλυσεν ἡμᾶς.

tellitum, ad tribunal abducimur, ibidemque veluti nequam ſcelerati, denudamur, denudatique & vincti indignis modis ad palum, & ſtrati vapulamus, calcibuſque impetimur. Denique ejuſmodi nos in eccleſia injuſte ab injuſto illo perpeſſi ſumus, quæ ne infimæ quidem ſortis homines experiuntur in foro civili, non dico clerici, & monachi, & archimandritæ. Ceterum diu multumque ibi divexati fameque tabeſcentes, ſub cuſtodia non modico tempore fuimus aſſervati. Neque illius furiæ his contentæ conquieverunt; verum per quamdam impoſturam magnificentiſſimo celeberrimæ civitatis hujus præfecto traditi ſumus. Ferroque onuſti ad carcerem abſtrahimur: hinc iterum extracti, cateniſque ut ante impediti, prætorio ſiſtimur. Cumque ibidem nullus plane qui nos accuſaret, præſto foret, rurſum ad reorum locum a ſatellitibus reducimur; hucque reducti, denuo ab illo in faciem cædimur. Denique compoſita oratione per fraudem aſſenſus eſt, ut poſtea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus ſit de ſancta Maria deipara: addens quoniam eſt etiam alius filius: atque in hunc modum tandem nos dimiſit.

δ.

Παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ἀθάνατον ἡμῶν καὶ ἀσεβεσάτην πίστιν, ὥστε μὴ παριδεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐκκλησίαν μοιχευομένην παρὰ αἱρετικῶν ἐν τοῖς καιροῖς ὑμῶν τῶν ὀρθοδόξων καὶ ἀσεβεσάτων βασιλέων· οὐχ ὡς διὰ τοῦτο τὰς ὑμετέρας ὕβρεις βουλόμενοι ἐκδικεῖν· ὁ Θεὸς οἶδεν· ἀλλ' ὡς θέλοντες τὸ σεμνὸν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀσάλευτον μένειν· καὶ κελεύσει τὸ ὑμέτερον κράτος, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον παραγενέσθαι ἐντεῦθεν ἤδη. ἵνα τῆς συνόδου παραγενομένης, τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ὁ * Θεὸς ἑνώσῃ, καὶ τὸν λαὸν συνάξῃ, καὶ τὰς ἱερέας ἀπολαβεῖν ἐν τῷ τῆς ἀληθινῆς πίστεως κηρύγματι ποιήσῃ, πρὸ τοῦ εἰς πλάτος τὴν ἄδικον διδασκαλίαν ἐλθεῖν. καὶ κεῖνο δὴ παρακαλοῦμεν, ἀξιοῦντες. ἐπειδὴ πεπράχασι ποιεῖν, ἀπειλῶν, ἐλαύνων, ἐξωθῶν, κακουργῶν, ῥαδιουργῶν, καὶ κακῶν. καὶ, ἵνα τὴν αὐτῶν μανίαν καὶ ἀσέβειαν κρατύνῃ, πάντα ποιῶν ἀφειδῶς, οὐ Θεὸν φοβούμενος, οὐκ ἀνθρώπους αἰσχυνόμενος, οὐκ ἐπισκόπους δλαβούμενος, ὅτε ἱερέα τινὰ, ἢ κληρικῶν, οὐκ ἁγίους μοναχοὺς, οὐκ δλάβειαν λαϊκῶν, ἢ τὴν κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐπηρτημένον φόβον, ἢ τὸν νόμον τῶν ἐκπλευόντων διακονίαν τινὰ Θεῷ εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἀξίων. ἀλλ' ἐνδυσάμενος τὴν ὑπερηφάνειαν κατὰ πάντων, θαρρῶν τοῖς χρήμασι, καὶ τισιν διεφθαρμένοις τῇ ἰσχύι, ἢ ἵνα ἀφόβως ἐκπωμεν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ταῦτα ποιεῖ· ἀξιοῦμεν μηδὲν αὐτῷ κατά τινων ἐξεῖναι ποιεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον διόρθωσιν λάβῃ τὰ κατὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἵνα μὴ τυύτην διασκεδάσῃ, καὶ τὴν αὐτῷ παρεισαγάγῃ ταῦτα ποιῶν. οἶδε γὰρ ὡς οἴεται, ὅτι κἂν τῷ φόβῳ πολλοὺς ἀμβλύνας ἀποστήσῃ τῆς πίστεως· καὶ λοιπὸν ἅπαν ὁμο-

IV.

Quamobrem iterum atque iterum immortalem piiſſimamque fidem veſtram obteſtamur, ne orthodoxam eccleſiam orthodoxi piiſſimique regni veſtri temporibus ab hæreticis adulterari ultra permittatis. Non expetimus contumelias indigne nobis illatas vindicari; Deus novit: deſideramus autem Chriſtianæ fidei fundamentum inconcuſſum immotumque perſiſtere. Veſtra proinde majeſtas efficiet ut ſacra & œcumenica ſynodus primo quoque tempore huc coeat; quo hac præſente Chriſtus ſanctiſſimam eccleſiam uniat, populumque in unum reducat, ac ſacerdotes ſinceræ fidei prædicatores, priuſquam impia illa doctrina latius ſerpat, loco ſuo reſtituat. Illud etiam obnixe precamur ac petimus, quandoquidem Neſtorius comminationibus, infectationibus, exiliis, callidis praviſque machinationibus perterrefacere molitur; & quo ſuam inſaniam, ſuamque impietatem confirmatiorem reddat, quæcumque excogitari poſſunt, ſine diſcrimine aggreditur; non Deum timet, nullum hominem veretur, nullum epiſcopum veneratur, nullum ſacerdotem aut clericum, aut ſanctum monachum, aut religioſum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat, nullam denique legem miniſtrorum iræ divinæ in ejus provocatores: ſed ſuperbia qua omnes parvipendit, elatus, pecuniiſque & corruptorum quorumdam hominum potentia fretus; &, ut libere quod res eſt, dicamus, veſtra quoque dominatione fretus hæc facit: Petimus, inquam, ne quidquam deinceps in quempiam illi liceat, niſi primum orthodoxæ fidei veritas enucleetur: ne, quod obnixe ſtudet, hac penitus diſſipata everſaque, ſuam paulatim introducat. Animadvertit enim, quos alia ratione non poteſt, eos timore a fide avertere ſe poſſe: ut ſuæ ſententiæ ſemel ad-

adjunctos ita inflammet, ut verba quoque A quibus libitum fuerit publicè inferre audeant, & perſecutionem excitare non dubitent. Neque vero ſuorum tantum, aut domeſticorum opera clericorum eam ad rem utitur, verum quorumdam quoque ab exteris parœciis & diœceſibus adſcitorum; quibus tamen ſecundum eccleſiaſticos canones in alieno epiſcopatu vel eccleſia degere non licet, ſed neceſſario in iis locis & civitatibus, idque quiete in quibus ordinati ſunt: ne mora diuturnitatem, temporaneaque potentia nequitiam ſuam latius propaget, vobiſque id adſcribatur, quos ob id in miniſtros Deus aſſumpſit, ut illius gloriam ſtrenue propugnetis, qui illuB ſtri honore vos cumulavit, & cumulat; vobiſque cum omnibus ſanctis, qui munus ſuum præclare obierunt, mercedem tempore ſuo reddet. Quibus & illud quoque dicturus eſt: *Euge ſerve bone & fidelis; Matth. 25. 23. ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.* Qui veri Chriſtiani ſunt, ii per opera, quantum Chriſtianæ doctrinæ tribuant, oſtendunt. At vero infideles & abjecti, qui ventri ſuo vivunt, & ad hunc ſcopum omnia ſua ſtudia referunt, illi ſi quem Chriſtum Deum eſſe profiteri audierint, illico diſſecantur. Et quemadmodum Judæi, ſancto Stephano protomartyre narrante: *Ecce video cælos aper- Act. 7. 55. tos, & Filium hominis ſtantem a dextris in- victis Dei*, aures ſuas continebant: ita & iſti quoque in Chriſtianos dentibus frendent, omnemque furorem ſuum in illos explere laborant.

γνώμονας αὐτοῦ, παρέχῃ αὐτοῖς θάρσος, ὥστε καὶ ἕως πληγῶν δημοσίᾳ ἐπιχειρεῖν, καὶ δυσμενῶν ποιεῖν. οὐ μόνον δὲ τοὺς αὐτοῦ δήθεν κληρικοὺς, ἢ συγκέλλους. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν παροικιῶν προσελάβετο τινας, οἷς μάλιστα οὐκ ἔξεστιν εἶναι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας ἐν ἑτέρου ἐπισκοπείῳ, ἢ ἐν ἄλλῃ ἐκκλησίαν. ἀλλ' ἀνάγκη αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίαις παροικίαις, ἢ πόλεσι, ὅθεν ἐχειροτονήθησαν, κἀκεῖ ἡσυχῇ διάγειν· ἵνα μὲ τῷ μακρῷ χρόνῳ διὰ τῆς προσκαίρου δυναστείας, ἄρδην πλεονεκτήσῃ ἡ παρανομία, καὶ ἐπιγραφῇ τῇ ὑμετέρᾳ ἀσεβείᾳ. εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἔθετο ὁ Θεὸς διακόνους, ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δεξαμένου ὑμᾶς, καὶ δοξάζοντος, καὶ ἀποδιδόντος ἡμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτοῖς διακονίαν. σφὼ δὲ ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. οἱ ὄντως Χριστιανοὶ τούτοις τοῖς λόγοις διὰ τῶν ἔργων πιστοῦσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι καὶ ἀπερίμμυνοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ ζῶντες, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο σφαχαρτεροῦντες, ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμολογοῦντά τινα, τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, διαφρίονται, ὡς οἱ τότε Ἰουδαῖοι σωρηχον τὶ ὦπι αὐτῷ, τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος διηγουμένου· ὅτι θεωρῶ, φησὶ, τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ ὁράτου Θεοῦ. ὕπω καὶ οὗτοι διαπρίονται κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντα θυμὸν σπαδάζουσιν ἐκπλῆσαι. Matth. 25. 23. Act. 7. 57.

VI.

Rogamus proinde, ut magnificentiſſimi præfecti novæ Romæ providentia, compeſcantur ii qui adverſus orthodoxos inſurgunt, & ſub prætextu quod ſe defendunt, ut ajunt, non paucis inſultant; donec ea omnia quæ 1. Tim. 1. 17. ad fidem pertinent, componantur. Quod ſi noſtram ſupplicationem pro nihilo habueriD tis, vos coram immortali ſæculorum rege, inviſibili, ſolo ſapiente Deo, qui noſtræ ſalutis cauſa deſcendit, & ut voluit inter Act. 10. 42. homines apparuit, & ad judicandum vivos Phil. 2. 10. & mortuos iterum venturus eſt; cui omne genu incurvatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur; innocentiæ noſtræ teſtes appellamus. Nos enim vos de œcumenica ſynodo cogenda rogavimus, quæ aptiſſime poſſet conſtabilire & erigere tribuentia, ſive etiam contracta: quamquam per Dei gratiam, ejuſdemque tutelam, quæ in vobis operatur, inferorum portæ, quæ ſunt hæreticorum ora, adverſus fidem nunquam prævalebunt, aut evertere E Matth. 16. 18. illam poterunt. Quo pace eccleſiæ redintegrata, preces conſuetas pro communi omnium ſalute, veſtrique regni incolumitate placide & catholice & concordi animorum conſenſione ad Deum tranſmittere liceat. Amen.

ς'.

Αἰτούμεθα δὲ προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ῥώμης κωλυθῆναι τοὺς κατὰ τὴν ὀρθοδόξων ἐπαισχυνομένους, καὶ προφάσει δικαιολογουμένους, ὡς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινα, ἕως ὅτε περὶ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβωσι· εἰ δὲ παρακούσεται, ἡμῶν 1. Tim. 1. 17. ἀμελησάντων, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ Πράξ. 10. 42. πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῷοί ἐσμεν. ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴτουν καταῤῥαγέντα. οὐ κατισχύσει δὲ αὐτῆς διὰ τῆς χάριτος καὶ ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ἡμῖν, κακῶσαι πύλαι ᾅδου, ἃ τινά ἐστι τὰ σώματα τῶν αἱρετικῶν· ἵνα τοῦτο Matth. 16. 18. τυχόντες, τὰς σωτηθεῖσας ἐκκλησίας ἐν ὁμονοίᾳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν, ἀρίστως καὶ ὀρθοδόξως τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν. Ἀμήν.

KE-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λά.

Ισον σάκρας ἀποσταλείσης παρὰ τοῦ δοσιβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Αλεξανδρείας.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, βοκαταῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

ΜΕΛΕΙ πλέιστον [1] θεοσεβείας ἡμῖν, δι' ἣν οἱ πλημμελοῦντες ἐξεύρηται συγγνώμης οὐ μικρὸν δόκιμον τὸ δεῖσθαι συγγνώμης τοῖς ἐπαινεῖσθαι παρ' ἡμῶν ὀφείλουσι, καὶ διὰ τὴν σεπτὴν μάλιστα τιμᾶσθαι θρησκείαν. τοὺς δὲ ἱερέας χρὴ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ βίου χρηστότητος, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀκεραιότητος θαυμάζεσθαι, καὶ τὴν ἁπλότητα τοῦ βίου διὰ πάντος ἐπιδείκνυσθαι· γινώσκειν τε ὡς πᾶσι τοῖς ἑκάστου πράγματος φύσιν, καὶ τοὺς περὶ * τὴν θεοσέβειαν μᾶλλον λόγους, μᾶλλον ἂν εἶναι ζητήσεις, ἢ περ αὐθάδειαν. καὶ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν * αὐτοῖς οὐκ ἀπειλὴ τυραννοῦντος ἢ δυναστεύοντος, ἀλλ' ἡ τοῦ ἁγίων πατέρων καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου βουλὴ κατεστήσατο· * καίτοι παντὶ δῆλον, ὡς θρησκείας τὸ βέβαιον οὐκ ἂν ἐκ κελεύσεως * ἔχοι μᾶλλον ἢ σύνεσεως. πῶς οὖν ἡμᾶς ὁ σὸς θεοσέβεια διδαξάτω, τί δὴ ποτε ἡμῶν, οἷς τοσοῦτον οἶδα μέλειν εὐσεβείας, ὑπερβολὴν, καὶ τοῦ παντὸς ἱερέων, οὓς συλλεχθέντας εἶναι ἄμεινον λῦσαι τὴν ἀμφισβήτησιν, παρεχλῶ, τό γε ἐπὶ σαυτῷ, καὶ χωρισμὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμβέβληκας· ὡς δὴ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας λόγοις θρασυτέρας ὁρμῆς παρεσούσης μᾶλλον, ἢ ἀκριβείας, καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ἐμμελείας πλέον ἰσχυούσης, ἢ θράσους, καὶ ποικιλίας μᾶλλον τούτων ἡμῖν * ἀρκούσης, ἥπερ ἁπλότητος· καὶ μικρὸν οὐχ οὕτως ἡμῶν τὴν πολλὴν φρόνησιν τιμῶν παρὰ τῆς σῆς εὐσεβείας δεχθήσεσθαι, οὐδὲ ὥσπερ καὶ ἀγανακτοῦν εἰδότων ἡμῶν, πάντα σωφρονεστέρως θήσεσθαι. νῦν δὲ μέλησει ἡμῖν τῆς ἱερᾶς γαλήνης. πάντα δὲ ἴσθι συγχυθήσας, ὡς οὐκ ἐχρῆν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐν τούτοις τὸ μεῖζον ἐκβεβηκότα, μὴ μέχρι * τῆς ἐκκλησιῶν καὶ τῆς ἱερέων σῆσαι τὴν ἐπιχείρησιν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῆς πεισθῆναί τε τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀναξίων. ἢ τίνα εἶχε λόγον, ἕτερα μὲν πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν εὐσεβεστάτην Αὐγούσαν Εὐδοξίαν τὴν ἐμὴν σύμβιον ἐπιστέλλειν, ἕτερα δὲ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν τὴν εὐσεβεστάτην Αὐγούσαν Πουλχερίαν; εἰ μὴ διχονοεῖν ἡμᾶς φήθης, ἢ διχονοήσειν ἤλπισας ἐκ τῆς σῆς θεοσεβείας γραμμάτων; τοῦτο δὲ καὶ γεγονὸς, εἴπερ οὕτως εἶχε, ἐκ περιουσίας εἰδέναι τὸν οὕτω πόρρωθεν ὄντα, φανερῶς ἐστιν ἐπίψογον, καὶ μὴ γεγονὸς ποιῆσαι βούλεσθαι, παντὸς μᾶλλον, ἢ ἱερέως. ἁρμὸς μέντοι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς

CAPUT XXXI.

Exemplum ſacræ, quam religioſiſſimus princeps Theodoſius ad Cyrillum Alexandriæ epiſcopum miſit.

Imperatores Cæſares, Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo epiſcopo.

PIETATE quidem nihil nobis eſt antiquius, propter quam delinquentes veniam conſequuntur. At parum interim laudabile eſt, illos ea indigere, qui a nobis commendari, & propter venerandam religionem maximis honoribus cumulari debuerant. Oportet autem ſacerdotes cum morum probitate, fideique integritate ſpectabiles eſſe, tum maximum animi ardorem ac ſinceritatem per omnem vitæ curſum præ ſe ferre; ac certo denique ſecum ſtatuere, uniuſcujuſque rei naturam, præſertim vero incorruptæ pietatis doctrinam, diſquiſitione potius, quam pertinaci animorum contentione inveniri. Etenim jam inde a primis uſque temporibus non imperantis cujuſpiam, aut certe imperium uſurpantis interminationes aut protervitæ, ſed ſanctorum patrum, & ſacræ ſynodi decreta eam nobis conſtituerunt. Nam religionem intelligentia magis quam juſſione firmari, nulli opinor dubium eſſe poteſt. Nunc igitur tua pietas exponat, quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ eſſe non ignorabas; ſacerdotibuſque quot-quot circumquaque degunt (quos utique in unum locum congregatos, natam de religione controverſiam diſcutere dirimereque par erat) deſpectis, haſce turbas diſcordiaſque inter eccleſias quantum in te eſt, concitaris. Quaſi vero impetus temerarii pietatis doctrinam magis, quam ſedula diligenſque veritatis inquiſitio decere videantur; pluſque apud nos valeat audacia, quam adhibita induſtria; aut perplexa nos magis hujuſmodi rerum tractatio, quam ſimplicitas oblectet. Certe ſummum honorem in quo apud nos erat, non ita accepturam pietatem tuam exiſtimabamus, aut omnia turbatum iri, cum nos indignari etiam ſciamus. Verum curæ nobis erit eccleſiæ tranquillitas. Scito interim, magnam abs te rerum perturbationem excitatam eſſe. Neque mirum eſt tane, cum qui modum exceſſit, ita conatus ſuos non definiviſſe; quæ ad eccleſias & ſacerdotes ſpectant; ſed de nobiſipſis quoque quiddam pietate noſtra indignum credidiſſe. Nam niſi aliquod inter nos diſſidium eſſe putaſſes, aut certe aliquid ejuſmodi ex literis tuis oriturum ſperaſſes; cur obſecro, alia privatim ad nos, & ad Eudociam religioſiſſimam conjugem meam, alia vero ad Pulcheriam ſororem meam Auguſtam, eamdemque pietatis ſtudioſiſſimam perſcripſiſſes? Quod profecto diſſidium ſi inter nos forte natum fuiſſet, noſque ad eum modum affectos eſſe contigiſſet; omnino tamen vituperationem effugere non poteſt, eum, qui tanto locorum intervallo a nobis disjungitur, curioſius intes noſtras inquirere: ſi id autem inter nos non exiſtit, conari ut exiſtat, cujuſvis potius, quam ſacerdotis fuerit. Ejuſdem porro eſt ani-

* τῆς εὐσεβείας
* αὐτὸς
* καίτοι πάντι
* κατ' ἐπιτ
* ἁρμοσάσθαι
* τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν συνεδρίων

1 In Mſſ. Bibl. Cæſareæ apud Lambecium tom. 3. pag. 154. legitur φιλοσοφίας, *Hardouinus*.

mi ejuſdem que ſtudii, eccleſiaſtica & regia omnia velle confundere ac ſe invicem divellere. Quaſi vero alia omnis deſit occaſio, ex qua laudem & gloriam aucuperis.

Ne igitur clam te ſit, quoniam in ſtatu res noſtræ verſentur, noris, & eccleſias & imperium conjuncta eſſe, noſtraque accedente auctoritate, & Chriſti ſalvatoris noſtri aſpirante providentia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe: tum tibi quoque a nobis condonatum eſſe, ne hinc capta occaſione jure conqueri ac dicere queas, te ob pietatis doctrinam in reprehenſionem incidere. Quam quidem pietatis doctrinam in ſacra ſynodo diſcuti examinarique volumus, & ratum eſſe quod rectæ fidei conſonum videbitur; ſive illi qui vecti diſcedent, veniam impetraturi ſint a patribus, ſive non. Ceterum nos civitates & eccleſias conturbari nequaquam ſinemus; ſed nec eam quoque doctrinam indiſcuſſam manere patiemur, cujus oportet eos eſſe judices, qui ſacerdotiis ubique præſident, & per quos ipſi in veritatis ſententia ſumus & erimus. Omnino autem nemo, qui vel parum ſit in republica verſatus dignus cenſendus eſt qui in iis quæ agit & loquitur, libertate utatur, ſi præ ſe ferendo fiduciam, hujuſmodi judicium declinare velit: neque enim licebit hoc illi, etiam ſi velit: quandoquidem noſtra majeſtas eos qui prompte alacriterque ad hujuſmodi inquiſitionem advolare non cunctabantur, merita laude neceſſario proſequetur; ceteros vero, ſi qui imperare forte malint, quam in medium contulere, aut aliorum de ejuſmodi rebus conſilium audire, nequaquam patietur. Quamobrem & tuam quoque reverentiam ad tempus, quod aliis literis ad univerſos metropolitanos epiſcopos miſſis ſignificatur, præſto adeſſe oportebit neque prius noſtram amicitiam te recuperaturum confidas, quam omni turbatione & animorum ægritudine ſedata, ad propoſitarum quæſtionum diſcuſſionem ultro accurreris. Etenim hac ratione, quæ pro tuenda opinione acerbe quidem inconſulteque abs te jam geſta ſunt, nullo tamen privato dolore perculſus, neque alicui præter decorum infeſtus admiſiſſe, & quæ adhuc reliqua ſunt, legitime tranſigere velle cenſeberis. Neque enim nos, ſi ſecus facere volueris, ſuſtinebimus.

CAPUT XXXII.

* Recitatus hic ſacra in Act. Concilii Ephes. Hard.

* *Sacra imperatoria miſſa Alexandriam ad Cyrillum epiſcopum, & epiſcopos metropolitanos provinciarum.*

Imperatores Cæſares, Theodoſius, & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo epiſcopo.

PENDET a religione qua Deus colitur, noſtræ reipublicæ ſtatus, multaque inter hunc & illam cognatio ac familiaritas intercedit. Nam & connexa inter ſe ſunt, & utrumque proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit: ut vera quidem religio per vitam inculpate actam, ipſa vero reſpublica conſtans ex utriſque floreſcat. Cum itaque Deus imperii habenas nobis tradiderit, iiſque qui imperio noſtro parent, pietatis, & vitæ recte inſtituendæ vinculum nos eſſe voluerit; harum inter ſe ſocietatem indiviſam conſervamus, Dei proΑ προθέσεως, τά τε τῆς ἐκκλησιῶν, τά τε τῆς βασιλείων μέλλειν χωρεῖν βέλεσθαι, ὡς ἐκ ὕσης ἀφορμῆς ἑτέρας εὐδοκιμήσεως.

Οὐαλεριανὸς ἐπίσκοπος Ἰκονίου εἶπε. Πᾶσιν εὐσύνοπτος ἡ τῆς ἐπιστολῆς ἐναντιότης τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου, οὐ μόνον τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου ἀπάδουσα, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτῇ συμβαίνουσα.

A comministrum Cyrillum archiepiscopum epistola ad Nestorium exarata, eodem quoque sensu fidem exposuisse & protulisse non ignoro.

Andreas Hermopolis Thebaidis episcopus dixit: Secundum ea quæ de recta salutarique fide a trecentis decem & octo sanctis patribus & episcopis in Nicæa civitate quondam congregatis decreta sunt, & sanctissimi sacratissimique patris nostri & archiepiscopi Cyrilli epistolam ad reverendissimum Nestorium missam, & nunc vero recitatam, ut quæ priscis Nicænorum patrum sanctionibus per omnia consentiat, & credo, & orthodoxam fidem teneo.

B Et ceteri omnes episcopi, qui suo ordine & loco supra memorati sunt, eadem deponunt, & ita credunt, sicut patres exposuerunt, & epistola sanctissimi archiepiscopi Cyrilli ad Nestorium episcopum perscripta declaravit.

Palladius Amaseæ episcopus dixit: Consequens est ut & reverendissimi Nestorii epistola legatur, cujus religiosissimus presbyter Petrus initio mentionem fecit; ut hic intelligamus, num & illa quoque sanctorum patrum Nicænorum expositioni consentiat.

Et lecta est ad eum modum, quo supra præmittitur.

C Religiosissimo Deoque amabilissimo comministro Cyrillo Nestorius in Domino Sal. Admirabilium literarum tuarum contumelias, quas in nos jacis, tanquam medica quadam mansuetudine dignas, missas facio, & quæ sequuntur.

Et posteaquam lecta est epistola, Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Quid videtur sanctæ huic & magnæ synodo de epistola modo recitata? Numquid hæc ipsa quoque fidei a sancta Nicænorum patrum synodo expositæ consentanea esse videtur, an vero secus?

Juvenalis Hierosolymorum episcopus dixit: Nullo modo consona est piæ fidei expositæ

D a sanctis patribus qui Nicææ convenerunt; & eos anathematizo, qui ita credunt: etenim aliena sunt hæc omnia ab orthodoxa fide.

Flavianus Philippensium episcopus dixit: Omnia quæ epistola hæc complectitur, cum fide Nicæna aperte pugnant, suntque ab eadem omnino aliena: quare omnes qui ita credunt, a recta fide alienos esse judicamus.

Firmus Cæsareæ Cappadociæ episcopus dixit: In proœmio pietatis speciem habet; at vero in sermonis progressu nulla ratione animi virus dissimulare amplius valens, deposita persona, diserte quod sentit eloqui-

E tur, & a trecentorum decem & octo sanctorum patrum fide dissentit, & sacratissimi archiepiscopi Cyrilli epistolæ contraria habet.

Valerianus episcopus Iconii dixit: Facile omnibus patet, [1] religiosissimi Nestorii epistolam non solum cum sanctorum patrum Nicænorum fide, ac sanctissimi piissimique archiepiscopi Cyrilli epistola, sed se cum ipsa quoque manifeste pugnare.

Ico-

1 Vet. V. *reverentissimi* ubicumque hic est *religiosissimi*.

Iconius Gortynæ epiſcopus dixit : Religioſiſſimi Neſtorii epiſtola jam recitata nihil omnino neque cum ſanctorum patrum qui olim Nicææ convenerunt, expoſitione, neque cum ſanctiſſimi patris noſtri & epiſcopi Cyrilli epiſtola convenit. Quamobrem huic ego abrenuncians, eoſque qui ita credunt, anathematizans, ſanctorum Nicænorum patrum fidei, & ſanctiſſimi patris & archiepiſcopi Cyrilli epiſtolæ ſubſcribo.

Hellanius Rhodi epiſcopus dixit: Jam ante indicavi, me orthodoxæ fidei expoſitionem a trecentis decem & octo ſanctis patribus in Nicæa civitate editam ſequi; ſanctam quoque virginem Mariam deiparam profiteri : quocirca anathema ſit omnibus qui ita non credunt.

Acacius civitatis Melitenæ epiſcopus dixit: Epiſtola religioſiſſimi epiſcopi Neſtorii jam jam lecta, nobis oſtendit, timore minime vano impeditum ad ſanctam hanc & magnam ſynodum venire detrectaſſe. Conſentaneum namque eſt, eum qui male ſibi conſcius erat, divinaſque ſcripturas depravaverat, & ſanctorum quoque patrum dogmata adulteraverat, ea formidine fuiſſe correptum, ut donum ſuam militum multitudine circumvallaret. Etenim epiſtola illius, quæ paulo ante recitata eſt, apertiſſime indicat, quod vocibus, quibus de unigenito Dei Filio trecenti decem & octo ſancti patres & divini epiſcopi ſuo in ſimbolo uſi ſunt, oblatis, & quæ ad ſalutaris illius diſpenſationis myſterium pertinent, ſoli carni tributis, nudum Dei templum nativitatem & mortem ſuſtinuiſſe prædicarit. Ita ipſi quoque divinæ ſcripturæ ſententiam hanc falſo adſcripſit. Perinde enim loquitur, ac ſi ipſa nativitatem & paſſionem non Deo tribuat, ſed nudo homini. Apertam ad hæc adverſus ſanctiſſimi & reverendiſſimi epiſcopi Cyrilli literas calumniam intulit, quaſi Deum paſſibilem dixerint : quod neque ipſe, neque quiſpiam eorum qui pie ſentiunt, cogitare aut dicere auſus fuit. Denique unionem Dei cum carne ſolo nomine agnoſcere, re ipſa autem eamdem prorſus negare, ubique apte deprehenditur. Ceterum quod doctrina admodum peregrina utatur, vel hoc argumento clare demonſtrat, quod fidei dogma jam demum opera ſua illuſtratum eſſe affirmat. His omnibus, quod a veritate quam longiſſime diſtent, multamque pietatem in ſe contineant, rejectis; ab illorum qui talia proloquuntur, communione alienum me eſſe pronuncio.

Memnon Epheſiorum epiſcopus dixit: Epiſtola jam lecta non calumniæ tantum, ſed fœdæ quoque blaſphemiæ plena eſt. Quamobrem fidei a trecentis decem & octo ſanctis patribus apud Nicæam expoſitæ per omnia adverſatur.

Theodotus Ancyræ epiſcopus dixit: Nulla in re reverendiſſimi Neſtorii epiſtolam cum ſanctorum patrum & divinorum epiſcoporum qui Nicææ convenerunt, expoſitione congruere deprehendimus. Quare ut illorum expoſitioni aſſentimur, ita Neſtorii epiſtolam ab orthodoxa fide alienam eſſe decernimus. Illos autem qui ejuſmodi ſenſu imbuti ſunt, a Chriſtiana fide extraneos cenſemus.

Γόδιος ἐπίσκοπος Γορτυνίας εἶπεν· Ἡ ἐπιστολὴ τῆ ἁλαβεστάτου Νεστορίου ἡ πάυ ἀνεγνωσθεῖσα οὐδαμῶς συμφωνίαν ἔχει πρὸς τὴν ἐκθεσιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἔχει, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἡμῶν καὶ ἐπισκόπου Κυρίλλου. διὸ καὶ αὐτὴν ἀποτυπόμενος, καὶ ἀναθεματίζων τοὺς ὄτως μὴ φρονῦντας, συντίθεμαι τῆ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῆ ἐπιστολῆ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου.

Ἑλλάνικος ἐπίσκοπος Ῥόδου εἶπε· Καὶ πρὸ μικροῦ προεθέμην, ὅτι τῆ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων τῶν συνελθόντων ἐν τῆ Νικαίων ἀκολουθῶ· καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν θεοτόκον ὁμολογῶ. ἀνάθεμα δὲ ἔστω ὁ μὴ πιστεῦων ὅτως.

Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Μελιτηνῆς εἶπεν. Ἐδέξω ἡμῶν ἡ ἀνεγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τῦ ἁλαβεστάτου ἐπισκόπου Νεστορίου, ὅτι μὴ ἐκ εἰκαίου ἠγωνίασε φόβῳ εἰς τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ μεγάλην συνελθεῖν συνοδον. ἀκόλουθον γὰρ ἦν τὸν συνειδότα ἑαυτῷ, καὶ τὰς θείας παραχαράξαντα γραφὰς, καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων παραπεπλασμένα * δόγματα, τοιούτῳ κατασχεθῆναι φόβῳ, ὥστε * Ἐγκλεισθῆναι στρατιωτῶν πλήθει τὴν ἑαυτῦ περιτειχίσαι αὐλὴν. σαφέστατα γὰρ καὶ ἡ ἀνεγνωσθεῖσα αὐτῦ ἐδήλωσε ἐπιστολὴ, ὅτι τοῖς παρὰ τῶν μακαρίων ἁγίων τῦ Θεῦ ἐγκειμένοις τῆ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων τὴν θεοτόκον φωνὰς ἀφελῶν, μόνη τῆ σαρκὶ τὰς * τῆς σωτηρίου οἰκονομίας περιῆψε οἰκονομίας, ψιλὸν τὸν ναὸν τὸ Θεῦ γβρωσίν τε καὶ παλαιτὴν ὑπομένοντα εἶναι, καὶ κατηξίωσε μὲν τῆς γραφῆς, ὡς καὶ αὐτὸς τὴν γβρωσίν τε καὶ τὸ παθ● ἐ τῆς θεότητ●, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος διδασκάλους. κατασκοφαντήσει δὲ καὶ τῶν τῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου γραμμάτων, ὡς παθητὸν λεγόντων τὸν Θεόν. ὅπερ ὅτι αὐτὸς, ὅτι ἄλλος τις τῶν ὀρθοδόξων φρονούντων ἐ συκοφάντησε εἰπεῖν, ἢ ἐτόλμησε. ὅθεν πάντων δὲ ἐδέξω ἑαυτὸν, ὀνόματι μόνῃ τὴν θεότητα τῦ Θεῦ πρὸς τὴν σάρκα ὁμολογῦντα, τῇ δὲ πράγματι ταύτην πάντη ἀφορίζοντα· ἤλεγξε δὲ ἑαυτὸν ἔ ξοὐ διδαχῆ χρησάμενον, ὁ τῇ ναῷ περιτίθησι * τὰ δόγματα * τὰ λόγια λέγων δὲ αὐτὸ. οἷς ἅπασιν ἀλλοτρίως ὄστ τῆς ἀληθείας, ἔ πολλῷ τῷ δοξάζειν ἴχνεσι ἐπετάχαμεν, ἀλλόξιον ἑαυτὸν τῆς τῶν τοιαῦτα φρονούντων καινοτομίας * πάντων. * κρίνον.

Μέμνων ἐπίσκοπ● Ἐφέσου εἶπεν· Οὐ συκοφαντίας * μόνης, ἀλλὰ καὶ βλασφημίας ἡ ἀνεγνωσθεῖσα * πεπλήρωται ἐπιστολή· ὅθεν πᾶσα * αἱρετίζει ἐστὶ τῇ πίστει τῇ ἐκθέσει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τεσσαρκοσίων δέκα καὶ ὀκτώ.

Θεόδοτ● ἐπίσκοπ● * Ἀγκύρας εἶπε· Κατ' οὐδὲ συμφωνῦσαν τὴν ἐπιστολὴν τῦ ἁλαβεστάτου ἐγνωμεν Νεστορίου τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνειλεγμένων ἁγίων καὶ θεοφόρων ἐπισκόπων. ὅθεν τῇ μὲν ἐκείνων ἐκθέσει πεποίμεθα, τὴν δὲ ἐπιστολὴν Νεστορίου ἀλλοξίαν τῆς ὀρθῆς πίστεως τιθέμεθα· ἔ τοὺς ταῦτα φρονοῦντας ἀλλοξίους τῆς * χριστιανῶν πίστεως εἶναι κρίνομεν. * ὀρθοδ.

Παλ-

Παλλάδιος ἐπίσκοπος Ἀμασείας εἶπεν· Ἐγὼ μὲν διὰ τὴν ἐγγεγραμμένην τῇ ἐπιστολῇ βλασφημίαν τοῦ τέως ἀκουφάτου οὐκ ἀνέχομαι· καὶ μικροῦ λίθινος γέγονα ὑπὸ ἀθυμίας, ὥστε μηδὲ δύνασθαι φωνὴν ῥῆξαι, τοσαύτην ἀθυμίαν περιελήμφθην. πιστεύω δὲ καὶ πᾶσαν τὴν θεοφιλῆ καὶ ἁγίαν συνόδον τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν ἐμοί, ἐπὶ τῇ ἀρτίως ἀναγνωσθείσῃ ἐπιστολῇ. τοσοῦτον δὲ μόνον φημί, ὅτιπερ σφόδρα ἀπέχουσα ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τυγχάνει τῆς τῶν ἁγίων πατέρων ἐπὶ τῇ πίστει ἐκθέσεως. διὸ δὴ καὶ ἀβέβαιον λόγον ὑπεγνωσκομεν αὐτὴν τῆς καθολικῆς ἔσναι ἐκκλησίας.

A Palladius civitatis Amaſiæ epiſcopus dixit: Equidem propter blaſphemiam Neſtorii literis inclusam aures obturare non moror, nimioque dolore correptus fere jam ſaxeus ita obrigeo, ut nec vocem edere poſſim. Credo etiam, univerſam hanc devotam ſanctamque ſynodum idem de lecta paulo ante epiſtola ſentire. Unum hoc tantum dixerim, nempe epiſtolam illam ab orthodoxa ſanctorum patrum expoſitione fidei omnino diſtare: ob id ſane nullo pacto agnoſcimus eam eſſe catholicæ eccleſiæ.

* Δωνάτος ἐπ. Νικοπόλεως

* Δωνάτος ἐπίσκοπος παλαιᾶς Ἠπείρου εἶπεν· Οὐδὲν ἀληθοὺς λόγον ἀπαγγέλλει ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τοῦ ἁγιωτάτου Νεστορίου, ὅτε τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνῳδὸν αὐτὴν ὑπογινώσκομεν, ὅτε τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἀλλά τις ἕτερος οὕτω φρονεῖ, ἐκ ἀκολουθεῖ τῇ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστει.

B Donatus Nicopolis veteris Epiri epiſcopus dixit: Religioſiſſimi Neſtorii epiſtola modo recitata nullam neque veritatis doctrinam habet, neque fidei ſymbolo per ſanctos patres apud Nicæam edito conſonat, neque traditioni eccleſiæ catholicæ cohæret. Et ſi quis etiam alius ita crediderit, is catholicæ eccleſiæ fidem minime ſectatur.

* Κομάνων

Προθύμιος ἐπίσκοπος * Κομάνης εἶπε. τοῖς γράμμασι τοῖς ἐκτεθεῖσι παρὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης πιστεύω, καὶ ἀναθεματίζω τὸν μὴ λέγοντα θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον.

Prothymius * Comanæ epiſcopus dixit: His quæ ſanctitas tua literis expoſuit, fidem habeo: illos vero qui ſanctam virginem deiparam non appellant, anathematizo. * Comanæ

Γρηγόριος ἐπίσκ. Κερασουντος εἶπεν· Ἐκκτίθεται τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας τῶν ξ ἐκκκοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων τῇ ὁσιωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ ἀρχιεπισκόπῃ Κυρίλλῳ· ὅθεν τοῦτα αὐτῷ φρονοῦντες, καὶ συγκατατιθέμενοι τῷ ἐκείνου δόγματι· ἀλλὰ συμφωνοῦμεν τῇ ἐκθέσει τῶν προλεχθέντων ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ τῶν προλεχθέντων ἁγίων πατέρων.

Gregorius epiſcopus Cerafunti dixit: Quæ religioſiſſimus epiſcopus Neſtorius ad ſanctiſſimum Deoque dilectiſſimum archiepiſcopum Cyrillum perſcripſit, ea cum pia trecentorum decem & octo epiſcoporum, qui Nicææ convenerunt, religione quam maxime pugnant. Illius proinde ita ſentientis dogmati neutiquam aſſentior: aſſentior autem memorati archiepiſcopi Cyrilli, prædictorumque SS. patrum doctrinæ.

Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Ῥαφείας εἶπε· Κλίβδηλον πίστιν ἐξέθετο ὁ ἁγιώτατος Νεστόριος παρὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων. ὅθεν καὶ τούτῳ ἀναθεματίζομεν κατὰ τοῦ τὰ ἄκρα ὅλα φρονοῦντος λέγοντος· εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Γαλ. ι.

Romanus Rhaphiæ epiſcopus dixit: Fidem adulterinam, & a ſanctorum patrum ſententia alienam expoſuit religioſiſſimus Neſtorius. Quare juxta Apoſtoli vocem, illam anathematizamus: ait enim, *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Galat. i.

* Ἀμπελῶν

* Θεόδουλος ἐπίσκοπος Ἑλούσης εἶπε· Παραγράφομαι τὴν ἐπιστολὴν τοῦ γραφεῖσαν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Νεστορίου πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Κύριλλον, τῆ παρανόμως καὶ παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς γεγραφθαι αὐτὴν. τὴν δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ Νικαίᾳ βεβαίαν ἀγάπωμαι.

* Theodulus Heluſæ epiſcopus dixit: Epiſtolam quam reverendiſſimus epiſcopus Neſtorius ad Cyrillum epiſcopum ſanctiſſimum exaravit, averſor ac repudio: eſt enim iniqua, & contra eccleſiaſticas ſanctiones exarata. Fidem vero Nicænam ſtabilem duco. * Ampelas

Ἑρμογένης ἐπίσκοπος Ῥινοκορούρων εἶπε. Παντάπασιν ἀλλοτρία τὰ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Νεστορίου ὑπογραφόμενα τῆ ὀρθοδόξῳ τυγχάνει πίστει, καὶ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ἐκθέσει· ἔτι γε μὴν καὶ τοῖς γεγραμμένοις παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Κυρίλλου, συμφώνως τυγχάνουσι τῇ τῶν πατέρων φρονήματι περὶ τῆς πίστεως.

Hermogenes Rhinocurorum epiſcopus dixit: Religioſiſſimi Neſtorii doctrina cum a fide orthodoxa, tum a ſanctorum patrum expoſitione, tum ab iis etiam quæ ſacratiſſimus Deoque dilectiſſimus Cyrillus ſanctorum patrum ſenſui conſentientia edidit, omnino aliena exiſtit.

Εὐόπτιος ἐπίσκοπος Πτολεμαΐδος εἶπεν· Ὥσπερ οἱ τὸ βασιλικὸν νόμισμα παραχαράττοντες τιμωρίας παρὰ τῶν νόμων εἰσὶ τῆς ἐσχάτης ὑπαίθριοι, οὕτω καὶ ὁ ἁγιώτατος Νεστόριος τὸ δόγμα τῆς ὀρθοδοξίας παραχαράξαι τολμήσας, καὶ παρὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώποις πάσης ἄξιός ἐστι τιμωρίας. καὶ ἅπερ προσῳκείωται ἀπόβλητα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ δόγματα, πρὸς λύμῃ καὶ ἀπώλειαν τῶν ἐκολουθησάντων ἀνθρώπων αὐτῷ· ὅθεν ἀλλότριον ἐμαυτὸν καὶ τῆς κοινωνίας αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων αὐτῷ καθίστημι.

Evoptius Ptolemaidis epiſcopus dixit: Quemadmodum qui principum numiſma adulterant, juxta legum ſanctiones extremo ſupplicio ſubjiciuntur; ita quoque religioſiſſimus Neſtorius, qui rectæ fidei dogma adulterare veritus non eſt, cum apud Deum, tum apud homines quavis pœna dignus eſt, nec non illius dogmata quæ catholicæ eccleſiæ refragantur, ad illorum perniciem & peſtem qui illum ſectantur, itaque ego ab illius me communione, ceterorumque omnium qui ab illo faciunt, quam alieniſſimum eſſe ſtatuo.

Κορ. ϛ. ιδ. Φείδος ἐπίσκοπος Γόπτης εἶπε· Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς συγκατάθεσις Χριστῷ Fidus Joppes epiſcopus dixit: Quæ communio luci ad tenebras? aut quis conſenſus Chriſto 2. Cor. 6. 4.

ad Belial? Epiſtola enim reverendiſſimi Neſtorii paulo ante hic recitata, magno intervallo a veritate diſtat, ad pravam autem Pauli Samoſateni ſententiam plurimum accedit. Nullus proinde illam recipere debet, ut quæ manifeſtas blaſphemias comprehendat.

Theodorus Arbelorum epiſcopus dixit: Neque recta, neque fidei orthodoxæ, aut ſanctorum patrum Nicænorum expoſitioni conſona, reverendiſſimi Neſtorii epiſtola complectitur, ſed ea quæ ab his abſunt quam longiſſime. Hinc & ego illum, qui ejuſmodi opinatur, anathemati ſubjicio.

Theodorus Cadarorum epiſcopus dixit: Et ego quoque venerabilem Neſtorium anathematizo, ut qui, quemadmodum ex epiſtola illius jam lecta perſpicue cognoſcere licet, ſanctorum patrum Nicænorum doctrinam non ſit recte ſecutus.

Rufinus Taborum epiſcopus dixit: Religioſiſſimi Neſtorii epiſtola, quam modo audivimus, auctorem ſuum ab edita ſanctorum Nicænorum patrum expoſitione diverſa ſentire aperte declarat: quare & illum anathematizo, & omnibus illius blaſphemiis, abſurdiſque ſententiis abrenuncio.

Paulianus Majumæ epiſcopus dixit: Ego ſimiliter illum anathematizo: nam quod præpoſtere ſapiat, id illius epiſtola evidenter demonſtrat.

* Joannes. * Æanus Sycamazonis epiſcopus dixit: Non vulgari aut ſimplici modo religioſiſſimi Neſtorii ſententia per epiſtolam illius ſeſe aperit; quandoquidem quod ſenſum ille orthodoxæ fidei plane contrarium habeat, id minime obſcure oſtendit: quare ego quoque illum anathematizo.

Petrus Parembolæ epiſcopus dixit: Cum illos qui Deo dicati ſunt, fidem orthodoxam a ſanctis patribus qui in Nicæa civitate convenerunt, expoſitam ſectari oporteat, & religioſiſſimus Neſtorius ab ea diſſentiat; ego quoque propter ejus epiſtolam modo lectam illum anathematizo.

Joannes Auguſtopolis epiſcopus dixit: Quoniam quidem religioſiſſimus Neſtorius ex epiſtola, quam paulo ante audivimus, catholicæ fidei contraria ſapere, clare deprehenſus eſt; ego etiam illum anathematizo.

Paulus Anthedonis epiſcopus dixit: Non decet homines vere Chriſtianos iis ſeſe adjungere, qui prave non recte ſentire cognoſcuntur. Cum ergo religioſiſſimus Neſtorius non pauca, quæ ab orthodoxa fide per ſanctos patres expoſita, qui apud Nicæam convenerunt, aliena tenere ex epiſtola ſua convincatur; ego quoque eum anathematizo.

Letojus epiſcopus Libyadis dixit: Multum ab orthodoxa fide diſſentit ſenſus Neſtorii religioſiſſimi, ut ex iis quæ lecta ſunt, conſtat: quare & ego anathematizo eum.

Saidas Phænis epiſcopus dixit: Et ego eumdem haud recte ſentientem, & fidei ſanctorum patrum Nicænorum non aſſentientem, anathematis execratione devincio: ſiquidem epiſtolæ illius lectio, quæ ſit ejus mens ſententiaque, ſatis ſuperque nobis aperuit.

πρὸς Βελίαλ; πολὺ γὰρ ἀφέστηκε τῆς ἀληθείας ἡ νῦν ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ Νεστορίου τοῦ ἀλλοβεστάτου· πολὺ δὲ συγκατατίθεται τῇ παρανόμῳ γνώμῃ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως· ὅθεν ἀναρρίπτεσθαι παῖδας ἀξίας τοὺς ἐγκειμένους εἰς αὐτὴν δυσφημίας.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ἀρβήλων εἶπεν· Οὐκ ὀρθὴ, οὐδὲ σύμφωνος τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, οὐδὲ τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, περιέχει ἡ ἐπιστολὴ τοῦ ἀλλαβεστάτου Νεστορίου, ἀλλὰ πολὺ ἀπέχουσα. ὅθεν κἀγὼ ἀναθεματίζω αὐτὸν πανδήμου φρονοῦντα.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος Γαδάρων εἶπεν. Ἀναθεματίζω κἀγὼ τὸν τιμιώτατον Νεστόριον, μὴ φρονήσαντα ὀρθῶς τὴν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καθὼς καὶ ἡ ἀναγνωσθεῖσα αὐτοῦ ἐπιστολὴ ἐδήλωσε.

Ῥοῦφος ἐπίσκοπος Ταβὴρ εἶπεν. Ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τοῦ ἀλλαβεστάτου Νεστορίου ἐδήλωσε καὶ ἐναργέστερον τὴν ἐκθεσιν πίστεως παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων φρονοῦντα· ὅθεν ἀναθεματίζω αὐτὸν, καὶ τὰς ἀσεβεῖς παρ' αὐτοῦ δυσφημίας ἐκ βλασφημίας ἀποτίθεμαι.

Παυλῖνος ἐπίσκοπος Μαϊουμᾶ εἶπεν. Ὁμοίως κἀγὼ αὐτὸν ἀναθεματίζω, ἐπειδὴ κακῶς φρονεῖ. ἐδήλωσε γὰρ ἡ ἐπιστολὴ αὐτοῦ * τοῦτο αὐτὸ, * ὡς ἐναντία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονοῦντα.

* Αἰλουὶς ἐπίσκοπος Συκαμαζόνος εἶπεν. Οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐδείχθη ἡ γνώμη τοῦ ἀλλαβεστάτου Νεστορίου ἐξ ὧν ἀναγνωσθείσης αὐτοῦ ἐπιστολῆς, σαφῶς περιεχούσης, ὡς ὑπεναντία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονεῖ. ὅθεν ὁμοίως κἀγὼ αὐτὸν ἀναθεματίζω.

Πέτρος ἐπίσκοπος Παρεμβολῶν εἶπεν· Ἐπειδὴ χρὴ ἀκολουθεῖν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τῇ ἐκτεθείσῃ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τοὺς Θεῷ ἀνακειμένους· εὑρηται δὲ ὁ ἀλλαβέστατος Νεστόριος οὐχ ὁμοίως φρονῶν· κατὰ τοῦτο κἀγὼ αὐτὸν ἀναθεματίζω, ἀπὸ τῆς ἀναγνωσθείσης αὐτοῦ ἐπιστολῆς.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Αὐγουστοπόλεως εἶπεν. Ἅτε ἀπὸ τῆς ἀναγνωσθείσης ἐπιστολῆς Νεστορίου ὁ ἀλλαβέστατος ὑπεναντία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονῶν· ὅθεν κἀγὼ αὐτὸν ἀναθεματίζω.

Παῦλος ἐπίσκοπος Ἀνθηδόνος εἶπεν· Οὐ χρὴ τοὺς μάλιστα χριστιανοὺς * συνυπάγεσθαι τοῖς ἡ κακῶς φρονοῦσιν, ἀλλὰ τἀναντίον· ὅθεν ἀπὸ τῆς ἀναγνωσθείσης ἐπιστολῆς τοῦ ἀλλαβεστάτου Νεστορίου, ὑπεναντίας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῆς ἐκτεθείσης παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων σαφῶς περιεχούσης, ἀναθεματίζω αὐτόν.

Λητώϊος ἐπίσκοπος Λεβυάδος εἶπε· Πολὺ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀπέχει τὸ φρόνημα τοῦ Νεστορίου τοῦ ἀλλαβεστάτου ἀπὸ τῆς ἀναγνωσθείσης· διὸ κἀγὼ ἀναθεματίζω αὐτόν.

Σαΐδας ἐπίσκοπος φοίνης εἶπε· Κἀγὼ αὐτὸν ἀναθεματίζω κακῶς φρονοῦντα, καὶ μὴ συμφωνοῦντα τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων. ἐδήλωσε γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τῆς αὐτοῦ ἐπιστολῆς ἀνάγνωσις.

Εὐ-

* Boeor Arbelorum.

* τοῦτο αὐτό. * ipſa res ſonat in Græca ut ut, quæ in ſequentibus.

* Αἴλουϊς.

* συνάπτεσθαι.

Εὐσέβιος ἐπίσκοπος Πηλουσίου εἶπε. Τὰ ἐγκείμενα πάντα τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἀναγνωσθείσῃ τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀλλότρια τυγχάνει τῆς ἐνθέσεως πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων. καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἀναθεματίζω, καὶ τοὺς τοιοῦτο φρονοῦντας.

Μακάριος ἐπίσκοπος Ἀντίου εἶπε· Σφόδρα ἀναπέφυκε τὰ ἐγκείμενα τῇ ἐπιστολῇ τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου τῆς ἐνθέσεως πίστεως παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων. καὶ ἀναθεματίζω τοὺς διὰ φρονοῦντας, ὡς ἔξω τυγχάνοντας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Φοιβάμμων ἐπίσκοπος Κοπτοῦ εἶπε· * Οὐδαμοῦ σύμφωνος τυγχάνει τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἡ ἐπιστολὴ τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου· ἀλλ' οὔτε τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Κυρίλλου. διὸ ἀνάθεμα τοῖς οὕτω πιστεύουσιν.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων εἶπε· Δῆλός ἐστιν ἐκ τῆς νῦν ἀναγνωσθείσης ἐπιστολῆς * ἄλλα φρονῶν τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων ὁ εὐλαβέστατος Νεστόριος· καὶ ἀναθεματίζω αὐτὸν, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας.

Ἀξιόφυλος ἐπίσκοπος Θμουέως εἶπε. Ἐγνωμεν ἐναντία φρονοῦντα τῆς ὀρθῆς πίστεως τὸν εὐλαβέστατον Νεστόριον ἐκ τῆς ἀναγνωσθείσης αὐτοῦ ἐπιστολῆς· καὶ διὰ τοῦτο ἀναθεματίζω αὐτόν.

Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος Σίδης εἶπε· τὸ ἐκφυλον καὶ * δύστες τῆς δογμάτων, ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ εὐλαβεστάτου Νεστορίου ἐκδέδομεν γέγονε, ἡμῶν τὴν ἀκοὴν τῆς ἁγιωτάτων * ἀποκναίει, ἀλλὰ καὶ τὸ κολλύριον πρὸς τὴν ὀρθὴν δείκνυσι πίστιν.

Πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἅμα * ἀνεβόησαν· Ὁ μὴ ἀναθεματίζων Νεστόριον, ἀνάθεμα ἔστω. Τοῦτον ἡ ὀρθὴ πίστις ἀναθεματίζει. Τοῦτον ἡ ἁγία συνόδος ἀναθεματίζει. Ὁ κοινωνῶν Νεστορίῳ, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ πάντες ἀναθεματίζομεν τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ δόγματα Νεστορίου. Τὸν αἱρετικὸν Νεστόριον πάντες ἀναθεματίζομεν. Τοὺς κοινωνοῦντας Νεστορίῳ πάντες ἀναθεματίζομεν. Τὴν ἀσεβῆ πίστιν τοῦ Νεστορίου ἀναθεματίζομεν. Τὸ ἀσεβὲς δόγμα τοῦ Νεστορίου πάντες ἀναθεματίζομεν. Τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον πάντες ἀναθεματίζομεν. Ὅλη ἡ οἰκουμένη ἀναθεματίζει τὴν ἀσεβῆ θρησκείαν * αὐτοῦ. Ὁ τοῦτον μὴ ἀναθεματίζων, ἀνάθεμα ἔστω. Τοῦτον ἡ ὀρθὴ πίστις ἀναθεματίζει. Τοῦτον ἡ ἁγία συνόδος ἀναθεματίζει. Ὁ κοινωνῶν Νεστορίῳ ἀνάθεμα ἔστω.

Τὰ Ῥωμαίων ἁγιωτάτου ἐπισκόπου * τὰ γράμματα ἀναγνωσθήτω.

Γαβριὴλ ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων εἶπε. * Ἀναγνωσθήτω καὶ τὰ γράμματα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου, ἅπερ ἀπέστειλε περὶ τῆς πίστεως.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ ταμιακὸς νοταρίων ἀνέγνω.

Ἑρμηνεία ἐπιστολῆς ἐπισκόπου Ῥώμης Κελεστίνου πρὸς Νεστόριον.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Νεστορίῳ Κελεστῖνος. Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἀνόσιον καὶ πολλάκις κατακεκριμένον δόγμα Πελαγίου καὶ Κελεστίου, ἡ καθολικὴ πίστις εἰρηνεύουσα * καὶ τῇ λοιπῇ, * ὥσπερ προλάμπει.

Eusebius Pelusii episcopus dixit: Quæcumque in epistolam religiosissimi Nestorii jam lectam congesta sunt, ea omnia a fide Nicæna per sanctos patres exposita extranea sunt: unde necessarie & hæc ipsa, & omnes præterea qui talia sapiunt, anathematizo.

Macarius Antei episcopus dixit: Ea quæ reverendissimi Nestorii epistolæ inserta comperiuntur, fidei quam sancti patres in Nicæa civitate expoluerunt, admodum dissona sunt: atque ideo iis omnibus qui eo sensu præditi sunt, anathema denuncio, ut qui extra orthodoxam fidem constituti sint.

Phæbammon Copti episcopus dixit: Reverendissimi Nestorii epistola cum fide per sanctos patres Nicænos quondam explanata nequaquam convenit: sed neque cum epistola sanctissimi Deoque dilectissimi Cyrilli: quare omnibus qui ita credunt, anathema.

Theopemptus Cabasorum episcopus dixit: Ex lecta jam epistola planum est, reverendissimum Nestorium ea sapere, quæ a sanctorum patrum fide sunt quam remotissima: quare tam ipsum, quam reliquos omnes qui eadem sentiunt, anathematizo.

Aristobulus Thmueos episcopus dixit: Ex epistola jam audita reverendissimum Nestorium rectæ fidei contraria sapere agnovimus; eaque de causa illum anathematizo.

Amphilochius Sidæ episcopus dixit: Monstrositas, dogmatumque impuritas, quæ in reverendissimi Nestorii epistola cernuntur, non solum piorum aures graviter offendunt, sed ipsum quoque rectæ fidei capitalem hostem esse ostendunt.

Omnes episcopi simul exclamaverunt: Quicumque Nestorium non anathematizat, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat: hunc sancta synodus anathematizat. Quicumque Nestorio communicat, anathema sit. Omnes Nestorii epistolam & dogmata anathematizamus: omnes hæreticum Nestorium anathematizamus: eos qui cum Nestorio communicant, omnes anathematizamus: impiam fidem Nestorii anathematizamus: impium dogma Nestorii omnes anathematizamus: impium Nestorium omnes anathematizamus. Totus terrarum orbis impiam Nestorii religionem anathematizat. Quicumque hunc non anathematizat, sit anathema. Hunc recta fides anathematizat; hunc sancta synodus anathematizat. Qui Nestorio communicat, anathema sit.

Sanctissimi Romani episcopi scripta legantur.

Juvenalis Hierosolymorum episcopus dixit: Legantur & literæ sanctissimi ac reverendissimi Cælestini Romanæ ecclesiæ archiepiscopi, quas de fide perscripsit.

Petrus Ecclesiæ Alexandrinæ presbyter, & notariorum primicerius legit.

Epistolæ Cælestini urbis Romæ episcopi ad Nestorium interpretatio.

Dilecto fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii, catholica fides quietem habuit; & reliqua.

Habetur ſupra parte 3. c. 18.

Et lecta eſt tota, prout ſupra poſita eſt.

Petrus presbyter Alexandrinus, & notariorum primicerius dixit; His quæ modo recitata ſunt ſanctitas quoque piiſſimi epiſcopi noſtri Cyrilli conſona ſcripſit, quæ & præ manibus habemus, & ſi pietas veſtra juſſerit, recitabimus.

Flavianus Philippenſium epiſcopus dixit: Legantur hæc quoque, lectaque in actorum commentarios referantur.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius legit.

Cyrillus & ſynodus ex Ægypti provincia Alexandriæ congregata, Neſtorio religioſiſſimo piiſſimoque ſacrorum comminiſtro, in domino Sal.

Matth. 10. v. 37.

Habetur ſupra parte 3. c. 16.

Cum ſalvator noſter diſerte pronunciet; *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus*: quid nobis fiet, a quibus tua pietas ſupra Chriſtum omnium ſalvatorem diligi poſtulat? & reliqua. Et lecta eſt prout ſupra habetur.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit: Non ea ſolum, quæ Cæleſtinus ſanctiſſimus ſacratiſſimuſque Romanæ eccleſiæ epiſcopus ad reverendiſſimum Neſtorium ſcripſerat, miſſa & reddita ſunt eidem; verum ea etiam quæ ſanctiſſimus piiſſimuſque Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus Cyrillus & univerſa Ægypti ſynodus per Theopemptum & Danielem & Potamonem & [a] Comarium religioſiſſimos epiſcopos ad eumdem deſtinaverant. Quamobrem rogo, ut Theopemptus & Daniel religioſiſſimi epiſcopi hic præſentes, ea de re interrogentur.

[a] Macarium.

Flavianus Philippenſium epiſcopus dixit: Theopemptus & Daniel religioſiſſimi comminiſtri noſtri qui præſentes adſunt, exponant, an ejuſmodi epiſtolas reddiderint.

Theopemptus Cabaſorum epiſcopus dixit: Die dominico, cum ſynaxis ageretur, ad epiſcopale palatium aſcendimus, ibidemque toto præſente clero cunctiſque fere illuſtribus adſtantibus, literas, de quibus hic ſermo eſt, Neſtorio tradidimus.

Similiter & Daniel [b] Darnenſium epiſcopus eadem confirmavit.

Flavianus Philippenſium epiſcopus dixit: Fuitne ergo literis ab eo ſatisfactum?

Daniel [b] Darnenſium epiſcopus dixit: Tunc nobis reſpondit, ut poſtero die veniremus, & privatim illum conveniremus. Porro nobis redeuntibus aditum intercluſit, & reſponſum nobis dare non eſt dignatus.

Theopemptus Cabaſorum epiſcopus dixit: Literis, de quibus proxime dictum eſt, acceptis, conſtituit nobis, ut ſequenti die ſermonem cum eo haberemus. Abivimus ergo: at poſtero die reverſos non admiſit, neque etiam ſatisfecit literis; ſed publice pro concione eadem quæ ante, & his quoque deteriora dogmata propoſuit. Neque vero ſolum ante redditas litteras hæc docebat, ſed multo pejora, poſtquam accepi, docuit, & uſque hodie docere non deſinit.

Fidus Joppes epiſcopus dixit: [c] In ſuane

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπε. Τάπερ τοῖς ἀναγνωσθεῖσι σύμφωνα γέγραφε καὶ ἀγιότης τοῦ θεοσεβεστάτου ἡμῶν ἐπισκόπου Κυρίλλου, ἃ καὶ μεθ' χεῖρας ἔχομεν· καὶ εἰ εὐλάβειαν ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, ἀναγνωσόμεθα.

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε· [a] Ἀναγνωσθήτω καὶ ταῦτα ἐμφερέσθω τοῖς πραττομένοις. [a] Ἀναγνωσθείτω.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμικήριος νοταρίων εἶπεν.

Τῷ ἁλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος καὶ ἡ σύνοδος σωίδε τῶν Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, τῷ κυρίῳ χαίρειν.

Matth. 10. 37.

Τῶ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος σαφῶς· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. τί παθόντες ἡμεῖς, οἱ παρὰ τῆς σῆς ἁλαβείας ἀπαιτούμενοι τὸ ὑπεραγαπᾶν σε τὸν παντῶν ἡμῶν σωτῆρος Χριστὸν καὶ τὰ λοιπά, [a] ὥσπερ προσλάμπει. [a] καὶ ἀναγνώσθω ἐκ τοῦ ἴσου τοῦτο.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμμικήριος νοταρίων εἶπε· Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τὰ ἀποσταλέντα παρὰ τῆς ἁγιωτάτης καὶ ὁσιωτάτης τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου ἀπεσταλτικῆς ἀποδέδοται αὐτῷ τῷ ἁλαβεστάτῳ Νεστορίῳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπισταλέντα παρὰ τῆς ἁγιωτάτης καὶ θεοσεβεστάτης ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κυρίλλου, καὶ τῆς συνόδου πάσης τῆς Αἰγυπτιακῆς, διὰ Θεοπέμπτου καὶ Δανιὴλ, καὶ Ποταμίωνος, καὶ [a] Κομαρίου, τῶν ἁλαβεστάτων ἐπισκόπων· παρακαλῶ ἐρωτᾶσθαι Θεοπεμπτον καὶ Δανιὴλ, τοὺς ἁλαβεστάτους ἐπισκόπους σύνοδα τυγχάνοντας, περὶ αὐτῶν τούτου. [a] Μακαρίου.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε· Κατατιθέσθωσαν οἱ ἁλαβέστατοι συλλειτουργοὶ ἡμῶν Θεόπεμπτος καὶ Δανιὴλ οἱ παρόντες, εἴγε ἀποδεδώκασι τὰς ἐπιστολάς.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος [a] Καβάσων εἶπε· Εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον ἀπελθόντες ἡμέρᾳ μεσούσῃ, συναζέντος ἐπιπλεμβῶς, παρόντος παντὸς κλήρου, καὶ τῶν ἐλλογίμων σχεδὸν πάντων, τοῦτο ἀποδεδώκαμεν Νεστορίῳ τῷ γράμματι. [a] Καρβάσων.

Ὁμοίως δὲ καὶ Δανιὴλ ἐπίσκοπος Δαίρνων τὸ αὐτὸ κατέθετο.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε. Ἐποίησε σοὶ τὸ ἱκανὸν τοῖς [a] γράμμασι; [a] γραφεῖσι.

Δανιὴλ ἐπίσκοπος Δαίρνων εἶπε· Εἶπε ἡμῖν τότε, ὅτι ἐλθόντι τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, καὶ ἰδιάσαι αὐτῷ. ἀλλ' ὧν ἡμῶν ἀπελθόντων, ἀπέκλεισε ἡμῖν τὰς θύρας, καὶ οὐκ ἠξίωσεν ἡμᾶς ἀκροάσεως.

Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος Καβάσων εἶπε· Δεξάμενος τὰ προσφωνηθέντα χαρτία, συνετάξατο ἡμῖν τῇ ἑξῆς σωτυχῶν αὐτῷ. ἀπελθόντες οὐκ ἐδέξατο, ὅτι μὴ τὸ ἱκανὸν τοῖς γράμμασι πεποίηκε· ὅτι ἐν ἐκκλησίας τὰ αὐτὰ, καὶ χείρονα δογματίζων. ἃ μὴν δὲ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὰς χάρτας ταῦτα ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χείρονα μετὰ τὸ λαβεῖν ἐδίδαξεν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. [a] Εἰ.

Φαῖδος ἐπίσκοπος Ἰόππης εἶπε· [a] Ὅτι ἐν ἐπιμένει

---

1 Vet. V. *Communiam*. 2 Vet. V. *Darnenſes*. 3 Vet. V. *Dardanenſi*, ut proxime.
4 Vet. V. *quæ permanet uſque ad hodiernum diem in eadem doctrina*.

μβαν ἐις σήμερον τῇ αὐτῇ διδασκαλίᾳ, διώκον- A doctrina etiamnum ad præſens uſque tempus
ται λέγειν ϗ οἱ παρόντες θεοσεβέσατοι ἐπίσκο- perſiſtat Neſtorius, id piiſſimi epiſcopi Aca-
ποι, Ἀκάκιος ϗ ὁ κύριος Θεόδοτος. οἳ ϗὶ cius & dominus Theodotus, qui coram ad-
ἐξηλέγξεις παρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο. ἆρα ϗ κινδυ- ſunt, & non abſque alicujus ex ipſis perи-
νεύσαί τινα ἀφ' αὑτῆς. ὡς ϗὶ παρακαλοῦμεν, culo cum eo diſſeruerunt, explicare pote-
ϗὶ ὁρκίζομεν κατὰ τῶν παραδεδομένων ἁγίων εὐαγ- runt. Hos proinde rogamus, & per ſancta
γελίων, ἵνα τῆς πίστεως τῆς ὑποκειμένης ἐκ- evangelia coram hic propoſita obteſtamur
πέσῃ, τί ἤκουσεν παρὸ ἡμῶν πρῴην παρ' & adjuramus, ut in præſentium actorum fi-
αὐτοῦ Νεστορίου. dem & confirmationem nobis exponant, quid-
nam ante hoc proximum triduum ex ipſo
Neſtorio audiverint.

* Non ſunt hæc verba in mſ. Seg

* Διαλαλιὰ Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτοῦ δυσφημίας.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini de blaſphemiis Neſtorii admonitio.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ἐπεὶ- Cyrillus Alexandriæ epiſcopus dixit: Quan-
δὴ ὐ περὶ τῆς τυχόντων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ doquidem non de vulgari, ſed de re om-
τοῦ πάντων καταλαμπροτέρου πραγματος, φημὶ B nium maxima hic agitur, puta de recta in
δὴ τῆ ὀρθῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἀκόλουθόν ἐστι τοὺς Chriſtum fide, conſentaneum eſt ut reve-
ἐπισκόπους Κλαβεσιάτους Θεόδοτον ϗ Ἀκάκιον, κατὰ τὰς rendiſſimi epiſcopi Theodotus & Acacius ju-
παρακλήσεις τοῦ Κλαβεσιάτου ἐπισκόπου Φειδᾶ, ϗ τοὺς xta obteſtationem, oblatique jurisjurandi re-
ὁρκισμοὺς τοὺς ἐπισχεθέντας, φιλαλήθεις ὄντας ϗ ligionem piiſſimi Fidi epiſcopi, cum ſancti
ἀγάπας, εἰπεῖν ἅπερ ἀκριβῶσι λέγουσι· αὐτοῦ δὲ τῆ ſint & amatores veritatis, ea nobis aperiant,
Ἐφεσίων πόλει, διαλεξιν παρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὀρ- quæ cum Neſtorio in hac Epheſiorum civi-
θῆς πίστεως κινήσαντες. tate de orthodoxa fide diſputantes, ex illius
ore audierunt.

Θεόδοτος ἐπίσκοπος Ἀγκύρων εἶπεν. Ὀδυ- Theodotus Ancyræ epiſcopus dixit: Equi-
νῶμαι μὲν ὑπὲρ φίλου. πλὴν πάσης φιλίας παρο- dem amici cauſa graviter affligor; nihilomi-
τιμῶ τὴν ἀλήθειαν. διὸ ἀνιῶμαι ἔχων ϗ μετ' nus omni amicitiæ præpono pietatem. Adi-
πολλῆς ἀθυμίας, περὶ ὧν ἐρωτῶμαι, τὴν ἀλή- gor proinde, idque non magna abſque ani-
θειαν * ἐκφάναι. ὡς οἶμαι χρείαν εἶναι τῆς ἡμῶν mi mei triſtitia, ut eorum de quibus inter-
μαρτυρίας, τὸ φρονήματος αὐτοῦ δῆλα γεγραμμένα rogor, veritatem exponam; etſi interim no- C
ἐκ τοῦ γράμματος τὸ παρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν. ſtrum hoc teſtimonium non opus eſſe exi-
ἃ γὰρ ἐκεῖ ἀπηγόρευε περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου λέγε- ſtimem. Nam cujus ille ſententiæ ſit, ex
σθαι, τοιοῦτός τὸ μονογενοῦς, ὁποδύλιζων αὐτῷ τὸ literis quas ad pietatem tuam dedit, ſatis
ἀνθρώπινα, ταῦτα ϗὶ ὧδε ἀξιόλογόν ἔφη· μὴ δεῖν περὶ apertum eſt: ſiquidem humana, quæ ibi
Θεοῦ λέγειν γαλακτοτροφίαν, μηδὲ γέννησιν τὴν ἐκ παρθένου· οὕτω ϗ de Verbo, hoc eſt Unigenito, tanquam illo
ὧδε πολλάκις ἔφη, δίμηνόν ἢ ξιμηνιαῖον indigna prædicari poſſe negavit, eadem & hic
μὴ δεῖν λέγεσθαι Θεόν. ϗὶ τοῦτο οὐχ ἡμεῖς quoque inficiari non erubuit. Etenim ut la-
μόνοι, ἀλλὰ ϗὶ ἕτεροι πλείονες ἐπιγνόαμεν, οὐ ctationem, & ex virgine generationem, in
πρὸ πολλῶν ἡμερῶν παρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ τὸ Ἐφέσου epiſtola, ita hoc in loco differens, Deum bi-
διαλεγομένου. meſtrem aut trimeſtrem appellare, neſas eſ-
ſe repetivit. Atque hæc non ſolum nos ex
eo intelleximus, cum paucis ante diebus in
hac Epheſiorum civitate contra nos diſcepta-
ret, ſed alii præterea non pauci.

Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Μελιτινῆς εἶπε· Πί- Acacius Melitenæ epiſcopus dixit: Fide
στεως παρακειμένης, ϗ τῆς εἰς τὸν Θεὸν θεοσεβείας, D & pietate erga Deum in medium propoſi-
ἀνάγκη πᾶσαν χολαζειν διάθεσιν. ὅθεν εἰ ϗὶ tis, omnis privata affectio ſaceſſat neceſſe
σφόδρα ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τὸν κύριον Νεστόριον ἠγάπησα, eſt. Quamobrem licet dominum Neſtorium
ϗ πιστοῦσθαι αὐτὸν παρεσκεύασα ἐσπουδα- præ ceteris ardenti quodam amore proſecu-
σα, ἀνάγκη καὶ φιλαλήθως τὰ παρ' αὐτοῦ εἰ- tus ſim, eumque omnino ſervare ſtuduе-
ρημένα εἰπεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ κεκακοκεχθῆναί μου rim; nunc tamen neceſſitas hortatur, ut
τὴν ψυχὴν ἀποκριθέντα * πλανθῆς. παρα- quæ ab ipſo prolata mihi conſtant, ea ve-
κεχρῆμαι ἐπιστὰς τῇ Ἐφεσίων πόλει, ἐποπτεύειν ra narratione hic explanem: ne, ſi forte
παρὸς τὸν εἰρημένον ἄνδρα διαλεξιν. ϗὶ γνοὺς veritatem celavero, meritam damnationis
αὐτὸν οὐκ ὀρθῶς * φρονοῦντα, πειρᾶσθαι αὐτὸν ſententiam animæ meæ afferam. Igitur ubi
ἐπανορθώσασθαι ὑπὲρ δύναμιν, ϗ ἀποστῆσαι τοῦ πο- primum in hanc Epheſiorum civitatem in-
νηροῦ φρονήματος. αὐτὸν τε ἐκεῖνον ἐφάνην τοῖς greſſus ſum, cum prædicto viro in collo-
χείλεσι συνομολογοῦντα, ὅτι δὴ μετατίθεται τῆς quium veni. Cumque illum minus recte ſa-
τοιαύτης ἐννοίας. ἡμέρας δὲ δέκα ἢ δώδεκα διε- pere animadverterem, ab erronea opinione,
λιπὼν, πάλιν λόγου τινὸς κινηθέντος, ἀντιλαβόμενος τῆς τῆς ἀληθείας λόγου· ϗ ἀντιτείνοντα qua tenebatur, eum abducere, & ad veri- E
αὐτὸν τούτῳ εὗρον. ϗ δύο ἀτόποις κατὰ τὸ αὐ- tatis tramitem transferre conatus ſum: eo-
τὸ ἐγκύπτειν περιέπτειν. πρότερον μὲν γὰρ ἐκ que hominem induxiſſe videbar, ut ſe ver-
τῆς αὐτοῦ ἐπερωτήσεως ἀπόπου οὔσης ἀπήγγελλεν ἑτε- bis ab ea ſententia receſſiſſe fateretur. Ce-
ρόθεν τοῖς ἀκριβοῦσιν, ἢ πάντῃ ἀρνήσασθαι terum decem aut duodecim dierum inter-
τὴν τῶ μονογενοῦς θεότητα ὑπολαμβάνεσθαι, ἢ vallo interjecto, intermiſſam diſceptationem
ὁμολογεῖν, ὅπερ ὦν ἀσεβὲς, ὅτιπερ ϗὶ ἡ τοῦ denuo redintegramus. Cumque ego veri-
πατρὸς, ϗὶ ἡ τοῦ υἱοῦ. ϗ ἡ τοῦ πνεύματος tatis patrocinium ſuſcepiſſem, deprehendi il-
lum & verſutia ſerio obnlti, & in duas gra-
ves abſurditates ſimul prolabi. Primo nam-
que ex illius interrogatione, quæ abſurda
erat, eo reſponſurum adigere contendebat,
ut vel unigeniti deitatem incarnatam inficia-
retur:

retur ; vel certe (quod impium erat) Patris & Filii & Spiritus ſancti deitatem una cum Verbo carnem ſumpſiſſe profiteretur. Quæ mentis eramt perverſiſſimæ, & piam fidem modis omnibus evertere paratæ. Mota deinde altera concertatione, epiſcopus quidam qui cum ipſo erat, ſermonem excipiens, alium aſſerebat Filium eſſe qui mortem ſubierat, & alium item Dei Verbum. Quam blaſphemiam amplius ferre non valens, omnibus conſalutatis abivi. Aderat & alius quidam ipſi, qui Judæis patrocinatus, eos non in Deum, ſed in hominem impios extitiſſe affirmabat.

Flavianus Philippenſium epiſcopus dixit : Cum piiſſimorum & religioſiſſimorum conſacerdotum noſtrorum Acacii & Theodoti narratio manifeſta exiſtat ; conſequens eſt ut beatorum patrum noſtrorum [a] ſententiæ ad præſens inſtitutum facientes in medium proferantur, prolatæque & lectæ in acta referantur.

Petrus presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit : Quandoquidem ſanctiſſimorum ſacratiſſimorumque patrum ac epiſcoporum, & diverſorum præterea martyrum codices in promptu habemus, nonnullaque capita ex illis ſelegimus : ea, ſi vobis ita viſum fuerit, prælegemus.

Flavianus epiſcopus Philippenſium dixit : Legantur, & in actorum monumenta referantur. Et lecta ſunt in hunc modum.

a Vincentius Lirinenſis apud Epheſum ſacrato decalogi numero magiſtros, conſiliarios, teſtes, judiceſque productos fuiſſe docet, multoque ampliorem majorum numerum adhiberi potuiſſe, ſed neceſſe non fuiſſe, &c.

b [1] *Petri ſanctiſſimi epiſcopi & martyris ex libro de deitate.*

b in mſ. Juſtelli vetus occurrit harum ſententiarum verſio, & ab hac & a Peltanica & Coutiana omnino diverſa.

CUM vere gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta ſit ; hinc ſecundum Apoſtoli doctrinam gratia ſalvati ſumus. Ait enim : *Et hoc non ex nobis ; Dei enim donum eſt : non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Dei voluntate Verbum factum eſt caro, habituque inventum ut homo, non receſſit a deitate. Neque enim ea de cauſa egenus factus eſt cum eſſet dives, ut virtutis aut majeſtatis ſuæ perfectione exueretur ; ſed ut & mortem pro nobis peccatoribus ſuſciperet, *juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu.* Et poſt pauca rurſum : Quare & evangeliſta quoque vera prædicat, dum ait : *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Tum videlicet, cum angelus virginem ſalutavit dicens : *Ave gratia plena, dominus tecum :* hoc eſt, Dei Verbum tecum eſt ; nam illa Gabrielis ſalutatio, Deum Verbum in utero virgineo natum, & carnem factum inſinuat ; hinc & ſcriptum eſt : *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi : ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Et paucis interjectis rurſum : Deus autem Verbum citra viri commercium, Dei, qui quidvis efficere poteſt, voluntate in virginis utero incarnatum eſt, viri operatione aut præſentia ad hoc minime requiſita. Dei namque virtus virginem per Spiritus ſancti adventum obumbrans viro efficacius operata eſt.

Joan. 1. v. 14.

Luc. 1. v. 28.

Ibid. v. 35.

διότης συνισαρκώθη τῷ θείῳ λόγῳ · ἅπερ ἰῶ πατρὶ ξένην κακοτέχνου δόξαν εἶχεν, καὶ ἐκβαλλούσης τὴν εὐσεβῆ πίστιν. ἑτέρα δὲ πάλιν κινηθέντος λόγου, ἀπελάβετό τις συὼν αὐτῷ ἐπίσκοπος τοῦ λόγου. Ὁ ἄλλον μὲν ἔφη εἶναι τὸν υἱὸν τὸν τὸ πάθος ἀναδεξάμενον, ἄλλον δὲ τὸν Θεὸν λόγον. ἐφ' οἷς ἰῶ βλασφημίαις * οὐχ ὑπενεγκεῖν δυνηθεὶς, συνπεξάμην ἅπασιν ἐξῆλθον. καὶ ἕτερος δέ τις συὼ αὐτῷ συναγόρευε τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς οὐκ εἰς Θεὸν, ἀλλ' εἰς ἄνθρωπον ἡσεβηκότι. * *leg.* οὐκ. *vulg.*

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε · Φανερᾶς ὔσης τῆς κατηρτισμένης ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγιωτάτων καὶ θεοσεβεστάτων συλλειτουργῶν ἡμῶν Θεοδότου καὶ Ἀκακίου, ἀκόλουθόν ἐστι, ἵνα * εἴπερ περὶ τῶν προκειμένων δόξαν οἱ μακάριοι πατέρες ἡμῶν καὶ οἱ ἐπίσκοποι, ἀναγνωσθείσης, καὶ ἐμφερέσθωσαν τοῖς πραττομένοις. * ἄρα.

Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμμικήριος νοταρίων εἶπε · Ἐπειδὴ μὲν χεῖρας ἔχομεν βιβλίας τῆς ἁγιωτάτης καὶ ὁσιωτάτων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ ἑτεροδόξων μαρτύρων. ἐπιλεξάμεθα δὲ ἐκ * πάντων ὀλίγα κεφάλαια. εἰ ποιεῖσθαι ὑμῖν, ἀναγνωσόμεθα. * τάντων

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων εἶπε · Καὶ πάνυ ἀναγνωσθέντα ἐμφερέσθω. Καὶ ἀναγνώσθη ὕπο.

Πέτρου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ θεότητος βιβλίου.

ΕΠΕΙΔΗ καὶ ἀληθῶς ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο · δόθεν καὶ χάριτι ἐσμὲν σεσωσμένοι, κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν · καὶ τοῦτο, φησὶν, οὐκ ἐξ ἡμῶν · Θεοῦ τὸ δῶρον · οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Θελήματι Θεοῦ ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος, καὶ χρήματι ἐλεηθεὶς ὡς ἄνθρωπος, οὐ κατελείφθη τῆς θεότητος. ὧδε γὰρ ἦν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἡ δόξης πλέον ἄπορος, πτωχεύσας πλούσιος ὤν, τοῦτο ἐγένετο · ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν τῷ ἁμαρτωλῶν ἀναδέξηται, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ὅπως ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Καὶ μετ' ἔπαρα. Οὗτος καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀληθεύει λέγων · ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν · τότε * δὲ τοῦτο, ὅτε ὁ ἄγγελος προσῆλθε τῇ παρθένῳ * εἰπών · χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. τὸ γὰρ ὁ κύριος μετὰ σοῦ, ἴσον ἐστὶ τοῖς εἰρημένοις τῷ Γαβριὴλ, ἐντὶ τοῦ ὁ Θεὸς λόγος μετὰ σοῦ. σημαίνει γὰρ αὐτὸν * γεννώμενον ἐν μήτρᾳ, καὶ σάρκα γενόμενον, καθὼς γέγραπται · πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι · διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Καὶ πάλιν μετ' ἔπαρα. Ὁ δὲ Θεὸς λόγος παρὰ τὴν ἀνδρὸς ἀπουσίαν, κατὰ βούλησιν τοῦ παντὸς δυναμοῦ κατεργάσασθαι Θεοῦ, γέγονεν ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου σάρξ. μήτε δεηθεὶς τῆς ἀνδρὸς ἐνεργείας, ἢ παρουσίας. ἐνεργέστερον γὰρ τὴν ἀνδρὸς ἐπισκίασιν ἐποίησεν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσασα τῇ παρθένῳ σὺν τῇ ἐπελεύσει τοῦ ἁγίου πνεύματι. * ἐπεὶ νῦν ἐστὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Severiano. * ἐπεὶ νῦν ἐστὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Severiano.

Ἀθα-

1 In Mſ. noſtro in quo ſunt ha ſententiæ, item in Vatic. Bellov. ut & Juſtel. aliiſque, occurrit harum ſententiarum verſio ab iſta, quæ eſt Theodori Peltani, & ab ea, quam edidit Antonius Contius, omnino diverſa. Eſt in Concil. Chalced. Act. 1. *Harduinus.*

Αθανασίου τῦ ἁγιωτάτου, γενομένου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας, ἐκ τῦ κατὰ Αρειανῶν βιβλίου.

Athanasii ſanctiſſimi epiſcopi Alexandriæ, ex libro contra Arianos.

Rom. 5.

ΠΟΛΛΟΙ γοῦν ἅγιοι γεγόνασι, καὶ καθαροὶ πάσης ἁμαρτίας· Ιερεμίας δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς ἡγιάσθη· καὶ Ἰωάννης ἔτι κυοφορούμενος ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῇ φωνῇ τῆς Θεοτόκου Μαρίας. καὶ ὅμως ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας, ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. καὶ οὕτως ἔμενον οὐδὲ ἦσαν οἱ ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ φθαρτοί, δείκτικοὶ τῆς ἰδίου τῆς φύσεως παθῶν. καινῶν δὲ τῷ λόγῳ γεγομένων ἀνθρώπων, καὶ ἰδιοποιουμένων τὰ τῆς σαρκὸς, οὐκέτι ταῦτα τῷ σώματι ἔπεσε δεῖξαι τὸν ἐν αὐτῷ γεγόμενον Θεὸν λόγον· ἀλλ' ὑπ' αὐτῦ μὲν ἀνήλωται. λοιπὸν δὲ οἱ ἄνθρωποι οὐκέτι κατὰ τὰ ἴδια πάθη μένουσιν ἁμαρτωλοὶ καὶ νεκροί, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῦ λόγου διαμονὴν ἀναστάντες, ἀθάνατοι καὶ ἄφθαρτοι εἰς ὄγκον μένουσιν. ὅθεν καὶ γεννομένης τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, αὐτὸς λέγεται γεγεννῆσθαι, ὁ πᾶσι ἄλλοις τὴν γέννησιν εἰς τὸ εἶναι παρέχων· ἵνα τὴν ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μετάθῃ γέννησιν, καὶ μηκέτι ὡς γῆ μόνη ὄντες εἰς γῆν ἀπέλθωμεν· ἀλλ' ὡς τὸ ἐξ οὐρανῦ λόγῳ σωματωθέντος, εἰς οὐρανὸν ἀναχθῶμεν δι' αὐτό. ὧν ὅπερ καὶ τὰ ἄλλα πάθη τῦ σώματος ὐκ ἀτελεύτητα εἰς ἑαυτὸν μετέθηκεν, ἵνα μηκέτι ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκωμεν, ἀλλ' ὡς ἴδιον τῦ λόγου, τῆς αἰωνίου ζωῆς μετέχωμεν. οὐκέτι γὰρ κατὰ τὴν προτέραν γένεσιν ὀφείλομεν ἀποθνήσκειν ἐν τῷ Ἀδὰμ φαίνεται ἀποθνήσκομεν, ἀλλὰ λοιπὸν τῆς ἔσω ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας μεταπεσόντων εἰς τὸν λόγον, ἐγειρόμεθα ἀπὸ τῆς γῆς, λυθείσης τῆς δι' ἁμαρτίαν κατάρας ὀφειλὴν τῶν ἐν ἡμῖν ὑπὲρ ἡμῶν γεγομένων κατάραν.

Gen. 3.

Rom. 5.

Psalm. 81.

1. Cor. 15. 22.

Gen. 3. 17.

Multi ſane & ſancti extitere, & ab omni peccato immunes. Quin Jeremias ex utero ſanctificatus eſt: & Joannes adhuc intra materna viſcera deliteſcens, deiparæ virginis Mariæ voce percepta, præ gaudio exſultavit. *Verumtamen regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccaverunt, ob ſimilitudinem prævaricationis Adæ.* Atque ita homines morti & corruptioni, ceteriſque miſeriis quæ in ipſorum naturam conveniunt, obnoxii manebant. Nunc autem poſteaquam Verbum incarnatum eſt, & ea quæ carnis ſunt propria ſibi adſcivit, ejuſmodi paſſiones in corpus non amplius deſæviunt, propter Deum Verbum quod in eo factum eſt, ſed ab ipſo quidem conſumptæ ſunt: homines autem non amplius ſecundum propriæ naturæ paſſiones peccato & morte conſtricti tenentur; ſed Verbi virtute exſuſcitati, perpetuæ immortalitatis & incorruptionis beneficio potiuntur. Carne proinde ex deipara Maria nata, ipſe natus perhibetur, qui aliis rebus ut ſint largitur: quo videlicet noſtra nativitate in ſeipſum translata, non amplius tanquam terra tantum, in terram abeamus; ſed tanquam cœleſti Verbo conjuncti, ab ipſo in cœlum evehamur. Ad hunc modum alias quoque corporis paſſiones haud incongrue in ſeipſum tranſtulit, ne in poſterum ſicut homines moriamur, ſed tanquam Verbi Dei proprii effecti, ſempiternæ vitæ participes exiſtamus. Neque enim ultra, juxta priorem generationem, omnes in Adam morimur; ſed tam nativitate noſtra, quam reliquis omnibus carnis infirmitatibus in Verbum tranſlatis, ſoluta maledictione per peccatum nobis inflicta, propter eum qui in nobis noſtri cauſa factus eſt maledictio, e terra reſurgimus.

Orat. 4. contra Arian. ante med.

Jerem. 1.

Luc. 1. 44.

Rom. 5. 14.

Pſal. 81.

1. Cor. 15. 42.

Galat. 3. 13.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῆς.

Ejuſdem ex epiſtola ad Epictetum.

ΠΩΣ δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι χριστιανοὶ, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας προελθὼν κύριος, υἱὸς μὲν τῇ ἰδίᾳ καὶ φύσει τῦ Θεῦ ἐστὶ· τὸ δὲ κατὰ σάρκα, ἐκ σπέρματος ἐστὶ τῦ Δαυὶδ, σαρκὸς δὲ τῆς ἁγίας Μαρίας; τίνες δὲ ἄρα ὗπο τολμηροὶ γεγόνασιν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα καὶ ἐσταυρωμένον μὴ εἶναι κύριον, καὶ σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν τῦ πατρός; ἢ πῶς χριστιανοὶ θέλουσιν ὀνομάζεσθαι οἱ λέγοντες ὡς ἄνθρωπον ἄγιον, ὡς ἐπὶ τοῦτο μόνον προφητικῶς ἐλθόντα τὸν λόγον, καὶ μὴ αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον, λαβόντα ἐκ Μαρίας τὸ σῶμα· ἀλλ' ἕτερον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἕτερον τὸν τῦ Θεῦ λόγον, τὸν πρὸ Μαρίας καὶ πρὸ αἰώνων υἱὸν ὄντα τῦ πατρός; ἢ πῶς εἶναι χριστιανοὶ δύνανται οἱ λέγοντες, ἄλλον εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν τῦ Θεῦ λόγον; Καὶ μετ' ἔπαρε πάλιν· Οὐ θέσει δὲ ταῦτα ἐγένετο, μὴ γένοιτο, ὡς τινες πάλιν ὑπέλαβον· ἀλλ' ὄντως ἀληθὴς γενομένου ἀνθρώπου τῦ σωτῆρος, ὅλου τῦ ἀνθρώπου σωτηρία ἐγένετο. εἰ γὰρ θέσει ἦν

Rom. 1.

Quomodo autem quidam qui inter Chriſtianos cenſentur, in quæſtionem vocare audent; dominuſne, quem Maria in lucem edidit, natura quidem & eſſentia Dei filius exiſtat, ſecundum carnem vero ex ſemine David & ſanctæ Mariæ carne ortum ducat? Quinam vero in eam temeritatem prolapſi ſunt, ut dicere audeant, Chriſtum qui carne paſſus & crucifixus eſt, nec Deum eſſe, nec dominum, nec ſalvatorem, nec Patris Filium? Quomodo rurſum Chriſtiani hominis appellationem uſurpare non verentur, qui Verbum in hominem ſanctum perinde atque in aliquem prophetarum deſcendiſſe aſſerunt, & non ipſum ſumpto ex Maria corpore hominem factum; ſed alium Chriſtum, alium rurſum eſſe Dei Verbum, quod ante Mariam & ſecula erat Filius Patris? Aut quomodo Chriſtiani nomen merentur, qui alium dicunt eſſe Filium, & alium Dei Verbum?

Rom. 1.

Poſt alia rurſum:

Hæc autem (ut quidam exiſtimarunt) non agebantur per extrinſecam Verbi præſentiam; abſit; ſed realiter & vere ſalvatore homine

mine facto, toti homini ſalus obvenit. Nam A si juxta illorum opinionem extrinſeca præſentia Verbum in corpore erat, hoc autem ad apparentiam ſpectat; conſequens fit (quod impiiſſimus docebat Manichæus) hominum ſalutem & reſurrectionem eſſe rem quampiam commentitiam & imaginariam. Atqui ſalus noſtra non eſt inane commentum: neque ſalus tantum corpori comparata eſt, ſed toti vere homini, hoc eſt, animæ & corpori: ſiquidem ſalvatoris corpus, quod ſecundum ſcripturas ex Maria ſumptum eſt, natura humanum erat & verum.

τὸ σῶμα τοῦ λόγου κατ' ἐκείνους· τὸ δὲ δόκησει λεγόμενον φαντασίας ἐστί· δοκήσει δὲ γέγονεν ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀνάστασις τῆς ἀνθρώπων λεγομένη, κατὰ τὸν ἀσεβέστατον Μανιχαῖον. ἀλλὰ μὴν ἡ φαντασία ἡ σωτηρία ἡμῶν, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλ' ὅλου ἀνθρώπου, ψυχῆς καὶ σώματος, ἀλληθὴς ἡ σωτηρία ἡμῶν γέγονε· ἀνθρώπινον γὰρ φύσει τὸ ἐκ Μαρίας, κατὰ τὰς θείας γραφάς, ἦν ἀληθινὸν υἱὸν τοῦ σωτῆρος.

Julii ſanctiſſimi epiſcopi Romæ, ex epiſtola ad Dociminum.

B Ἰουλίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐκ τῆς πρὸς Δόκιμον ἐπιστολῆς. Δόκιμον

AD fidei plenitudinem incarnatus quoque Dei Filius ex Maria virgine prædicatur, atque inter homines moratus, non potenti quadam vi in homine operatus: hoc enim in prophetis & apoſtolis locum habet: perfectus Deus in carne, & homo perfectus in ſpiritu: non duo filii, unus quidem germanus filius, qui ſuſcepit hominem; alter vero homo mortalis a Deo aſſumptus: ſed unus unigenitus in cœlo, unigenitus in terra Deus.

Κηρύσσεται δὲ εἰς συμπλήρωσιν τῆς πίστεως καὶ σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου Μαρίας ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, καὶ σκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἐνεργήσας· τοῦτο γὰρ ἐπὶ προφήταις ἦν καὶ ἀποστόλων· τέλειος Θεὸς ἐν σαρκί, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ἐν πνεύματι· οὐδὺο υἱοί, εἷς μὲν γνήσιος υἱὸς ἀναλαβὼν ἄνθρωπον· ἕτερος δὲ θνητὸς ἄνθρωπος, ἀναληφθεὶς ὑπὸ Θεοῦ· ἀλλ' εἷς μονογενὴς ἐν οὐρανῷ, μονογενὴς ἐπὶ γῆς, Θεός.

Felicis ſanctiſſimi epiſcopi Romæ & martyris, ex epiſtola ad Maximum epiſcopum & clerum Alexandrinum.

C Φήλικος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Μάξιμον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τὸν κλῆρον Ἀλεξανδρείας, ἐπιστολῆς.

DE Verbi autem incarnatione & fide, credimus in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex virgine Maria natum, quod ipſe eſt ſempiternus Dei Filius & Verbum, non autem homo a Deo aſſumptus, ut alius ſit ab illo. Neque enim hominem aſſumpſit Dei Filius, ut alius ab ipſo exiſtat: ſed cum perfectus Deus eſſet, factus eſt ſimul homo perfectus, ex virgine incarnatus.

ΗΛΠΙΣΑΜΕΝ λύσιν ἔσεσθαι τῇ Αἰγυπτιακῇ κλύδωνος, τῇ ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις προσβαλόντος, τὰ τῆς Κυρίεστος τῆς ὑμετέρας δεχόμενοι γράμματα· ἐφλοδοξήσαμεν δὲ τῆς ἐλπίδος. Θρασύτεροι γὰρ οἱ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ἐγένοντο· καὶ ὅτι τῆς εὐδίκους, καὶ ἐνόμους ἐπιτυχθείσης αὐτοῖς ἐφρόντισαν καθαιρέσεως, ὅτε τῇ ἐπιτιμήσει τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐγκύπτειν σωφρονέστεροι· ἀλλαὶ καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας Κυρίεστος νόμους, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας πατήσαντες, οἱ μὲν καθαιρεθέντες, οἱ δὲ ἀκοινώνητοι γεγόμενοι, τὸ τοῖς Κυρίοις ἑορτάζειν οἴκοις, συνάξεις ἐπιτελοῦντες, καὶ ἡμᾶς μεθ', ὡς καὶ ἦδη τοῦ φιλοχρεστον ὑμῶν ἐδιδάξαμεν κορυφαίου, προσδέχεσθαι μόνον εἰς τὸ ἄγιον βουληθέντας, ἀπεσόλιον, μὴ τὸ δέχεσθαι τὰ πάσης Κυρίεστος γέμοντα γράμματα τῆς ὑμετέρας ἡμερότητος, ἀ μόνον ἐκώλυσαν, ἀλλὰ καὶ κατέλαβον, καὶ μέχρι πολλοῦ κατεδίωξαν, ὡς φυγῇ, καὶ δρόμῳ τοῦ σωτηρίου ἡμᾶς πορίσασθαι. αὐτοῖς δὲ πᾶν ὅτιοῦν ποιεῖν ἐξεῖναι νομίζουσιν· εἰς δὲ συνέδριον * ἐστελθεῖν, καὶ βάσανον τῆς ζητουμένου ποιήσασθαι, καὶ ὑπὲρ τῆς αἱρετικῆς τοῦ Κυρίλλου κεφαλαίων ἀπολογήσασθαι οὐκ ἰσχύουσι, τὰς προφανεῖς τῆς ἐν αὐτοῖς δυσσεβείας ἐλέγχους ἀπαγορεύοντες. μέγα δὲ φρονοῦσιν ἐπὶ μόνῃ τῇ θράσει· καὶ τοι γε οὐ θράσους, ἀλλ' ἡσυχίας, καὶ γνώσεως, καὶ τῆς τῶν δογμάτων ἐμπειρίας ἡ περὶ τῶν προκειμένων συνέξετασίς ἐστι. τοῦτο χάριν διὰ ταῦτα ἠθέλομεν * προπέμψασθαι τὸν μεγαλοπρεπέστατον κόμητα Εἰρηναῖον, καταλαβεῖν ὑμῶν τοῦ Κυρίεστου, καὶ τὰ τοῦ πράγματος διδάξαι. τοῦτο γὰρ γεγόμεσθα ἀκριβῶς ἐπίστατο, καὶ μεμάθηκε παρ' ἡμῶν πολλὰς θεραπείας ἔχοντος, δι' ὧν δυνατὸν τὸν ἀτάραχον ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις * παραχθῆναι· ὡς ἱκετεύομεν ἀνεξικάκως τοῦ ὑμετέρου παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἡμερότητα, καὶ τὸ δεκτὸν τῇ ὑμετέρᾳ Κυρίεστι θᾶττον κατασπάσασθαι ἡμᾶς. ἵνα μηδὲς ὠδὶν δέον ἐνταῦθα * συντεθειμένοι.

SPERAVIMUS fore, ut Ægyptiaca tempeſtas, quæ ſanctas Dei eccleſias exagitavit, acceptis pietatis veſtræ literis tandem aliquando ſedaretur: ſed ſpe noſtra fruſtrati ſumus. Etenim viri illi veſania acti, inſolentiores evaſerunt: & neque depoſitionem juſte legitimeque ipſis illatam quidquam curant, neque per majeſtatis veſtræ increpationem modeſtiores effecti ſunt: ſed & pietatis veſtræ ſanctionibus contemptis, ſanctorumque patrum canonibus conculcatis, (cum alii ſint depoſiti, alii vero excommunicati) feſtos dies in oratoriis agunt, celebrantes ſynaxes· ac nos quidem, ſicuti etiam Chriſti amantem celſitudinem veſtram ea de re certiorem antea fecimus, cum acceptis clementiæ veſtræ literis omni pietate plenis, in apoſtoli baſilica preces ſolum Deo adhibere cuperemus, non modo prohibuerunt, D ſed lapidatione facta, longo quoque ſpatio inſecuti ſunt, ita ut fuga curſuque vitæ periculum evaſerimus. Sibi vero quidvis licere arbitrantur; neque ad concilium convenire, neque controverſiarum diſcuſſionem pertractare, neque de hæreticis Cyrilli capitibus (quod argumenta, quæ impietatem illorum aperte oſtendunt, diluere ſe poſſe plane diffidant) rationem reddere voluerunt: ſola autem audacia temeritateque ſeſe efferunt: tamen non audacia, non temeritate, ſed tranquillitate, ſed ſcientia, ſed dogmatum peritia, quæ propoſita ſunt, ſimul examinari debent. Eapropter magnificentiſſimum comitem Irenæum præmittere E compulſi ſumus, ut is & veſtram pietatem conveniat, totius negotii ſeriem explanet: ſiquidem nihil actum eſt, quod illum lateat. Accepit idem a nobis plurimos præſentis morbi curandi modos, quibus tranquillitas eccleſiis Dei reſtitui queat. Rogamus veſtram manſuetudinem, ut patienter illos ab eo cognoſcat, & quod veſtræ pietati viſum fuerit, quanta fieri poterit, celeritate præcipiat, ne citra omnem utilitatem & neceſſitatem hic conſumamur.

Ἀναφορὰν ſignificat, quod ſubſtantivorum more ponitur.

Ἄλλως δὲ μεδιτάβαμεν, quam precationem, ut manifeſtum poſſet eſſe.

Sublata admiratione, ſi relatio comitis catholico ad ſubſtantivorum conſultationem tranſiret.

Quomodo Irenæus omnia hæc obtinuerit, ex ejus epiſtola, quæ mox ſequitur, cognoſci poterit.

Epi-

A

* *Epiſtola comitis Irenæi ad orientales, de iis quæ in propoſita cauſa geſta ſunt poſt ſuam Conſtantinopolim ingreſſum, reddituſque relationes.*

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τῶ κόμητος Εἰρηναίου πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς περὶ τῆς ἐπὶ τῇ ὑποθέσει πραχθέντων, μετὰ τὴν εἴσοδον αὐτῶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἀναφορῶν.

VIX mihi nunc tandem ad ſanctitatem veſtram ſcribere, qualemque deſiderabam, tabellarium invenire licuit, ut quis propoſiti negotii ſucceſſus per gratiam Dei extiterit, veſtræ pietati pateſacerem. Venimus enim in regiam civitatem triduo poſt Ægyptiorum adventum. At vero quot in ipſo mox aditu pericula ſim perpeſſus, id nec oratione explicari facile eſt, neduni epiſtola repræſentetur. Nam optimi illi viri ante me (civitatem) ingreſſi, omnibuſque commode & ex voluntate uſi, (tantum enim dixiſſe ſatis ſit) omnium fere aures præoccuparunt: alios quidem mendaciis temere decipientes, alios confictis in nos calumniis inſtigantes, omnes denique publice privatimque ea ratione in ſuam ſententiam allicientes, ut etiam magni [2] principes, quique dignitate pollebant, vel diverſa in rebus bellicis munia obibant, perſuaſi eſſent, examinatione, quam oportuit, judicioque conſecuto, & omnibus piiſſimis ſimul epiſcopis unam eandemque ſententiam profe-
C rentibus contra eum quem indicta cauſa condemnarunt, mirabilem illam depoſitionem eſſe factam. Sane Scolaſticio cubiculario magnificentiſſimo, Chriſtique ſtudioſo firmiter perſuaſerant, Neſtorium, Epheſi ne audire quidem ullo pacto ſuſtinuiſſe deiparæ vocabulum. Verumtamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, veſtraſque orationes, Dei miſeratione, poſtquam pericula, quæ prima ſtatim fronte, ut dixi, ſe offerebant, evaſi, & magnificentiſſimos [3] principes convenire, univerſamque rerum veritatem, quantum licebat, ipſis explicare valui. Qui ſimul atque noſtram relationem accepiſſent, omnia quæ Ægyptius per tyrannidem tam in præſentem cauſam, quam
D in noſipſos quoque commiſit, ad imperatorum aures referre coacti ſunt. Denique, ne longius ſermonem protraham, cum multa & ab his qui cum Cyrillo faciebant, & ab illis rurſum qui nobiſcum ſentiebant, acta & diſputata fuiſſent; placuit ut utraque pars, tam ego, quam Ægyptii, ſui ſuæque cauſæ tuendæ gratia præſentibus etiam magnis principibus piiſſimum imperatorem adiremus, atque ab eo audiremur: quamquam proteſtatus ſum identidem, me nec ea de cauſa adeſſe, nec ulla ejuſmodi mandata a pientiſſimis epiſcopis accepiſſe, ſed tantum literarum latorem adveniſſe. Sed profecto ob hujuſmodi verba pene [4] diſcerptus ſum: quod autem placuit, abſque ulla cunctatione prolatum eſt. Quare divina providentia etiam tum opem nobis ferente, Auguſtique animum ad veritatem dirigente, & re ipſa, quod cor regis vere in manu Dei ſit, declarante, adverſarii damnati ſunt (oportet enim paucis ipſum rei eventum expedire) propterea quod neque (Ne-

Exaggerat hrenæi quæ ſchiſmatico-rum cauſa pertulerat.

Sed tamen quod verum erat, perſuaſerant.

At juſtiſſime damnatum ſuiſſe conſtat.

Ex hac vocis ſumma erat.

Narrationem hanc mendaciis eſſe refertam, ex aliis quæ ſubſequuntur, clare conſtat.

Non ſic Schiſmaticorum hiſtoria non ſunt dicta.

ΜΟΓΙΣ μοι νῦν * ἐγχθεὶς καὶ ἐπιστεῖλαι πρὸς τὴν ὁσιότητα ὑμῶν, καὶ τῆς γραμμάτων δρεῖν, οἷον ἐβουλόμην διάκονον· ἵνα τὶ ἐπὶ τοῖς προκειμένοις ἐκβάντι διὰ τῆς χάριτος τὸ * Χριστῶ, γνοίσω τῇ κατὰ Θεὸν ὑμῶν διαθέσει· ἦλθομεν γὰρ εἰς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, ξένοις με τῆς Αἰγυπτίων προλαβόντων ἡμέρας· ὅσους δὲ λοιπὸν δι-
B ὡς καὶ παρ' αὐτῶ * ὑπέστην * πρὸ εἰσόδου κινδύνους, οὐδὲ λόγῳ ῥᾴδιον ἐξειπεῖν, μήτι γε δι' ἐπιστολῆς παρασῆσαι. προεισελθόντες γὰρ οἱ βέλτιστοι, καὶ πᾶσι προσφόρως καὶ κατηλλήλως χρησάμενοι, ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰπεῖν, πάντων ὡς εἰπεῖν τὰς ἀκοὰς προκατέλαβον, τοὺς μὲν ταῖς ψευδολογίαις ὡς ἔτυχον δελεάζοντες, τοὺς δὲ καθ' ἡμῶν ταῖς συκοφαντίαις * προσιθίζοντες. ἅπαντας δὲ κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν συμπείθοντες· ὥστε καὶ τοὺς μεγάλους ἄρχοντας, καὶ * τοὺς ἐν ἀξιώμασι τελοῦντας, καὶ τοὺς ἐν στρατείαις διαφόρους πεπιθῆναι, ὅτι περ καὶ ἐξεπίτηδες ἀκολούθως γεγραμμένης, καὶ κατὰ παρακολούθησιν, καὶ πάντων ὁμοῦ
C τῶν Θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκόντων ψῆφον κατὰ τοῦ παρ' αὐτῶν ἐρήμῳ καταχρεσθέντος, ἃ θαυμασὴ γέγονε ἐκείνη καθαίρεσις. τὸν μὲν τοι μεγαλοπρεπέστατον, καὶ φιλόχριστον καβικλάριον Σχολαστίκιον ἔπεισαν * ὁμολογουμένως, ὡς δὲ ἀκοῦσαι ὅλως ἠνέσχετο ἐν Ἐφέσῳ τῆς Θεοτόκου φωνῆς. ὅμως διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀκαταγώνιστον δύναμιν, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχάς, ἐξέκλυσα διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἐκ προοιμίων κινδύνους, ὡς ἔφην, διαφυγών, συντυχεῖν τε τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἄρχουσι, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς, ὡς ἐνεχώρει, τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν ἐξηγήσασθαι. οἳ τὰ παρ' ἡμῶν διδαχθέντες, καὶ εἰς αὐτοὺς ἐνεγκεῖν ἰκανῶς ἐπαναγκάσθησαν τῷ κρατοῦντι τὰς ἀκοὰς,
D ὅσα περ εἰς τε τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, καὶ εἰς ἡμᾶς δὲ αὐτὸς οἱ περὶ τὸν Αἰγύπτιον τυραννικῶς * ἐπλημμέλησαν. καὶ τέλος, ἵνα μὴ μηκύνω τὸν λόγον, πολλῶν ἐν τῷ μέσῳ χρημάτων τε καὶ * λεχθέντων παρά τε τῶν τὰ ἡμέτερα, παρά τε τῶν τὰ Κυρίλλῳ φρονούντων, ἔδοξεν, ἐμοῦ τε, καὶ τῶν Αἰγυπτίων, ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ ὑποθέσει συνεκβιβῶν αὐτὸ, τὸν εὐσεβέστατον ἀκροάσασθαι βασιλέα, παρόντων αὐτῷ καὶ τῶν μεγάλων ἀρχόντων· καί τοι γε ἐμοῦ διαμαρτυρομένου πολλάκις, ὡς ὅτε τοῦτο χάριν ἀφῖγμαι, ἢ ὅτε τοιαύτας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἔλαβον ἐντολάς· μόνον δὲ γραμμάτων ἦλθον διάκονος. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῶν μικρῶν δεῖν καὶ διεσπάσθαι τῶν λόγων. τὸ
E δόξαν δὲ δίκαια πάσης ἐξεβιβάσθη μέλλησις. τῆς τοίνυν θείας ἡμῖν καὶ πάνυ παρασάσης ῥοπῆς, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος πρὸς τὸ ἀληθὲς εὐδυνάσης καρδίαν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δείξάσης, ὅτι περ ἀληθῶς καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, κατεγνώσθησαν μὲν οἱ δέοντες· δεῖ γὰρ ἐπ' αὐτὸ συντόμως τὸ πέρας ἐλθεῖν· ὡς καὶ σύντομον ἔσεσθαι συσταῖσαι ἢ τοῖς τῆς καθαι-

ρέ-

* *Epiſtola comitis Irenæi ad orientales, de iis quæ in propoſita cauſa geſta ſunt poſt ſuam Conſtantinopolim ingreſſum, redditaſque relationes.*

1 In Synodico Caſinenſi habet hunc titulum: *Ex Actis Comitis Irenæi, quam tunc ſit a quibus fuerat directus Epiſcopis, ante Comitis Largitionum Romani reſtitutionem adventum.* 2 Vetus verſio in Synodico, *judices*.
3 Eadem verſio rurſum, *judices*. 4 Eadem verſio, *diſcerptus*.

ρίσεως ὑπομνήματα, ἃ οἷς ἔστιν ὧδε κατὰ ψιλὸν λόγον εἰρήνευται, δυνηθείσης· ἀλλὰ καὶ προφανῶς διὰ πάντων ἀποδειχθείσης, ὡς ὅτε τὸ συνέδριον ἀκολούθως ὁ Αἰγύπτιος ἐκάλεσεν, ἢ πρέπειν, ὡς εἷς ὢν τῶν κρινομένων, ἠδυνάτει, ἢ ὅλως παρεγνώσθη τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητος Καντιδιανοῦ τὰς ὑποθέσεως ἄψασθαι. καὶ γὰρ καὶ εἰ παραγγελίαι ἔφασκε τοῦ αὐτοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Καντιδιανοῦ, καὶ ἡ γραφεῖσα δι αὐτοῦ πρὸς τὴν σύνοδον σάκρα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, ὡς ἅπαξ ἐν ἅπασιν ἐγνώσθη καὶ δηλώσαντες ἐνεγνώσθησαν τοῦ βασιλέως· καὶ ἐστί τι, ὑπὲρ δι ἃς τὰς ὑμετέρας ἔχας παρελείφθη, ὧν τὰ παρανόμως αὐτοῦ τολμηθέντα δεικνυόντων· ὥστε λοιπὸν συμφώνου μοι τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς τὴν πρὸ πάντων κατιδεῖν ἀπενεχθῆναι, δεχθῆναι δὲ, καὶ χυρωθῆναι τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τὴν κρίσιν, καὶ τὰ ὧν περὶ τὸν Αἰγύπτιον καθαίρεσιν ἀποσαλῶναι παράχρημα παρὰ τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ. ὡσανεὶ τυραννικῶς ἅπαντα, καὶ ἀθέσμως τῶν περὶ Κύριλλον πεπραχότων, καὶ ἑπομένων προσοφειλόντων ἐφ' οἷς ἔπτυσαν τιμωρίας. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν τὰ τῆ πράγματος ἐτελεύτησε· καὶ τοῦτο γνῶσίν τῆς ἀκροάσεως ἕνεκα. ἐλθόντος δὲ Ἰωάννου τοῦ ἰατροῦ καὶ συγκέλλου Κυρίλλου, καὶ ἐλθόντος ὡς ἴσε, ἑτέρως ὥσπερ γνωρίζομεν ὁρῶμεν τῶν ἀρχόντων τὰς φωνάς, καὶ οὐδὲ ἀκοῦσαι γὲν παρ' ἡμῶν τῶν ἐπ' αὐτῶν, ἢ καὶ παρ' αὐτῶν κεκριμένων ἀνεχομένους. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐπὶ τὸ παρόντος, φασὶν, ὡς χρὴ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους πραχθέντα κρατεῖν, καὶ τὰς καθαιρέσεις οὐ τῶν δύο μόνων, ὡς ἔδοξεν, ἀλλὰ τῶν ξύλων χυρωθῆναι προσώπων· οἱ δὲ, ὅτι τὰς μὲν καθαιρέσεις λυθῆναι πάντων ἐπίσης προσήκει, φανερὰς δὲ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων συνοῦσθαι μεταλαβεῖν. ὥστε μηδεμίαν φάσιν ἀληθείας ἐξετασθῆναι τούς τε περὶ τῆς πίστεως λόγους, καὶ τὰ παρανόμως ἐν Ἐφέσῳ γεγενημένα. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ πάντα ποιοῦσι, καὶ παντοδαπὴν σπουδὴν συνεισφέρουσιν, ἐφ' ὅτε ἐπιτραπῆναι παρὰ τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως μηδένα τόπων τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν, καὶ ὡς ἂν συνίδωσιν, ἢ καὶ δυνηθῶσι, φησὶν, ἅπαν δεδεῖναι τὸ πρᾶγμα. ἕνεκεν οἱ ἀγαπῶντες ὑμᾶς εἰς ἔργον ἀποδέχονται προελθεῖν, ἀκριβῶς εἰδότες τῶν σπουδαζόντων τὴν προθεσίν, καὶ ὅθεν πρὸς ταύτην ὠθηγήθησαν τὴν βουλήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς τῷ κυρίῳ φίλον, προίτω· ἐμὲ δὲ, παρακαλῶ, τοιοῦτος ὑπομεμψιμοίρου κινδύνου, καὶ ὅδε νῦν ἀκινδύνως διαγόντος διὰ τὸ τῆς ἐπιβουλεύοντος ὀσμῆς μέρει πλῆθος, ἐκτενῶς ὑπερεύχεσθαι καταξιῶσαι ἡ ὑμετέρα ὁσιότης· μάρτυς γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐν τῷ καλεῖσθαι πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ βασιλέως διάγνωσιν οὐδὲν ἕτερον ἤλπισα, ἢ τῷ τῆς θαλάσσης παραπεμφθῆναι ῥεύματι. ὁ δὲ κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον παρεσήμανε, καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, μᾶλλον δὲ σκυμνίων μυσῶν.

2. Tim. 4. 17.

A ilorii) depoſitionis commentarios, neque quæ hic per mendacium effutiverant, ulla ratione defendere poſſent. Quin & illud quoque modis in omnibus perſpicuum evaſit, nec recto congruoque ordine ſervato concilium convocatum fuiſſe ab Ægyptio, nec ei judicare licuiſſe, cum unus eſſet ex iis qui judicandi erant, neque omnino materiæ tractationem aggredi præter magnificentiſſimi comitis Candidiani voluntatem potuiſſe. Etenim omnes ejuſdem magnificentiſſimi comitis Candidiani denunciationes, ſacra præterea per eum ad ſynodum ſcripta, & alia ſimilia, ad plenam rei notitiam imperatore jubente recitata ſunt: B neque quidquam omnino, quod iniquos illegitimoſque illorum apud vos auſus ante oculos ponere poſſet, ob veſtras preces omiſſum eſt: ita ut veritatis hoſtes ab omnibus communi conſenſu damnationis ſententiam ferrent, & veſtræ pietatis judicium probaretur & confirmaretur; piuſque imperator Ægyptii depoſitionem ad ſanctam Dei eccleſiam quamprimum tranſmiſerit, tamquam omnia tyrannice & illegitime Cyrillus, & qui cum eo ſunt, perpetraverint, aliiſque præterea pœnis ob commiſſa ſint obnoxii. Hunc exitum res habuerunt; atque hic audientiæ terminus extitit. Ceterum cum Joannes medicus & domeſticus C Cyrilli adveniſſet, eoque modo veniſſet, quo ſcitis; advertimus majorem partem principum quaſi mutatam fuiſſe, ut qui jam ne audire quidem ea a nobis velint, quæ coram ipſis, vel etiam ab ipſis fuerant judicata. Quidam enim affirmant, quæ utrimque facta eſſent, in præſenti valere debere; atque adeo non duarum perſonarum tantum, ut aliquando viſum fuerat, ſed trium depoſitionem confirmandam eſſe: alii exauſtorationes quidem omnium ex æquo annullandas, aliquos vero ex piiſſimis epiſcopis, ut & fidei doctrina accurate ad veritatis amuſſim examinetur, & quæ Epheſi contra jus & fas acta ſunt, huc accerſendos cenſent. Non deſunt, qui maximopere illudent, omnemque lapidem movent, ut certis decretis inſtructi a pientiſſimo imperatore Epheſum abire ſinantur, tamquam (ajunt) omnia cognituri, & pro virili compoſituri. Quod ne fiat, qui vos amant, obnixe deprecantur, certo ſcientes cujus ſint animi qui hæc moliuntur; neque neſciunt a quo id conſilii cœperint. Verum hæc, utcumque domino viſum fuerit, ſuccedant. Ceterum ſanctitatem veſtram rogo, ut Deum intente pro me orare ne gravetur, qui talia pericula perpeſſus ſum, & in magnis adhuc diſcriminibus ob illam, quæ quotidie inſidiatur, multitudinem, verſor. E Teſtis enim mihi eſt Deus, dum ad judicium coram imperatore vocarer, nihil aliud me expectaſſe, quam ut in fluctus maris projicerer: ſed dominus, ſicut ſcriptum eſt, adſtitit mihi, & de ore leonis, aut mille potius leonum catulis liberatus ſum.

Ægyptium per contemptum Cyrillum vocat, ut & alibi etiam.

Levis admodum fuerat illa perſuaſio, quæ tam cito concidit.

Exem-

1 Hic rurſus ex Caſinenſi ſynodico inſerit Harduinus Epiſtolam Theodoſii & Valentiniani Impp. ad ſynodum Epheſinam, & alteram Neſtorii ad Scholaſticum Eunuchum Imperatoris Theodoſii, nos eas ſuis cum ſynodico exhibebimus.

A

Exemplum ſacræ per Joannem ſacrorum comitem a piiſſimis imperatoribus ad ſanctam & magnam ſynodum miſſæ.

Ἰσον σακρας ἀποσταλείσης διὰ Ἰωάννη τῦ κόμητος τῆς σακρῶν παρὰ τῶν Θεοσεβεστάτων βασιλέων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ.

Cœleſtino, Ruſo, [1] Auguſtiano, Alexandro, Acacio, Tranquillino, Valentino, Iconio, Joanni, Acacio, Urſo, Firmo, Himerio, Dexiano, Beriniano, Palladio, Aſterio, Juvenali, Flaviano, Helladio, [2] Rambulo, Alexandro alteri, Maximo, Phritila, Perigeni, Cyro, alteri Joanni, Eutherio, Hellanico, Boſphorio, alteri Cyro, Vinatio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Euſebio, Seleuco, Eleuſio, Eulogio, [3] Sappio, Timotheo, Pio, Troilo, Herenniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Juliano, Baſilio, reliquiſque religioſiſſimis epiſcopis.

Κελεστίνῳ, Ῥόφῳ, Αὐγυστιανῷ, Αλεξάνδρῳ, Ακακίῳ, Τραγκυλίνῳ, Οὐαλεντίνῳ, Ἰκονίῳ, Ἰωάννῃ, Ακακίῳ, Οὔρσῳ, Φίρμῳ, Ιμερίῳ, Δεξιανῷ, Βεριναυῷ, Παλλαδίῳ, Ασκλᾷ, Ιουβεναλίῳ, Φλαυιανῷ, Ἑλλαδίῳ, Ραμβύλῳ, Αλεξάνδρῳ ἄλλῳ, Μαξίμῳ, Φριτίλᾳ, Περιγβίῳ, Κύρῳ, Ιωάννῃ ἄλλῳ, Εὐθηρίῳ, Ελλανίκῳ, Βοσπορίῳ, Κύρῳ ἄλλῳ, [3] Βινατίῳ, Πέτρῳ, [4] Δυνάτῳ, Δωροθέῳ, Αντιόχῳ, Δαλματίῳ, Εὐσεβίῳ, Σελεύκῳ, Ελευσίῳ, Εὐλογίῳ, [4] Σαππίῳ, Τιμοθέῳ, Πίῳ, Τρωίλῳ, [5] Εἰρηνιανῷ, Μονίμῳ, Ολυμπίῳ, Θεοφίλῳ, Ιουλιανῷ, Βασιλείῳ, καὶ λοιποῖς θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις.

[1] Sapricio, [2] Ephueſio, [3] Sappio, [4] Dynato, [5] Eirenæo,

QUANTO pietatis, avitæque fidei zelo aſſidue flagremus, id ex pluribus argumentis, præteritiſque certis indiciis liquidum, ut putamus, evaſit, quod etiam terrarum orbi patefactum credimus, ex veſtræ ſynodi nuper facta convocatione. Cum enim controverſiam aliquam vel paululum oboriri pati non poſſemus, ut citius tolleretur, ſanctitatem veſtram ad ſedulo conveniendum accerſivimus: & rati pro religione laborem veſtræ pietati nequaquam moleſtum fore; tamen ſi quam ea res difficultatem afferre potuerat, illam imperialis providentia temporis locique opportunitate mitigavit. Deputavimus enim Epheſiorum civitatem, terra marique acceſſu percommodam, ibique diverſantibus neceſſaria ſuppeditantem affatim e nativis importatiſque fructibus: ut pius ſerenitatis noſtræ, & ſanctiſſimæ veſtræ ſynodi ſcopus expedite concurrat, & ad effectum perducatur. [1] Quapropter & Neſtorii, & Cyrilli ac Memnonis exauctorationem a ſanctitate veſtra nobis indicatam approbavimus. De aliis autem apud vos geſtis certum nobis eſt, Chriſtianam vos ſervare fidem & rectitudinem, quam a patribus & majoribus accepimus, quam etiam ſanctiſſima ſynodus ſub Conſtantino divæ memoriæ celebrata conſentiens confirmavit. Quamobrem unuſquiſque ſanctiſſimæ veſtræ congregationis operam dabit, ut omni controverſia ſoluta, omnibuſque ſcandalis exciſis, cum pace & concordia domum revertatur. Ut autem ſanctitas veſtra non modo per noſtræ pietatis literas incitata, ad concordiam ſpectet, univerſalemque pii dogmatis pacem; etiam Acacii Beroenſium epiſcopi lectam a nobis epiſtolam, quæ idem ſuadet, ad vos miſimus. Hic cum propter extremam ſenectutem ſanctiſſimo veſtro concilio adeſſe non poſſet, ea per literas conſuluit, quæ & pietatem ipſius decent, & orthodoxæ religioni conducunt. Quæ qualia ſint, ejuſdem epiſtolæ lectio declarabit. Norit nihilominus veſtra ſanctitas, eam ob

Imperator ſalſa orientalium relatione deceptus, Cyrilli & Memnonis depoſitionem tamquam legitime factam approbat.

Ea nunc non valet.

ΟΣΟΝ περὶ τὴν Θεοσέβειαν, καὶ τῆς προγονικῆς πίστεως τὸν ζῆλον διαπελαμβάνοντες, ἐκ πολλῶν ἠγνώμεθα τῶν προλαβόντων εὐαργῶς δεδηλῶσθαι· οὐκ ἦκιστα δὲ καὶ ἐκ τῆς ἐναγχος ἐπὶ τῇ κλήσει τῆς ὑμῶν συνόδου τῦτο φανερὸν γεγονέναι πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πέπεισμαι. οὐδὲ γὰρ πρὸς βραχὺ ἀναπλάσεως τινὸς ἀμφισβητήσεως ἀναχώμεθα, ὑπὲρ τῦ θᾶττον τὴν τοιῦτος παρακολουθῆσαι λύσιν, σπουδαίως συνελθεῖν τὴν ὁσιότητα ὑμῶν ἀπεσείλαμεν· καὶ ἡδέως ἠγνώμεθα τὸν ὑπὲρ Θεοσεβείας πόνον τῇ Θεοσεβείᾳ ὑμῶν ἔσεσθαι φορτικόν. ἐπεκρίσαμεν ὅμως βασιλικῇ προνοίᾳ τὴν τῦτο δυσχέρειαν ἐπιτηδειότητι χωρῆσαι τόπου. τὴν γὰρ Ἐφεσίων ἀφωρίσαμεν πόλιν τοῖς τε ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης ἐμπόροις, ἅπαντων δὲ τῶν οἰκείων, καὶ ἐπισαίτων καρπῶν τὰ χρησιμώτατα τοῖς ὁδοιπορῆσιν ἀφθόνως παρέχουσαν· ὥστε τὸν τῆς ὑμετέρας γαληνότητος Θεοσεβῆ σκοπὸν, καὶ τῆς ἁγιωτάτης ὑμῶν συνόδου συνδραμεῖν τε ῥᾳδίως, καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι. ἔδοξε καὶ νῦν τὴν γνωσθεῖσαν παρὰ τῆς Θεοσεβείας ὑμῶν Νεστορίου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος καθαίρεσιν ἐδεξάμεθα. τῶν δὲ ἄλλων τῶν παρ' ὑμῖν πραχθέντων ἐγνώμην τὴν περὶ τὸν χριστιανισμὸν πίστιν τε καὶ ὀρθότητα * φυλάττοντες, ἣν ἐκ πατέρων καὶ προγόνων παρειλήφαμεν, καὶ ἣν ἡ ἁγιωτάτη συνοδος ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου γνωμένη συμφώνως ἐκύρωσε. φροντίσει τοίνυν ἕκαστος τῆ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν συλλόγῳ, λυθείσης πάσης ἀμφισβητήσεως, κοπέντων δὲ τῶν σκανδάλων, μετ' εἰρήνης, καὶ ὁμονοίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν. ὑπὲρ δὲ τῦ τὴν ὁσιότητα ὑμῶν μὴ μόνον ἀπὸ τῆς τῆς ἡμετέρας Θεοσεβείας γραμμάτων προτραπεῖσαν, εἰς ὁμόνοιαν τε, καὶ εἰς τὴν καθ' ὅλης τῆς Θεοσεβῦς δόγματος εἰρήνην ἰδεῖν, καὶ τὰ γράμματα τῆς ἐπισκόπε τῆς Βερροιαίων Ἀχαΐας τῦτο παραπέμπτος ἀναγνόντες, ἀπεστείλαμεν. ὃς τῷ ἁγιωτάτῳ ὑμῶν συλλόγῳ προσεθλῶναι διὰ τὸ μακρὸν γῆρας ἠδυνήθη, ἃ ἂν ἔγραψε, τὰ τῇ αὐτοῦ Θεοσεβείᾳ πρέποντα, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ συμπελῶντα εἰσηγή-

[1] Vetus Verſio: *Auguſtino, Theodoto, Alexandro* &c. Errore Notarii Imperialis, Auguſtini nomen huc infertum fuiſſe cenſent Baluzius, alique. [2] Vet. V. *Rabbulo*. [3] Vet. V. *Sappido*. [4] Liberat. cap. 6. Evagr. libr. cap. 5. [5] MS. Reg. *Barnetio*.

γνῶσιν· ἄξιον οὖν τυγχάνει, ἡ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς ἀπλώσει ἀνάγνωσις. γνωσθήτω μὲν τοῖς πᾶσιν ἱερεῦσιν, ὅτι περὶ τὸν μεγαλοπρεπέστατον, καὶ εὐλαβέστατον κόμητα τῶν σακρῶν λαμπρῶν, τοῦτο ἕνεκα ἀπεστείλαμεν. ὥστε αὐτὸν εἰδότα τὴν περὶ τὴν πίστιν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας σπουδὴν, ἄξιον ἂν σωτηρίῳ λειτουργεῖν, * δέξασθαι.

A rem magnificentiſſimum & illuſtriſſimum Joannem ſacrorumcomitem a nobis miſſum eſſe, ut hic ipſe ſciens ſacræ majeſtatis noſtræ erga fidem ſcopum, quæ utilia perſpexerit, ea perficiat.

* Leg. λειτουργεῖν.

Quæ ſequuntur, Græce non habentur, ſed in poſtrema conciliorum editione Colonienſi vulgata fuerunt ex vetuſtiſſ. libro mſ. ut ibidem aſſeritur: & inde etiam ea accepit Peltanus.

Exemplar epiſtolæ Joannis comitis ſacrenſis, ex Epheſina civitate ad imperatores præſcriptæ.

CUM ſciam conducibile pietati, ſi divinis ſcripturis commendentur omnia, quæ juxta puriſſimæ celſitudinis mentem pro viribus feci, hinc quæ ſint acta diſcetis. Pridie quam hæ literæ darentur, labore magno, acceleratione neque mira in Epheſiorum civitatem perveni. Adveniſſem autem citius, niſi maximis negotiis impeditus fuiſſem, quæ veſtræ magnitudini adfuturus, Deo propitio, coram recenſebo: ſtatimque ſanctiſſimos epiſcopos, qui hinc & inde convenerant, reverenter ſalutavi. Propter diſcordiam autem, quæ intercedebat inter eos, partes accerſere conveniebat. Turbatis autem omnibus, Cyrilloque & Memnone ſe munientibus, per meipſum iis qui convenerant, denunciavi, & iis qui aberant, manifeſtavi, ut ſequenti die abſque ulla mora omnes in diverſorio meo confluerent. Porro ne conflictus quidam fieret, promiſcue ipſis convenientibus, (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quæ neſcio unde illis acciderat,) ingreſſus ordinem diſtribui. Præſente autem Neſtorio fere cum ipſa aurora, & Joanne pientiſſimo epiſcopo, advenit etiam Cyrillus cum omnibus, pientiſſimis epiſcopis: ſolo autem Memnone abſente, magna turbatio, tumultuſque exoriri cœpit, dicentibus iis qui cum Cyrillo venerant, Neſtorii, qui ab ipſis depoſitus eſſet, ne aſpectum quidem ferendum eſſe, nihilominus tamen convenientibus divinarum ſcripturarum lectionem fieri volebant. Affirmabant autem ii qui Cyrillo favebant, lectionem divinarum & terribilium ſcripturarum abſque Cyrillo non habendam, neque præſente Neſtorio, neque his qui ab oriente venerant, ſanctiſſimis epiſcopis: & ob hoc magna facta eſt ſeditio, imo prælium & pugna. Eadem quoque & ſanctiſſimi epiſcopi, qui Joanni pientiſſimo epiſcopo adſtabant, contendebant, dicentes, Cyrillum non oportere divinarum literarum lectioni intereſſe, utpote & illo cum Memnone ab ipſis depoſito. Fiebat igitur ſuper hac re contentio. Jam autem maximo diei intervallo exacto operæ pretium exiſtimavi, abſque Cyrillo & Neſtorio, ceteris patefacere regias ſententias; quandoquidem commemoratis illis neque ſcriptæ eſſent a mundi dominis. Verum renuebant & hoc pientiſſimi epiſcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantque etiam his qui cum Joanne advenerant, præſentibus aures præbere, eo quod dicebant, eos illegitime Cyrillum & Memnonem depoſuiſſe. Vix igitur potui perſuaſione & vi (ſi quidem vera dicere oportet) ſequeſtratis Neſtorio & Cyrillo inducere omnem ſynodum, ut regium reſcriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus, auguſtarum literarum lectionem feci, in quibus depoſiti ſunt Cyrillus, & Neſtorius, & Memnon. Cum autem hi qui cum Joanne pientiſſimo convenerant, lectionem amice ſuſciperent & approbarent, audierunt a gravi auditorio depoſitionem Cyrilli & Memnonis illegitime factam. * Ceterum ne major fieret ſeditio, Neſtorium quidem cuſtodiendum ſuſcepit Candidianus comes nobilium domeſticorum, qui omnibus conſiliis & operibus meis interfuit: Cyrillum autem & ipſum cuſtodiendum tradidi Jacobo circumſpecto comiti, & præpoſito quartæ ſcholæ: Memnon vero, ut prædixi, aberat. Unde miſſis diſpenſatore & lictore, ac protodiacono ſanctiſſimæ Epheſiorum eccleſiæ, ei manifeſtavi quod depoſitus eſſet. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, ſe ſuo periculo cum omni ſecuritate eccleſiaſticas pecunias ſervare. His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precibus vacare, deſcendi in ſanctiſſimam eccleſiam. Cognoſcens autem Memnonem agere in epiſcopio, mitto ex miniſtris meis primicerium nobilium palatinorum ad ipſum, ut ad me veniret, ut diſcerem num omnino ad me accedere renueret. Verum ipſe abſque mora advenit; & reprehenſus a me, quare mane non veniſſet, dixit ægritudine ſe deprehenſum eſſe, & propterea non adfuiſſe. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel conſilia, prævenit ſermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipſe Jacobo circumſpecto comiti, cuſtodiendus & a ſcutariis nobilibus, & reverendiſſimis palatinis. Hæc primo die a me facta ſunt. Quoniam autem & de pace ad pientiſſimos epiſcopos ſermonem habere oportebat, ne hæreſes & ſchiſmata in orthodoxa religione fierent; proinde quanta potui diligentia ei negotio me accommodavi, & poſthac operam daturus, modo placeat & melioribus, & pietati conſonum ſit, & recta mens ſit dominis mundi. Quod ſi pientiſſimos epiſcopos videro implacatos & non reconciliabiles, (neſcio unde in hanc rabiem & aſperitatem venerint) & ſi quid amplius factum fuerit, quamprimum veſtræ amplitudini ſignificabo. [3]

Hæc narratio ſpecta eſt, cum Joannes cum Neſtorii & Joannis Antiocheni partes foverit.

Divinarum ſcripturarum nomine literas imperatorum deſignant.

1 Alia Latinitate legitur hæc epiſtola etiam inter varias in Synodico Caſinenſi cum hoc titulo: *Poſt hæc directus eſt Comes Largitionum Joannes cum ſacris, de depoſitione Neſtorii, & beatorum Cyrilli & Memnonis, quæ in prioris codicis parte poſuimus. Cujus Comitis ipſa relatio eſt*: nimirum quæ ſequitur. Sacræ literæ, quæ hic commemorantur, eæ ipſæ ſunt quæ proxime hanc epiſtolam antecedunt. 2 In Synodico Caſin. hoc loco additur: *Sic ergo eſt feſtis celebratis, ad veſperum declinante die.* 3 Hic iterum addit Harduinus ex Synodico Caſinenſi Epiſtolam Joannis Antiocheni ad Imperatorem Theodoſium, alteram Synodi Orientalium in Epheſo ad clerum & populum Antiochenum, tertiam denique eorumdem Orientalium Epiſcoporum ad Acacium Beroënſem, quas infra cum Synodico dabimus.

A

* Mandatum quod ab orientalibus datum fuit epiſcopis, qui ab ipſis Conſtantinopolim miſſi ſunt, ut diſceptarent in judicio adverſus epiſcopos orthodoxos, ab œcumenica ſynodo ad eamdem urbem miſſos.

* * *Exemplum mandati.*

Sancta ſynodus Epheſi congregata piiſſimis ſanctiſſimiſque Joanni Antiocheno rum magnæ civitatis archiepiſcopo, & Joanni Damaſcenorum epiſcopo metropolitano, & Himerio epiſcopo Nicomediæ metropolitano, & Paulo Emiſenorum epiſcopo, qui idem Acacii ſanctiſſimi Beroenſium epiſcopi perſonam gerit, & Macario Laodicenſium civitatis epiſcopo, qui etiam pro Cyro ſanctiſſimo Tyriorum civitatis epiſcopo verba facturus eſt; & Apringio Chalcidenſium epiſcopo, qui & locum Alexandri Apameæ epiſcopi obtinet; & Theodoreto Cyreſtanorum epiſcopo, verba pro Alexandro etiam Hierapolitanorum epiſcopo metropolitano facturo, & Helladio Ptolemaidis epiſcopo, præſentes præſentibus, quæ ſubjecta ſunt, mandavimus.

B

* Ἔντολὴ παρὰ τῶν ἀνατολικῶν πρὸς ἀνατολικοὺς τοὺς ἀποσταλέντας παρὰ τῶν ἀνατολικῶν ἐπὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκοπὴν ὑπὲρ ἀπολογίας πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους ἐπισκόπους ἐν τῇ αὐτῇ Κωνσταντινουπόλει.

* * Ἔντολὴ τῶν ἁγίων συνόδων ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα τοῖς θεοφιλεστάτοις, καὶ ὁσιωτάτοις, Ἰωάννῃ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Δαμασκηνῶν ἐπισκόπῳ μητροπόλεως, καὶ Ἱμερίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Νικομηδέων μητροπόλεως, καὶ Παύλῳ ἐπισκόπῳ Ἐμισηνῶν, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ἀκακίου τῆς Βεροέων, καὶ Μακαρίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Λαοδικέων πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου Κύρου ἐπισκόπου τῆς Τυρίων πόλεως, καὶ Ἀπριγγίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Χαλκιδέων, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου τῆς Ἀπαμείας, καὶ Θεοδωρήτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Κυρεστῶν πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου τῆς Ἱεραπολιτῶν μητροπόλεως, καὶ Ἑλλαδίῳ Πτολεμαΐδος, παρόντες παρῆσιν ἐνετειλάμεθα τὰ ὑποτεταγμένα.

QUANDOQUIDEM eccleſiaſticæ controverſiæ cauſa (propter quam in Epheſiorum urbem præſentes omnes, & veſtra quoque pietas vocata eſt) piiſſimorum imperatorum noſtrorum ſanctione ad celeberrimam Conſtantinopolitanam urbem evocati ſumus, ut veritati, ſanctorumque patrum fidei, & rectis dogmatibus patrocinemur; neque tamen omnes vobiſcum adeſſe C juſſi ſumus: operæ pretium autem eſt, omnium noſtrum mentem patefieri; qualiter nimirum rata habemus omnia, & illis aſſentimur, quæ a vobis gerentur, ſi ad Dei timorem, & eccleſiaſticam pacem ac diſciplinam conferant: propterea hunc mandati libellum vobis conſcripſimus, quo mandamus & committimus, plenamque poteſtatem contradimus, quam præſentes haberemus, ita ut poſteaquam Dei gratia comitante in magnam illam civitatem perveneritis, ſive coram pientiſſimo imperatore, ſive in conſiſtorio, ſive coram ſacro ſenatu, ſive in patrum ſynodo, de his quæ in quæſtionem veniunt, ſermo inſtituatur, hunc ea dicendi D libertate, eaque prudentia ac diligentia, quæ vobis ineſt, habeatis pro univerſa eccleſia, & hunc vos laborem ſuſcipiatis pro nobis, omnibus videlicet nobis ſervantibus, approbantibus, ac rata ducentibus omnia, quæ vos in hac cauſa vel agitis, vel acturi eſtis. Quod ſi forte evenerit, ut vel conventionis, vel eccleſiaſticæ pacis, vel cujuſpiam alterius rei cauſa neceſſario pro nobis omnibus ſubſcriptio requiratur; oramus veſtram ſanctitatem, ne hoc ipſum præſtare gravetur, quod communi uſui eſt profuturum, & ad gloriam Chriſti domini facit. Rurſum ſi quam ſynodicam epiſtolam huc mittere viſum vobis fuerit, quæ ſubſcriptio- E nem omnium exigat, pronuntimus omnes communiter, & ſinguios ſeorſum, omni cum alacritate nos ſubſcripturos, & ad ſacrum comitatum miſſuros eſſe: dum illud certum ſit, nempe capita una cum anathematiſmis, quæ a Cyrillo Alexandrino ad fidem patrum qui Nicææ convenerunt, adjecta ſunt, tamquam hæretica, & a catholica & apoſtoli-

Mira circa Cyrilli capita ana-
thematiſmis adjecta, nec enim a viris ſanctiſſimis eorum auctor fuiſſet, in quæ illorum ſententia.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἕνεκα ὑποθέσεως, δι' ἣν ἅπαντες ἐκλήθημεν εἰς τὴν Ἐφεσίων * οἱ παρόντες, καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἐπὶ τὴν μεγαλώνυμον ἐκκλήθημεν Κωνσταντινούπολιν, ὑπὲρ τοῦ σωναγωνίσασθαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τοῖς δόγμασι τοῖς ὀρθοῖς· οὐ προσετέχθημεν δὲ ἅπαντες παρεῖναι ὑμῖν· ἔδει δὲ καὶ τὴν γνώμην πάντων ἡμῶν καταδηλον ποιῆσαι, ὡς ἐμμενοῦμεν, καὶ κύρια ἡγούμεθα πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα, καὶ συντείνοντα εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε, καὶ εὐταξίαν· τούτου ἕνεκεν τόδε ὑμῖν τὸ συνοδικὸν πεποιήμεθα. δι' ὃ ἐντελλόμεθα, καὶ ἐπιτρέπομεν, ὁλοπλήρη ἐξουσίαν διδόαμεν, ἵν' περ καὶ παρόντες ἔχομεν· ὥστε σὺν Θεῷ παραζυομένους ὑμᾶς ἐπὶ τῆς προειρημένης μεγαλοπόλεως, εἴτε ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δέοι, εἴτε ἐν κονσιστωρίῳ, εἴτε ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, εἴτε ἐν συνόδῳ πατέρων ὁ λόγος κινοῖτο περὶ τῶν ζητουμένων, τοῦτον μὲν τῆς προσούσης ὑμῖν παῤῥησίας τε, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἐμμελείας, κινῆσαι ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησιῶν, καὶ ἀναδέξασθαι τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἁπάντων ἡμῶν δηλαδὴ ἐμμενόντων, καὶ συνιόντων, καὶ συνεργόντων, καὶ κύρια ἡγουμένων πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα ὧν ἕνεκα τυπώσεως τῆς ὑποθέσεως, ἣν καὶ παραχθησόμενα. εἰ δέ που καὶ χρεία γένοιτο ἢ συμβιβασμοῦ, ἢ εἰρήνης ἐκκλησιαστικῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς ἀπαιτοῦντος ὑπογραφὴν ὑπὲρ πάντων ἡμῶν ὧν ἕνεκα, καὶ τοῦτο αὐτὸ παρακαλοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην μὴ ὀκνῆσαι ποιῆσαι ὑπὲρ τοῦ λιπιπλέοντος τῷ κοινῷ, καὶ ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. εἰ δὲ καὶ συνοδικὸν δοξει ἀποσαλεῦσαι * παρ' ἡμῶν ἐντεῦθα ἀπεστειλάμεθα τὴν ὑπογραφὴν, ὁμολογοῦμεν ἅπαντες κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τοῦτο καθυπογράφειν μετὰ πάσης προθυμίας, καὶ ἐξαποστέλλειν εἰς τὸ εὐσεβὲς πρατήπεδον· δηλαδὴ ἐκεῖσε τυγχάνοντος, ὡς παντὶ δῆπου τῶν κεφαλαίων τῶν αἱρετικῶν, τῶν ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὑπεισαχθέντων τῇ πίστει τῶν πατέρων τῶν κατὰ Νίκαιαν, μὴ ἀναθεματισμῶν ἐκ-

* ἐνὶ τῷ παρόντι.

* παρ' ὑμῶν.

βαλ-

1 In Synodico Caſinenſi hic titulus eſt: *Mandatorium Synodi Orientalium Epiſcoporum, & reliquorum, qui pariter in Epheſum congregati ſunt, ad legatarios ſuos.*

βαλλομένων, ὡς ἀλλοτρίων τῆς καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος μητροπόλεως Ἱεραπολίτης· εἴτι κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ διατραξειδε, μήτε ἐπεισαγομένην τινὸς τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἐκβαλλομένων τῶν αἱρετικῶν κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, τούτῳ συγκατατίθεμαι· ταύτῃ γὰρ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως καὶ ἡδὲ μου τῆς ἁγίας συνόδου τῆς σὺν ἡμῖν καθυπογράψα.

* Δωρόθεος. * Θεόδωρος ἐπίσκοπος Μαρκιανουπόλεως δ' πέρας Μυσίας, γεγράφηκα ὡσαύτως, συντελέμβους ὡς πρόκειται. συνυπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

Δοθείσης δὲ τῆς ἐντολῆς, συναποδόθη καὶ τόμος περιέχων ὅπως.

ca eccleſia aliena, eſſe modis omnibus rejicienda.

Alexander Hierapolis epiſcopus metropolitanus: Si quid juxta fidem a ſanctis patribus Nicæns expoſitam feceritis, nulla prorſus re fidei ſanctorum patrum adjecta, hæreticiſque Cyrilli Alexandrini capitibus rejectis; huic equidem aſſentior: nam & huic fidei expoſitioni una cum ſancta noſtra ſynodo jam ſubſcripſi.

Dorotheus epiſcopus Marcianopolis ſecundæ Myſiæ, ſimiliter mandans, ſicut ſupra poſitum eſt, ſubſcripſi. Subſcripſerunt autem & ceteri omnes.

Dato autem hoc mandato, una quoque tradita fuit charta tenoris hujuſce.

---

1 *Prima ſchiſmaticorum petitio ex Chalcedone ad imperatorem miſſa.*

Obſcura hæc omnia & inepta ſunt.

ORANDUM erat, ne a quopiam alio in expoſitionibus abſurdis ſermo pietatis adulteraretur, maxime autem, ne ab his qui ſacerdotium præfecturamque eccleſiarum ſortiti ſunt, quos neſcimus quomodo præſidendi cupiditas & ambitio, frigidæque promiſſiones quædam, ad contemnenda ſemel omnia Chriſtiana mandata induxerunt; idque hoc ſolo animo, ut ſerviant viro, qui præſumit ac ſperat, ſe & auxilium ſibi ferentes, omnia recte geſturos: dicimus Alexandrinum Cyrillum, qui ſola nugacitate in ſanctas Dei eccleſias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit ſe argumentis comprobaturum; & correctionem peccatorum effugere, ſolo Memnonis & prædictæ conſpirationis epiſcoporum miniſterio, ſperavit. Quapropter nos, qui ſilentium aliorum amamus, & in ceteris philoſophice agendum cenſemus, nunc ſilentium, & ejus ſapientiæ ſtudium, fidei jacturam intelligentes, ad ſolos vos poſt ſupernam virtutem orbis ſervatores precando vertimur: quandoquidem ſcimus, pro pietate ſollicitudinem vobis peculiariter convenire; utpote iis, qui uſque in hoc tempus cuſtodierint, viciſſimque per illam cuſtodiantur. Suſpenſos autem hos libellos offerimus, tamquam coram ſanctiſſimo Deo exhibenda eſſet noſtra excuſatio, non quod pro religione minus alacres fuerimus, ſed pietati ſtudentes, & pro ea ſermones facientes. Nihil enim eſt quod Chriſtianorum temporibus ſacerdotes magis facere * debeant, quam ut coram tam fideli rege teſtimonium ferant, etiamſi parati eſſemus vitam ac corpora noſtra in * fidei diſcrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui videt omnia; & per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui judicaturus eſt omnes in juſtitia; & per Spiritum ſanctum, cujus gratia regnum gubernatis; & per electos angelos, qui vos cuſtodiunt, quos aſſiſtentes videbitis terribili throno, & horrendam illam ſanctificationem ſemper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur; pietatem veſtram, quæ vaſritie quorumdam obſidetur, id re ipſa adimentium, & hæretica capita fidei introducta ſtabilientium, quæ omnino a ſanis dogmatibus aliena ſunt, & cum hæreticis opinionibus conveniunt; obſecravimus, ut vel ſi quis illic ſubſcribat vel conſentiat, & poſt promiſſam a vobis veniam contendere ultra nolit, præcipias illum in medium venire, * & eccleſiaſticis pœnis ſubjacere, quo pugnare pro pietate melius poſſis. Nihil enim o rex magis regium fuerit, pro quo & cum Perſis & aliis barbaris prælia committere feſtinaſti, reddente tibi Chriſto pulchras victorias pro hac tua in ipſum alacritate. Obſecramus autem, ut fiant apud pietatem tuam quæſtiones in ſcriptis. Sic enim facilius dignoſcentur, & in omne poſterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem ſermones, pro quibus delinquens fuit, negligens, voluerit per præceptum rectæ fidei prævalere, tuæ juſtitiæ ac judicii fuerit attendere, num & ipſam doctorum appellationem abjecerint, ii, qui de dogmatibus introducunt, * periclitari gravantur, & prædictis ſubjici nolentes, ut non redarguantur impie egiſſe, neque refutare ea digna putantes, ut mutua eorum conſpiratio non habeatur inutilis. Jam enim per ordinatos manifeſtum eſt, quoſdam ex illis pro hac impietate meditatos eſſe ut dignitatibus conceſſis nonnullos demereantur, & alios quoſdam modos excogitaſſe. Et id manifeſtius obſiſtet; & videbit eos pietas tua non multo poſt proditionis ſuæ mercedem quaſi ſpolia fidei Chriſti diſtributuros. 2 At ex nobis quidam a pientiſſimo Juvenali Hieroſolymitanorum epiſcopo olim ordinati, ſiluimus; quamvis pro canonibus certandum eſſet, ne videremur noſtræ gloriæ cauſa dolere. Et nunc quoque illius ſtudia & præſtigia tales * per Phœnicem ſecundam & Arabiam non ignoramus. Sane de illis nobis non vacat curam habere, qui civitatibus ipſis, quarum nobis miniſterium contraditum, atque adeo vita noſtra

Inoffe per ſtringit conſilia patres.

Mire commendatam ſuam modeſtiam commendant ſchiſmatici.

* decent,

* fidei.

Aſſer. 27.

* *Ea ut corrumpere.*

Nnnn 2

Concil. General. Tom. IV.

---

1 Vetus Verſio ex editione Baſilecenſi Roberti Winteri. Græca non extat. Integer titulus apud Harduinum hic eſt: *Petitio prima ſeptem Orientalium Epiſcoporum miſſa regibus ex Chalcedone, eo quod non permitterentur eis ingredi in Conſtantinopolim.* Eſt hæc epiſtola alia latinitate in ſynodico Caſinenſi hoc titulo *Conſectatta prima Joannis Antiochena ſedis Patriarchæ, & reliquorum ſex, quam Theodoſio Imperatori a Chalcedone direxerunt; quando, eis illic reſidit, intravit Conſtantinopolim, cum his miſſis, qui erant in legatione a beato Cyrillo & ſynodo quæ pariter convenit in Epheſum.* 2 In Synodico, *& manifeſto illum jub Eccleſiaſticis interpretationibus ſuæ pietatis judicio vindicare.* 3 Synod. *Nos vero olim quidem, dum quædam præcipua ſunt a reverentiſſimo quondam Hieroſolymitanorum Juvenali quievimus, dum certe quæ debebamus ordinare ſine regulis videremur.*

4 Synodic. *contra utramque Phœnicem & Arabiam.*

ſtra deſtitui maluimus, quam illa pro fide promptitudine. Verum adverſus illorum conatus, Dei ac veſtræ pietatis judicium opponemus. Nunc autem oramus, ut una ac primaria pietas curetur, & ne orthodoxæ religionis ſplendor, qui vix tandem ſub ſancti nomine Conſtantino irradiavit, & per beatiſſimos avum & patrem veſtræ pietatis confirmatus eſt, a tua autem majeſtate etiam in alias barbaras gentes, & in Perſarum gentem prorogatus eſt, nunc in ipſis regiæ aulæ penetralibus langueſcat, & apud veſtram turbetur ſerenitatem. Non enim duplices in Perſidem, o rex, mittes Chriſtianiſſimi doctrinas, neque noſtra magnum aliquid erunt, nobis diſcordia laborantibus, nemineque exiſtente apud illos qui dijudicet: neque quis geminis communicabit verbis & ſacramentis, neque certe pie a tantis patribus & incondemnatis ſanctis deſciſcet; ſed neque regni commoda tribuenda erunt his qui diverſa inter ſe ſentiunt; [1] neque parvus inde [2] uſus pietatis hoſtibus excitabitur; & innumera alia malignæ contentionis ipſorum quis enumerarit nocumenta? Si quis autem eſt qui parvifaciat cœleſtium rationem, talis ſit potius quicumque olim, quam is cui omnem orbis poteſtatem dominus dedit. Noſtræ autem preces ſunt, ut judicium a tua pietate accipiamus. Mentem enim tuam ad exactam eorum quæ inquiruntur, comprehenſionem Deus inducet. Demum ſi quid nunc prohiberet, (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota eſſe poſſunt) petimus a tua ſerenitate, ut ad propria tuto & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus civitates nobis commiſſas ex tali mora non parum offendi propter eos qui etiam in rebus piis, ut videtur, contentionem quærunt, nulla inde proveniente utilitate.

[2] uſus.

Altera eorumdem petitio e Chalcedone ad Theodoſium Auguſtum miſſa.

SÆPENUMERO pietatem veſtram & per noſipſos, & per eos qui a nobis miſſi ſunt, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur & quod ii diſcerpere videantur eccleſiæ corpus, qui omnia ſuſque deque faciunt, & omnem eccleſiſticam conſtitutionem, omnemque regiam legem conculcant; univerſaque ſimul confuderunt, ut expoſitam hæreſim a Cyrillo Alexandrino confirment. Nam ut a veſtra pietate in Epheſum vocati ſumus ad inquirendum quæſtiones, quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem evangelicam & apoſtolicam a ſanctis patribus expoſitam; nondum omnibus præſentibus convocatis epiſcopis, ii qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arii & Eunomii & Apollinarii impietate conveniunt, ſcriptis commentariis roborarunt; & alios quidem deceperunt, alios vero terruerunt, alios autem de hæreſi accuſatos in communionem ſuſceperunt; & aliis, qui non communicabant, mercedem ut communicarent dederunt: alios demum ſpe honoris, quibus indigni erant, accenderunt: & ita ſibi multitudinem congregarunt, quaſi neſcientes, quod piam religionem non multitudo, ſed veritas oſtendit. Iterum lectæ ſunt veſtræ pietatis [3] literæ per magnificentiſſimum comitem Candidianum, ſignificantes quod pacifice & fraterne quæſtiones, quæ nuper exortæ ſunt, inquirantur. Verum convenientibus omnibus pientiſſimis epiſcopis, nihil profuit lectio. Venit nobilis Palladius Magiſtrianus alias veſtræ majeſtatis [4] literas afferens, docentes reſcindenda eſſe omnia, quæ particulariter conſtituta fuerant, & concilium denuo congregandum, verumque dogma ſanciendum. Contemptum eſt autem & hoc, more ſolito, pium veſtrum mandatum ab his, qui omnia audent. Advenit rurſus magnificentiſſimus magiſter Joannes, qui tunc comes omnium largitionum, alias iterum afferens [4] literas ſignificantes, quod a veſtra majeſtate trium depoſitiones decretæ ſunt, tollendaque e medio ſuborta offendicula, ſolamque iidem in Nicæa expoſitam a ſanctis & beatis patribus, ab omnibus confirmandam. Tranſgreſſi ſunt, ut ſolent, & hanc legem ii, qui omnia pro ludibrio habent. Enimvero nec poſt lectionem a cœptis deſtiterunt, & communionem habuere cum depoſitis, & meminerunt eorum tamquam epiſcoporum, non permittentes, ut capitula iſta, in damnum & corruptionem piæ fidei expoſita, exploderentur, tametſi a nobis ad colloquium ſæpius accerſiti fuerint; habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horum nobis teſtis eſt magnificentiſſimus magiſter, qui nobis & illis tertio ac quarto convocatis, & hæc nec prætendere audens, propter illorum inobedientiam, operæ pretium duxit poſthac huc nos vocare. Advenimus nihil remorati, nec quievimus, donec huc perveniremus, & apud veſtram pietatem, & apud illuſtre conſiſtorium obſecrantes, ut ipſi certamen hoc pro capitulis ſuſciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tamquam aliena a recta fide exploderent, manentes in ſola expoſitione fidei beatorum patrum qui in Nicæa convenerant. Et hi quidem nihil horum facere voluerunt; ſed manentes in hæretica contentione, permiſi ſunt eccleſias frequentare, & ſacerdotio fungi: nos vero ſynaxi deſtituti manſimus tanto tempore, & in Epheſo, & nunc; innumeraque pericula & illic & hic pertulimus: & cum lapidaremur, & tantum non perderemur a ſervis monachorum habitu indutis, boni conſuluimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes. Poſthæc viſum eſt veſtræ majeſtati, ut iterum nos ac illi convocaremur, & ut ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc ut fierent, nobis expectantibus, veſtra pietas in civitatem profecta eſt, & eos quidem qui de hæreſi accuſabantur, & propter hoc alios ex his depoſitos a nobis, alios vero excommunicatos, & deinde canonicis pœnis ſubjiciendos, præcepit ut in civitatem venirent, ſacerdotio fungerentur, & ordinarent. Nos vero, qui pro pietate tantum certamen ſuſcepimus, & pro rectis dogmatibus nullum non periculum ſuſtinuimus, neque ingredi in civitatem juſſit, ut fidei periclitantis negotium ageremus, & pro rectis dogmatibus urgeremus, neque ad propria remigrare permiſit; ſed ſumus in Chalcedone tri-

Obſcure & depravate hæc expoſita ſunt.

Omnia hæc mera commenta ſunt, & impudentiſſima mendacia.

Omnes hæ literæ fuerunt ſubreptitiæ, dolo malo ab imperatoribus ortæ.

Et hoc falſum eſt: ſiquidem Orientales ſanctiſſimi, ſi modo ſe ſiſtere auſi non fuerunt.

Non erat certamen de capitulis, ſed de juſta Neſtorii, injuſta vero Cyrilli & Memnonis depoſitione.

Schiſmatici jactant ſuam pietatem.

Sed qui accuſabantur, pii & orthodoxi erant; accuſatores vero hæretici & ſchiſmatici.

Scilicet ſchiſmatici curant pietatem & religionem.

Schiſmate carere non potuit, qui ſchiſmaticos intra ſe continebat.

1 Synodic. *Nec parum ridiculum erit, quod tribuemus boſtibus.* 2 Quæ extant ſupra in part. 1.
3 Extant ea in his Actis Conciliabuli hoc initio, *Magnificentiſſimi Candidiani* &c. 4 Quæ ſunt inſcripta nimirum, Cœleſtino, Rufo &c. ſupra pag. 1396.

triſtes, & gementes in eccleſia quæ exercetur A ſchiſmate. Idcirco qui nullum reſponſum obtinemus, neceſſarium duximus, ut præſentibus literis doceremus veſtram pietatem coram Deo, & Chriſto ipſo, ac ſancto Spiritu; quod ſi quis ordinatus fuerit, antequam diſcutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica ſentiunt, neceſſe ſit ut tota eccleſia ſcindatur, tam elero quam plebibus diſſidentibus. Nullus enim piorum feret, hæretica colentibus communionem dari, propriamque ſalutem annihilari. Ubi autem hæc futura ſunt, tunc veſtra pietas præter ſuam mentem agere cogetur. Nam & ſchiſma præter ſententiam invaleſcet, & eos qui pro pietate certant, contriſtabit, non ferentes ut ſuæ animæ pereant, B & conſtent contentioſis impia Cyrilli dogmata, quæ juſtificare volunt. Multi autem qui pietati ſtudent, & omnes nos, qui ex orientali diœceſi, & veſtræ provinciæ ex diœceſi Ponti, & Aſiæ, & Thraciæ, & Illyri-

His ſchiſmatici gloriantur de multitudine, alibi ſæpe de paucitate

ci[1], & Italiarum, Cyrilli dogmata admitti non ſinent, qui & veſtræ pietati librum beatiſſimi [2] Ambroſii miſerunt, adverſa pullulanti huic ſuperſtitioni docentem. Quapropter ne hoc eveniat, & veſtra pietas magis conturbetur, ſupplicamus, precamur, obſecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregavit veſtra, quæ Chriſtum amat, celſitudo.

Cyrillus fidem illuſtrat, non impugnat.

Non veſtra modeſtia, ſed intoleranda temeritas & iniquitas vobis obfuit.

[1] *Tertia ſchiſmaticorum poſtulatio ex eadem civitate ad imperatores miſſa.*

NON hunc eventum ſortituram veſtræ pietatis expectabamus vocationem. Vocati enim honeſte ſumus tamquam ſacerdotes a rege, & vocati ſumus ad confirmandam ſanctorum patrum fidem; propterea etiam tamquam pio regi obedituri advenimus. Ubi autem venimus, neque eccleſiam minus ſecuti ſumus, neque veſtrum contempſimus edictum, ſed veſtros nutus ſecuti ſumus continue ab eo die, quo in Epheſum pervenimus, uſque in hodiernum. Verumtamen, ut videtur, nihil nobis profuit in hoc ſæculo modeſtia noſtra, D imo etiam plurimum, ut videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui ſic vos habuimus, uſque in præſentem diem Chalcedone tenti conſervati ſumus; nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero qui omnia confuderunt, & orbem turbis impleverunt, & eccleſias diſcerpere contendunt, & pietatem manifeſte oppugnant, ſacerdotio funguntur, eccleſias congregant, &, ut putant, auctoritatem ordinandi habent (nimirum illicite ab illis petitam,) ſeditiones in eccleſia excitant, quæ expendenda in uſus pauperum in ſuos inſumunt milites. Ceterum non illorum tantum, ſed & noſter rex es. Non enim parva portio regni tui eſt oriens, in qua ſemper recta fides refulſit, & E eum hac etiam aliæ provinciæ & diœceſes, e quibus congregati ſumus. Proinde ne deſpiciat veſtra majeſtas fidem, quæ adulteratur, in quam & vos baptizati eſtis, & veſtri progenitores; in quam & eccleſiæ fundamenta ſunt jacta, propter quam ſanctiſſimi martyres innumera mortis genera cum voluptate ſuſceperunt; cum qua & barbaros viciſtis, & tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Eſt enim Deus omnium commilito veſter, ſi pro piis ejus dogmatibus laboraveritis, & prohibueritis corpus eccleſiæ diſrumpi. Diſrumpetur enim ſi opinio quam Cyrillus fidei induxit, & alii hæretici confirmarunt, invaleſcat. Hæc ſæpe quidem coram Deo & in Epheſo & hic teſtati ſumus, & veſtram pietatem docuimus, rationem illius, ut coram omnium Deo, reddentes. Exigit enim & hoc a nobis, ſicut divinæ ſcripturæ prophetieæ & apoſtolicæ docent. Etenim beatus Paulus clamat: *Teſtificor coram Deo, qui mortuos vivificat, & domino noſtro Jeſu Chriſto, qui teſtificatus eſt ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem.* Et Ezechieli præcepit Deus, ut annunciet populo; & minas adjicit, dicens: *Niſi annunciaveris, ſanguinem ejus de manu tua requiram.* Timentes itaque hoc judicium, neceſſarium exiſtimamus iterum docere veſtram majeſtatem, quod ii qui permiſſi ſunt eccleſias habere, in eccleſiis docent quæ Apollinarius & Arius & Eunomius: illegitime & contra canones ſacerdotio funguntur, & animas eorum qui ad ſe accedunt, ſi quis & ipſos volet audire *, Nam per divinam gratiam, cui omnium hominum cura eſt, & qui omnes vult ſervari, maxima pars populi ſana eſt, & pro piis ſollicita eſt dogmatibus. Propter illos maxime dolemus. Et quia cruciamur, timentes, C ne paulatim ſerpens morbus plures comprehendat, communeque malum fiat; hæc nos veſtram ſerenitatem docemus, & docere non deſiſtimus, & precamur veſtram majeſtatem, ut noſtris precibus annuat, & nihil ſinat adjici ad fidem ſanctorum patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quod ſi & poſt hanc noſtram obſecrationem, hanc, quæ coram Deo data eſt, doctrinam non ſuſceperit veſtra pietas, nos etiam pulverem pedum excutiemus, & clamabimus cum B. Paulo: *Mundi ſumus a ſanguine veſtro. Non enim ceſſamus nocte & die,* ab eo die quo in hanc celebrem ſynodum advenimus, & regi, & principibus, & militibus, & ſacerdotibus, & laicis teſtari, ne amittamus traditam nobis a patribus fidem.

Et hæc mera ſunt commenta.

* *ſ.* occidunt *vel*, perdunt. 1. Tim. 2. v. 4.

Act. 18. v. 6. & 20. v. 26.

Eorumdem ad ſuos in Epheſo Epiſtola.

Ex diametro hæc cum præcedentibus pugnant, ut hinc videat ſchiſmaticos meritæ commentis miſi.

[4] POSTQUAM Chalcedonem venimus (nam Conſtantinopolim neque nos, neque adverſarii noſtri intrare permiſſi ſumus, propter ſeditiones bonorum monachorum) fama accepimus, quod ante octo dies, priuſquam compareremus (en gloriam pientiſſimi regis) dominus Neſtorius ab Epheſo dimiſſus ſit, ut eat quo liberet. Unde valde doluimus; quandoquidem vere ea quæ illicite & abſque judicio facta ſunt, jam robur habere videntur. E Sciat autem veſtra ſanctitas nos promptos pro fide certamen inituros, & certare velle ad mortem uſque. Expectamus autem hodie, hoc eſt, undecima menſis Gorpiæi, tranſiturum pientiſſimum noſtrum regem [5] ad Rufinianum, & illic cauſam auditurum. Precetur igitur veſtra ſanctitas, ut dominus Chriſtus nos adjuvet, quo valeamus ſanctorum patrum fidem roborare,

Male habet ſchiſmaticos Neſtorii depoſitio.

Menſis hic Hyperberetæorum reſpondet menſi Septembri.

---

1 In ſynodico, & *Italiæ*. 2 Vide infra Epiſt. Orientalium ad Rufum. 3 Apud Harduinum titulus: *Conteſtatio tertia, quam Theodoſio Imperatori iidem ſeptem Epiſcopi direxerunt a Chalcedone.* 4 Inſcriptio hujus epiſtolæ apud Harduinum ex citata veteri Verſione Baſil. *Sanctiſſimæ & ſapientiſſimæ ſynodo quæ in Epheſo, Joannes (Joannes,) Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus, (Helladius,) in Domino ſalutem.*

5 Chalcedonis ſuburbanum.

rare, & in damnum ſanctæ eccleſiæ exorta capitula radicitus diſcerpere. Eadem ut & veſtra ſanctitas ſentiat ac faciat, obſecramus; maneatque in ſua pro fide orthodoxa alacritate. Porro cum ſcripta eſſet epiſtola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius; nam fortaſſis impeditus eſt in itinere. Ceterum nihil vos turbet. Speramus enim triſtia extinguenda, & veritatem effulſuram, modo veſtra pietas ſtrenue nos adjuvet.

Præſtra contra hæc capitula ſtatuimus.

Epiſtola Theodoreti epiſcopi Cyri e Chalcedone ad Alexandrum Hierapolitanum ſcripta.

NULLUM humanitatis, nullum aſperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimum regem & illuſtre conſiſtorium non ſimus uſi, teſtificantes coram Deo, qui omnia videt, & domino noſtro Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt orbem in juſtitia, & Spiritu ſancto, & electis ejus angelis, ne contemnatur fides, quæ ab his qui hæretica dogmata ſuſcepere, & his ſubſcribere auſi fuere, adulteratur; & ut præcipiatur ſolum exponendam ſicut in Nicæa, & abjiciendam ſuperinductam hæreſim ad damnum & perniciem pietatis: & uſque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus ſeſe ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, ut ab urgendo propoſitum deſiſteremus; ſed perſecuti ſumus cauſam, Dei gratia. Cum juramento enim pientiſſimo noſtro regi ſuaſimus, quod impoſſibile ſit, nobis Cyrillum & Memnonem conciliari; & quod fieri nequeat, ut illis communicemus, qui non antea ejecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus mentem: ſtudium autem eſt his, qui ſua ipſorum quærunt, non autem quæ Jeſu Chriſti, ut reconcilientur eis & præter mentem noſtram. At non eſt nobis ejus rei cura. Deus enim noſtrum propoſitum exigit, & virtutem explorat, neque ſupplicia irrogat propter ea quæ præter mentem fiunt. De amico autem ſciat tua ſanctitas, quod ſi quando ejus faceremus mentionem vel apud pientiſſimum regem, vel apud illuſtre conſiſtorium, defectionis notabamur: tantæ ſunt eorum, qui intro ſunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc eſt moleſtiſſimum. Pientiſſimus rex præ omnibus aliis averſatur nomen, manifeſte dicens: De hoc mihi nullus loquatur: ſpecimen enim ſemel ipſe dedit. Attamen dum hic ſumus, non ceſſabimus omni virtute & ejus patris curam gerere, ſcientes factam illi ab impiis injuſtitiam. Nobis quoque ſtudium eſt, ut hinc liberemur, & veſtra liberetur pietas. Nihil enim hinc boni ſperandum, eo quod judices ipſi omnes auro confidant, & contendant unam eſſe naturam deitatis & humanitatis. Populus autem omnis gratia Dei bene habet, & jugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipſis etiam differere, & celebravimus communiones maximas, & quarto illis enarratum eſt precibus tuæ pietatis de fide, & tanta audierunt voluptate, ut uſque ad horam ſeptimam non diſcederent, ſed perduraverint uſque ad æſtum ſolis. In aula enim maxima, & quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, & nos ſuperne concionabamur e ſuggeſtu prope tectum. Verum clerus omnis cum bonis monachis valde nobis erat infenſus, ita ut fieret collapidatio, quando a Ruffinianis poſt adventum pientiſſimi imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex laicis & falſis monachis, qui nobiſcum erant. Noverat autem rex pientiſſimus, quod multitudo congregaretur contra nos; & ſolis nobis occurrens, dicebat: *Novi quod male congregamini*. Dicebam autem ei: *Quia dediſti fiduciam loquendi, cum venia audi. Juſtum eſt, hæreticos quidem excommunicatos in eccleſiis agere; nos vero qui pro fide certamus, & propter hoc ab illis communionis exortes factos, non intrare in eccleſiam?* & ille reſpondit. *Et ego quid faciam?* Reſpondi igitur illi: *Quod fecit magiſter tuus comes largitionum in Epheſo. Ille enim ut invenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compeſcuit eos, dicens: Si non fueritis pacifici, non concedam uni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic epiſcopo, ne permitteret neque illis neque nobis congregari, donec conveniamus, ut juſta tua ſententia omnibus nota fiat*: Ad hæc dicebat: *Equidem epiſcopo imperare non poſſum*. Itaque reſpondi ego: *Igitur neque nobis imperet, & accipiemus eccleſiam, & congregabimur; & cognoſcet tua pietas, quod multo plures nobiſcum ſunt, quam cum illis*. Ad hæc diximus ei, *quod noſtra congregatio neque lectionem ſacrarum ſcripturarum habebat, neque oblationem; ſolas autem preces pro fide & veſtra majeſtate, & religione colloquia*. Approbavit igitur & ultra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conventus multitudinis ad nos venientis, & cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur veſtra pietas, ut cauſa noſtra exitum habeat Deo placentem. Nos enim quotidie periclitamur, & inſidias monachorum & clericorum ſuſpicantes, & potentiam & incuriam videntes.

Ea ſtudium & diligentiam aliorum bona facere in re prava.

Aſſm. 17. 2 Tim. 4.

Id impoſſibile eſt, ubi hæreſis pertinacia perſiſtentium.

Pſal. 118.

Meſſerium intelligit.

Hunc, quem totus mundus cuſtodiat, patrem non appellaturus, niſi eadem quæ illi, ſentiret.

Patres hæreſi impiæ vocant ſubſtantiæ.

Non unam naturam, ſed unam perſonam eſſe contendebant.

Eiuſmodi aſſertiones fieri ſolent, cum nova doctrina præliminaris ſumpſit.

Non eſt verſimile, hæc inter Theodoretum & imperatorem intercſſe.

Iterum inepte gloriantur de multitudine.

[1] *Pars homiliæ Theodoreti epiſcopi Cyri, Chalcedone ad ſchiſmaticorum legatos, Neſtoriique fautores habitæ.*

CHRISTUS nobis dux ſit ſermonis, per quem & ipſi ſermones, & nos divinorum ejus eloquiorum miniſtri: Chriſtus, *qui poſitus eſt in ruinam multorum, & in reſurrectionem, & in ſignum cui contradicetur*, olim quidem a carnali Iſrael, nunc autem a ſpiritali: Chriſtus infidelibus quidem lapis offendiculi, & petra ſcandali; credentes autem non confundens, pretioſus lapis eſt, & fundamentum, ſecundum Iſaiæ vocem. Chriſtus lapis eſt, quem reprobaverunt ædificantes, & factus eſt in caput anguli; Chriſtus eccleſiæ fundamentum: Chriſtus lapis, qui ſectus eſt abſque manibus, & factus eſt in montem magnum, & obtexit orbem, juxta Danielis prophetiam: pro quo, & cum quo, & propter quem impugnamur, propter quem a regia civitate prohibiti ſumus; ſed cœlorum regno non excludimur; civitatem enim habemus ſupernam Jeruſalem, cujus architectus & opifex Deus, ut Paulus dixit. Chriſtus, per quem terribiles Propontidis fluctus tranſire auſi eſtis, ut noſtram audiatis vocem, quam veſtri paſtoris vocis effigiem putatis.

Luc. 2. v. 34.

1 Petr. 2. v. 8.

Iſa. 28. v. 16

Pſal. 117. v. 22.

Dan. 2.

Non propter Chriſtum, ſed propter improbitatem voluntatum ſuarum ſuſcepiſſe.

[1] Verſio Vetus ex eadem editione. Apud Hardninum hic titulus: *Pars homiliæ Theodoriti Epiſcopi Cyri, dictæ in Chalcedone, cum eſſent adituri.* In Synodo Caſinenſi hic eſt titulus: *Pars ſermonis unius, quo in Chalcedone dicunt usum Theodoretum Epiſcopum Cyrenſis Eccleſiæ.*

Hebr. 11. v. 10. Adulatur impio Meſſorio.

tatis. Deſideratis enim audire jucundas veſtri paſtoris fiſtulas ; paſtoris quem paſtores ſocii calamis occiderunt, ut putant; ad quos Deus per prophetam clamat: *Paſtores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, poſuerunt partem meam deſiderabilem in ſolitudinem impervium.* Dicat de ipſis, & per alium prophetam: *Secundum multitudinem ipſorum ita peccaverunt mihi? gloriam eorum in ignominiam ponam.* Dicat & per alium iterum prophetam: *Væ filii apoſtatæ: feciſtis conſilium, & non ex me; & pacta, & non per ſpiritum meum; ut adjiciatis peccatum ſuper peccatum: convertſ eſtis, qui profundum conſilium conſultaſtis & injuſtum.* Dicat ad eos & Iſaias : *Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri peccatis: lingua veſtra locuta eſt injuſtitiam, & os veſtrum iniquitatem meditatum eſt.* Nullius loquitur juſta ; quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Ova aſpidum exclſerunt, & telas araneæ texunt. Videte accuſationem malitiæ, & putredinis malitiæ indicium, ova aſpidum, & telas araneæ: partus quidem malitiam, conceptus autem infirmitatem habet. Ova aſpidum, malitiæ ſpecies: tela araneæ, infirmitatis argumentum eſt . *Et comedens ovum eorum confractum, putamen invenit.* Vidiſti malitiam infirmantem ? vidiſti offendentem non offendentem ? vidiſti eum qui impugnatur, coronatum ? *Et qui comedit ovum eorum confractum, urium invenit.* Urium autem eſt aliquid ſterile, hoc eſt imperfectum. Iſaia promulga nobis & malitiæ ſpeciem. *Et in ipſo baſiliſcus.* Hoc autem mirabile, quod baſiliſcus in illo, & urium, hoc eſt ſterile. Baſiliſcus autem malitiam ſignificat ; [1] quandoquidem beſtiola hæc omnium reptilium ferociſſima eſt, ei confert malitiæ ſobolem. Verum & illa ipſa urion eſt propter infirmitatem malitiæ; infirma enim eſt malitia. Sequitur demonſtratio: *Tela eorum non erit in veſtimentum. Non enim veſtientur ab operibus manuum ſuarum.* Quare? quia opera injuſtitiæ. Dic ſpeciem injuſtitiæ. *Pedes eorum in malum currunt*; nimirum ut aliquid fiat: *& veloces ad effundendum ſanguinem.* Quid ad hæc? [2] *Cunctatio & infelicitas in viis eorum.* Nam viæ eorum tortuoſæ, quas tranſeunt, & viam pacis neſcierunt. Vere lamentis digna ſunt hæc, quod ſacerdotes contra ſacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quod tantum accuſemus illos, quantum noſtri curam gerimus. *Et poſt alia.*

Vere *obſtupeſcit cœlum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: quia duo hæc mala fecit populus iſte. Me*, inquit, *dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas detritas, quæ non poterunt aquam continere.* Dicat ad eos Deus per Jeremiam prophetam: *Tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & in Cedar mittite, & conſiderate bene, ſi facta ſint talia, qualia hæc; ſi mutaverunt gentes deos ſuos: tranſite ad inſulas Chetim.* Non vultis, inquit, ferre verba mea? non ſertis prophetas? non accipitis legem? non creditis divinis ſcripturis? Aſſumite gentilium pueros in doctores; ite ad gentes, & diſcite quomodo colantur ab illis dii putativi, cum non ſint dii: *tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & mittite in Cedar, & bene conſiderate, ſi facta ſunt talia*, qualia hæc; *nunc mutaverint gentes deos ſuos*: & quos? *Et illi non dii*. Et quare hæc dicis? *Populus meus mutavit gloriam ſuam; unde nullam utilitatem accipiet.* Hæc & de illis congruit dici. Pagani ligna & lapides venerantes, ut immortalia, illa ſalutant. Tu autem illis prædicans ea venerari non debere, ſed ſolum verum Deum, qui conſtituit montes in ſtatera, & ſilvas in libra, & metitur manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo; qui conſtituit cœlum quaſi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quaſi locuſtas: & hunc, qui omnia verbo fecit, & unica momenti inclinatione exhibet ea quæ non ſunt, ut ſint; & dedit his qui non erant, ut eſſent, ſola voluntate ; quaſi oblitus horum omnium, paſſionibus obnoxium facis, & legem ponis ut adoretur Deus paſſibilis. Et pagani quidem, ut prædictum eſt, avaritiæ verbo capti, etiam cœlum impaſſibile vocant, & ſolem impaſſibilem appellant, & ſtellas immortales ſtatuunt, & terram quam calcant, inter deos numerant. Nos autem inviſibilem, unigenitum, Incomprehenſibilem, inexcogitabilem, paſſibilem eſſe credemus? Abſit. Salvator noſter & benefactor, ne ſic apoſtatæ ſimus adorationis tuæ, ne ſic ignoremus tuam naturam, ne ſic ingrati ſimus de tuis donis, ne ſuſpicemur paſſibilem noſtrum liberatorem, qui nos e paſſionibus ad impaſſibilitatem tranſtulit, & nobis paſſionibus obnoxiis impaſſibilitatem largitus eſt. Hanc & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in ſæcula. Amen.

Iſai. 30. Omnia hæc ſedit ſpiritum contra ſyndum.

Iſai. 59. v. 3.

Obſcura hæc, niſi facile deprehendatur quo tendant.

Ibid. v. 6.

Jerem. 2. v. 12.

Ibid. v. 10.

Ad quid hæc omnia contra epiſcopos?

Iſai. 40. v. 12.

Rom. 4. Patibilis eſt Deus, qui hæc omnia poteſt & facit, verum id non ſecundum ſe, ſed ſecundum naturam aſſumptam.

Abſit, ut ſecundum naturam aſſumptam, patibilem non credamus.

[1] *Joannis Antiocheni epiſcopi homilia in Chalcedone dicta poſt homiliam Theodoreti, ut ſuos animaret.*

SANCTA lex eſt, ut patribus accepta ferantur ea quæ filiorum ſunt. *Meus igitur eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes :* imo non mei ſunt, ſed Dei, qui veſtram cum noſtra congregavit eccleſiam, & hunc pro pietate zelum cum aliis donis largitus eſt. Equidem inter vos ideo ſurrexi, ut dicendo ſalutarem ſimul & valedicerem; [4] etenim vobiſcum ſumus, ad fratres noſtros contendentes. Tranſit enim quocumque vult abſque impedimento caritatis natura. Saluto vos, & oro, ut pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confeſſores. Quiſquis magnas facultates poſſidere cenſetur, ſtrenue militat & impigre, ut conſervet quæ poſſidet. Nullus igitur a paterna fide deſtituat, quam & nos, ut depoſitum, apud filios deponimus. Reſpicite ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit a fidei ſinceritate avellere. Porro vobiſcum parvæ quidem minæ ſunt, magna autem merces: parvæ paſſiones, ſed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depoſitum veſtrum, nempe dogmatum certitudinem: nemo perſuadeat, Deum eſſe paſſibilem, neque corporis & deitatis naturam unam. Illa enim per ſe eſt divina ſubſtantia ; hanc vero, corporis videlicet, ſuſcepit. Idcirco conne-

Pſal. 59. v. 9.

Licet admonitis ponit concilii patres perſecutores eſſe pios & fideles, quod omnino falſum eſt.

1 Synodic. *Quia enim beſtia hæc amariſſima eſt omnium reptilium, ipſi partum malitiæ comparavit.*
2 Synodic. *Contritio.* 3 In Synodico titulus hic eſt . *Sermo Joannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedone, poſt ſermonem Aphnonii ſcribyteri, & Epiſcopi Theodoreti.* 4 In Synod. *etenim carpemus iter, vobiſcum manentes : & rurſum vobiſcum ſumus, &c.*

nexionem prædicamus, & non confuſionem unionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, filius hoc per illud; omnia hæc per illud: adoratur cum illo, glorificatur cum illo, & qui cum illo adunatus eſt inſeparabiliter, primitiæ appellatur noſtræ naturæ. Hæc ſervate, & Deus pacis erit vobiſcum, adjuvans vos modo quem ipſe novit: cui ſit gloria in ſæcula. Amen.

[1] *Altera ſchiſmaticorum epiſtola, intempeſtive de victoriâ gloriantium, ad eoſdem.*

PRECIBUS ſanctitatis veſtræ datus eſt nobis acceſſus ad pientiſſimum regem noſtrum, divinaque gratia his qui diverſa ſentiunt, in certamine ſuperiores facti ſumus; quia omnia quidem noſtra accepta fuere apud Chriſti amantiſſimum regem. Lecta autem ſunt oblata ab illis, & quæ viſa ſunt indigna ut reciperentur, neque ullam conſequentiam habebant, rejecimus. Cyrilli enim ſurſum ac deorſum memores erant, orabantque illum accerſiri, ut ipſe pro ſcipio rationem redderet. Uſque in præſentem diem non obedierunt, ſed audierunt quod oporteat ſermones de pietate, hoc eſt, de ratione fidei, & firmatam eſſe fidem beatorum patrum. Redarguimus & [2] Acacium, qui in commentariis poſuerat, paſſibilem eſſe deitatem. Quod uſque adeo gravatim tulit pius rex noſter, ut excuteret pallium, & retrorſum cederet præ blaſphemiæ magnitudine. Scimus autem & totum conſiſtorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus. Viſum igitur eſt pientiſſimo noſtro regi, ut unuſquiſque ſuum ſenſum exponat, & ſuæ pietati offerat. Reſpondimus autem nos, quod impoſſibile eſt fieri aliam expoſitionem, quam eam quæ in Nicæa a beatiſſimis patribus facta eſt: & placuit ejus majeſtati. Propoſuimus igitur illam, in qua veſtra ſanctitas ſubſcripſit. Ceterum omnis populus Conſtantinopolitanus jugiter ad nos venit, orans ut ſtrenue pro fide pugnemus: multumque laboramus ad retinendum eos, ne videamur occaſionem dediſſe adverſariis. Miſimus autem exemplar expoſitionis, ut duo exemplaria fiant, duobuſque illis ſubſcribatis.

Epiſtola quorumdam orientalium, qui Conſtantinopolim miſſi fuerant, ad Ruſum epiſcopum.

Ἐπιστολὴ ἀνατολικῶν τινων, τῶν εἰς Κωνσταντινούπολιν πεμφθέντων, πρὸς Ῥοῦφον ἐπίσκοπον.

Deo dilectiſſimo ſanctiſſimoque comminiſtro Ruſo, Joannes, Himerius, Theodoretus, & reliqui epiſcopi in domino Salut.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ ὁσιωτάτῳ, συλλειτουργῷ Ῥούφῳ, Ἰωάννης, Ἱμέριος, Θεώδωρητος, καὶ οἱ καθεξῆς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ARBITRAMUR pietatem & eccleſiaſticam concordiam ob ſanctitatis tuæ abſentiam non parvum detrimentum accepiſſe. Etenim ſi præſto fuiſſet, confuſiones turbaſque temere exſuſcitatas compeſcuiſſet, & hæreſes orthodoxæ fidei, & evangelicæ ac apoſtolicæ doctrinæ inveſtas, quam filii a patribus ſemper acceptam ad nos uſque tranſmiſerunt, nobiſcum debellaſſet. Hæc citra cauſam non dicimus: ſiquidem ex literis, quas pietas tua ad Julianum piiſſimum ſanctiſſimumque [3] Eridicæ Epiſcopum perſcripſit, quid ſanctitas tua ſpectet cognovimus. Monebant enim literæ piiſſimum illum epiſcopum, ne fidei quam beati patres Nicæni expoſuerunt, defenſionem ulla ratione detrectaret, neve permittat, ut infractis illis verbis, reprehenſio, vel labes aliqua irrepat, ut quæ ſola & ad veritatem oſtendendam, & ad falſitatem revincendam ſint ſatis. Et hæc quidem ſanctitas tua recte & pie & juſte admonuit; atque is qui accepit literas, literarum conſilium ſecutus eſt. Ceterum multi qui ad ſynodum venerunt, juxta prophetam, *ſcandalizati ſunt, inutiliſque facti ſunt*. Fide namque relicta, quam a ſanctis patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus ſubſcripſerunt, quæ Apollinarii prava opinione plena ſunt, & cum Arii & Eunomii impietate conveniunt; omneſque qui manifeſtam illam impietatem non ſuſcipiunt, anathemati ſubjiciunt. Huic

Ἀλλ' ἀναγκαῖον ἐφάνη τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐμένειαν ὑπὸ τῆς ἀπουσίας σου σῆς ἀγωνύτης ἡγούμεθα· ἔπαυσε γὰρ ἂν παραχθεῖσαν καὶ τὰς γεχθησομένας συγχύσεις, καὶ τὰς * τεταλμημένας ἀταξίας, καὶ σὺν ἡμῖν ἂν κατηγωνίσατο τὰς ἐπισαχθείσας αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ τῇ εὐαγγελικῇ, καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἃς παῖδες παρὰ πατέρων ἀεὶ * δεχόμενοι, μέχρις ἡμῶν παντελῶς παρείπιμψαν. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φαμέν, ἀλλὰ ἄλλου * τῶν σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθήκοτες ἐκ τοῦ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον, καὶ ἁγιώτατον Ἰουλιανὸν, τὸν τῆς [4] Ἐρυδικῆς ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας * καλέντων γραμμάτων. ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ τὸν προειρημένον θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον συναγωνίσασθαι τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ * συναθροισθέντων, καὶ μὴ συγχωρῆσαι μῶμον ἐκείνοις τοῖς * ἄρραγισι ῥήμασιν ἐπισαχθῆναι, ἀρχῆσι καὶ τῇ ἀληθείαν δεῖξαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγξαι. τοῦτα ἡ μὲν ὁσιότης σου σὴ ὀρθῶς, καὶ δικαίως. καὶ δ' εὐσεβῶς ὑπηγήσατο. καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα, τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ. πολλοὶ δὲ τῶν εἰς τὴν σύνοδον παραγενομένων ἠσθένησαν κατὰ τὸν προφήτην, καὶ ἠχρειώθησαν, ὧν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς δὲ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυπογράψαντες· ἃ τῆς Ἀπολιναρίου γέμει κακοδοξίας. συμβαίνει δὲ καὶ

[1] In Synodico hic titulus: *Iterum alia epiſtola eorumdem ſupra epiſcoporum, ad quam ſupra Epiſcopus.* [2] Epiſcopum Melitinenſem. [3] Legendum *Serdicæ*, ut conſtat ex ſubſcriptionibus ſuperius poſitis in parte 1.
[4] Scribendum, τῆς Σαρδικῆς.

Pſal. 52. 6. Non reliquerunt Patres patrum fidei reliquias illas tamquam ſymbolo conſentaneas admiſerunt.

καὶ τῇ Ἀρείῳ, καὶ Εὐνομίῳ διαστάσεις. καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὴν γνωμὴν ταύτην ἀσέβειαν. ταύτῃ τῇ * λύμῃ τῆς πίστεως λίαν ἀντίσημον, εἴ τι ἀπὸ τῆς ἑῴας συνελήλυθότες, καὶ ἕτεροι οἱ ἐκ διαφόρων διοικήσεων. ὥστε τὴν ὑπὸ Νικαέων ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων κραταιοῦσθαι πίστιν. οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οὐδὲν ἡ σὴ ἁγιότης, εἴς τε διδασκαλίαν τῶν ἀναγκαίων δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμεθα διατελοῦμεν, πάντων ἡμῖν τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες τερπνῶν τε, καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι τὸν παλαιὸν τοῦτον κλῆρον. τούτῳ χαίρει καὶ Κύριλλος, καὶ Μέμνων, τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γενόμενον, καὶ ὃν ἅπασιν αὐτῇ συμμαχήσαντα, ὅτε βεβαιωθῆναι καὶ συνεχθῆναι τοῖς ἐπὶ * διαφθορᾷ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκτεθεῖσι κεφαλαίοις, καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν. καὶ τοὺς ὑπογράψαι, καὶ συνθέσθαι τοῖς ἑαυτῶν τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν. ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν· ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ὄφελος ἡ ἡμετέρα μακροθυμία· μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπεμείχοντο δογμάτων. περιέπειραν δὲ ἑαυτοὺς καὶ τῷ τοῦ κανόνος ὅρῳ. ὃς σαφῶς διαγορδεύει· εἴ τις καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ὑπὸ τῶ ἰδίου ἐπισκόπου, ἑαυτὸν ἐπιξέψειε τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ ἀναμείνειε συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτῷ ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας. τούτῳ τῷ ὅρῳ περιπεπτώκασιν οἵ τε καθαιρεθέντες, οἵ τε ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. διὸ γὰρ μὴ τὸ γνῶναι τὸν γενόμενον καθαίρεσιν, καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνελειτούργησαν, καὶ διατελοῦσι λειτουργοῦντες. ὡς ἀπίστοντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ταῦτα ἐβουλόμεθα μὲν δι' ὅλης τῆς σῆς ἁγιωσύνης γνωρίσαι· προσδοκήσαντες δὲ ἔσεσθαί τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολήν, μέχρι τοῦ παρόντος ἀνεμείναμεν. ἀλλ' ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος. ἐμείναμεν γὰρ τῆς δυσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντες, καὶ μηδὲ τῶ δυσεβεστάτῳ βασιλεῖ τοῖς συμβουλαῖς αἰδόμενοι. πολλάκις γὰρ ἤδη ἐφ' αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν συνευτυχικοῖς, προσέταξεν αὐτοῖς, ἢ ὡς ἑαυτὸν τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια, ἢ τὸν ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι ὡς συμβαίνει τῇ ἁγίᾳ μακαρίων πατέρων ὁμολογίᾳ. ἑτοίμως γὰρ * ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι' ὧν ἀποδείξαμεν ἄν, ὡς ἄντικρυς μὴ μάχεται τοῖς τῆς ὀρθοδοξίας διδασκάλοις, συμφέρεται δὲ λίαν τῇ ἁγίᾳ αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ. διδάσκει γὰρ ὀφθῆναι τούτων αὐτὸς ὁ τὰ πονηρὰ ταῦτα κτίσας ῥήμασι, ὡς ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ Θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπότης, διὰ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀνείληφε σωτηρίας· τῆς δὲ οἰκείας δηλονότι θεότητος οἰκειωμένης μὲν τὰ πάθη, ὡς ἰδίᾳ σώματος, οὐδὲ δὲ παρούσης εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος. ὅπου γὰρ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἡρμήνευσε. ὡς τῆς μὲν θεότητος ἕνωσίν τινα ὑπομενούσης, καὶ εἰς σάρκα μεταβληθείσης

* λύμη

* διαφθορᾷ

Κανὼν 4. συνόδου ἀντιοχείας.

Matth. 18. 18.

* ἔχομεν

Ioann. 1.

A fidei peſti ſtrenue reſtitimus tam nos qui ex oriente, quam alii quoque qui ex diverſis diœceſibus convenerunt, ut fides a beatis patribus Nicæa expoſita confirmaretur. Nihil enim (ut ſanctitas tua novit) in illa deſideratur, quod ad confirmandam evangelicorum dogmatum doctrinam, & ad quamvis hæreſim confutandam faciat. Propter hanc omnibus luctis triſtibuſque, quæ humanæ vitæ accidere poſſunt, ſimul poſthabitis, jugiter in acie verſamur, ut hanc ſortem a patribus traditam, incontaminatam conſervemus. Hac etiam de cauſa Cyrillum & Memnonem depoſuimus; illum quidem tamquam hæreſiarcham; hunc vero tamquam illius fautorem & adjutorem in omnibus ad confirmanda ac ſtabilienda capita, quæ expoſita ſunt in eccleſiarum perniciem: ceteros vero qui dogmatibus illis pietati diſſentaneis ſubſcribere & adſtipulari ſunt auſi, tantiſper excommunicationi ſubjecimus, dum ea anathematizaverint, & ad ſanctorum patrum Nicænorum fidem redierint. Verum noſtra lenitas illis nihil profuit. Nam uſque hodie pro perverſis illis dogmatibus decertant, & ultro in [1] canonis ſanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perſpicuam ſententiam: Si quis epiſcopus a Synodo, aut presbyter, vel diaconus ab epiſcopo ſuo depoſitus, non expectato ſynodi judicio ſacris miniſteriis ſe ingeſſerit, nullus ſe expurgandi locus, ne in alia quidem ſynodo, huic relictus eſto. Sed & ſi qui ſunt, qui cum eo communicaverint, hi penitus ab eccleſia expellantur. In hanc ſanctionem inciderunt tam hi qui excommunicationis, quam illi qui depoſitionis ſententiam in ſe exceperunt. Nam cum primum ſe a nobis depoſitos atque excommunicatos reſciverunt, ſtatim una ſacris operati ſunt & adhuc ſacra facere perſeverant tamquam ei fidem non habentes, qui dixit: *Quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis*. Hæc in ipſo mox exordio ſanctitati tuæ indicare cogitavimus: verum mutationis alicujus, & a malis hiſce emerſionis ſpe ducti, hactenus expectavimus: at ea nos ſpes fefellit. Nam neque impiam hanc hæreſim propugnare deſtiterunt, neque piiſſimi imperatoris conſilia reverentur. Etenim quintum jam nos & ipſos affatus, illis quidem mandavit, ut vel capita Cyrilli tamquam cum fide pugnantia rejiciant; vel certe, ſuſcepto in eorum defenſionem certamine ſanctorum patrum confeſſioni conſentanea eſſe palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ oſtenſuri eramus, quod orthodoxæ fidei doctoribus manifeſte adverſantur, plurimumque hæreticorum doctrinæ conſentiunt. Enimvero homo perverſorum auctor per hæc ipſa docet, divinitatemque unigeniti Filii Dei paſſam eſſe, non autem humanitatem, quam pro ſalute noſtra ſuſcepit; cum divinitas inhabitans paſſiones corporis quaſi proprii ſibi attribuerit, & tamen in propria natura nihil ipſa pateretur. Addit præterea, ex divinitate & humanitate unam factam eſſe naturam: ſiquidem illud, *Verbum caro factum eſt*;

Non pugnatio pro ſymbolo, ut id frequenter judicatur, ſed pro myſterio.

Inciderunt in canonis ſanctionem, qua ſententia eſſe legitima. canon. 4. conc. Antioch.

Statuant ea ſententias eſſe nullas, idcirco eas pro nihilo duxerunt.

Matth. 18. v. 18.

Tam nobis familiaris eſt imperator, ut ne manibus quidem recipi ſinat.

Hoc Cyrillus nunquam negavit, ſed tum publice tradidit.

Joan. 1.

1 Canon. 4. Concil. Antioch.

ita exponit, quaſi divinitas convertionem aliquam paſſa, & in carnem tranſmutata ſit. Ad hæc eos execratur, qui evangelicas apoſtolicaſque voces de Chriſto domino diſtinguunt, ut humiles quidem ad humanitatem, divinas vero ad Chriſti divinitatem referant. Quod Ariani & Eunomiani ſentientes, humileſque diſpenſationis voces ad divinitatem referentes, Deum Verbum creaturam & facturam, alteriuſque ſubſtantiæ, & patri inæqualem eſſe affirmare non dubitarunt. Quæ vero blaſphemia ex hiſce principiis conſequatur, quivis facile intelligit. Nam & naturarum inducitur confuſio, & Deo Verbo attribuitur illud: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* & illud: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.* Rurſum fames, ſitis, angelica confortatio, & illud: *Nunc anima mea turbata eſt*, & iterum: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*: & quæcumque talia in domini noſtri humanitatem ceciderunt quæ perſpicue cum Arii & Eunomii impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heteruſion, naturarumque diverſitatem adſtruere non valerent, perpeſſiones, & humiles illas voces divinitati Chriſti, ut ante dictum eſt, adſcribunt. Norit autem pietas, Arianorum doctores nihil aliud in eccleſiis ſuis hoc tempore docere, quam quod contubſtantialitatis aſſerteres jam demum cum Ario ſentiant, quodque veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat. Nos autem in dogmatibus beatorum patrum, qui apud Nicæam convenerunt, & eorum qui poſt illos doctrina claruerunt, Euſtathii Antiocheni, Baſilii Cæſarienſis, & Gregorii, & Joannis, & Athanaſii, & Theophili, & Damaſi Romani, & Ambroſii Mediolanenſis, & reliquorum qui cum his eadem docuerunt, perſeveramus, piiſque illorum veſtigiis inſiſtimus; quippe qui evangelica & apoſtolica & prophetica verba ſequentes, exactam orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint: quam regulam nos inconcuſſam inflexamque retinere ſtudemus omnes qui in oriente habitamus; ſimiliter qui Bithyniam, & Paphlagoniam, & Cappadociam ſecundam, & Piſidiam, & Theſſaliam, & Myſiam, Rhodopenque incolunt, & alii quamplurimi diverſarum provinciarum. Italos quoque certum eſt novitatem illam nequaquam laturos eſſe. Nam [a] Martinus ſanctiſſimus Deoque dilectiſſimus Mediolanenſium epiſcopus ad nos ſcripſit, librumque beati Ambroſii de dominica incarnatione ad piiſſimum imperatorem miſit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet. Sed nec illud ſanctitatem tuam prætereat, nempe, Cyrillum & Memnonem non contentos fuiſſe orthodoxam fidem corrupiſſe, verum omnes quoque canonicas ſanctiones proculcaviſſe. Nam cui a diverſis diœceſibus atque provinciis excommunicatione percuſſi fuerunt, illos ipſi ſtatim in communionem receperunt. Alios præterea de diverſis etiam hæreſibus accuſatos, eademque ſentientes cum Cœleſtio & Pelagio (Euchitæ enim ſunt, ſive Enthuſiaſtæ) & ob id a ſuo diœceſano vel metropolitano excommunicatos, eccleſiaſtica diſciplina con-

Sed quis verborum ſenſum principi oppoſitum aſſequatur?

Pſal. 21. Matth. 26. 39.

Joan. 12. Matth. 20.

Ariani non agnoſcunt diverſas naturas in uno Chriſto.

Si hos patres ſequeremini unſonitos quoſ. hæreſes non infultare.

Omnes catholici vehementem patrem, non catholicam in Africam tranſeunt, ſecus vero, negatquam Hoc falſum omnino eſt.

Solum Neſtorium, & alios ei adhærentes juſte depoſitos reſtituunt.

Α σης. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζει τὰς διαιρούσας τὰς ἀγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φωνάς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὰς δὲ θεοπρεπεῖς, κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνοντας. ὅπερ φρονοῦντες Ἀρειανοὶ, καὶ Εὐνομιανοὶ, τὰς μὲν ταπεινὰς περὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἕτερούσιον, καὶ ἀνόμοιον τῇ πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο. ἐντεῦθεν δὲ, εἴ τι κἂν συμβαίνη τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον κατιδεῖν. συγχύσις γὰρ εἰσάγεται τῇ φύσιων, καὶ προσάπτεται τῷ Θεῷ λόγῳ, τὸ· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τὸ· πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω Ψαλ. 21. Ματθ. 26. 39. Β τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· καὶ τὸ πενθῶ, καὶ δειλιῶ, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου στηρίζεσθαι, καὶ τὸ λέγειν· νῦν ἡ ψυχή μου τεταραγται· καὶ, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ κυρίου συμβέβηκε. ταῦτα δὲ ὡς σαφῶς τῷ Ἀρείῳ, καὶ Εὐνομίῳ δυσσεβείᾳ συμβαίνει, δύσχρως ἂν τις κατίδοι. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτερούσιον κατασκευάσαι μὴ δυνάμενοι, τοῖς παθήμασι, καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις φωναῖς τῆς θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς προείρηται. ἴσασι δέ σε καὶ ἡ θεοσέβεια, ὡς οἱ τῶν Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν ἀδεῶς ἕτερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν διδάσκουσιν, ἢ ὡς οἱ τὸ ὁμοούσιον διδάσκοντες, νῦν τὸ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι διὰ χρόνου μακρὰ τὸ ἀληθὲς C ἀνέφανη. ἡμεῖς δὲ τοῖς τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ διαφαινομένων, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμασοῦ τῆς Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολάνων, καὶ τῶν τούτοις τετιμημένων διδασκάλων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν αὐτῶν ἀκολουθεῖν ἔχομεν. τοῖς γὰρ εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς, καὶ προφητικοῖς, ἑπόμενοι ῥήμασιν, ἀκριβῆ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κανόνα παραλιπόντων. ὃν ἀκλινῆ, καὶ ἀσάλευτον φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες, οἱ τὴν ἀνατολὴν οἰκοῦντες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ D ἑτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισίδια, καὶ Θετταλία, καὶ Μυσία, καὶ Ῥοδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν. δῆλοι δέ εἰσι τῆς Ἰταλιώτων καινοτομίας πώτης οὐκ ἀνεξόμενοι. ὁ γὰρ Θεοφίλεστατος, καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος, ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον ἐξέπεμψε τὸ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως. ὅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις. γινωσκέτω δέ σου ἡ ἁγιότης, ὡς οὐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ, καὶ Μέμνονι τὸ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν. τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν, καὶ διοικήσεων ζυμωμένους ἀκοινωνήτους, καὶ δυσεῖς κοινωνίαν ἀνεδέξατο. E πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερος, καὶ ἐπὶ αἱρέσεσιν ἐγκαλούμενος, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ, καὶ Πελαγίῳ· Εὐχῖται γάρ εἰσιν, ἤγουν Ἐνθουσιασταί. διὸ καὶ ἀκοινωνήτους ἦσαν τῷ τε διοικητῇ καὶ τῷ μητροπολίτῃ. τῆς ἐκκλησιαστικῆς δὲ τάξεως κατεφρονηκότες, εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο αὐτοὺς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς, σαπτιχόθεν ἀθροίζοντες. καὶ τυραννικῶς μᾶλλον, ἢ εὐσεβῶς δογματίζειν σπουδάζοντες. ἐπειδὴ γὰρ τῆς εὐσεβείας

ἐγε-

[a] Martianum vocat Ennodius Epigr. LXXXI.

ἐγχείρουσιν, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέρου ἐπισκόπου A
* τείχη, διωλάμην. ἀνθρώπων * τείχη, χρημάτων ῥώμασιν
αἱ ὁμῶν τῶν πατέρων καταγενίζεσθαι πίστιν. ἀλλὰ
τούτων οὐδὲν αὐτοῖς ὑπῆρχε, τῆς ὑμετέρας * ἐρρωμένης
* ὑποφύσεως, εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης. παρακαλῶ τοίνυν, δέσποτα ἁγιώτατε, τὴν
μὲν κοινωνίαν τοῖς τοῦτο τετολμηκόσιν, καὶ τὴν αἵ-
ρεσιν ταύτην εἰσαγαγοῦσιν, φυλάξασθαι, γνωρί-
σαι δὲ πᾶσι, καὶ τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν. ὡς
τοῦτό ἐστι τὰ κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τεσσαρακόσιος
Δάμασος καὶ θεῖος Ἀπολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ
Τιμόθεον, τὰς αἱρετικὰς καὶ ὅτι ἐχρὴ τὴν ἐπιστο-
λὴν ταύτην παρ' αὐτῶν ἁπλῶς προσίεσθαι. ὃ
δὴ τὸ μὲν αἱρετικὸν συνεσκίασε φρόνημα, τῷ δὲ τῆς B
εὐσεβείας αὐτὸ κατεχρώσατο δόγματι. ὃ μὲν γὰρ
τοῖς κεφαλαίοις σφῶν αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν ἐγύ-
μνωσεν. οὗτος δὲ ἀναδυματίσαι τοὺς μὴ ὄπω φρο-
νοῦντας ἐτόλμησεν· ὃ δὲ τῇ ἐπιστολῇ * βλάψαι
* αλάψη πανούργως τὰς ἀκουσίους ἐπεχείρησε. μὴ τοίνυν
* καταφρονήσῃ τῆς ὑποθέσεως ἡ σὴ ὁσιότης, ἵνα
μὴ ὕστερον ὀφῶσα τὴν αἵρεσιν κρατυνθεῖσαν, ἀνονή-
των ἀλγυνῇται, καὶ ἀχάλλῃ, ἐκκαυθεῖσα μηκέτι δυ-
ναμένῃ τῇ εὐσεβείᾳ. ἀπεσείλαμεν δὲ καὶ τὸ ἴσον τοῦ
τόμου, ὃ ἐπεδεδώκαμεν τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ
βασιλεῖ ἡμῶν, ἔχον τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων
τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἐν ᾧ ἐξεβάλομεν τὰ προσφάτως ἐκτε-
σαχθέντα ὑπὸ Κυρίλλου αἱρετικὰ κεφάλαια, ἀλ- C
λότρια κρίναντες αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ἐπει-
δὴ μόνοι ὀκτὼ παρεγενόμεθα εἰς τὴν Κωνσταντινού-
πολιν, ὅπως τῷ εὐσεβεστάτῳ προσάξαντες βασιλέως,
* ὑποτάξαμεν καὶ τὸ ἴσον τοῦ συνοδικοῦ, τῷ παρὰ τῆς
ἁγίας συνόδου δοθέντος ἡμῖν, ὅπως τὴν γνῶσιν τῶν
ἐγκειμένων αὐτῷ ἐπαρχιῶν, ἃς ἔσχεν ἀπὸ τῶν ὑπογρα-
φῶν τῶν μητροπολιτῶν γνῶναι καὶ σὺ ἡ σὴ ὁσιότης. πᾶ-
σαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν.

tempta, communioni reſtituerunt, multitudine undecumque ſibi coacta, ac tyrannice potius, quam pie dogmata ſua ſtatuere laborantes. Nam cum pietate deſtituerentur, aliam neceſſario ſibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, rati profuſione pecuniæ ſe patrum fidem expugnaturos. Verum pietate tua bene valente, religioniſque defenſionem more ſuo ſuſcipiente, nihil illorum machinationes efficere poterunt. Quamobrem ſanctiſſime domine, rogatus, illorum communionem, qui tanta hac temeritate uſi ſunt, quique hanc hæreſim invexerunt, caveto; omnibuſque tam prope, quam longe poſitis declarato, capita hæc ipſa eſſe, propter quæ beatiſſimus Damaſus Apollinarium, Vitalium & Timotheum hæreticos gradu movit: epiſtolam præterea ab eo miſſam, non eſſe ſimpliciter admittendam, in qua ſententiam hæreticam pietatis dogmate coloratam occultavit: ſiquidem in capitibus illis aperta fronte impietatem ſuam profitetur, eoſque qui aliter ſentiunt, audacter anathematizat; in epiſtola autem callide ſimplicioribus damnum inferre ſtuduit. Caveat itaque ſanctitas tua, ne cauſam negligat, ne poſtea hæreſim hanc corroboratam aſpiciens, in vanum doleat, & quod pietatem vindicare deinde nequeat, ſe affligat. Miſimus etiam exemplum ſcripti, quod piiſſimo Chriſtianiſſimoque imperatori noſtro exhibuimus; quo ſanctorum Nicænorum patrum fides continetur, & hæretica Cyrilli capita recens inducta reprobantur, ea nobis judicantibus ab orthodoxa fide aliena. Quoniam vero juxta piiſſimi imperatoris mandatum octo tantum in civitatem Conſtantinopolitanam venimus, adſcripſimus etiam exemplum mandati a ſancta ſynodo nobis dati, quo provinciæ in illo recenſitæ dignoſcantur. Eas enim a metropolitanorum ſubſcriptionibus ſanctitas tua cognoſcet. Salutamus univerſam quæ tecum agit, fraternitatem.

Iterum Cyrillus inter hæreticos computatur.

Jactant plures ſua factionis metropolitanos, ut facilius perſuadeant.

ORIENTALIUM SCHISMATICORUM

Exemplaria ad fratres, qui communi omnium nomine Conſtantinopoli legatione fungebantur.

Omnibus modis pientiſſimis & ſanctiſſimis ac religioſiſſimis coepiſcopis, Joanni, Joanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto, Helladio, epiſcopis, ſynodus quæ in eccleſia Ephеſi congregata, in domino Sal.

Obſcura ſunt hæc, & forte mutila.

QUONIAM didicimus veſtros pro religione labores, cum divina [1] regis noſtri Chriſtum amantis & pientiſſimi, cognovimus experientia, dominum Jeſum Chriſtum E eccleſias ſuas non derelinquere, qui ſane & vobis orthodoxis decentem gratiam exhibuit, adverſarioſque multo rubore confudit, pientiſſimumque noſtrum regem rectæ fidei ſanctiſſimæ eccleſiæ accedere fecit. Confidimus autem, quod & vobis libertate ſacerdotibus Chriſti digna certantibus, & [2] pientiſſimi noſtri regis vita per Deum ſalva, pacificum finem res habituræ ſint: infamentur hæretica, ut per totum orbem in eccleſiis iterum ſanctorum patrum orthodoxa fides reluceſcat. Verum adverſarii non ceſſant uſque in præſentem diem ſolitam exercere tyrannidem, eo quod nullam indignationem experti ſunt. Ubique enim illicitas depoſitiones in eccleſias mittentes, turbant & clerum & plebem. Subſcripſimus item in duobus exemplaribus, quæ a veſtra ſanctitate nobis ſunt miſſa: pro quibus oramus, ut contra pullulantem impietatem pro veritate certantes, uſque ad ſanguinem obſiſta-

Et hac argumento ſunt, eos non juvaſſe.

1 Verſio Vetus ex editione Baſileenſi Rob. Winteri; Extat ubi titulus: *Exemplaria Orientalium, ex qui Conſtantinopoli ſunt fratribus.* Extat alia præterea verſio in ſynodico Caſinenſi, ſed minus proba. 2 Lege cum Harduino: *cum divina gratia, in præſentia regis &c.* 3 In Synodico: *& ſalvante Domino Imperatoris noſtri piiſſimam vitam, pacificum finem præſens negotium ſortietur. Et quidem depompabunt hæreſes: refulgebit quidem rurſus per univerſas totius mundi eccleſias &c.*

ſiſtatis, ſcientes quod cum veſtra ſanctitate concordant ea quæ nos confitemur. Parati etiam ſumus prius mori, quam ſuſcipere unum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quæ autem ad perſonarum dehoneſtationem attinent, perpetuo ſilentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis commentariis (hæretica commentaria, ut ſcitis, patrum fidei conjunxerunt,) hac ratione declarant ſe ipſos hæreticos, & ab orthodoxa fide alienos. *Arguit ſed eo ipſo prius capite colligitur, poſſe illa eorum ſynodum haereticam fuiſſe, atque ideo Neſtorium deponere non potuiſſe.* Quomodo igitur, oro, fieri poteſt, ut duo hæc diverſa, depoſitio & capitula, conveniant? Nam ſi fide digni ſunt qui eum recipiunt, digni fide erunt & in capitulis hæreticis, quæ expoſuerunt. Si autem capitula redarguunt eos hæreticos, omnino hæreticorum eſt & depoſitio. Hæc autem & ad pientiſſimum noſtrum regem ſcripſimus, miſſo exemplari; ut quod operæ pretium videbitur, faciatis. Non minor enim nobis ſolicitudo eſt, quam pro veritate ipſa, ne ſi depoſitio quæ ab hæreticis facta, robur accipiat, valeant & hæretica capitula, & alia quæ ab illis contra multos ſacerdotes facta ſunt. *Hæc fiducia vos fallit.* Bona nobis fiducia eſt, quod veſtra ſanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quæ omnia quæ ab hæreticis facta ſunt, irritent, ſive depoſitionem, ſive excommunicationem, idque tam ſynodali reſcripto, quam regio edicto. Non ignorat enim veſtra pietas, quod habemus quoſdam epiſcopos nobiſcum deſolatos in ſuis provinciis. Demum miſimus veſtræ ſanctitati recens factam expoſitionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, evidentius etiam per illam oſtendente ſuam impietatem. Sicut & rogavimus veſtram ſanctitatem, dignemini curare, ut nos ſtatim dimittamur, maxime quia nunc hyems inſtat.[1]

Imo vero major pars jam ante ejus tempora reformata ejus excommunicata erat. Judicant anathematiſmorum Cyrilli declarationem.

RELATIO ORIENTALIUM,

qui Epheſi degebant, ad Theodoſium & Valentinianum Auguſtos.

Pientiſſimis & Chriſti amatoribus regibus, Theodoſio & Valentiniano Auguſtis, ſancta ſynodus quæ Epheſi eſt congregata.

Non pro tota ſynodo, ſed tantum pro conciliabulo adſtantibus.

EDOCTI ex ſanctiſſimorum & pientiſſimorum miniſtrorum noſtrorum literis, qui pro tota ſynodo ad veſtrum pium comitatum pervenerunt, tum quod benignus illis ad veſtram pietatem patuerit accеſſus, tum quod majeſtas veſtra multum pro orthodoxa fide zelet, gaviſi ſumus, quaſi præſentes prædictis ſerenam veſtræ pietatis faciem ſimul intueremur. Cognovimus enim, quomodo ea quæ ab adverſariis, veſtro juſto judicio minus fuere accepta; ſanctorum autem patrum qui in Nicæa, fides, pro qua & præſentes pientiſſimi epiſcopi, & nos ſoliciti ſumus, receptionem meruit. Credimus itaque, Deum ſic inſtituiſſe veſtram pietatem, ne quo modo commoveretur apoſtolica fides, per quam a progenitoribus regnum habet veſtra majeſtas, omneſque alienas nationes ſubditas habet. Et propterea gratiarum actiones, & continuas preces ſolito more cum magno gaudio Chriſto domino offerimus. Quoniam autem ſub veſtro imperio magna quædam fiducia eſt ſacerdotibus, confidimus etiam ea quæ nos mœrore conficiunt & ſolicitudine, cognoviſſe veſtram majeſtatem, illorumque remedium petere. Unde oramus, & ante veſtigia veſtra provolvimur, ut nos cum longanimitate humiliantes veſtræ pietati ſuſcipiatis, & juſte petentes de offenſa perſona ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipſum impie egerunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbaverunt ſanctorum patrum fidem, [2] hanc ipſorum partem in ipſis commentariis etiam illicitam depoſitionem fecerunt. Et credimus non viſum fuiſſe incorrupto veſtro & recto judicio juſtam illorum ſtare condemnationem, quos condemnari manifeſte oportet, utpote convictos hæreticos. Quæ autem particulariter ſecutura ſunt ab illis & contra eccleſiaſticas conſtitutiones, & contra pientiſſima veſtra ſcripta, jam a multis didicit veſtra majeſtas, ſi in nullo ab ipſis offendatur, veſtriſque edictis non obluctentur, & eccleſiaſticam fidem prædicent. Nam etſi millies fugiens tumultus caveat, & ipſe privatim agere malit; opus tamen, ne fides jacturam ferat, eo quod illegitima iſta depoſitio ab his qui hæretica capitula introducunt, facta ſit.

Gravis hæreſeos pro hæreſiarcha Neſtorio, quem tamen, quod imperatoribus cuiſpiam eſſet, nominare non audent.

Sed eorum quæ judice hæreſis convicti ſunt conciliis patres?

Quaſi Neſtorius eccleſiaſticam fidem prædicaverit, & imperatoris edictis paruerit.

EPISTOLA LEGATORUM

Schiſmaticorum ad ſuos in Epheſo.

Dominis maxime honorabilibus & pientiſſimis epiſcopis, qui in Epheſo ſunt, Joannes, Joannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

QUINTO acceſſus nobis contigit: & quamvis multum de hæreticis capitulis diſceptaverimus, juraverimuſque ſæpius pientiſſimo regi, quod impoſſibile ſit nobis communicare his qui diverſa ſentiunt, ſi nondum explоſerint capitula; & quod Cyrillus, etiam ſi rejecerit capitula, a nobis ſuſcipiendus non ſit, eo quod ipſe tam impiæ hæreſeos hæreſiarches factus ſit; nihil tamen profecimus, eo quod & adverſarii inſtarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compeſcerent, nec cogerent eos, ut ad inquiſitionem & colloquium venirent; hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, & de his diſputari prorſus non ſinunt. Nos autem propter veſtras preces uſque ad mortem inſtare parati ſumus; & neque Cyrillum ſuſcipere, neque capitula ab eo expoſita, neque illis communicare, priuſquam explodantur quæ male fidei adjecta ſunt. Obſecramus igitur & veſtram ſanctitatem, ut ſapiatis eadem quæ nos, eumdemque laborem oſtendatis. Certamen enim nobis pro religione eſt, quam ſolam habemus ſpem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate ſalvatoris noſtri in futuro ſæculo. De pientiſſimo & ſanctiſſimo epiſcopo Neſtorio ſciat veſtra pietas, quod ſtuduerimus quidem ſermonem de illo inſerere; ſed nunc non potuimus, eo quod omnes vel ad ipſum nomen hoſtiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametſi res ſic habeant, per opportunitatem temporis ac au-

Gravis in beatum Cyrillum calumnia.

Laus impiæ impii hæretici.

[1] Quas hic ſubjicit Harduinus ex Caſinenſi Synodico Epiſcoporum ſubſcriptiones, ac deinde Epiſtolam Maximini ſecundæ Ciliciæ, interlocutionem Synodi ſecundæ Ciliciæ, ac Epiſtolam Helladii ad Alexandrum, infra dabimus cum eodem Synodico. [2] In Vet. cit. Verſ. *Relatio Orientalium in Epheſo ad Regem.* 3 Forte, *hinc ipſorum patrum.*

auditorum benevolentiam etiam hoc facere, ſi quidem noſtro propoſito Deus cooperatus fuerit. Porro ut veſtra ſanctitas etiam hoc non ignoret, ſcitote, quod videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes, ut ita dicam, decepiſſe, non raro pientiſſimum regem & magnificentiſſimos principes obſecravimus, ut & nos ad orientem dimitteremur, & veſtra pietas ad propria remigraret. Cognoſcimus enim, quod in vanum moras nectimus, & inſtituta non perficimus, eo quod Cyrillus ubique fugit colloquium noſtrum, conſcius ſibi, blaſphemias, quas in duodecim capitulis ſuis edidit, manifeſte redarguendas. Placuit autem pientiſſimo regi poſt multas adhortationes, ut ſinguli ad propria redeamus; ad hoc, ut & [1] Ægyptius, & Memnon Epheſius in ſuis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus ſuis, ſic, ut ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum ſuum redeat: ille vir innocens vix ad ſuam manſionem dimittatur. Omnem, quæ vobiſcum eſt fraternitatem, & nos, & qui nobiſcum ſunt, plurimum ſalutamus.

Schiſmatici confeſſa ſua diſſimulare, quam antea ſe obtinuiſſe gloriabantur, redditum urgent.

Cyrillum per contemptum vocat Ægyptium, Neſtorium autem olim innocentem.

Joannes epiſcopus Antiochiæ orientis valere vos in Chriſto precor, domini pientiſſimi & ſanctiſſimi. Subſcripſerunt autem ſimiliter & alii.

ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΤΩΝ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ,

ΔΙ' ΩΝ ΤΑ ΠΡΟΛΑΒΟΝΤΑ ΤΩΝ ΑΠΟΣΧΙΣΤΩΝ

διελέγχονται τεχνάσματα

EPISTOLÆ CATHOLICORUM,

quibus Schiſmaticorum præcedentes doli refelluntur.

Ἀναφορὰ τῆς συνόδου συντεγραμμένη πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἐν ᾗ διδάσκουσα, ὅτι ψεύδεται τὰ ἀντιγεγραμμένα παρὰ τοῦ Κανδιδιανοῦ ἔτους.

* Γ'σον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου, ἀποσταλείσης διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ, καλανδῶν Ἰουλίων, Ἐπιφὶ ζ'. ἰνδικτιῶνος ιε'.

* *Exemplum relationis ſancti concilii, miſſa per Palladium magiſtrianum, Kalendis Julii, menſis Epiphi ſeptima, indictione xv.*

* *Relatio ſynodi, qua reſpondentur facta ſupra præmiſſa, & quæ a Candidiano relata fuerant, falſa eſſe declarantur.*

Τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀειαυγούστοις, ἡ ἁγία συνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

Piiſſimis, Deoque devotiſſimis Theodoſio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſancta ſynodus, quæ per Dei gratiam veſtraque majeſtatis nutum in Epheſiorum metropoli convenit.

Ea autem falſa poſita eſt ſup. pag. 1388.

Τὸ μὲν ὑμέτερον κράτος, τὴν εὐσέβειαν βεβαιῶσαι βουλόμενον, ἐπέτειξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ζήτησιν περὶ τῶν δογμάτων ποιήσασθαι σπουδαιοτέραν· ἣν καὶ πεποιήμεθα, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ παραδόσει τῶν πατέρων, ἃ μὲν δὲ ἄλλα καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, εὐαγγελιστῶν πεπομμένοι, καὶ τῶν ξ' καὶ ὀγδοήκοντα συναχθέντων ἐπὶ τῆς Νικαίας· ἣν καὶ ἑνὶ μιᾷ φωνῇ συμφώνως, καὶ γνώμῃ μιᾷ, ἐμφανῆ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν κατεστήσαμεν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι τῶν πεπραγμένων· ἐν οἷς καὶ Νεστόριον ἕτερα φρονοῦντα εὐαργῶς ἐλέγχοις, καθείλομεν. ὁ δὲ γὰρ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει τὰ ἑαυτοῦ ἐκρύψε φρονήματα. ἵνα ἐλέγχων ἑτέρων δεηθῇ, ἀλλ' ἀνεβόα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὰ ἀλλότρια τῆς πίστεως κηρύττων πρὸς πλείονας δόγματα. καὶ ἕκαστα κατὰ μέρος ἐν τοῖς πεπραγμένοις ὑπομνήμασι δῆλα κατεστήσαμεν τῇ ὑμῶν εὐσεβείᾳ. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν φιλόθεον Νεστόριον τῆς εὐσεβείας προτιμῶν ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς, ὑφαρπάσαι τὸν ἀκολουθῆσαι τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας ἐσπούδασε, πρὶν καταμαθεῖν ἀκριβῶς τὰ πεπραγμένα τὸ ὑμέτερον κράτος, πρὶν δέξασθαι τὰ ὑπομνήματα, πρὶν ἐπεξελθεῖν τοῖς γεγραμμένοις, ἐσπούδασεν αὐτὸς τὰ αὐτῷ φίλα, καὶ κεχαρισμένα Νεστορίῳ, ἀναδιδάξαι τὸν ὑμέτερον εὐσεβείαν. πρὶν γνῶναι τὸ ὑμέτερον κράτος τὰ ἀληθῆ ἐκ τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων·

VESTRA quidem majeſtas pietatem confirmare volens, exactiorem dogmatum examinationem ſanctæ ſynodo injunxit quam & fecimus, antiquam ſecuti traditionem ſanctorum patrum, ſanctorumque apoſtolorum & evangeliſtarum, & trecentorum decem & octo (patrum) apud Nicæam quondam congregatorum: quam etiam una voce unoque conſenſu interpretati, perſpicue teſtatam pietati veſtræ exhibuimus in ipſis commentariis actorum, in quibus & Neſtorium diverſa ſentire manifeſto deprehenſum exauctoravimus. Neque enim ſententiam ſuam in Epheſiorum metropoli conſtitutus adeo diſſimulabat, ut aliis indiciis & argumentis revincendus eſſet: ſed quotidie exclamabat, dogmata fide aliena prædicans apud complures. Omnia vero in actorum commentariis dilucide ſigillatimque veſtræ pietati recenſuimus. Sed quoniam magnificentiſſimus comes Candidianus Neſtorii amicitiam pietati anteponens, aures pietatis veſtræ præoccupare feſtinavit, priuſquam majeſtas veſtra exacte, quæ geſta ſunt, intelligeret; priuſquam commentarios acciperet, & quæ acta ſunt, accurate conſideraret, ea pietati veſtræ ſuggerere ſtuduit, quæ & ſibi placita, & Neſtorio grata erant, priuſquam majeſtas veſtra ex commentariorum, quæ (ſynodi) acta complectebantur, lectione veritа-

[1] Cyrillus Alexand.

ritatem hauriret : in quibus apparet , ne minimam quidem malevolentiam contra Neſtorium nos exercuiſſe , ſed ipſa veritatis dogmata expoſuiſſe : quibus comparantes quæ a Neſtorio prædicabantur , clare deprehenſa ex ipſius ſcriptis, epiſtolis, & publicis ſermonibus ; ſancto evangelio , quod Chriſtum univerſorum dominum præſentem nobis oſtendebat , in medium propoſito , ſententiam tulimus . Quamobrem majeſtatem veſtram rogamus , ne quem eorum dignetur admittere , qui hominis amicitiam pietate priorem ducunt . In horum enim numero cum Joannem reverendiſſimum epiſcopum Antiochenum exiſtere , hoc eſt , ita animo comparatum eſſe odorati eſſemus, ut qui amicitiæ mallet gratificari, quam fidei utilitatem ſpectare , ex eo conjecturam facientes quod neque majeſtatis veſtræ minas veritus , neque piæ fidei jam inde ab initio traditæ zelo permotus , ſanctam ſynodum poſt terminum a veſtra majeſtate præſtitutum , per dies viginti & unum ſuſpenſam tenuiſſet ; univerſi , qui in ſancta ſynodo orthodoxi , ſoliuſque fidei ſtudioſi ſumus , ad eorum inquiſitionem nos conferre coacti ſumus , quæ ad pietatem pertinent ; illud reverendiſſimo Joanni epiſcopo accidiſſe rati , quod magnificentiſſimus comes Candidianus paſſus eſſe non obſcure deprehenditur ; non enim omnium eſt , pietati amicitias hominum poſtponere . Erat autem hæc noſtra de Joanne epiſcopo religioſiſſimo ſuſpicio non inanis , nec vana . Nam cum primum appuliſſet , Neſtorii ſententiæ ſeſe adhærere aperte ſanctæ ſynodo declaravit : ſive hoc inde evenerit , quod amicitiæ gratificaretur ; ſive inde, quod in dogmatis errore cum eo communicaret .

Sed quoniam , quæ acta ſunt , veſtræ majeſtati aperte exponere , ut diximus, prohibemur , magnificeutiſſimo comite Candidiano nos impediente , ne quæ pia ratione præſtitimus , indicemus , omne vero ſtudium & auxilium Neſtorio impendente ; majeſtatem veſtram rogamus, ut ſanctæ ſynodi ſtudium erga Deum cognoſcat , magnificentiſſimumque Candidianum accerſat , & quinque e ſancta ſynodo , qui ea quæ geſta ſunt , coram veſtra pietate exponant ac defendant . Sunt enim illi qui diverſa a recta fide ſentiunt , ad tegendam impoſturam uſque adeo callidi , ut quidam quoque ſanctiſſimi epiſcopi , occultato errore a Neſtorio , decepti ſint , eique ſeſe adjunxerint , qui actiſque illius ſubſcripſerint : qui tamen , poſteaquam dilucide quid ſentiret , eſſent percontati , illumque ſuas blaſphemias retegentem comperiſſent , ab eo deſciverunt , ac ſanctæ ſynodo ſe adjunxerunt , patefactaque ejuſdem blaſphemia , condemnationis ſententiam adverſus prædictum Neſtorium una nobiſcum tulerunt . Itaque apud Neſtorium & reverendiſſimum epiſcopum Joannem Antiochenum triginta ſeptem , [1] paulo plures , reliqui ſunt : quorum major pars , quod criminibus ſint obnoxii , & ſanctæ ſynodi ſententiam vereantur , ut diximus , Neſtorii factioni ſeſe addixerunt : (eorum quoque no-

A των ἀκαχηκότως . ὃ οἷς δεικνύμεθα ὑδεμίαν κατὰ Νεστορίου δυσμένειαν γυμνάζοντες , ἀλλὰ αὐτὰ τῆς εὐσεβείας ἐκθέμενοι τὰ δόγματα . οἷς παραβαλόντες τὰ ὑπὸ Νεστορίου κεκρυπτόμενα , ἔχοντα τὸν ἔλεγχον ἐκ τῶν γραμμάτων * Νεστορίου , ἐπιστολῶν τε , καὶ * αὐτοῦ, τῶν ὸ δημοσίων ὁμιλιῶν ὀφθαλέων , τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ ὸ μέσῳ κειμένῳ , καὶ δεικνύντος ἡμῖν παρόντα τὸν δεσπότην τῶν ὅλων Χριστόν . δεόμεθα τοίνυν τῆ ὑμετέρᾳ κράτους , μηδενὸς παραδοχῆς ἀξιωθῆναι τῶν προτιμώντων * τὴν ἀνθρώπων φιλίαν τῆς εὐσεβείας . καὶ γὰρ τοιαύτης αἰδούμενοι τῆς ὀφθαλμίας τὸ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης τὸ Ἀντιοχείας , ὡς βουλομένῳ φιλίᾳ χαρίζεσθαι μᾶλλον , ἢ τὸ συμφέρον τῇ πίστει σκοπεῖν , ἐξ ὧν μήτε τῆ ὑμετέρᾳ κράτους ἀπειλῆ φοβηθεὶς , μήτε τῷ ζήλῳ κινούμενος τῆς θεοφιλοῦς πίστεως τῆς ἄνωθεν παραδεδομένης , τῆ ἁγίᾳ ἀνεβάλετο συνόδου ἐπὶ εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν , μὴ τὴν δεδομένην προθεσμίαν παρὰ τῆ ὑμετέρᾳ κράτους , καὶ λιποταξάσθαι ἅπαντες οἱ τῆς ἁγίας συνόδου ὀρθόδοξοι , καὶ μόνης ἐρῶντες τῆς πίστεως , ζητῆσαι τὰ περὶ τῆς εὐσεβείας . τοῦτο πεπονθέναι καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην ὑπολαβόντες , ὅπερ δεδάνυται πεπονθὼς καὶ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανός . ὁ γὰρ πάντων ἐστὶ τῆς πρὸς τὸς ἀνθρώπους φιλίας προτιμᾶν τῆ εὐσέβειαν . ὧ δ' ἄρα ἡ περὶ τὸ θεοφιλέστατος ἐπισκόπου Ἰωάννου ὑποφόνοια ἡμῶν οὐκ εἰκαία , οὐδὲ ματαία . ἐλθὼν γὰρ , δῆλον ἑαυτὸν ἐποίησε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ , ὡς τὰ Νεστορίου * φρονεῖ , εἴτε φιλίᾳ χαριζόμενος , εἴτε κοινωνῶν * φρονῶν, ὧν τῆς πλάνης τὰ δόγματος * ἐκείνῳ . * ἐκείνου.

Ἀλλ' ἐπειδὴ σαφῶς τὰ πεπραγμένα γνωρίζειν τῷ ὑμετέρῳ κράτει κωλυόμεθα , ὡς ἔφημεν , τῆ μεγαλοπρεπεστάτῃ κόμητος Κανδιδιανῆ ἡμᾶς μὲν κωλύοντος γνωρίζειν τὰ κατὰ τὸν εὐσεβῆ λόγον πεπραγμένα , πᾶσαν δὲ σπουδὴν νέμοντος Νεστορίῳ , δεόμεθα τῆ ὑμετέρᾳ κράτους , ὑπὲρ τοῦ γνωσθῆναι τὴν κατὰ Θεὸν σπουδὴν τῆς ἁγίας συνόδου . καὶ μετασκαλῆσαι μὲν τὸν μεγαλοπρεπέστατον Κανδιδιανὸν , καὶ πέντε τῆς ἁγίας συνόδου συνεπομένους τοῖς πεπραγμένοις ἐπὶ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας , δεινοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἕτερα παρὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν φρονοῦντες συσκιάζειν . τὴν πλάνην . ὡς καί τινας τῶν ἀγνωτάτων ἐπισκόπων , κρυπτομένης μὲν τῆς πλάνης παρὰ Νεστορίῳ , δελεασθῆναι , καὶ προσθέσθαι αὐτῷ , τοῖς τε ὑπ' αὐτῷ πραττομένοις ὑπογράψαι . ἐπειδὴ δὲ σαφῶς ἐρωτήσαντες αὐτὸν , εὗρον ἀναπαλύπτοντα ἑαυτὸν τὰς βλασφημίας , ἀποστάντες ἐκείνου , τῇ ἁγίᾳ προσῆλθον συνόδῳ , αὐτῇ τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ δήλην ποιήσαντες , καὶ μεθ' ἡμῶν κατεψηφισάμενοι τοῦ μνημονευθέντος Νεστορίου . ὡς ἀπολελεφθῆναι παρὰ Νεστορίῳ καὶ τῷ ἐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας τεσσαράκοντα καὶ ἑπτὰ , μικρῷ πρὸς . ὧν οἱ πλείους ὑπόδυνοι ὄντες αἰτίαις , καὶ τὴν ψῆφον δεδιότες τῆς ἁγίας συνόδου , ὡς ἔφημεν , προσέθεντο Νεστορίῳ . ὧν καὶ τὰς προσηγορίας ἀπεστείλαμεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει . τὰς μὲν ἐπὶ δογμάτων διαστροφῇ , ὡς Πελαγιανάς τε ὄντας , καὶ ἐναντία τῆς εὐσε-

[1] Vet. V. *plures minus*.

σεβείας φρενήσαντας· τὺς δὲ καθηρημένους ἤδη ἀφὸ πολλῶν ἑαυτῶν· τὺς δὲ ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις πονηραῖς ὀφείλοντας μὴ τὸν ἔλεγχον τὸ ἐπιτίμιον δέξεσθαι παρὰ τῆς συνόδου, ἔχωσης πάντας τὺς τῆς οἰκουμένης ἀγιωτάτους ἐπισκόπους, ἓν, καὶ τὸ αὐτὸ φρονήσαντας, διὰ τὸ καὶ τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης συμπαρεῖναι τῇ συνόδῳ, καὶ τὺς τῆς Ἀφρικῆς διὰ τὸ θεοσεβέστατον ἀρχιεπίσκοπον Κυρίλλου· ᾧ καὶ τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἑνώσαντες, κεχωρισμένοι μόνῳ τῷ τόπῳ, τῇ αὐτῇ τε, καὶ πάντων ἡμῶν ψήφῳ συνήνεσαν. οὐδὲ γὰρ ἂν συνῆλθε Νεστορίῳ τις, μὴ τῷ ἀλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἰ μήτε αὐτὺς τε δεινὸς ὢν * χήματι λογισμῶν ἐπικαλύπτειν αὐτῷ τὴν δυσσέβειαν, οἵ τε νῦν σὺν αὐτῷ ὄντες ἐδεδοίκεισαν τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου μέλλον ἐπ' αὐτοῖς ὀφείλεσθαι ἐπιτίμιον. ἡμεῖς δὲ συνελθόντες, * ὀλίγον γράψαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὸ πλάτος ὧν πεπόνθαμεν ἐκ παρὰ τῶ μεγαλοφρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου, ἐδεδυνήμεθα, τῆ πᾶσαν διατιθέντος τὴν ἁγίαν συνόδον, καὶ φόβον ἐπικρεμάσαντος τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις διὰ θορίβων τινῶν, καὶ τῆς ἔξω * ἐπιδρομῆς, ὡς καὶ τὺς πλείονας ἡμῶν * περὶ αὐτῆ κινδυνεύειν τῆ ζωῆ. ἀλλὰ κατὰ μέρος ἀναδιδάξομεν τὸ ὑμέτερον κράτος, ὑπερ ἡμῶν, ὁ ἠδήσαμεν, παραχεθείη παρὰ δυσσεβείας ὑμετέρας τ· καὶ παραγενόμενοι πέντε τῆς ἁγίας συνόδου, τὰ καθ' ἕκαστον τετυπωμένα τὸ ἡμέτερον * ἀναδιδαξάτωσαν κράτος. καὶ οἱ μὲν συνεδρεύσαντες, καὶ κανονικὴν ἐξενέγκαντες κατὰ τῆ αἱρετικῆ Νεστορίε ψῆφον τῆς καθαιρέσεως, ἐσμὲν ὑπὲρ τὺς δικαστὰς, ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης συνειλεγμένοι. συμψηφιζομένης ἡμῖν καὶ πάσης τῆς δύσεως· ὑπεγράψαμεν δὲ ὀλίγοι τῆδε τῆ ἀναφορᾷ, παρόντων πάντων, καὶ συναινούντων, τῷ μᾶλλον κατεπείγεσθαι τὸν καθωσιωμένον μαγνιφικὸν Παλλάδιον, καὶ μὴ περιμένειν τὸ βράδος τῆς πάντων ὑπογραφῆς. ὁ Θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων, τὴν βασιλείαν ὑμῶν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις διαφυλάττοι, δυσσεβέστατοι, νικηταὶ, ἀειμάγυστοι.

* c. χήματι λόγων.

* Ὀλίγον ἀντιγράψαι.

* περιδρομῆς.

* παρὰ.

* ἀναδιδάξομεν.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων ὑπέγραψα.

Καὶ ἔστι τῶν χισματικῶν τὰ ὀνόματα ἅτινα· Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Συρίας, Μακάριος, Ἑλλάδιος, Ἰουλιανὸς, Τραγκυλῖνος, Ἀλέξανδρος, Μαξιμῖνος, Διογένης, Ἑλλάδιος, Ἀσπρίγχιος, Δεξιανὸς, Πλάκων, Γερόντιος, Ἀλέξανδρος, Ἀστέριος, Θεοδώρητος, Ἀντίοχος, Δωρόθεος,, Μελέτιος, Ἰωάννης, Ζεβῖνος, Παῦλος, Πέτρος, Μουσαῖος, * Φριτίλας, Ἰάκωβος, Ζεβινᾶς, Μαρκελλῖνος, Ἱμέριος, Θεοσέβιος, Εὐθέριος, Ἀνάστασιος, Βασίλειος, Ἰλιάδης, καὶ Μάξιμος· Οὗτοι μόνοι κοινωνοὶ τῶν ἀσεβῶν δογμάτων Νεστορίε, περιόντες κατὰ τὴν πόλιν, θορίβους, καὶ σάσεις κινοῦσι, χειροτονίας ἐπαγγελόμενοι * πρὸς πάντας τὺς ἐν τῆ πόλει ὄντας ὀρθοδόξους, καὶ τὸν περὶ τούτου φόβον ὑποπτεύοντας, κωλύειν αὐτὺς τῆς ἄτοπα ἐπιχειρήσεως,

* Φριτίλλου.

* Φριτίλλου.

* ὡς.

A mina ad majeſtatem veſtram miſimus.) alii ex his dogmatum pravitate fœdati, utpote Pelagiani, & diverſa a pietate ſentientes; quidam ante multos annos gradu moti ſunt: nonnulli quoque ob alias graves culpas poſt probationem multandi a ſynodo; quæ quidem ſynodus omnes totius orbis ſanctiſſimos epiſcopos unum idemque ſentientes habet. Nam & magnæ Romæ epiſcopus ſynodo ſimul intereſt, & Africani per piiſſimum archiepiſcopum Cyrillum, cum quo ſuam ſententiam conjunxerunt. qui ſola locorum intercapedine disjuncti, cum ipſius, tum omnium noſtrum ſententiæ conſenſerunt. Sed neque quiſquam e B piiſſimis epiſcopis Neſtorio & reverendiſſimo epiſcopo Joanni ſeſe adjunxiſſet, niſi ſuam ille impietatem ſermonum involucris callide diſſimulare ſciviſſet, illique qui cum eo nunc ſunt, multam a ſynodo ſibi imponendam metuiſſent. Nos vero temporis anguſtiis excluſi, ad majeſtatem veſtram late ſcribere nequivimus, quæ etiam a magnificentiſſimo comite Irenæo perpeſſi ſumus. Hic enim univerſam ſanctam ſynodum vehementer conturbavit, tantamque epiſcopis formidinem per quaſdam tumultuationes & externam incurſionem incuſſit, ut plures e nobis etiam de vita ipſa periclitarentur. Verum ſingillatim majeſtatem C veſtram edocebimus, ſi pietate permiſſum nobis fuerit quod petivimus: & quinque e ſancta ſynodo iſtuc venientes, de omnibus & ſingulis quæ ſtatuta ſunt, majeſtatem veſtram pleniſſime docebunt. Sane qui in confeſſu canonicam depoſitionis ſententiam contra Neſtorium hæreticum tulimus, ducenti & eo amplius numeramur, ex toto terrarum orbe collecti; totumque occidentem nobis conſentientem habentes; ſubſcripſimus autem pauci huic relationi, omnibus tamen præſentibus, atque aſſentientibus, eo quod devotus magiſtrianus Palladius maxime abire properaret, neque tardam omnium ſubſcriptionem expectare poſ- D ſet. Deus, qui eſt ſuper omnia, multis annorum curriculis imperium veſtrum conſervet, piiſſimi, victores, ſemper Auguſti.

Flavianus Philippenſium epiſcopus ſubſcripſi.

[1] Schiſmaticorum autem nomina hæc ſunt. Joannes epiſcopus Antiochiæ Syriæ, Macarius, Helladius, Julianus, Tranquillinus, Alexander, Maximinus, Diogenes, Helladius, Apringius, Dexianus, Placon, Gerontius, Alexander, Aſterius, Theodoretus, Antiochus, Dorotheus, Meletius, Joannes, Zebinus, Paulus, Petrus, Muſæus, Fritilas, Jacobus, Zebinas, Marcellinus, Himerius, Theoſe- E bius, Eutherius, Anaſtaſius, Baſilius, Hiades, & Maximus. Hi ſoli impiorum dogmatum Neſtorii participes, civitatem circumcurſant, tumultus excitant, ſeditiones movent, ordinationes pollicentes: quo fit, ut omnes quotquot in hac civitate degunt orthodoxi, id ſuſpicantes & verentes, ipſos ab hoc illicito conatu prohibeant.

Re-

[1] Vetus V. Et ſunt nomina eorum contra quos ſcriptum eſt, iſta; Joannes &c.

¹ *Reſcriptum epiſcoporum Conſtantinopoli inventorum ad commonitorium ſanctæ ſynodi.*

Habetur ſup. act. 1. pag. 1331. & ſeqq.

SANCTA ſynodus juxta piiſſimorum Chriſtianiſſimorumque imperatorum noſtrorum edictum apud Epheſum congregata, ubi comperit Chriſti inimicum in eadem animi ſententia permanere, neque ab impia doctrina aliquando deſiſtere; quo terrarum orbis offenſio in poſterum conquieſceret, ipſum gradu & ordine movit. Poſteaquam vero id in Conſtantinopolitana urbe pervulgatum eſt, qui Neſtorii ſtudioſi erant, eccleſiaſticæque omnia ab illo acceperant, veritatem circumveniebant; omnia ſcilicet tum navigia, tum publicas quoque vias obſidentes, neminem prorſus a ſancta ſynodo Conſtantinopolim venire, neque inde rurſum ad ſynodum abire permittebant; ea interim, quæ inimici Chriſti erant, ultro citroque deferebantur. At quia nihil poteſt quiſquam contra Deum, (quid enim eſt homo?) Dei diſpenſatione, epiſtola quæ ex Epheſina civitate ad ſanctos epiſcopos & monachos perſcripta fuerat, opera cujuſdam mendici, qui in arundine eam incluſam gerebat, tandem reddita eſt. Hic namque dum ita mendicat, una cum arundine ipſam quoque epiſtolam tulit. Confeſtim omnes archimandritæ, monachorum catervis ſtipati, exurgunt, hymnoſque & pſalmos alternantes, ad regiam contendunt. Erat autem inter alios archimandritas ſanctus Dalmatius, qui annos quadraginta octo recluſus, extra monaſterii ſui ſepta numquam pedem extulerat. Piiſſimus vero imperator accedens eum viſebat, & cum ob frequentes terræmotus Conſtantinopolim concutientes, crebris piiſſimi imperatoris noſtri precibus ad exitum, communemque aliorum ſupplicationem jam antea provocatus ſæpe fuiſſet, nunquam tamen adduci potuit, ut exiret, vel ad ſupplicationem ſe conferret. Ceterum dum in hac re quid facto opus eſſet, Deum precando conſuleret, vox cælitus ad eum delapſa, ut egrederetur, imperavit. Noluit enim Deus gregem ſuum perire in finem. Comitabatur eoſdem etiam non parva orthodoxorum multitudo. Cum vero ad palatium perveniſſent, archimandritæ ab imperatore acciti, ad illum ingrediuntur; plebs vero & monachorum cœtus antiphonarum modulationi intenta foris manſit. Archimandritæ porro æquo reſponſo potiti regrediuntur: exclamant omnes mandata imperatoris, tum reſpondent; ad ſancti Mocii martyris baſilicam concedamus, ibidem cum imperatoris reſponſum, tum aliatæ quoque epiſtolæ ſententiam percipietis. Omnes itaque tam monachi, quam populus, pſalmum poſtremum verſus poſtremam civitatis partem concinentes, (erat enim via, qua incedebant, ex capitalibus una) ad ſancti Mocii martyris baſilicam procedebant, obviam veniente populo. Et monachorum cœtus cum cereis pſallentium, hominum multitudinem conſpicatus, magna adverſus inimicum voce exclamavit. Tandem ubi in beati Mocii baſilicam profecti eſſent, publice recitata eſt ipſis epiſtola.

* Ἀντίγραφον τῶν ἁγιωτάτων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπων πρὸς τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ὑπομνηστικόν. Antigraphum.

ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΑ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ, κατὰ τὸ διάταγμα τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, καὶ εὑροῦσα τὸν ἐχθρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπιμένοντα, καὶ τὰ διανοίᾳ κηρύττοντα, καθ' ἑλκυσε αὐτῶν. ἵνα λοιπὸν τῆς οἰκουμένης ὅλης ἐκστῇ τὸ σκάνδαλον. καὶ ὡς ἐθορυβήθη τόπον ἐν Κωνσταντινουπόλει, πάντες οἱ τὰ ἐκείνου σκανδάζοντες, πάντα τὸν ἐκκλησιαστικὸν λαβόντες παρ' αὐτοῦ, συνεσκευάζοντο τῇ ἀληθείᾳ. λέγομεν δὴ, φοβηθέντες τὸ πλοῖα, τὰς ὁδοὺς, καὶ μὴ συγχωρῶντες μήτε ἐλθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει τινὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, μήτε ἀπελθεῖν ἐκεῖ· ἀλλὰ μόνον τὰ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπήγοντο, καὶ ἀπεφέροντο. ἐπεὶ εἰδὲς δύναται πρὸς Θεόν, τί χαρίεν ἄνθρωπος; ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ ἔρχεται ἐπιστολὴ ἀπὸ Ἐφέσου γραφεῖσα, πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους, καὶ μοναχούς, πεμφθεῖσα δί ἐπαίτου τινός, δήσαντος αὐτὴν καλαμῳ ἔσωθεν· καὶ ὅπως ἐπαιτῶν, καὶ ἐπιφερόμενος τὸν κάλαμον, ταύτην λύγκει. ἐξ ἀναστάντα πάντα τὰ μοναστήρια, ἅμα τοῖς ἀρχιμανδρίταις αὐτῶν ἐξῆλθον ἐπὶ τὸ παλάτιον, ψάλλοντες ἀντίφωνα. ὧν δὲ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος εἷς τῶν ἀρχιμανδριτῶν, ἔτη τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἔχων, μὴ ἐξελθὼν τῷ μοναστηρίῳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἔσω ὢν ἀποκλεισμῷ· ὁ δὲ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ἀπήρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐβλεπε αὐτὸν· ὡς καὶ σεισμῶν πολλάκις γεμομένων ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ πολλάκις παρακαλέσαντος τοῦ βασιλέως, ὥστε αὐτὸν ἐξελθεῖν, καὶ λιτανεῦσαι, μηδέποτε ἐξελθεῖν, καὶ λιτανεῦσαι ἐπεισθη. ἐξαμβὼν δὲ αὐτοῦ περὶ τούτου, φωνὴ ἐξ ὑψους αὐτῷ κατῆλθε, λέγουσα, ὥστε ἐξελθεῖν· Θεὸς γὰρ οὐκ ἠθέλησε ἀπολέσθαι αὐτὸν τῷ ἀγέλῳ εἰς τέλος· διὰ δὲ σοῦ αὐτοῖς καὶ λαὸς πολὺς τῆς ὀρθοδόξων. ὡς ὧν ἦλθον εἰς τὸ παλάτιον, κληθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως, εἰσῆλθον οἱ ἀρχιμανδρῖται. καὶ ἔμενε τὸ πλῆθος τῶν μοναζόντων, καὶ τοῦ λαοῦ, ψάλλοντες ἀντίφωνα. εἶτα ἐξῆλθον, τυχόντες δικαίας ἀποκρίσεως. βοῶσι πάντες τὰ μανδάτα τοῦ βασιλέως· εἶτα ἀπολογοῦνται. ὅτι ἀπέλθωμεν εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ * ἀναγνώσκωμεν τὴν ἐπιστολὴν· μανθάνετε καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ βασιλέως. λοιπὸν ἀπῆλθον πάντες, καὶ οἱ μοναζόντες, καὶ οἱ λαοί· διὰ γὰρ ἡ ὁδὸς κεφαλὴ μία· ψάλλοντες αὐτὸν τὸν τελευταῖον ψαλμὸν, κατὰ τὸ τελευταῖον * τόπου τῆς πόλεως ἀπαντῶντος τῷ λαῷ· καὶ οἱ μοναζόντες μικρὸν ψάλλοντες. καὶ ὡς εἶδον τὸ πλῆθη, ἐζήτησαν κατὰ τὸ ἐχθρὸν. ἔρχονται εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ ἀναγινώσκεται αὐτοῖς ἡ ἐπιστολή. *

* ἀναγνώσωμεν. * μέρους.

* in mſ. Seg. ſubjicitur epiſtola ſynodi, quæ poſt depoſitionem Neſtorii miſſa eſt CP. & incipit Προσδοκῶμεν vide ſupra pag. 1227.

O

¹ Vet. V. *Epiſcoporum qui inventi ſunt in Conſtantinopolim Commonitorium.*

* ὅτε Ὁ λαὸς ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ * φωνῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

Populus Conſtantinopolitanus una omnium voce exclamat: Anathema Neſtorio.

Δαλματίου ἀπολογία.

Apologia Dalmatii.

Ἀνῆλθεν ἐφ' ὑψηλοῦ ὁ ἁγιώτατος Δαλμάτιος, καὶ εἶπεν· εἰ θέλετε ἀκοῦσαι, ἡσυχάσατε, καὶ μανθάνετε, καὶ μὴ θελήσητε ἐμποδίσαι τοῖς λεγομένοις· ἀλλὰ μακροθυμήσατε, ἵνα τὰ ῥήματα ἀκριβῶς ἀκούσητε. τῇ ἐπισολῇ τῇ παρ' ὑμῶν ἀναγνωσθείσῃ * τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη· ἐπειδὴ ἦλθε πρός με ἐγὼ εἰρηκὼς τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἦλθε πρός με, ὅτι ὤφειλε γράψαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἃ ἐλέχθη αὐτῷ, καὶ * οὐκ ἐγράφη. ἔπεμψε δὲ πρός με, καὶ ἀνεγνώσθη· καὶ ἵνα μὴ λυπήσω αὐτὸν, τὰ ἀκόλουθα * προέπεμψεν, ἃ οἱ ἀποφέροντες οὐκ ἔδειξαν, ἀλλὰ ἀντὶ αὐτῶν ἄλλα ὑπέδειξαν γράμματα. τὰ πρέποντα οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα ἐλάλησα αὐτῷ, ἃ οὐκ ἔξεστι νῦν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας. μὴ γὰρ νομίσητε, ὅτι * ὑπεραιρόμενός τις εἰμι, ἢ κενοχώμενος· σωτελῶν γὰρ ὁ Θεὸς ὀστᾶ * ὑποκειτῶν· ὁ δεσπότης γὰρ πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγραμμένα, καὶ ἐχάρη μετ' ἐπιεικείας τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. ὁ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ τῇ πίστει τῇ πάππων αὐτοῦ καὶ πατέρων. πάλιν, καθὼς ἔφθασεν, ἐδίξατο, καὶ ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη, καὶ τοῦτο εἶπεν· ὅτι ἐὰν οὕτως ἐστὶν, ἄφες, ἐλθωσιν οἱ παραγενόμενοι ἐπίσκοποι, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς συγχωρεῖ τὸ ἐλθεῖν· καὶ εἶπεν. οὐδεὶς κωλύει. ἐγὼ δὲ εἶπαν, ὅτι ἐκρατήθησαν, καὶ ἐκωλύθησαν τοῦ ἐλθεῖν. καὶ εἶπον πάλιν, ὅτι ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων καὶ ἔρχονται πολλοὶ, καὶ ἀπέρχονται ἀκωλύτως· τὰ δὲ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πραττόμενα οὐδεὶς συγχωρεῖ ἀνεσχεθῆναι ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ * εὐλαβείᾳ· εἰς δὲ τῶν μέρος τὸ ἕτερον τυγχάνειν εἰς τὸ τοῦ Κυρίλλου, εἶπον αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν πάντων· τίνος θέλεις ἀκοῦσαι, τῶν ἑξακοσίων ἀεισμῷ ἐπισκόπων, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυσσεβοῦς; * τῶν ἑξακοσίων * εἶπον, οἵ τινες εἰσὶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς μητροπολιτῶν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων. τοῦτο δὲ ἐγένετο, ἵνα πεμφθῶσι, καὶ ἔλθωσιν οἱ ἐρχόμενοι, οἱ καὶ τὰ παραγενόμενα ποιοῦντες φανερὰ κατασταθῶσι· λέγω δὴ, οἱ ἀγιώτατοι ἐπίσκοποι, οἱ νῦν ἐρχόμενοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. καὶ * εἶπον, ὅτι καλῶς ἐζήτησας. καὶ πάλιν προσέθηκε ῥῆμα ἓν, καὶ εἶπεν· εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ οἶδα, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξακολουθήσει μᾶλλον τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ οὐκέτι τοῖς διεστραμμένοις ἀνθρώποις. εὔχεσθε οὖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν.

Sanctus itaque Dalmatius, ubi in ſuggeſtum aſcendiſſet, dixit: Si vultis audire, quieti adeſte, & diſcite: neque his quæ dicentur, obſtrepere velitis. Adeſte autem patienti animo, ut verba exacte percipere valeatis. Quam nunc pietas veſtra epiſtolam audivit, eam piiſſimus imperator quoque legit, & perſuaſus eſt. Nam ego, cum ad me veniſſet, dixeram imperatori, eum ad B ſanctam ſynodum debuiſſe ſcribere quæ ſuggeſta quidem ipſi fuerunt, non tamen plene perſcripta. Miſit autem ad me, & lecta ſunt. Verum ne qua illum triſtitia afficerem, quæ conſequebantur, præmiſi; quæ latores non exhibuere, ſed illorum loco alias quaſdam literas ſubоſtenderunt. Itaque convenientia, & ad rem opportuna cum eo locutus ſum, quæ nunc coram veſtra pietate repetere opus non eſt, ne elatus, aut gloriabundus a vobis exiſtimer. Conteret enim Deus ſimulatorum oſſa. Imperator omnia quæ facta narrabantur, ordine audivit, audiendoque gaviſus eſt, & Deo gratias egit; & narrationis quoque ſeriem ſanctæ ſynodi, ſicut illius majeſtatem decebat, comprobavit, non meis quidem verbis ad hoc inductus, ſed patrum & avorum ſuorum fidem ſecutus. Scripta itaque (ut par erat) ſuſcepit & legit, ac perſuaſus ait: Si res ita habet, ſine ut profecti epiſcopi huc veniant. Cui ego: Nemo eorum venire ſinitur; & ille: Nemo prohibet. Rurſum ego: Detinentur, inquam, & prohibentur, ne veniant. Subjeci: Qui e Neſtorii factione ſunt, eorum multi eunt & redeunt libere: quæ vero a ſancta ſynodo aguntur, ea nemo ad veſtram pietatem referri permittit. Ceterum pro altera parte, Cyrilliana ſcilicet, coram omnibus imperatori dixi; Sex D milliane epiſcoporum audire mavis, an unum hominem, eumque impium? Sex millia autem eos ajebam, qui ſub metropolitanorum ſanctiſſimorum epiſcoporum poteſtate degunt. (hæc autem omnia eo ſpectabant, ut accerſerentur & venirent, qui ea quæ facta ſunt, pateſacerent. Loquor autem de ſanctiſſimis epiſcopis, quos ſancta ſynodus huc deſtinavit.) Et reſpondit: Recte quæſiviſti. Rurſumque adjecit verbum unum, & dixit; Precemini pro me: & certo novi imperatorem Deo & ſanctæ ſynodo obſecutum potius, quam perverſis hominibus. Orate igitur pro imperatore, & pro nobis.

Ὁ λαὸς * ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ βοῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

E Populus Conſtantinopolitanus una ſimul voce exclamavit: Anathema Neſtorio.

* de qua paullo ante monuimus.

* τελείου δὲ * προέπεμψεν.

* ὑπερφρονοῦντος * ἀνθρωποκτόνου

* ἐκείνων

* τῶν ἑξακοσίων * αὐτῶν

* ἡμῶν.

Exemplum epiſtolæ cleri Conſtantinopolitani ad ſanctam ſynodum.

Piiſſimis ſanctiſſimiſque patribus noſtris juxta religioſiſſimorum imperatorum noſtrorum decretum ex univerſo orbe in Epheſiorum metropoli congregatis, Cyrillo, Juvenali, Memnoni, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleuſio, Palladio, Irenæo, Iconio, univerſæque ſynodo, Dalmatius, Sampſonius, Maximinus, Joannes, Evander, Moſeſianus, Adelphius, Philetus, Eulogius, Baſiliſcus, Florentius, & omnis Conſtantinopolitanus clerus.

SEMPER & ab incunte ætate orthodoxo dogmate gloriantes, toti in hoc ſumus, ut ſanctorum patrum traditionem conſervemus. De qua quidem per ea quæ ſanctiſſimus piiſſimuſque epiſcopus Cyrillus ad nos perſcribere dignatus eſt, a veſtra ſanctitate nuper iterum admoniti, gratias egimus ſalvatori Deo. Multa itaque & magna facinora, quæ pro eadem recta fide egregie geſta ſunt, aperte nobis innotuerunt. Quare cum Neſtorium, noſtrum quondam antiſtitem, quod apoſtolicam, ſinceramque ac piam doctrinam adulteraret, a veſtra pietate ordine locoque motum eſſe intellexiſſemus, commemoratas literas a Theodoſio & Valentiniano piiſſimis Chriſtianiſſimiſque imperatoribus exhibitas nobis, tamquam a veſtra ſanctitate miſſas accepimus, ac ſtatim illas palam in ſancta Dei eccleſia, univerſo populo congregato & audiente, legi curavimus. Sciat ergo veſtra ſanctitas, populum nobis una voce conſenſiſſe, & magnis quoque laudum præconiis exeviſſe cum ſanctam & œcumenicam veſtram ſynodum, tum victores quoque imperatores quod pium veſtrum conventum omni ſtudio curaſſent. Nos porro gaviſi, præſentes reſcripſimus. Nunc vero celeberrimam veſtram pietatem obteſtamur, ut pro nobis Deum precetur, curamque omnem adhibeat, ut, quod reliquum eſt, ſancta Dei eccleſia quæ apud nos eſt, perfecte conſtituatur. Hoc enim vel unum magna veſtra orthodoxi dogmatis providentia reliquum adhuc eſſe intelligit, ut hac ratione omnia Chriſto domino placentia ad finem perducantur, univerſaque noſtra nulli alteri, niſi veſtræ ſanctitati, piiſſimiſque ac Chriſtianiſſimis imperatoribus accepta ferantur.

Dalmatius presbyter & archimandrita, monaſteriorum pater, divina ſanctaque congregatio, ut ores pro me, te obſecro.

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφήσης παρὰ τῦ κλήρυ Κωνσταντινυπόλεως πρὸς τὴν ἁγίαν συνόδον.

Τοῖς θεοσεβεστάτοις, καὶ ὁσιωτάτοις καὶ ἁξίοις ἡμῶν, τοῖς ἀθροισθεῖσι κατὰ πρόσταγμα τ̃ θεοσεβεστάτων βασιλέων ὑπὸ ἡλίῳ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κυρίλλῳ Ἰωβεναλίῳ, Μέμνονι, Φλαυιανῷ, Φίρμῳ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, Ἀμφιλοχίῳ, Ἐλλυσίῳ, Παλλαδίῳ, Εἰρηναίῳ, Ἰκονίῳ, καὶ πάσῃ τῇ λοιπῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, παρὰ Δαλματίυ, Τιγερίυ, Σαμψωνίυ, Μαξιμιανῦ, Ἰωάννυ, Εὐάνδρυ, Μοδεστιανῦ, Ἀδελφεῖυ, Φιλοθέυ, Εὐλογίυ, Βασιλίσκυ, Φλωρεντίυ, καὶ παντὸς τῦ κατὰ Κωνσταντινούπολιν κλήρυ.

Ἀεὶ καὶ ἐκ νέας ἡλικίας τῷ ὀρθοδόξῳ δόγματι σεμνυνόμενοι, τῆς τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσεως φυλάττειν σπουδαίως προθέμεθα. ταύτης δὲ πάλαι παρὰ τ̃ ὑμετέρας ἁγιωσύνης προῆλθεν εἰς μνήμην ἀκριβέστερον, δι' ὧν ὁ θεοσεβέστατος, καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος ἐπιστεῖλαι πρὸς ἡμᾶς κατηξίωσε, χάριν ὁμολογήσαμεν τῷ σωτῆρι Θεῷ. ἐπὶ γὰρ τούτοις τὰ ὑπὲρ τ̃ αὐτ̃ ὀρθ̃ πίστεως κατορθώματα πολλὰ καὶ μεγάλα, δῆλα κατέστη ἡμῖν· διὸ καὶ τὴν καθαίρεσιν τ̃ πάλαι προεδρεύσαντος ἡμῶν Νεστορίυ, διὰ τὸ παραχαράξαι καὶ ἀποστολικὰ, καὶ εἰλικρινῆ, δόγματα εὐσεβῆ τε διδάγματα, γεγράφθαι παρὰ τ̃ ὑμετέρας γνόντες θεοσεβείας, τὰς μνημονευθείσας ἡμῖν χάρτας παρὰ τ̃ θεοσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, Θεοδοσίυ καὶ Οὐαλεντινιανῦ, ὡς ἀποσταλείσας παρ' ὑμῶν, ὁσιότατε, ἐδεξάμεθα, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τ̃ Θεῦ ἐκκλησίας ἀθρεισθείσης πανδήμυ ἀναγνωσθῆναι δίδυς ἐποιησάμεθα. ἴσως ἂν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ὡς ὁ λαὸς σύμφωνος ἡμῖν γεγένηται, καὶ πολλαῖς εὐφημίαις εἰς τε τὴν ὑμετέραν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐχρήσατο συνόδον, εἰς τε τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλέας, τοὺς φροντίδα ποιησαμένους τ̃ θεοφιλοῦς ὑμῶν συνελθεῖν. ἡμεῖς δὲ ἠσθέντες τὰ ἐν χερσὶν ἀντεγράψαμεν· καὶ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, ὑπερεύχεσθαι μὲν ἡμῶν τὴν ἀοίδιμον ὑμῶν θεοσέβειαν, φροντίδα δὲ τὴν λειπομένην εἰς κατάστασιν τ̃ παρ' ἡμῖν ἁγίας τ̃ Θεῦ ἐκκλησίας. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ὑπόλοιπον εἶναι σωτηρίαν ἡ ὑμετέρα καὶ μεγάλη τ̃ ὀρθοδόξυ δόγματος πρόνοια· ὥστε πάντα ἐπὶ πείρας ἀχθῆναι, τῷ δεσπότῃ ἀρέσκοντα Χριστῷ, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐναγραφῆναι, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι. τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι.

Δαλμάτιος πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης, πατὴρ μοναστηρίων, ὑπερεύχεσθαί με παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὦ θεία καὶ ἱερὰ συνέλευσις.

---

1 Vet. V. *a juvenile*, al. *a juvenili ætate*. al. *a juventute*. 2 Vet. V. & *Chriſto amabilibus*. 3 Vet. V. *atque Chriſto amantiſſimus*.

A

Ἴσον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν σάκραν, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν σακρῶν Ἰωάννου.

Exemplum relationis ſanctæ ſynodi, quæ ſacræ lectæ per Joannem ſacrorum comitem reſpondetur. Habetur ſacra ſup. pag. 1393

Τοῖς θεοσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ συνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει.

Piiſſimis & Chriſtianiſſimiſque Theodoſio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſanctæ & œcumenica ſynodus, Dei gratia, veſtræque majeſtatis nutu in Epheſiorum metropoli congregata.

Ἡ Μὲν φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία, θεοσεβέστατοι βασιλεῖς, ἐκ παίδων τὸν περὶ τὴν πίστιν καὶ τοὺς κανόνας ἐπεδείξατο ζῆλον. ὃ περ ἔνεκα καὶ τὰς ἐκ τῆς οἰκουμενικῆς ἐπισκόπους τὴν Ἐφεσίων καταλαβεῖν θεοσεβεῖς διεπίσματι παρεκελεύσατο· τὸ δὲ νῦν ἡμῖν ἀναγνωσθὲν γράμμα τῆς ὑμετέρας γαληνότητος δι' τὸ μεγαλοπρεπέστατον, καὶ ἐνδοξότατον κόμητος Ἰωάννου, ὃ μικρὰν ἡμῖν ἐποίησε ταραχὴν, ἐνδειξάμενον ἀπάτην τινὰ καὶ ψεῦδος τοῖς ἐνωτίοις ὑμῶν παρεισελθόντα ἀκοαῖς. ὡς γὰρ παρ' ἡμῶν ἀναφορὰν δεξάμενον τὸ ὑμέτερον κράτος, καθαίρεσιν ἔχουσαν τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου συλλειτουργοῦ ἡμῶν Μέμνονος, ὅπερ διὰ τῶν γραμμάτων ἐδήλωσε. ὅθεν μηδαμῶς ἐχέτω ψεῦδος ἐπὶ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου βασιλείας ἐλθόμενοί τε, καὶ σπουδάζοντες, ἐθαρσήσαμεν αἰσθανέσθαι τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι· ὅτι περὶ οἰκουμενικῆ συνόδου, ἡ πᾶσαν μὲν τὴν δύσιν μετὰ τῆς μεγάλης ὑμῶν Ῥώμης, καὶ τὸ ἀποστολικὸν θρόνον συνέδραμεν ἔχουσα, πᾶσαν δὲ τὴν Ἀφρικὴν, καὶ πᾶν τὸ Ἰλλυρικὸν, ἃ ἐποίησε καθαίρεσιν τῶν αἱρετιζόντων ἀγιωτάτων, καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ὅτε ἐνίκησεν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ζήλῳ ὀρθοδοξίας θαυμάζουσα, πολλῶν ἠγέται καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαίνων, καὶ παρὰ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ στεφάνων ἀξίους· μόνον δὲ τὸν τῆς ἀθεμίτου αἱρέσεως τῶν ἀνθρωπολατρῶν κήρυκα Νεστόριον καθελόντες, ἐνίκησαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ. κἀκεῖνο δὲ ὀλίγου ἡμᾶς ἐθλιψεν, ἐκ συναρπαγῆς γενέσθαι φαινόμενον, τὸ τοὺς ἀποστατήσαντας ἀπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, τοὺς περὶ Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Κελεστιανοὺς καθηρημένους, τοῖς ἡμετέροις συντάξαι ὀνόμασι, καὶ μίαν σφῶν ἡμᾶς κἀκείνοις σάκραν διαπέμψασθαι. περὶ ὧν ἤδη μὲν, καὶ πάλαι φανερὰ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ κατεστήσαμεν, ὅπως μὴ ἡμῶν ἀπέχωσιν· ὅπως δὲ εἰς ὕβριν τοῦ κατὰ τῶν ἡμετέρων προθύρων βακτούσης, τούς τε κανόνας πατῆσαι ἐτόλμησαν, καὶ ἑαυτοὺς ἀκοινωνήτους πάσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου διὰ τῆς καθ' ἡμῶν προπετείας εἰργάσαντο· ὅπως τε καλούμενοι εἰς ἔλεγχον, ἐδαμῶς ὑπακοῦσαι ἠνέσχοντο, καὶ ὅτι πάντῃ ἀκοινωνήτου διὰ τοῦτο καὶ ἀνενέργητοι παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου γεγόνασι. ταῦτα καὶ νῦν γνωρίζοντες τῇ ὑμετέρᾳ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ δηλοῦμεν, ὡς διὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν ἀπόνοιαν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ καθηρημένου Νεστορίου αὐτῶν καὶ μέχρι νῦν ἀγῶνας, ἐδαμῶς εἰ κοινωνίαν δέξασθαι ἠνε-

[1] CHRISTIANISSIMA veſtra majeſtas, piiſſimi principes, jam inde a pueritia zelum erga fidem & canones declaravit: cujus rei gratia totius orbis epiſcopos ad Epheſiorum civitatem pio edicto convocavit. Ceterum veſtræ ſerenitatis literæ modo per magnificentiſſimum glorioſiſſimumque comitem Joannem nobis lectæ, non vulgarem nobis perturbationem attulerunt. Oſtendunt enim impoſturam quampiam & mendacium veraces veſtras aures obturbaviſſe. Perinde namque ſonant; ac ſi majeſtas veſtra literas a nobis accepiſſet, quæ Cyrilli ſanctiſſimi [2] ſacratiſſimique epiſcopi, & Memnonis ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi coepiſcopi noſtri depoſitionem continerent. Quamobrem deſiderantes, ac elaborantes, ne mendacium apud Chriſtianiſſimam majeſtatem veſtram ullum omnino locum obtineat, omni cum fiducia ad ſerenitatem veſtram referimus, œcumenicam ſynodum (quæ univerſum occidentem, cum magna veſtra Roma & apoſtolica ſede, totam item Africam, & totum Illyricum in confeſſu ſuo habet) prædictorum ſanctiſſimorum, Deoque dilectiſſimorum epiſcoporum exauctorationem non feciſſe, nec ea de re retuliſſe: ſed potius viros iſtos propter orthodoxæ fidei zelum ſuſpiciens, multis illos & apud homines laudibus, & apud Chriſtum dominum coronis dignos exiſtimat. Solum autem Neſtorium, nefariæ hæreſis eorum qui hominem colunt, præconem loco movimus, Chriſtianiſſimæque majeſtati veſtræ id ſignificavimus. Inter cetera autem illud non mediocriter nos afflixit, (quod ipſum quoque non abſque fraudulenta ſubreptione factum appareret) illos qui ab œcumenica ſynodo deſciverunt, Joannem Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum, ejuſque ſectatores Cœleſtianos qui cum eo ſunt, jam damnatos, inter noſtra nomina inſertos fuiſſe, unamque ad nos & illos ſacram miſſam eſſe. Sunt enim hi, de quibus jam dudum veſtræ pietati manifeſtum fecimus, quomodo a nobis receſſerint, canoneſque temerario auſu calcarint; ad contumeliam præſidum noſtrorum ſe convertentes, & ob illam proterviam, qua in nos uſi ſunt, univerſæ œcumenicæ ſynodi communione ſeſe privaverint; & quomodo ad probationem vocati, nequaquam parere voluerint; eaque de cauſa ab univerſali ſynodo prorſus & a communione, & a quavis functione remoti fuerint. Hæc eadem nunc [4] Chriſtianiſſimæ majeſtati veſtræ ſignificantes indicamus, nos propter talem illorum inſolentiam, nec non propter certamina quæ in hodiernum uſque diem pro de-

1 Vet. V. *& Chriſto amantiſſimis.* 2 Vet. V. *Chriſto amabile quidem veſtrum Imperium &c.* 3 Vet. S. *ac Deo amantiſſimi.* 4 Vet. V. *veſtro Chriſto amabili principatui.*

posito Nestorio decertare non cessant, ad communionem illos admittere nullatenus voluisse, cum neque Nestorii depositioni subscribere sustinuerint, & aperte quoque cum illo sentiant: tum ob id, quod propter immodestum adversus præsides nostros conatum in canones inciderint: tum etiam ob id, quod piis vestris auribus mentiri, ac imponere non erubuerint. Oramus autem vestram majestatem Deo dicatam, ut Cyrillum & Memnonem sanctissimos Deoque dilectissimos episcopos, cum per sacros canones nullo modo sint condemnati, sanctæ synodo restitui curet, eamque fidem inconcussam custodiri faciat, quæ a majoribus tradita, animæ quoque vestræ a Spiritu sancto inscripta hæret, & in commentariis contra Nestorium editis, & a nobis dudum oblatis, admodum dilucide explicatur: cum proposita quidem ibi sit fides sanctissimorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ quondam congregatorum: omnis vero in ipsis contenta actio sufficiat ad revincendam adversariorum impietatem, & ad ostendam orthodoxam fidem, quam vos hactenus per omnia custodire studuistis. Quod si majestati vestræ, quæ inter nos, & illos qui se abiunxerunt, acta sunt, exactius dignoscere libuerit, sublimitatem vestram oramus, ut ad sanctam synodum mittat quos probaverit; ut hac ratione de omnibus etiam coram plenius doceri queat Christi amans vestra majestas.

Exemplum epistolæ Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, scriptæ ad clerum & populumque Constantinopolitanum.

TURBATA est admodum sancta synodus, ubi accepit magnificentissimum præclarissimumque comitem Joannem non omnia recte retulisse, adeo ut de nostro quoque exilio, qui illic sunt, consilium inirent: quasi sancta synodus injustam nefariamque exauctorationem, quam Joannes, & qui cum eo agunt hæretici, moliri sunt, acceptaverit. En altera igitur facta est a sancta synodo relatio, qua se principis literis contristatam docet, & quod trium depositiones non acceptavimus: sed præsertim irrita se habere declarat quæ impie & illegitime ab illis, firma vero & rata potius, quæ a nobis gesta sunt. Docuerant enim (patres) & prima quoque relatione, ea se rescidisse, quæ præter canonum præscriptum ab illis facta fuerant; quodque pro communionis sociis & coepiscopis non habeant, & quod hujusmodi sententiam non mutant. Cum autem prædictus magnificentissimus vir nihil non tentaverit, quo Joannes, & qui cum eo sunt, in sanctæ synodi communionem recipiantur; in hodiernum usque diem ne audire quidem hujusmodi vocem sustinuerunt: sed obsistunt quidem omnino, & dicunt: Fieri non potest ut ad hoc veniamus, nisi quod contra legem ab illis factum est, dissolvatur, ac synodo tamquam qui deliquerint, supplices accidant, & Nestorium illiusque dogmata scripto anathematizent, & in his universa synodi consistit instantia. Cum vero hac spe magnificentissimus ille

Λαχόμενα, μήτε τῇ καθαιρέσει Νεστορίου ὑπογράψαι ἀναχωμένους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτῶν προδήλως φρονοῦντας, ὑποπεσόντας δὲ, καὶ τοῖς κανόσι διά τε τὸν ἄτακτον αὐτῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων ἐπιχείρησιν, καὶ διὰ τὸ ψεύσασθαι, καὶ συναρπάσαι τολμῆσαι τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοάς· καὶ δεόμεθα τῷ Θεῷ ἀνακεκιμένης ὑμῶν βασιλείας τὸ μὴ ἀγνοῆσαι τοὺς, καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, ἀποδοθῆναι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, εἴ δεμῶς ἐκπεσόντας τῶν κανόνων κατακεκιμένους. τὴν δὲ πίστιν φυλαχθῆναι ἀσάλευτον, ἥτις καὶ τῇ ὑμετέρᾳ ὑπὸ τὸ ἁγίου πνεύματος καταγέγραπται ψυχῇ, ἐκ προγόνων ὑμῖν παραδεδομένη, καὶ ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν πάλαι ἀνειλιγμένοις ὑπομνήμασι τοῖς κατὰ Νεστορίου πραχθεῖσι, σαφῶς σεσαφήνισται· προκειμένης μὲν τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγιωτάτων πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ· πάσης * μὲν ἐν. τῆς ἐπ' αὐτοῖς πράξεως ἱκανῆς οὔσης διελέγξαι μὲν τὴν τῶν ἐναντίων ἀσέβειαν, παρασῆσαι δὲ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἣν μέχρι τοῦ νῦν φυλάξαι διὰ πάντων ἐσπουδάσατε. εἰ δὲ παρίστατε τῷ ὑμετέρῳ κράτει ὑπὲρ τοῦ ἀκριβῶς διαγνῶναι τὰ μεταξὺ ἡμῶν τε, καὶ ἀποχισαίντων, τὴν ὑμετέραν κορυφὴν ἱκετεύομεν, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκπέμψαι, ὃς ἂν δοκιμάσῃ τὸ ὑμέτερον κράτος· ὡς καὶ κατὰ πρόσωπον περὶ πάντων πληροφορῆσαι τὴν φιλόχριστον ὑμῶν βασιλείαν.

Ἴσον ἐπιστολῆς Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, γραφείσης πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως.

ΕΤΑΡΑΧΘΗ λίαν ἡ ἁγία συνοδος, ἀγνοοῦσα ὅτι ὁ πάντα ὀρθῶς ἀνήνεγκεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος, καὶ ἐνδοξότατος κόμης Ἰωάννης, ὥστε βουλεύεσθαι τὸν ἐκεῖσε καὶ περὶ ἐξορίας καθ' ἡμῶν. ὡς τῆς ἁγίας συνόδου καταδεξαμένης τὴν ἀκανόνιστον καὶ ἄθεσμον χειροτονίαν καθαίρεσιν παράτε Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ αἱρετικῶν. ἐδήλοιν καὶ ἕτερα γεγονέναι ἀναφορὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, διδάσκουσα, ὅτι καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῷ δεσποτικῷ γράμματι, καὶ ὅτι οὐ καταδεξόμεθα τὴν τελεωθεῖσας καθαιρέσεις· καὶ ἀναιρέτως μὲν, ἀκυροῦσθαι τὰ παρ' ἐκείνων δυσεβῶς, καὶ ἀθέσμως χειρουργηθέντα, κρατύνεσθαι δὲ μᾶλλον τὰ παρ' ἡμῶν. ἐδίδαξαν γὰρ καὶ διὰ πρώτης ἀναφορᾶς, ὅτι ἄκυρα μὲν τὰ παρ' ἐκείνων ἀκανονίστως χειρόμενα πεποιήκασι, κοινωνικὰς δὲ ἡμᾶς καὶ συνεπισκόπους ἔχουσι, καὶ ὅτι τῆς τοιαύτης οὐκ ἐξίστανται γνώμης. μεῖζα δὲ πεποιηκότος τὸ μνημονεύθεντος μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς, ὥστε ἐλθεῖν εἰς κοινωνίαν Ἰωάννου, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μέχρι τῆς σήμερον ὧδε ἀκοῦσαι οὐκ ἠνέσχοντο τοιαύτης φωνῆς· ἀλλ' ἐνίστανται μὲν * πάντες, λέγοντες· ὅτι ἀδύνατον ἡμᾶς εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἐὰν μὴ καὶ παρ' αὐτῶν ἀκανονίστως χειρόμυον λυθῇ, καὶ προσπέσωσι τῇ συνόδῳ ὡς πλημμελήσαντες, ἀναθεματίσωσι δὲ καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἐγγράφως. καὶ ἐν τούτοις ἡ πᾶσα ἐνίσταται τῆς συνόδου. ἀποτυχὼν δὲ τούτου ὁ μνημονευθεὶς μεγαλοπρεπέστατος ἀνὴρ, ἐπενόησε καὶ

* Non est ea vox *populumque*, in vet. versione.

καὶ τοῦτο, καὶ ἀπήτει τὴν σύνοδον, ἐκθέσιν πίστεως ἐγγράφως ἐπιδοῦναι αὐτῷ, ἵνα κἀκείνους * ποιήσωσι συνθέσθαι, καὶ ὑπογράψαι, καὶ ἀνέλθῃ λέγων· ὅτι συνῆψα αὐτοὺς εἰς φιλίαν, ἀνθρωπίνας λύπας ἔχοντας μεταξὺ ἀλλήλων. τοῦτο ποήσασα ἡ ἁγία σύνοδος, πάλιν ἀνίστη ἄχει παντὸς λέγουσα· ὅτι οὐκ ὑβρίζομεν ἑαυτούς· οὐ γὰρ ὡς αἱρετικοὶ κεκλήμεθα, ἀλλὰ πλθομεν πίστιν ἀθετεμβλήτως σῶσαι, ἵνα καὶ ἐσώσαμεν· καὶ οὐ χρῄζει ὁ βασιλεὺς νῦν τοῦ μαθεῖν τὴν πίστιν, εἰδὼς αὐτὴν, καὶ ἐν αὐτῇ βαπτισθείς. ἀ προῆλθεν τοίνυν οὐδὲ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. κἀκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι σωθῆναι ἐκθέσιν πίστεως, ἐφιλονείκησαν πρὸς ἀλλήλους, καί εἰσιν ἐν τῷ φιλονεικεῖν ἔτι. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν καταδέχονται θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον μετὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποτόκον· οἱ δὲ παντελῶς ἀρνοῦνται, καί φασιν ἑτοίμως ἔχειν ἀποτμηθῆναι τὴν χεῖρα, ἢ ὑπογράψαι τοιαύτῃ φωνῇ. ἀχθομοῦσι δὲ παντὶ χῷ, αἱρετικοὶ δεικνύμενοι. ταῦτα πάντες παρὰ τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκέσθωσαν, καὶ μάλιστα οἱ θεοσεβέστατοι, ἅ ἀγιώτατοι ἀρχιμανδρῖται· μήποτε ὑποῤῥέψας ὁ πορφυρῆς, ἕτερα ἀντ' ἑτέρων εἴπῃ, ἃ διδάξῃ, τέρπων τὰς τινῶν ἀκοάς. μὴ ἀποχωρήσῃ δὲ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, μηδὲ ἀποκαμέτω πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἱδρῶτας, εἰδυῖα ὅτι ἑαυτὴν παρατίθεται καὶ θεῷ, καὶ ἀνθρώποις· καὶ σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν οἱ μηδέποτε ἡμᾶς ἐδόντες τῇ θεοσεβεστάτῃ ἐπισκόπῳ, ἑτοίμως ἔχουσι τὴν ψυχὴν θεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ μετὰ δακρύων προσέρχονται, λέγοντες, * καὶ συνεξοδιάσαι, καὶ συναποθανεῖν, * δι' ἣν ἔχουσιν. ἐν πολλῇ δὲ θλίψει πάντες ἐσμὲν, καὶ διὰ τοῦ φρουρεῖσθαι παρὰ στρατιωτῶν, καὶ πρὸ τῶν ἰδίων * κοιτώνων ἔχειν αὐτὸς καθεύδοντας, μάλιστα ἡμεῖς. ἡ δὲ ἄλλη πᾶσα συνόδ ἀπέκαμε, καὶ κάμνει, καὶ οἱ πλείους ἀπέθανον· λοιπὸν δὲ ἐν οἱ λοιποὶ τὰ ἑαυτῶν διαπράσσουσιν, οὐκ ἔχοντες ἀναλώματα.

* ποιήσῃ.

* ἵνα ὅτι καὶ * ἐπεὶ μετ' ἐκείνου μὴ ἔχουσι μεθ' ἡμῶν.

* κοιτώνων

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Μέμνονος ἐπισκόπου Ἐφέσου πρὸς τὸν κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως.

Ὅια διὰ τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας καθ' ἑκάστην ὑπομένομεν ἐν Ἐφέσῳ, οὐδὲ λόγῳ παρασῆσαι δυνατόν. ταραχὴ γὰρ ταραχὴν ἀπαύστως διαδέχεται. πολλὴν δὲ ἡμῖν ἐπίνοιαν παρέχει τὸ ταῦτα φέρειν γενναίως ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία, καὶ ἰσχύς. ποτὲ μὲν γὰρ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιάνος, ἐπισείων ἡμῖν τοὺς στρατιώτας, καὶ τὴν πόλιν ταραχῆς ἐμπιπλῶν, καὶ πάντων ἐμοὶ τῇ ἐπιτηδείων τῆς εἰσκομιδῆς ἀποστερῶν διὰ τῆς παραφυλακῆς, πολλὰς δὲ συγχωρῶν ὕβρεις καταχέειν ἡμῶν τε, καὶ τῆς ἁγίας συνόδῳ πάσης, τῇ Ζηξίππου παραμυθουμένων τῷ καθηρημένῳ Νεστορίῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ ξεφορμῶν, καὶ * πολὺ πλῆθος χωρικῶν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων, καὶ δὲ ἐκείνων τὰς ὕβρεις καταχεόντων. διεδέξατο καὶ τὴν προσηρημένην ἀταξίαν, καὶ τὸ μεγαλοπρεπέστατος κόμητος Εἰρηναίου τὴν καθημε-

* τὸ θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τινος, τοῦτο ἀγαθὸν ἐστιν.

* τὸ καὶ πολλὰ κακὰ.

vir, cujus meminimus, ſruſtratus eſſet, aliud rurſum excogitavit, & a ſancta ſynodo petiit, ut fidei expoſitionem ſcripto ſibi exhiberet: ut cum illi quoque ipſius impulſu aſſenſiſſent, ac ſubſcripſiſſent, reverſus diceret: Redegi illos in amicitiam, qui humanis offenſis inter ſe diſſidebant. Hoc intelligens ſancta ſynodus, iterum ſurrexit; diſerte dicens: Nolumus nobiſipſis eam contumeliam irrogare; non enim tamquam hæretici (huc) vocati ſumus; ſed venimus ut fidem labantem & exagitatam ſtabiliamus, quam & ſtabilivimus; nec opus eſt imperatori, ut fidem nunc diſcat, cum hanc ſciat, & in ea baptizatus ſit. Quare nec id quidem orientalibus ſucceſſit. Sed & illud quoque ſciatis, nempe, cum fidei expoſitionem compoſuerent, inter ſe contendiſſe, & in ea altercatione etiam nunc verſari. Nam alii ex illis ſanctæ virgini deiparæ appellationem concedunt, ut etiam fatentur illam hominis matrem: alii vero prorſus negant, adduntque paratiores ſe eſſe ut manus ſuas amputandas præbeant, quam ut hujuſmodi voci ſubſcribant. Ubique autem turpiter ſe gerunt, hæreticos ſe declarantes. Hæc a veſtra pietate diſcant omnes, præſertim vero piiſſimi & ſanctiſſimi archimandritæ; ne forte prædictus (vir) reverſus, quorumdam aures mulcens, alia pro aliis dicat, aut doceat. Ne vero pigreſcat pietas veſtra, neque noſtri cauſa laborem inſiſtens defatigetur, ſciens quod hac ratione Deo hominibuſque ſeipſam commendet. Nam hic etiam piiſſimi epiſcopi, qui nos nunquam noverant, per ſalvatoris gratiam parati ſunt animas pro nobis ponere, & cum lacrymis (nos) adeuntes, ajunt & exilium & mortem quoque ſimul ſubire ſe in votis habere. Verſamur autem omnes in multa conſtrictatione, tum quod cuſtodiamur a militibus, tum etiam quod ante noſtra cubicula dormiant; maxime vero nos. Reliqua autem ſynodus univerſa defatigata eſt, & laborat; & complures mortui ſunt: jam vero & ceteri, eo quod ſumptibus deſtituti ſint, res ſuas divendunt.

Exemplum epiſtolæ a Memnone Epheſiorum epiſcopo ad clerum Conſtantinopolitanum ſcriptæ.

QUANTA propter veram orthodoxamque Dei fidem in Epheſiorum civitate quotidie patiamur, id ſermone explicari non poteſt. Turbatione enim turbatio abſque ulla intermiſſione ſuccedit. Fidei tamen vis & confeſſio multum nobis ut viriliter hæc ſuſtineamus, roboris addit. Etenim magnificentiſſimus comes Candidianus milites interdum in nos concitans, totam civitatem tumultuationibus implet, omniumque ſimul vitæ neceſſariorum importatione per cuſtodiam nos privat. Multis etiam permittit in nos & in ſanctam ſynodum contumelias effundere, Zeuxippi incolis depoſitum Neſtorium cum multa ruſticorum turba cuſtodientibus, qui ad id aluntur eccleſiæ pecunia, & per quos convicia jactantur. Hanc porro inſolentiam & temeritatem, quotidianaſque Irenæi magnificentiſſimi comitis impoſturas, quibus ſimpliciores circum-

cumvenit, excepit Antiocheni epiſcopi præ-
ſentia. Cum enim ſancta ſynodus adventum
ipſius appetere intellexiſſet, honorem, &
quam oportuit ſacerdoti obſervantiam impen-
dens, quoſdam Deo dilectiſſimos epiſcopos
cum nonnullis quoque religioſiſſimis clericis
obviam illi miſit, hæc duo faciens, nempe
& debitum illi honorem deferens, ſimulque
ut a Neſtorii, propter impietatem quam
profeſſus fuerat, a ſancta ſynodo depoſiti,
colloquio ſe abſtineret, eum commonefa-
ciens. Cum autem militum comitatu impe-
diti eum per viam alloqui non poſſent; ni-
hilominus tamen pone ad illius diverſorium
uſque conſecuti ſunt. Multis autem horis
ibi præſtolantes, neque ullam ejus conve-
niendi copiam obtinere valentes, militum
contumeliis interim onerati, tamdiu man-
ſerunt, donec poſt diuturnam moram, cum
videlicet ita illi viſum jam eſſet, piiſſimos
epiſcopos, religioſiſſimoſque clericos accerſi-
tos, per milites ad ſe introducit. Poſtea-
quam vero quæ a ſancta ſynodo in manda-
tis habebant, illi expoſuiſſent, per magni-
ficentiſſimum comitem Irenæum, ceteroſque
qui cum ipſo aderant, epiſcopos atque cle-
ricos, intolerabiles comminiſtris noſtris cle-
ricis plagas inferri permiſit, ita ut in (vitæ)
quoque diſcrimen adducti fuerint. His ita-
que tranſactis, piiſſimi epiſcopi qui ad illum
miſſi fuerant, ad ſanctam ſynodum redeun-
tes, plagaſque ſibi impoſitas oſtendentes,
& quæ acciderant exponentes, ad commen-
tariorum actionem propoſito ſancto evange-
lio, ſanctam ſynodum ad indignationem
commoverunt. Jam vero nonnihil illius in-
ſolentiam refrœnantes, eum excommunica-
tioni ſubjecerunt, quæ & ipſi denunciata
eſt. Accepimus enim ſcriptum quoddam,
certum illius temeritatis, illegitimæque ejuſ-
dem ſententiæ argumentum, nullo certo au-
ctore editum, nulla ſubſcriptione munitum,
in quadam civitatis parte fuiſſe propoſitum.
Quotidie autem venerandum tenatum, illu-
ſtriſſimoſque (cives) ad ſe evocans, magna
importunitate flagitabat, ut eorum ſuffra-
giis alius in meum locum ordinaretur (epi-
ſcopus,) ut omnes orthodoxi civitatis in-
colæ oratoria occuparent, ibique ſeſe con-
tinerent, ne illius temeritas & nefarius au-
ſus publice propoſitus (quod vulgi ſermone
circumferebatur) effectum ſortiretur. Unde
ad ſancti Joannis evangeliſtæ baſilicam aſcen-
dens, & quod ibidem ordinaturus eum eſ-
ſet, divulgans, ſeditionem tumultuationem-
que eo in loco concitavit. Tanta namque
armatorum inſolentium multitudine comita-
tus aſcendit, ut aliquos ibi mendicantium
ſemineces reliquerit: & quaſi affectus fuiſſet
injuria ab iis qui ibi reperti ſunt, ut ſyno-
do invidiam poſſit conflare, (apud impera-
tores & alios) conqueſtus eſt. Quare ſan-
ctiſſimi viri omni adhibito ſtudio ſatagite,
ut veſana ac temeraria Joannis ſociorum-
que illius ſententia palam fiat; magnifican-
tiſſimique comites, qui quotidie civitatem
& fidem conturbant, hinc diſcedant; ne
callida eorum ſubreptione, quæ fidei ſunt,
adulterari contingat.

ἐκλιὰ ἀπάντλιω τῆ ἀφελεσίρων, καὶ ἡ τῶ Ἀντιοχέων
ἐπισκόπου παρουσία. μαθοῦσα γὰρ ἡ ἁγία συνόδος
τὴν μέλλουσαν αὐτῶ ἐπιδημίαν γίνεσθαι, τιμῶ-
σα, καὶ τὸ πεχρεωκημένον * τῆ ἱερωσύνη πληρῶσα, * τὸν ἱερατικὸν
ἀπέστειλέ τινας * τῶν θεοφιλεσάτων ἐπισκόπων μετὰ τῶν, ἢ, ἀφι-
& ὁλαβεσάτων κληρικῶν * εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ * καὶ ἀνδρα-
δύο τῶνδε ποιῆσα, καὶ τὴν πεχρεωκημένην πληρῶσα * τὸν ἱερατικὸν
τιμὴν, καὶ ποιῆσα φανερὸν, ὡς ὀφείλει τὴν πρὸς τὸν αὐτῶ.
Νεσόριον σωτηρίαν φυλάξασθαι, διὰ τὸ παρὰ
τῆς ἁγίας συνόδου καθηρῆσθαι αὐτὸν τῆς ἀσεβείας
ἕνεκα, ἧς * ἐμελέτησεν. ὁ συγχωρηθέντες δὲ πα- * ὁμολογη-
ραὶ τῆ ἐπομένων αὐτῶ στρατιωτῆ κατὰ τὴν ὁδὸν σεν,
αὐτῶ περιτυχεῖν, οὐδὲ ἧττον ἠνολέθησαν, καὶ τὴν
οἰκίαν ἐνθα κατέλυσε, κατελήφασι, καὶ πολλὰ
προσχαρτερήσαντες ὥρας, καὶ μὴ συγχωρηθέντες
τὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι συντυχίαν, ἔμειναν
ὕβρεις ὑπομένοντες. μετὰ δὲ πολλὰς ὥρας, τοῦτο
δόξαν αὐτῶ, μετεπέμψατο τοὺς θεοσεβεσάτους ἐπι-
σκόπους, καὶ τοὺς ὁλαβεσάτους κληρικοὺς, εἰσάγων
αὐτοὺς διὰ στρατιωτῆ. ὡς δὲ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας
συνόδου φανερὰ πεποιήκασιν αὐτῶ, συνεχώρησε τὸν
μεγαλοπρεπέστατον Εἰρηναῖον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῶ
ἐπισκόπους τε, καὶ κληρικοὺς, ἀφορήτους ἐπιθεῖναι
πληγὰς τοῖς ἡμετέροις συλλειτουργοῖς, καὶ τοῖς
κληρικοῖς, ὡς καὶ κινδυνώδεις αὐτοὺς προσομιλῆσαι.
τούτων τοίνυν γεγονότων, παραγενόμενοι εἰς τὴν
ἁγίαν σύνοδον οἱ ἀποσταλέντες θεοσεβέστατοι ἐπι-
σκοποι, καὶ τὰς πληγὰς ἐπιδείξαντες, καὶ τὰ γε-
γονότα διηγησάμενοι, ἐπὶ ἀπολογίας ὑπομνημά-
των τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου προκειμένου, εἰς ἀγα-
νάκτησιν διήγειραν τὴν ἁγίαν σύνοδον· καὶ μι-
κρὸν αὐτὸν σωφρονίζοντες, ἀκοινώνητον αὐτὸν πε-
ποιήκασι· καὶ γεγόνατο αὐτῶ ἡ ἀκοινωνησία φα-
νερά. ἔγνωμεν γὰρ, ὡς ἀνώνυμόν τι, καὶ ἀνυπό-
γραφον κατά τι μέρος τῆς πόλεως προετέθη, δη-
λῶν αὐτὸ τὴν ἀταξίαν, καὶ ἀκανόνιστον γνώμην·
καθ' ἑκάστην δὲ προσκαλούμενος τὸ συνέδριον βου-
λευτήριον, καὶ τοὺς λαμπροτάτους, καὶ * ὀξ αὐτῆ * ἐξαιτῶν
μετὰ ἀνάγκης ψηφίσματα, ὥστε εἰς τὸν τόπον τὸν
ἐμὸν χειροτονῆσαι. ὡς πάντας τοὺς κατοικοῦντας
τὴν πόλιν, ὀρθοδόξως τυγχάνοντας, τοὺς δικα-
στηρίους κατειληφέναι * οἴκους, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰ- * τόπους,
κεῖν· ἵνα μὴ ἡ ἐκεῖσε προπέτεια, καὶ ἀκανόνι-
στος θρασύτης ἡ διὰ τῆ προθεμάτων εἰς ἔργον
ἀχθῆ τῆς φήμης. ὅθεν καὶ ἐν τῶ ναῶ Ἰωάννη
τῆ εὐαγγελιστῆ ἀνελθὼν, τοῦτο * ὑπεμφήνας, * εἰσφέρων,
ὡς ὀφείλει αὐτὸν ἐκεῖ χειροτονῆσαι, * φάσιν, καὶ * τάσσει καὶ
ταραχὴν τῆ τόπῳ * ἐποίησε, καὶ μετὰ πλήθους * ταραχὴν
ἀτάκτων ὁπλισμῶν ἀνελθὼν, ὡς καί τινας τῆ * ἐνοπλίων,
ἐκεῖσε πτωχῶν ἠμυθανεῖς ποιῆσαι· καὶ ὡς ὑβρι-
σθεὶς παρὰ τῆ ἐκεῖσε, ἀνθίσηκεν ἐπὶ φθόνῳ
τῆς ἁγίας συνόδου. καταξιώσατε τοίνυν ὁσιότα-
τοι πᾶσαν σπουδὴν θέσθαι, καὶ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ
ἀκανόνιστον γνώμην Ἰωάννη, καὶ τῆ σὺν αὐτῶ δη-
μοσιεῦσαι, * πρὸς τὸ καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους * πρὸς τῶ
κόμητας ὑστεῖθεν ἀναχωρῆσαι, τοὺς καθ' ἡμέ-
ραν τυράττοντας τὴν πόλιν, καὶ τὴν πίστιν, ἵνα
μὴ ἐκ συναρπαγῆς τούτων νοθεύωνται τὰ τῆς
πίστεως.

Περὶ

A

* Ἔκθεσις τῆς ὑπὲρ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν Δλαβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον.

* Περὶ τῆς ὑπογραφῆς τ βασιλέων ἀναφορά.

Τοῖς Δλαβεστάτοις, καὶ φιλοχρείστοις βασιλεῦσι, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, ξοπαίστοις, ἀεισεβάστοις, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος· ἡ χάριτι Θεοῦ, καὶ νεύματι τῶ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

* De subscriptione imperatorum relatio.

* Exemplum relationis missæ a sancta synodo ad piissimum imperatorem Theodosium al. Relatio sanctæ synodi ad imperatores pro restitutione Cyrilli & Memnonis.

Piissimis Christianissimisque imperatoribus, Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis sancta & œcumenica synodus, quæ per Dei gratiam, vestræque majestatis nutum in Ephesiorum metropoli convenit.

(1)

VESTRA quidem majestas non est passa veram fidem Nestorii doctrina labefactari; qui Christo domino passiones humanas, quas propter nos, nostramque salutem sustinuit, cum Judæis probro vertit: imo vero pietas Bvestra hujusmodi contra Christum sermones detestata, ex universo prope orbe ad Ephesiorum metropolim congregari nos jussit, ut patrum, apostolorumque pia dogmata confirmentur ac statuantur. Ob eam itaque causam in unum congregati, fidem a trecentis decem & octo (patribus) qui in Nicæna civitate sub beatæ memoriæ Constantino convenerant, expositam communi judicio corroboravimus: Nestorium vero peregrinis sophismatis, artificiisque sermonum illam fidem adulterare, pietatisque sententiam novitatis studio labefactare deprehensum, sacerdotali gradu movimus, ejus doctrinam veluti pestem quamdam ecclesias depascentem comC primere volentes. Sed quoniam nonnullos quoque episcopos jam nutantes, Nestoriique sensu imbutos, imo in illius blasphemiam inductos comperimus, omnes qui eadem cum eo sentiunt, a communione excludimus, donec perdita illius doctrina rejecta, catholicam & apostolicam fidem agnoscant: cui omnes jam inde ab initio firmiter innixi salutem consequimur. Et nos quidem hæc decrevimus, ut qui in errorem acti fuerant, hac ratione corrigerentur, ipsorum pœnitentiam expectantes. Illi vero (cum triginta essent numero, paulo plures, multique ex ipsis etiam propter alia crimina canonibus obnoxii, & reverendissimum Joannem AntioDchenum episcopum adscivissent, qui & ipse quoque quod admodum tarde venisset, culpam sustinebat; alii de aliis hæretibus convicti, nonnulli quoque ex illis loco jam moti) ad pœnitentiam quidem non venerunt, sed ad patrocinandum Nestorio inter se convenientes, contra sanctæ & œcumenicæ synodi præsides depositionis sententiam scribere, eamque veluti ab universa synodo profectam, ad vestram pietatem deferre ausi sunt: quam vestra majestas cum accepisset, firmam esse jussit; ab ipsa nimirum synodo ortam esse rata, & non contra synodum ab illis contextam, qui cum Nestorio sentiunt, seque de nobis propter Nestorii deEpositionem ulciscuntur, nullum prorsus crimen, quod contra sanctæ nostræ synodi duces proferre queant, habentes. Atque ita ausi sunt pias vestris auribus fucum facere, ut depositio, quam contra sanctam synodum moliti sunt, approbaretur; quæ tamen neque legitime neque canonice, neque a multis decreta est. Quapropter & sancta synodus legitima canonicaque actione, ea quæ contumeliose & absque ulla ratione ab ipsis judicata fuerant, evertit. Universi proinde

ad

1 al. *Epistola universalis Concilii ad Augustos.*

* Ὑποτιθεμένου τὸν Νεστορίου διδασκαλίαν.

* τὰς ἐκκλησίας
* συνδιέποντας.
* Δρειμὰ
* αὐτὰ

* ὄντα

* τὴν προσευχὴν, * ἢ, ἐν προσευχῇ.

ad pietatis veſtræ majeſtatem confugimus, ſupplicantes, ut quæ contra Neſtorium, ejuſque ſectatores geſta ſunt, robur ſuum obtineant, cetera vero, quæ ab illis qui Neſtorium vindicant, eo quod ejuſdem cum illo ſententiæ exiſtunt, contra ſynodi noſtræ duces illegitime facta ſunt, inefficacia & irrita maneant; ut quæ neque convenienter, neque canonice contra eos qui de nullo crimine convicti ſunt, ſed ſola vindictæ libidine per temeritatem adverſus ſanctam ſynodum perpetrata ſunt ab illis qui cum Neſtorio ſentiunt. Etenim ſi ſanctæ ſynodi ſententia in Neſtorium apertæ impietatis præconem lata, eſt juſta, & veſtra majeſtas illam approbavit, intelligit utique, quæ contra ſanctam ſynodum ab illis qui cum Neſtorio ſentiunt, facta ſunt, inefficacia penitus & irrita manere, cum ex nulla prorſus bona & conſentanea cauſa nata ſint, ſed ex ſolo vindictæ ſtudio, ob ea quæ ſancta & magna ſynodus contra Neſtorium geſſit. Obteſtamur proinde veſtram majeſtatem, ut tandem nos ab hac tribulatione liberet, Cyrillumque & Memnonem Deo devotiſſimos epiſcopos ſanctæque hujus ſynodi principes, reſtitui nobis jubeat. Conſentaneum eſt enim, ut vindicata jam pietate, illiſque refrænatis qui eam labefactabant, hi qui una nobiſcum pro fide decertarunt, honore perfruantur, non ut cum illis, qui de nefandis in Chriſtum blaſphemiis convicti ſunt, condemnentur.

Juvenalis Hieroſolymorum epiſcopus ſupplici huic libello ſubſcripſi. Subſcripſerunt itidem & omnes epiſcopi in commentariorum ſerie recenſiti.

Τὰ ὑπ' αὐτῶν ὑβρισικῶς, καὶ ἐκ δόλου κεκινημένα. ὅθεν καταφεύγομεν ἅπαντες ἐπὶ τὸ κράτος τῆς ὑμῶν εὐσεβείας, δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ Νεστορίου πεπραγμένα, & τῆς τὰ Νεστορίου φρονούντων, ἔχειν τὴν ἰδίαν ἰσχύν· τὰ δὲ παρὰ τῆς ἐκδικούντων Νεστόριον, ἐξ ἀ τὸ φρονεῖν τὰ ἐκείνου, ἀθέσμως γεγονέναι κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου, μένειν ἄπρακτα τε καὶ ἀργά· ὡς μήτε ἀκολούθως, μήτε κανονικῶς, μήτε ἐπὶ πταίσμασιν ἐλεγχομένων γεγονέναι, ἀλλ' ἀμοίρως ἔχειν μόνης παρὰ τῆς φρονούντων τὰ Νεστορίου κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τετολμημένα. εἰ γὰρ * δόλῳ ἡ κατὰ Νεστορίου τῆς ἁγίας συνόδου ψῆφος γεγόνηται, καὶ ταύτῃ τὸ ὑμέτερον κράτος ἐδέξατο, ὡς Νεστορίῳ συμπλοκὴν κηρύξαντος τῇ εὐσεβείᾳ, δόλον δήπου συνορᾷ καὶ τὸ ὑμέτερον κράτος, τὰ πεπραγμένα κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου παρὰ τῆς φρονούντων τὰ Νεστορίου, ἄπρακτα παντελῶς μένειν, καὶ ἄκυρα, ἐξ εὐδεμιᾶς αἰτίας τὸ εὔλογον ἔχοντα, ἢ ἐκ μόνης ἀμύνης, ὑπὲρ ὧν κατὰ Νεστορίου ἡ ἁγία, καὶ μεγάλη σύνοδος ἔπραξε. δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, ἀνεῖναι λοιπὸν ἡμᾶς τῆς θλίψεως, καὶ κελεῦσαι ἀποδοθῆναι ἡμῖν τοὺς ἐξάρχους τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον, καὶ Μέμνονα. εὔλογον γάρ, ἐκδικηθείσης καὶ τῆς ἀσεβείας, καὶ τῶν βλαπτόντων αὐτὴν πεπαυμένων, τοὺς συναθλήσαντας ὑπὲρ τῆς πίστεως * ἡμῖν τιμῆς ἀπολαύειν, ἀ συγκαταχέεσθαι μὴ τῇ ἐληλεγμένων ἐπὶ τοῖς ἀθέσμοις κατὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ βλασφημίαις.

* δόλῳ

* ἡμῶν

Ἐβδομάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ὑπέγραψα τῇς δεήσεσιν. [1] ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ σάσει τῆς ὑπομνημάτων ἐπίσκοποι.

[1] In Reg. Cod. Græco 524. & in vet. verſione, quam & Ant. Contius edidit, & MSS. aliquot exhibent, ſolus ſubſcribit Juvenalis.

* Epiſtola ſcripta a ſancta ſynodo epiſcopis, presbyteris, & diaconis qui ſunt Conſtantinopoli.

* *Epiſtola ſynodica ad clerum Conſtantinopolitanum.*

* Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις.

* Πρὸς τὸν κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως συνοδικὴ ἐπιστολή.

Sancta ſynodus, quæ per Dei gratiam, piiſſimorumque imperatorum juſſum Epheſi convenit, dilectis & deſideratiſſimis comminiſtris Conſtantinopoli agentibus, & religioſiſſimis ejuſdem civitatis presbyteris & diaconis.

Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ διάπεμμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει συγκροτηθεῖσα, τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις συλλειτουργοῖς, τοῖς κατὰ † Κωνσταντινούπολιν διατρίβουσι, καὶ τοῖς ἁγιωτάτοις πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως.

QUI in tanta rerum fluctuatione verſamur, tantiſque bellis undique impetimur, nec ullo tamen interea pacto vel ad placidum ſerenumque piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum imperatorum aſpectum, unde ſolum a tantis his moleſtiis liberationem ſperare licebat, admittimur; quam aliam conſolationis rationem inire poſſumus, quam ut quæ nos urunt, apud noſtra membra deploremus? Vos autem œcumenicæ ſynodi membra eſtis, qui pietatis zelum per omnia oſtenditis. Sciat itaque pietas veſtra, Epheſum perinde ac carcerem prorſus nos inhabitare; in qua jam trimeſtre ſpatium uſque adeo arcte incluſi tenemur, ut neque per mare, neque per terras libere & abſque diſcrimine quempiam omnino, vel ad pium comitatum, vel in aliquem alium locum amandare queamus. Nam quotieſcumque ea quæ miſimus, reddi contigit, ut tabellarii ſexcenta vitæ diſcrimina evaderent, in alias atque alias formas ſeſe transformare coacti

ΤΟΙΣ ὲν τοσαύτῃ ταραχμίᾳ καθεσῶσι πραγμάτων, & πολὺν μὲν ταναχόθεν δεχομένοις τὸν πόλεμον, ὀλιγωρῶς δὲ συγχωρουμένοις, ὅτε τὸ ἥμερον, καὶ γαληνιῶν τῆς εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως θεάσασθαι προσωπον, ὅθεν μόνον ἐλπίζειν τῆς δυσχερῶν τινὰ λύσιν, ποίαν ἄλλην ἄλλως ἐπινοηθῆναι παραμυθίαν, ἢ πρὸς τὰ ἴδια μέλη τὰ καθ' ἑαυτὸς ἀποδύρασθαι; ὑμεῖς δὲ μέλη τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διὰ πάντων ἐπιδεικνύμενοι. τοιγαροῦν γινωσκέτω ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, φρουρᾶς ὁδὸν πλέον ἡμᾶς τῆν Ἐφεσίων οἰκεῖν, καὶ τεταμηνιαῖον χρόνον λοιπὸν ἐν τούτῳ καταικεκλεῖσθαι, μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε διὰ γῆς ἀκινδύνως, καὶ ἀδεῶς ἐκπέμπειν τινὰς ἐπὶ τὸ εὐσεβὲς στρατόπεδον, ἢ ἐφ' ἕτερον τοπον συγχωρουμένους. & γὰρ ὁσάκις τὰ παρ' ἡμῶν διαπεμφθέντα ἀποδοθῆναι ἔτυχε, διὰ μυρίων κινδύνων οἱ τοῦτο κομίζοντες, ἄλλοτε ἄλλως μετασχηματιζόμενοι, σωθῆναι δεδύνηνται. αἴτιον δὲ τὸ ὅπως ἡμᾶς φρουρεῖσθαι,

* ἀπὸ ἡμῶν

σθαι, τὰ πάντα τὰ * καθ' ἡμᾶς ψιλῶς τῷ Δοσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἀναφέρεσθαι. οἱ μὲν γὰρ, ὡς μεμαθήκαμεν, ὡς κάσεις ἡμῶν ἐργαζομένων, ὅπως τοὺς Δοσεβεῖς ἐδίδαξαν ἀκοάς· ἄλλοι δὲ, ὡς τῆς οἰκουμενικῆς ἡμῶν συνόδου καθελούσης τὸν τὰ πάντα θεοφιλέστατον, καὶ ἀγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας Κύριλλον, καὶ τὸν ἁγιώτατον, καὶ θεοφιλέστατον συνεπίσκοπον ἡμῶν Μέμνονα, ὅπως ἀνακομίσηται ἐπίλυπησαν· ἕτεροι δὲ τάχα καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἐθάρρησαν, ὡς ἡμῶν καταδεξαμένων τῆς τῆς ἀποστασίας συνεδρίῳ εἰς φιλικοὺς λόγους ἐλθεῖν, ὧν ἔξαρχος ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἐστί. καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ ταῦτα γνωσθῆναι, ἡ πολλὴ καθ' ἡμῶν φρουρά, καὶ ὁ πολὺς γίνεται πόλεμος. Ἐν ἀμηχανίᾳ τοίνυν ὑπάρχοντες οὐ μικρᾷ, φροὸς τὴν ὑμετέραν γράψαι Θεοσέβειαν * ἐσπεύσαμεν. εἰδότες, ὅτι τέκνων γνησίων τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐπέχοντες τάξιν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν προσοθῆναι μηδαμῶς ἀνεχόμενοι, μὴ πολλῆς ἱκεσίας, καὶ δακρύων, Ἐ τύπων τῷ γραμμάτων, προσπίπτοντες τῷ Δοσεβεστάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, * διδάξατε, τὰ * καθ' ἡμῶν πάντα. ἡμεῖς γὰρ ὅτε κατεγνώκαμεν τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων, καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς περὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, ἀλλὰ καὶ μεγάλης * δόξης Ἐ σεφάνων ἀξίους ἠγήμεθα, μόνους καὶ πρώτους ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ζήλῳ τῷ κατὰ Θεὸν κινηθέντας, καὶ παντοίους ψόγους ἐκκόψαι τῶν τῆς ἀσεβείας κήρυκα, τὸν ἀσεβεστάτου Νεσορίου, καὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ τοιούτου καθαρθῆναι μύσους. ὅτε δὲ νῦν ἀνεξόμεθα τῆς τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων κοινωνίας χωρισθῆναι, ἀλλὰ καὶ συνεξελθεῖν τούτοις κέρδος μέγιστον ἡγούμεθα. κείσεται δὲ ἡμῖν μηδὲ τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον εἰς κοινωνίαν δέξασθαι· ἀλλὰ καὶ ταῖς φάτναις ἀναθεματίσαμεν φωναῖς ἐπ' ἐκκλησίας Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, πρότερον μὲν * ἐφ' οἷς συγκαθελεῖν ἡμῖν τὸν τῆς ἀσεβείας κήρυκα Νεσόριον οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλὰ καὶ συνεξιόντες, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι τὸν λόγον οὐδαμῶς ἐπαύσαντο· ἔπειτα δὲ ἐφ' οἷς καὶ τὴν παρανομωτάτην, καὶ τῶν κανόνων ἀλλοξίαν ἐγχείρησιν τῆς κατὰ τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ὕβρεώς τε καὶ ἐπηρείας ποιησάμενοι, συναρπάσαι τοὺς Δοσεβεῖς τῶν φιλοχρίστων βασιλέων ἀκοὰς ἐτόλμησαν· μὴ δὲ * τοῦτο καὶ διὰ τὸ τῆ φρονήματος τοῦ Νεσορίου μηδαμῶς ἀποστῆναι. διὰ τοι ταῦτα πάντα ἅπαξ αὐτοὺς πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀποτεμόντες, καὶ πᾶσαν ἱερατικὴν ἐνέργειαν περιελόντες, ἀφωρίσαμεν· κρίσεως ὄντες, μᾶλλον καὶ τῆς ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἀπεῖη, ἐκστῆναι, ἢ τούτοις ἔτι ἐλθεῖν εἰς κοινωνίαν, μάλιστα μὲν διορθωσαμένους ἅπαντα τὰ προειρημένα αὐτῶν πλημμελήματα. γνωρίζομεν δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ Δαλαβείᾳ, ὥστε ἐν τῇ ἴσῃ αὐτοὺς ἔχειν τάξει. ταῦτα οὖν παρακληθέντες, καὶ τὸν Δοσεβέστατον καὶ φιλόχριστον βασιλέα διδάξαντες, αἰτῆσαι ὑπὲρ πάσης τῆς συνόδου, ἀποδοθῆναι ἡμῖν τοὺς ὑπὸ τῆς κανόνων μηδαμῶς κατεγνωσθέντας, τυτέστι, τοὺς ἁγιωτάτους, καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον, Ἐ Μέμνονα· ἐλεηθῆναι δὲ καὶ ἡμᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ Δοσώπου πεισθῆναι τούτου ἀνακληθῆναι λοιπόν· καὶ εἰ μὲν ἄξιοι ἐσμὲν ἰδεῖν τὸ Δοσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως τὸ πρόσωπον, τοῦτο ἐπιτραπῆναι ποιῆσαι· εἰ δὲ ἀ-

sunt. Quod autem tam diligenter cuſtodimur, hoc aliunde non provenit, quam quod ad piiſſimos imperatores omnia contra nos falſo deferuntur. Nam alii, ut accipimus, quaſi ſeditionis auctores apud pias Auguſtorum aures nos incuſant: alii ſic ſuggerere auſi ſunt, quaſi œcumenica noſtra ſynodus Cyrillum ſanctiſſimum, Deoque dilectiſſimum archiepiſcopum Alexandrinum, & ſanctiſſimum, Deoque devotiſſimum coepiſcopum noſtrum Memnonem depoſuiſſet. Quidam & hoc fortaſſis adjicere veriti non ſunt, quod cum defectionis conciliabulo, cujus dux eſt Joannes Antiochenus, amicum colloquium inire nobis placuerit. Ne igitur hæc pateſiant, tanta diligentia cuſtodimur, tantumque bellum contra nos concitatur. Cum ergo in magna difficultate conſtituti ſimus, ad veſtram pietatem ſcribere feſtinavimus. Scimus enim, vos germanorum filiorum locum apud œcumenicam ſynodum retinentes, atque ita affectos, ut orthodoxam fidem nulla ratione prodi velitis, cum multa ſupplicatione & lacrymis, ſimulque cum his literis ad piiſſimi Chriſtianiſſimique imperatoris genua advolutos, illum de omnibus quæ contra nos geruntur, inſtructuros. Nos enim memoratos ſanctiſſimos, Deoque dilectiſſimos epiſcopos Cyrillum & Memnonem non condemnavimus, ſed magna commendatione, coroniſque dignos cenſemus; ut qui ſoli primique pluſquam reliqui omnes divino zelo commoti, impiiſſimum Neſtorium impietatis præconem exſcindere, eccleſiaſque ab hoc piaculo repurgare, quibuſcumque modis elaborarint. Neque vero nunc a prædictorum ſanctiſſimorum epiſcoporum communione nos ſejungi ſuſtinebimus; ſed una cum illis in exilium pelli, maximi quoque lucri loco ducturi ſumus. Certum autem nobis eſt, illud ſchiſmaticorum conciliabulum ad communionem non admittere: imo vero communibus omnium vocibus Joannem Antiochenum, & qui cum illo faciunt, in facie eccleſiæ jam anathematizavimus: primum quidem, quod impietatis præconem Neſtorium una nobiſcum deponere noluerunt, ſed & familiariter cum illo verſari, eidemque ſemper patrocinari perrexerint: deinde vero, quod poſt iniquiſſimum, & a canonibus alienum, contumeliæ & calumniæ conatum in prædictos ſanctiſſimos epiſcopos, piis Chriſti amantium imperatorum auribus imponere non dubitarunt: poſtremo autem, quod cum Neſtorio ſentire nequaquam ceſſant. Propter hæc omnia ſemel illos ab eccleſiaſtica communione abſcidimus, omneſque ſacerdotii functionem ademimus, & eos excommunicavimus, ac ipſis eccleſiis (quod abſit) privari malumus, quam ad communionem cum ipſis amplius redire; præſertim niſi omnia ſua delicta, quorum ſupra meminimus, correxerint. Notum autem hoc quoque facimus veſtræ pietati, ut ipſi eodem illos loco habeatis. De his itaque & pientiſſimum ac Deo dilectiſſimum imperatorem certiorem facite, ac totius vos ſynodi nomine ſupplicate, ut ii nobis reſtituantur, qui nullo modo a canonibus ſunt condemnati, videlicet ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi epiſcopi Cyrillus & Memnon: & ut noſtri

mi-

miſerus, ex hoc tandem ſpecioſo ergaſtulo nos revocet : &, ſi quidem digni ſumus qui pientiſſimi Chriſtique amantis imperatori faciem videamus, id fieri mandet : ſi vero indigni judicamur quibus hoc obtingat, ſaltem ad eccleſias noſtras redire nos ſinat ; ne hic univerſi, alii morbis, alii mœſtitia conſumpti pereamus. Ne autem multa eſſet turba ſubſcriptionum, ſat nobis fuit, ſi ſoli præſides ſubſcriberent.

Ἀναξίοι τάτυ ἐκείθημεν, κὰν εἰς τὰς ἑαυτῶν ὑποσρέψαι ἐκκλησίας· ἵνα μὲν ὄντως θα πάντες καταφθαρῶμεν, οἱ μὲν ὑπὸ νόσυ, οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίας ἀναλισκόμενοι. διὰ δὲ τὸ μὴ ὄχλον πολιτῶν ἐνθεῖναι ταῖς ὑπογραφαῖς, ἠρκέθημεν τῇ σφετέρων χερσίν.

Commonitorium cum relatione directum clero Conſtantinopolitano. [1]

NECAMUR aëribus, cum aeres ſint graves ; & pene quotidie aliquis ſepelitur, ita ut omnes pueri languentes ad propria remittantur : & alii omnes epiſcopi * in his ſunt. Unde conſequens eſt, reverentiam veſtram adire Chriſto amabilem principem, & dicere quia opprimuntur ſynodus ab his qui prohibent terminum dari, ut * abſolute languore * necentur. Scire vero reverentia veſtra debet, quia licet in tantum nitantur, ut omnes moriamur ; non tamen fiet aliud, præter hæc quæ decreta per nos ſunt, a ſalvatore noſtro Chriſto.

* necimur.

Exemplum epiſtolæ a Cyrillo archiepiſcopo ſcriptæ ad Theopemptum, Potamonem & Danielem reverendiſſimos epiſcopos Conſtantinopoli agentes, de iis quæ inſidioſe paſſus eſt per ſcripta Neſtorii & Joannis.

Βῆσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τῦ ἀρχιεπισκόπυ Κυρίλλυ τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, Θεοπέμπτῳ, καὶ Ποτάμωνι, καὶ Δανιὴλῳ, ὑπὲρ ὧν ἔπαθε συσκλῶν, * ἧς * *Ita. lect. pro* κατὰ Νεσορίυ, καὶ Ἰωάννυ χαρτίων. *κατὰ*

Cyrillus Theopempto, Danieli & Potamoni, ad ſtos comminiſtros, in Chriſto ſalutem.

Κύριλλος Θεοπέμπτῳ, καὶ Δανιὴλῳ, & Ποτάμωνι, ἀγαπητοῖς, καὶ συλλειτργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

MULTÆ iſtic contra nos excitatæ ſunt calumniæ, partim quidem, quaſi multi ex Alexandrinis balneis nos confecuti, partim vero, quaſi canonicæ nobiſcum egreſſæ ſint, ut autem fertur, dictum eſt a calumniatoribus, Neſtorium non tantæ ſynodi voluntate, ſed meis artibus exauctoratum eſſe. Sed benedictus ſalvator, qui talia dicentes redarguit. Etenim poſteaquam dominus meus magnificentiſſimus & gloriofiſſimus comes ſacrarum largitionum Joannes Epheſum ventiſſet, nihilque eorum veritate niti comperiſſet, condemnavit eos qui talia nugati fuerant. Agnovit autem ſanctam ſynodum fidei cauſa contendiſſe ſtudio proprio, neque mihi, neque ulli alteri gratificantem, ſed divino zelo motam, quod blaſphemias illius terre non poſſet, Neſtorium condemnaſſe. Poſteaquam vero religioſiſſimorum, Chriſtique amantium imperatorum literæ, quibus trium depoſitiones dicebantur ſuſcipiendæ, lectæ fuerunt, cuſtodiæ traditi ſumus, & adhuc cuſtodimur, ignari prorſus quo tandem res hæc ſit evaſura. Verumtamen gratias agimus Deo ; ſi pro nomine illius digni habeamur non ſolum vinculis conſtringi, ſed cetera quoque omnia perpeti : neque enim illa præmiis tuis carebunt. Non potuit autem ſancta ſynodus induci, ut cum Joanne communicaret, ſed renuit, dicens : Ecce corpora, ecce eccleſias, ecce civitates ; poteſtatem habetis : nos autem ut prius cum orientalibus communicemus, quam ea diſſolvantur, quæ per illorum calumniam contra comminiſtros noſtros comparata ſunt, ac rectam fidem confiteantur, id fieri nullo modo poteſt. Dignoſcuntur enim Neſtorii dogmata loqui, ſentire & confiteri. Tota itaque contentio in his poſita eſt. Precentur pro nobis orthodoxi omnes. Ut enim beatus David ait:

ΠΟΛΛΑΙ καθ' ἡμῶν γεγόνασιν ἐκεῖσε διαβολαί· τῦτο μὲν, ὡς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων ἀκολυθησάντων ἡμῖν ἐκ τῦ βαλανείυ πολλῶν· τῦτο δὲ, ὡς κανονικῶν ἐξελθυσῶν· ὡς δέ φασιν, ὅτι εἴρηται παρὰ τῆς συναβεβληκότων, ὅτι κατὰ συσκλῆν ἐμὲ καὶ ὁ κατὰ σκοπὸν τῆς ἁγίας συνόδυ, τὴν καθαίρεσιν ὑπεμενε Νεσόριος. ἀλλ' ἀλογητὸς ὁ σωτὴρ, ὁ τὸς τὰ τοιαῦτα λέγοντας ἐλέγξας. ἐλθὼν γὰρ εἰς τὴν Ἔφεσον ὁ κύριός μυ ὁ μεγαλοφρεπέσατος, καὶ ἐνδοξότατος κόμης τῆς θείων λαργιτιώνων Ἰωάννης, κατέγνω τῆς τοιαῦτα ψευδηγορικότων, ὀρθὴν δὲ λόγων ἀληθείς. εἰδὲ δὲ, ὅτι ἰδίαν ἔσχασιν ἡ ἁγία σύνοδος τῆς πίστεως ἔχει, καὶ ὥτε ἐμοὶ χαριζομένη, ὥτε ἑτέρῳ τινὶ, ἀλλὰ θεῖῳ ζήλῳ κινυμένη, καὶ ὐκ ἐνεγκῦσα τὰς ἐκείνυ βλασφημίας, κατεψηφίσατο αὐτῦ. ἀναγνωσθέντος δὲ καὶ τῦ γράμματος τῆς Ἀσιβεσκίων, καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, δι' ὧ αἱ τῆς τεμῶν καθαιρέσεις ἐλέγοντο εἶναι δεκτέαι, ἐφρυάμεθα τέως, ὐδὲ εἰδότες τὸ ἐκβησόμενον. πλὴν ἐχαρίσθημεν τῷ Θεῷ, ὅτιν κατηξιωθῶμεν ὑπὲρ τῦ ὀνόματος αὐτῦ ὐ δεσμῶται μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἕτερα πάντα ὑπομένειν. ὐ γὰρ ἀμελῶν τῦ πράγματος ἐσιν. ὐκ ἠθέλησε δὲ ἡ σύνοδος κοινωνῆσαι Ἰωάννῃ, ἀλλ εἰπῦσα λέγυσα· ἰδὺ τὰ σώματα, ἰδὺ αἱ ἐκκλησίαι, ἰδὺ αἱ πόλεις, ἐξυσίαν ἔχετε ἡμᾶς κοινωνῆσαι ἀδύνατον τοῖς ἀνατολικοῖς, ἂν μὴ λυθῇ τὰ κατεσκλάσθαι ἐκ τῆς αὐτῶν συκοφαντίας κατὰ τῆς συλλειτργῶν ἡμῶν, ὁμολογήσωσι δὲ καὶ τὴν πίσιν ὀρθήν. καταγινώσκονται γὰρ τὰ Νεσορίυ, καὶ λαλῦντες. καὶ φρονῦντες. καὶ ὁμολογῦντες. ἡ πᾶσα ἔνσασις ἐν τύτοις. ἐχέθωσαν ὑπὲρ ἡμῶν πάντες οἱ ὀρθόδοξοι. ὡς γὰρ φησὶν ὁ μακάριος Δαυίδ. ἐγὼ δὲ εἰς μάσιγας ἕτοιμος. Ψαλ. 37. 18.

Pſal. 37. v. 18. Ego vero in flagella paratus ſum.

Γσον

1 Vetus editio addit, *a Syncelo*. Latine tantum extat. 2 Hard. legit, *aſſumpti*.

A

Γσον ἐπιστολῆς γραφείσης τῇ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίᾳ συνόδῳ παρὰ τῶν εὑρεθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπων, Μεσορὴ κ'. ἰνδικτιῶνος ιε'.

Exemplum epiſtolæ, quam epiſcopi quidam Conſtantinopoli reperti ad ſanctam ſynodum Epheſinam miſerunt, vigeſima menſis Meſori, indictione xv. Secundum Romanos xxxv. Auguſti.

Τοῖς * παναγίοις καὶ θεοφιλεστάτοις *ἀρχιεπισκόποις καὶ πάσῃ τάξει, τοῖς συναχθεῖσι, κατὰ θεῖαν χάριν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κελεστίνῳ, Κυρίλλῳ, Ἰουβεναλίῳ, Φίρμῳ, Φλαυιανῷ, Μέμνονι, Ἑρεννιανῷ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, καὶ πάσῃ τῇ *καθ' ἡμᾶς ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, παρὰ τῶν εὑρεθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπων, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Sanctiſſimis Deoque dilectiſſimis epiſcopis ac patribus, qui per Dei gratiam in Epheſiorum metropoli congregati ſunt, Cœleſtino, Cyrillo, Juvenali, Firmo, Flaviano, Memnoni, Herenniano, Theodoto, Acacio, univerſæque veſtræ ſanctæ & œcumenicæ ſynodo, epiſcopi in urbe Conſtantinopolitana conſtituti, in domino ſalutem.

B

ΕΔΕΙ μὲν ἡμᾶς μὴ τοῖς ψυχαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασι συνόντας τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, καὶ τιμὴν ἐκ τῶν πειρασμῶν θλίψει μερίζεσθαι, καὶ μεθ' ὑμῶν στεφανοῦσθαι τοῖς ἄθλοις. ἐπειδὴ δὲ ὁ πρὸς τιμὴν ἁγίαν σύνοδον πόλεμος καὶ μέχρις ἡμῶν ἐξετείνετο, καὶ ἅπλους μὲν ἡ θάλασσα, ἄβατος δὲ καὶ γῆ τοῖς αὐτόθεν ἀφικομένοις διὰ τὰς ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύοντας, οὐκ ἔχοντες ὅ,τι ποιήσομεν, δάκρυσι καὶ λιταῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέρομεν· φθάσαι δὲ πρὸς τιμὴν ὑμετέραν ἁγιότητα μὴ δυνάμενοι, πᾶσι προθυμίας ὑμῖν ὡς χεῖρας ἐχρησάμεθα, τοὺς μὲν καθηρημένους συγκαθαιροῦντες, καὶ τοὺς ὁσίους τοῦ Χριστοῦ συνεγείροντες. ἐγκαυχώμεθα δὲ καὶ τοῖς ἐνταῦθα ἄχρηστοι, ῥωννύντες μὲν τὸν λαόν, καὶ τῷ *πλείονι τὸν ζῆλον ἐξάπτοντες, ὑπηρετοῦντες δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ὅσα ἐδόκει ἐκείνοις. ἀλλ' ἐπειδὴ μικρὰ ταῦτα, καὶ ὅσα πάντες δύνανται, ἐθαρσήσαμεν καὶ τιμῇδε ἐκπέμψαι τιμῇ ἐπιστολῇ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἱδρῶτας ὑμῶν μακαρίζοντες, καὶ ἰδίᾳ *ἑκάστων τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ κοινῇ πᾶσι τοῖς ἁγίων προφητῶν καὶ τῶν πατέρων ἐπιφθεγγόμενοι· ὅτι ὡς πατέρες ἅγιοι, καὶ τῆς ἐπουρανίου κλήσεως ἄξιοι, ἐλογίσθητε ὡς πρόβατα σφαγῆς, ὅλην τιμὴν ἡμέραν ὑπὲρ Χριστοῦ θανατούμενοι, ὑστερούμενοι, κακουχούμενοι, θλιβόμενοι ὑμεῖς, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. ἀλλὰ δότε καὶ ἡμῖν τῶν πραχτέων συμβουλὴν δι' ἐπιστολῆς· ἵνα, εἰ μὲν δεῖ καταλαβεῖν τιμὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὰ ἀπολοιπὰ τῶν ἀγώνων σταδιοδρομῆσαι, τοῦτο ποιησώμεθα. προθυμούμεθα γὰρ τὰ καθ' ἡμᾶς. εἰ δὲ μένειν ἐνταῦθα κελεύετε, ἐπειδὴ διὰ τὴν προσκυνητὴν Θεοῦ χρηστὰ καὶ τὰ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως *ἡμῶν ἀγγέλλεται, τοῦτο φανερὸν κατασήσατε, ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ ὦμεν ὑπὸ τῆς ἄγαν φροντίδος ἐκδαπανώμενοι.

Oportebat quidem nos non animis tantum, ſed corporibus quoque veſtræ ſanctitati præſentes, & tentationum moleſtiæ reddi participes, & præmiis vobiſcum coronari. Quia vero bellum adverſus ſanctam ſynodum ſuſcitatum etiam hucuſque pertingit, & mare clauſum, & terra ob collocatas in viis inſidias hinc abeuntibus impervia eſt; aliud quod præſtemus non habentes, lacrymas precesque pro noſtra parte contribuimus; dexterarumque loco, cum ad ſanctitatem veſtram pervenire nequeamus, animi promptitudinem accommodavimus; eos quidem qui a vobis damnati ſunt, ſimul condemnantes, ſanctoſque Chriſti pariter ſublevantes. Sed neque iis qui hic ſunt, inutiles extitimus. Nam & populum confirmavimus, & plurimorum zelum inflammavimus, & ſacerdotibus, in quibuſcumque viſum eis fuit, operam præſtitimus. Verum quia hæc parva ſunt, & quæcumque ab abſentibus fieri poſſunt, non dubitavimus hanc quoque epiſtolam ad vos mittere, veſtros ſudores, quos pro religione profunditis, beatos prædicantes, nec non elogia, quæ de ſanctis prophetis & patribus prodita ſunt, omnibus & ſingulis vobis, ſancti patres, perſonantes: quoniam tanquam patres ſancti, cœleſtique vocatione digni, ſicut oves occiſionis reputati eſtis, tota die pro Chriſto mortificati, egentes, afflicti, anguſtiati, quibus dignus non erat mundus. Sed & vos quoque quid opus ſit facto, per epiſtolam nobis explicate: ut ſi ſanctam ſynodum adire, quodque certaminis adhuc reliquum eſt, una vobiſcum tolerare neceſſe fuerit, alacriter, quæ noſtra eſt promptitudo, advolemus: ſin autem hic manendum eſſe juſſeritis, (nam & Dei amantiſſimus & piiſſimus imperator propter adorandum Deum meliora de nobis cogitare dicitur) hoc ipſum ſignificate, ne gravi iſta ſolicitudine & cura diutius conficiamur.

Hebr. 3 Rom 8. v. 36 Hebr. 11. v. 37.

Sanctæ ſynodi ad eoſdem epiſcopos Conſtantinopoli repertos reſcriptum.

C

Ἀντίγραφον τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἐπισκόπους εὑρεθέντας ἐν Κωνσταντινουπόλει.

D

Τοῖς θεοσεβεστάτοις, καὶ θεοφιλεστάτοις συλλειτουργοῖς, Εὐλαλίῳ, *Εὐτροχίῳ, Ἀκακίῳ, Χρυσαφίῳ, Ἱερεμίᾳ, Θεοδούλῳ, Ἡσαΐᾳ, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ χάριν Θεοῦ, καὶ πλήρωμα τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συγχροτηθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Reverendiſſimis, Deoque dilectiſſimis comminiſtris, Eulalio, Eutrechio, Acacio, Chryſaphio, Jeremiæ, Theodulo, Iſaiæ, ſancta ſynodus, quæ per Dei gratiam, piiſſimorumque ac Chriſti amantium imperatorum noſtrorum decretum in Epheſiorum metropoli congregata eſt, in domino Sal.

ΤΟΙΣΔΕ ὅπως διακειμένοις, ὡς ἐδήλωσεν ἡμῖν καὶ τὰ γράμματα, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τῇ ψυχῇ

QUI ita affecti ſunt, ut & literæ veſtræ teſtatum nobis faciunt, nihil mirum

est si animo & corpore simul decertent, laboresque quos hoc loco exantlavimus, communes esse dicant. Nam & in certaminibus spectatores qui certantibus favent, illis non parum præsidii afferunt, dum luctaminum usum suggerunt, & certantes ad victoriam excitant, illaque denunciant, quæ pro gloria obire oportet. At vestra pietas hac arte non contenta, quiddam etiam amplius præstandum cogitavit; nempe ut precibus nos confirmaret, & Deum propitium placatumque redderet, ne videlicet supra id quod ferre possumus, tentaremur; aut ut impugnati vincamus oppugnatores. Quin & curarum quoque, laborumque nostrorum participes estis. Solent enim majoribus plerumque curis angi qui procul absentes rerum eventum audiunt, quam qui semetipsos in certamina dederunt. Non parum autem nos consolatur, illorum qui nos insectantur, artes & machinationes adeo non latuisse, ut ea quæ improbe adversus sanctam synodum moliti sunt, ad vos etiam usque perlata sint. Scimus enim fore, ut singula per vestram pietatem ad piissimorum quoque imperatorum aures deferantur, omnesque molestiæ e medio facessant, ubi primum apud vos constiterit, quanta vi Joannes Antiochenus cum suis in nos insaniverit; quantaque illegitime præter canones contra sanctissimos piissimosque episcopos Cyrillum & Memnonem, & contra sanctam synodum præsumpserint. Arbitramur enim, Deo dilectum piissimumque imperatorem nihil horum dilucide intellexisse: alioquin ii qui bellum istud adversum nos suscitant, nunquam tantum potuissent, ut nos, qui injuriam perpessi sumus, perinde ac si injuriam intulissemus, insimulati, misericordia indigni censeremur: maxime vero cum de offendentibus nunquam nos ulcisci tentaverimus, sed ultro perpessioni nos exposuerimus. Quod vero sanctitas vestra prohibeatur quo minus ad nos pervenire queat, id ex nostrarum rerum statu proficiscitur. Tam arcte enim terra marique nunc obsidemur, ut nihil eorum quæ evenerunt, vestræ sanctitati significare potuerimus. Fuit autem vestrarum precum & lacrymarum beneficium, quod unusquisque nostrum, qui nondum ad finem convenimus, eamdem de hac re sententiam habeat, conventionemque cum illis detrectare pergamus, etiam si principes non parum vehementer ad hoc nos impellant. Qua etiam in re vestræ benevolentiæ participes sumus, non ignorantes, quod laborum certaminumque vos socios habemus: & quod iis qui sanctos martyres diligunt, usu venire scimus, hoc ipsum & in vestra quoque pietate observamus. Nam etsi pugnæ expertes estis, interea tamen citra laborem coronas obtinuistis, dum injuria quidem affectis benevolentia præsto estis, invasores autem condemnatis; ita ut ex absentia nihil damni capere videamini, quippe qui per omnia cum nostro sensu congruitis. Neque vero parum ad victoriæ occasionem certantibus, imo etiam ad consolationem plurimum adjuvat, quod fecisse vos intelleximus. Nam & populi zelum auxistis, & ut adversariis viriliter obsistant, animatis. Superest autem, ut isto in loco permanentes, de iis quæ

A καὶ τοῖς σώμασι συναθλεῖν, καὶ οὓς διηυτλήσαμεν ἐνταῦθα πόνους, κοινοὺς ἡγεῖσθαι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀγῶσιν οὐκ ὀλίγα τοῖς ἀγωνιζομένοις οἱ σπουδαῖοι * συναίρονται τῶν θεατῶν, καὶ τῶν παλαισμάτων ὑποβάλλοντες τὴν πεῖραν, καὶ πρὸς τὴν νίκην ἐγείροντες, καὶ παρεγγυῶντες ἃ δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῆς δόξης ἀγωνιζομένους ποιεῖν, τῇ δὲ θεοσεβείᾳ ὑμῶν πλεῖον τῆς τέχνης ταύτης ἐπινενόηται, τὸ εὐχαῖς ἡμᾶς δυναμοῦν, καὶ ἐξιλεοῦσθαι ὑπὲρ ὑμῶν τὸν Θεὸν, ὡς ἂν μὴ πειραθείημεν παρ' ὃ δυνάμεθα φέρειν, ἢ πειραθέντες κρείττους τῶν πειραζόντων γενώμεθα, κεκοινωνήκατε δὲ ἡμῖν τῇ φροντίδι τῶν πόνων. εἰώθασι γὰρ πλεῖον ὑπὸ τῆς μερίμνης πάσχειν οἱ πόρρωθεν μανθάνοντες τὰ γινόμενα, ἢ οἱ τοῖς ἀγῶσιν * ἐμβεβηκότες αὐτοῖς. ἱκανὸν δὲ ἡμῖν εἰς παραμυθίαν, τὸ μὴ ἀγνοηθῆναι τὰς τῶν ἐναντίων καθ' ἡμῶν ἐπιτεχνήσεις, ἀλλὰ καὶ ἄχρις ὑμῶν ἐλθεῖν τὰ κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τολμώμενα. ἴσμεν γὰρ, ὅτι διὰ τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας καὶ εἰς τὰς τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἀκοὰς ἕκαστα παρελεύσεται, καὶ λύσις ἔσται μῶν δυσχερῶν, δηλωσάντων * ἡμῖν τήνδε Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχέως ἀπόνοιαν καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅσα αὐτοῖς ἀθέσμως παρὰ τοὺς κανόνας κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων, καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τετόλμηται. λογιζόμεθα γὰρ μηδὲν τούτων σαφῶς ἐγνωκέναι τὸν θεοφιλῆ, καὶ εὐσεβέστατον βασιλέα. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἴσχυσαν οἱ τὸν καθ' ἡμῶν ἐγείροντες πόλεμον, ὥστε μηδὲ οἴκτου ἡμᾶς * ἀξιῶσαι ἀδικουμένους, ἀλλ' ὡς ἀδικοῦντας ἐν ἐγκλήμασιν εἶναι. καὶ ταῦτα πρὸς τὸ πάσχειν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας, πρὸς ἄμυναν δὲ οὐδεμίαν τῶν * ἀδικούντων ἐγειρομένους. τὰ δὲ κωλύσαντα τὴν ὁσιότητα ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι, ἡμᾶς ἔχει τὴν πρόφασιν. πολιορκία γὰρ ἀκριβὴς ἡμᾶς νῦν συνέχει ἐκ γῆς τε, καὶ θαλάττης, ὥστε μηδὲ γνωρίζειν τῇ ὑμῶν ὁσιότητι δύνασθαι τὰ * γεγενημένα. τῶν δὲ δακρύων ἔργον καὶ τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐγένετο, τὸ ἕκαστον ἡμῶν, τῶν μήπω πρὸς τὸ τέλος συνελθόντων, τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐπὶ τῷ πράγματι κρίσιν, καὶ ἀσυμβάτως πρὸς αὐτοὺς διακεῖσθαι, πολλῆς ἀνάγκης εἰς τοῦτο τῶν ἀρχόντων ἡμᾶς συνελαυνούσης. καὶ ἐν τούτῳ δὲ τῆς εὐνοίας ὑμῶν τὸ μέρος ἔχομεν, κοινωνοὺς ὑμᾶς καὶ τῶν ἀγώνων, καὶ τῶν * ἄθλων εἰδότες. καὶ ὃ ἐπὶ τῶν τοὺς ἁγίους μάρτυρας ἀγαπώντων ἴσμεν γινόμενον, τοῦτό ἐστι καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας ἰδεῖν. ἔξω γὰρ τῶν ἀγώνων ὄντες, τέως ἀπονητὶ τῶν στεφάνων κατηξιώθητε, εὐνοίᾳ μὲν τοῖς ἀδικουμένοις προσκείμενοι, τοὺς δὲ ἐπαναστάντας καταδικάζοντες· ὡς μηδὲν ἡμᾶς δοκεῖν τῇ ἀπολείψει ἔλαττον ἔχειν, εἰς πάντα ὑμῶν ταῖς ἡμετεραῖς συμφερομένων γνώμαις. οὐ μικρὸν δὲ εἰς ἀφορμὴν νίκης τοῖς μαχομένοις, ἀλλὰ καὶ μέγιστον εἰς παράκλησιν, ὃ καὶ ὑμᾶς ἐμάθομεν πεποιηκέναι, τοῦ λαοῦ τὸν ζῆλον αὐξάνοντας, καὶ θαρρεῖν κατὰ τῶν ὑπεναντίων ἐγείροντας. λείπεται δὲ κατὰ χώραν μένοντας τὰ αὐτόθι γνωρίζειν ἡμῖν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰς γνῶσιν τῶν θειοτάτων βασιλέων, καὶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἄγειν. τοῦτο γάρ ἐστι μᾶλλον εἰς ἐπικουρίαν αὔταρκες, ἢ εἰ καταλαβόντες ἡμᾶς, συνταλαιπωρεῖν ἡμῖν πολιορκουμένοις ἀνάσχοισθε. λογιζόμενοι δὲ μὴ ἐληλυθέναι εἰς γνῶσιν ἡμετέραν τὰ πρώην ἀπο-

* παρέχονται
* ἐμβεβληκότες ἑαυτούς.
* ἡμῶν
* ὑμῶν
* ἀξιῶσαι
* ἀδικουμένων
* γινόμενος
* πόνων

ἀποσταλέντα, ⁊ αὖθις τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν τῆς αὐτῶν ἀντίτυπα διεπεμψάμεθα· ἀνυπέγκλημον δὲ πάλιν ⁊ τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσι. ⁊ γενέσθω τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν ἐπιμελὲς μαθεῖν, ἐν εἰ μὴ ἐπιδέδωται, ὑπομνησθῶσι περὶ τῆς ἀνηνεγμένων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γεγένηται, ἵνα καὶ τῶν μαθημάτων ἡ εὐσέβεια, ἃ πρότερον ἐπιβαλόντες ἡμῖν τινες, ἀγνοῆσαι τὴν αὐτῶν θεοφιλίαν ἐσπούδασαν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐκ χυσοῦ εὐχόμεθα, ἀγαπητοί, ⁊ θεοσεβέστατοι ἀδελφοί.

A istic contingunt, certiores nos faciatis, reique noſtras & ſacratiſſimis imperatoribus, & eccleſiæ ſanctæ declaretis. Hoc enim longe præſentius ſubſidium afferet, quam ſi huc delati, afflictiones & obſidionem nobiſcum ſuſtineatis. Ceterum cum exiſtimaremus, quæ nuper ſcripſimus, ad veſtram cognitionem non perveniſſe, rurſum earumdem rerum exempla ad veſtram pietatem miſimus: ſed & alteram quoque relationem piiſſimis imperatoribus obtulimus. Veſtræ pietatis erit diligenter obſervare, ut ſi quidem reddita fuerint, relata reducatis in eorum memoriam: ſin minus, ſaltem pietas illorum intelligat, quæ ante, quorumdam
B inſidiis intercepta, ad pietatis ipſorum notitiam pervenire inquiverunt. Optamus vos in domino valere, dilecti ac deſideratiſſimi fratres.

Δέησις, ⁊ ἱκεσία ὑπὸ τοῦ κλήρου Κωνσταντινουπόλεως, ὑπὲρ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου.

Cleri Conſtantinopolitani pro ſancta ſynodo Epheſina obteſtatio, & ſupplex libellus.

ΕΙΔΟΤΕΣ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν πολύ τινα λόγον ποιησαμένους τῇ τε ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, τῆς τε ἐν αὐταῖς κηρυσσομένης εὐσεβοῦς ⁊ ἐκ πατέρων ἡμῖν παραδεδομένης πίστεως, ⁊ οἷα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ αὐτῆς προπεπόνηται, ἡλίκα δὲ πάλιν διὰ τὴν ὑπὲρ αὐτῆς σπουδὴν ὑπῆρκται τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ· θαῤῥοῦμεν διὰ τοῦτο ταῖς φιλοχρίστοις ὑμῶν ἀκοαῖς, ⁊ τὴν ἐν χερσὶν ἀναδιδάσκομεν τῶν ἐκκλησιῶν τυραχήν. ὁ γὰρ τῆς ἐπαγγέλματος τῆς ἡμετέρας σκοπὸς, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, πρὸς τοῖς ἄλλοις νομοθεσίαις ⁊ τὸ δεῖν πειθαρχεῖν πάσαις ἀρχαῖς τε, ⁊ ἐξουσίαις παρεγγυᾷ, μέχρις ἂν ἡ πειθὼ δοκοίη λυσιτελὴς εἶναι τοῖς ψυχαῖς. ἐπειδὰν δὲ τὸν τοῦ συμφέροντος ὅρον ἐκφύγῃ, τίνι καιρῷ παῤῥησιάζεσθαι ⁊ πρὸς τὴν ὑμετέραν κορυφὴν οἱ τῆς θείων νόμων ἐξηγηταὶ παρακελεύονται· ⁊ διαφέροντος εἰ ⁊ ἡ βασιλεία τῇ τῆς ὀρθοδοξίας ἐγκαλλωπίζεται πράγματι, ἐν μέρει κατορθωμάτων ⁊ αὐτοὶ λογιζόμενοι τοῦτο, καιρίλιαν ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμούμενοι, ἕως ὅταν τὸ, ἐλάλουν ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην, σωζεσθω ἡμῖν ἐπιδῶσι, καὶ διὰ τούτων προτρέπωσιν ἐν τοῖς ὁμοίοις τῆς παῤῥησίας καιροῖς μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς μιμήσεως. ταύτην τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὴν παῤῥησίαν εἰς καιρὸν ἡμῖν παρεῖναι πειθόμενοι, διὰ τῆς δε τῆς ἱκετείας τὴν ἡμῶν αὐτῶν γνώμην δήλην τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ καθιστῶμεν· ὡς εἰ τὸ ὑμέτερον κράτος τὴν γεγονυῖαν δῆθεν καθαίρεσιν κατὰ τῶν ἀγιωτάτων, ⁊ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου, ⁊ Μέμνονος, παρὰ τῶν ἀπορριφέντων τῆς ἁγίας συνόδου, ὧν οἱ πλείους αἱρετικοὶ, καὶ ἀπελίδες, καὶ ἀκοινώνητοι, ταύτην ἐγχρῖναι πειθοῖτο τῇ αὐθεντίᾳ τῶν τῆς ψήφου ταύτης καθεσταότων κυρίων, καὶ τὴν ἐξουσίαν * παρανομῶν, ⁊ ψῆφον προσδέξαιτο, ἄλογον ὖσαν ⁊ ἀνίσχυρον κατὰ πάντα τρόπον, ⁊ μειρακιώδη, τῇ μήτε * ἀλλάβειαν παρὰ τοῦ ἀρχίου παρὰ τῶν γεγονέναι * παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τῆς τοιούτων τοῦ ἀκρόασιν * τὸ κῦρος ἔχούσης, μήτε μὴν ἔλεγχον ἐπί τινι τῆς ἀπηγορευμένων ἱερωσύνη παρηκολουθηκέναι, πάντες ἡμεῖς ἕτοιμοι μὴ τι

Φαλ. 118. 46.

* Ἐν παρελόμενον.
* παρεμφαίνοντα
* Το. κατ' ἀλλά.
* Το. ἢ παρὰ in mſ. Seg. εἰς τῆς
* Το. ⁊ τὸ κῦρος

A iſtic contingunt, certiores nos faciatis, reique noſtras & ſacratiſſimis imperatoribus, & eccleſiæ ſanctæ declaretis. Hoc enim longe præſentius ſubſidium afferet, quam ſi huc delati, afflictiones & obſidionem nobiſcum ſuſtineatis. Ceterum cum exiſtimaremus, quæ nuper ſcripſimus, ad veſtram cognitionem non perveniſſe, rurſum earumdem rerum exempla ad veſtram pietatem miſimus: ſed & alteram quoque relationem piiſſimis imperatoribus obtulimus. Veſtræ pietatis erit diligenter obſervare, ut ſi quidem reddita fuerint, relata reducatis in eorum memoriam: ſin minus, ſaltem pietas illorum intelligat, quæ ante, quorumdam
B inſidiis intercepta, ad pietatis ipſorum notitiam pervenire inquiverunt. Optamus vos in domino valere, dilecti ac deſideratiſſimi fratres.

Cleri Conſtantinopolitani pro ſancta ſynodo Epheſina obteſtatio, & ſupplex libellus.

CUM non ignoremus, veſtram pietatem ſanctas Dei eccleſias, fidemque piam in illis prædicatam, & a majoribus traditam, magni ſemper feciſſe; qualiter præterea illius cauſa a nobis hucuſque elaboratum ſit, & quantum ipſius ſtudio veſtra pietas præſtiterit; non dubitamus præſentem eccleſiæ
C turbationem ad veſtras Chriſti ſtudioſas aures referre. Etenim profeſſionis noſtræ ſcopus, piiſſimi imperatores, præter alias leges, omnibus quoque principatibus & poteſtatibus obediendum eſſe cavet, dummodo tamen ejuſmodi obedientia animæ conferat. Quod ſi illa inter utilitatis limites non verſetur, tunc etiam adverſus veſtrum apicem cum libertate audendum eſſe, divinarum legum interpretes monent: præſertim vero ſi regia majeſtas recta quoque fide ornata fuerit, id munus virtutis, eximiæque laudis loco ducentes, quamdiu illud nobis aſſidue canunt: *Loquebar in conſpectu regum, & non confundebar*: & hor- *Pſalm. 118. v. 46.*
D tantur in ſimilibus libere loquendi temporibus imitationem hanc non omittere. Hanc igitur nos in præſentia liberius loquendi occaſionem nobis oblatam eſſe rati, hac ſupplicatione noſtram ſententiam veſtræ pietati manifeſtamus: nimirum ſi dominatio veſtra exauctorationem, quam illi in Cyrillum & Memnonem ſanctiſſimos Deoque dilectiſſimos epiſcopos machinati ſunt, qui a ſancta ſynodo deſciverunt, majorique ex parte vel hæretici, vel ſine civitatibus, vel excommunicati ſunt, approbarit, auctoritate eorum perſuaſa, qui hujus ſententiæ auctores extiterunt, & poteſtatem arripuerunt; & incompetens hoc, infirmumque & modis omnibus puerile decretum admiſerit, cum nulla jam inde a principio cautio, neque a ſancta ſynodo, penes quam authentica iſtarum rerum cognitio eſt, neque a quopiam alio præceſſerit; neque ulla eorum quæ ſacerdotibus ſunt interdicta, probatio ſit ſecuta; nos omnes prompti paratique ſumus ea animi alacritate, quæ Chriſtianos homines decet, quodvis periculum cum memoratis ſanctiſſimis viris ſubire, neque ullum diſcriminis experimentum detrectare; arbitrati talem illis

lis mercedem propter diſcrimina, quæ fidei gratia ſuſtinuerunt, jure optimo deberi. Quamobrem cum unum hoc omnibus nobis ſit propoſitum, etiam atque etiam ſacram majeſtatem veſtram rogamus & expoſcimus (quod, ſicuti putamus, juſtum eſt) ut apud vos etiam illorum ſententia confirmetur, qui & numero plures ſunt, & ſedium auctoritate, & exacta orthodoxæ fidei examinatione ſanctiſſimo viro adſtipulati ſunt; & quod recte ſentiat, ad veſtram majeſtatem retulerunt: neque paciſ obtentu, aut ne parva quædam orientalium portio ſeparari videatur; quæ tametſi canonibus obſequi vellet, conjuncta maneret; univerſum terrarum orbem ſimul miſceri patiatur. Etenim ſi œcumenicæ ſynodi præceptor, cujus ſententiæ per ea quæ depoſuerunt, reliqui omnes ſubſcripſerunt, indignum quidpiam præter canonum ordinem pertulerit; idque cum veſtra pietas benigne in talibus rebus ſocietatem exuerit, ac propterea etiam ſynodum congregaverit, ne eam ſuarum fraudaret auctoritate ſanctionum; palam eſt, quia cum privato detrimento eamdem in alios ejuſdem ſententiæ conſortes pœnam confirmabit. Hinc etiam conſequetur, omnes orbis epiſcopos una cum prædictis ſanctiſſimis viris depoſitionis ſententiæ ſubjacere: ac de cetero rectæ fidei exiſtimatio penes Arium, vel Eunomium invenietur: utpote Neſtorio quidem ob impiam doctrinam merito depoſito, Cyrillo autem & Memnone ſanctiſſimis epiſcopis per circumventionem indigne & injuſte & indecenter pari diſpendio multatis. Quamobrem Chriſti amantes imperatores ſedulo curate, ne eccleſia, quæ more nutricis vos educavit, ac trophæa adverſus hoſtes citra difficultatem majeſtati veſtræ erigit, in poſterum diſſipetur, neve regni veſtri tempore martyrum ſæculum ſpectandum exhibeatis: quin potius majorum veſtrorum erga eccleſiam amorem ac ſtudium memoria repetentes, ac quemadmodum unuſquiſque eorum imperii ſui tempore ſanctorum patrum ſynodis celebratis paruerit, patrumque ſanctiones legibus ſuis muniendo, quam illis deferrent obſervantiam ſatis oſtenderint; ita & vos quoque parem affectum erga ſanctam ſynodum, quam modo congregaſtis, alacriter ſuſcipite: ut ipſa gratiarum actiones pro imperio veſtro pure ſancteque perſolvat; & nos quoque pro majeſtatis veſtræ ſtabilitate ſinceras ad Chriſtum dominum preces tranſmittamus, piiſſimi [a] Chriſtianiſſimique imperatores.

A recipere. In ſumma autem clericos orthodoxæ & œcumenicæ ſynodo conſentientes jubemus, eis, qui defecerunt, aut defecturi ſunt, epiſcopis nullo pacto aut ratione ſubjectos eſſe debere.

IV.

ε'.

Εἰ δέ τινες ἀποστατήσειαν τῆς κλήσεως, καὶ τολμήσειαν ἢ κατ' ἰδίαν, ἢ δημοσίᾳ τὰ Νεστορίου, ἢ τὰ Κελεστίου φρονῆσαι. καὶ τοῦτο εἶναι καθηρημένους, ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου δεδικαίωται.

Si qui autem clericorum defecerint, & auſi fuerint vel privatim, vel publice, quæ ſunt Neſtorii aut Cœleſtii ſapere, ſancitum eſt a ſancta ſynodo, iſtos quoque depoſitos eſſe.

V.

ϛ'.

Ὅσοι δὲ ἐπὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησαν * ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, ἢ * ὑπὸ τῆς οἰκείων ἐπισκόπων, καὶ * τούτοις ἀκανονίστως κατὰ τὸν ὅπασιν * διαφορίαν αὐτοῦ ὁ Νεστόριος, * καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες ἀποδοῦναι ἐπεφάσθησαν, ἢ πειραθέντες κοινωνίαν, ἢ βαθμὸν, ἀνωφελήτους μέμεν καὶ τούτους, καὶ εἶναι οὐδὲν ἧττον καθηρημένους ἐδικαιώσαμεν.

Quicumque autem ob turpia geſta ſunt a ſynodo condemnati, vel a propriis eorum epiſcopis, quibus præter canones Neſtorius, qui nullum rerum diſcrimen habebat, & qui cum illo eadem ſentiunt, reſtituere conati ſunt gradum vel communionem, aut conabuntur; iſtos cenſuimus nihil profeciſſe, & manere & eſſe nihilominus depoſitos.

VI.

ζ'.

Ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες βουληθεῖεν τὰ περὶ * ἑκάστων πεφραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οἱοσδήποτε τρόπῳ παρασαλεῦσαι, ἢ ἁγία σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, τὰ οἰκεῖα παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ. εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν.

Similiter autem & ſi qui velint ea, quæ de ſingulis per ſanctam ſynodum Epheſinam geſta ſunt, quocumque modo movere: ſancta ſynodus ipſa decrevit, ſi quidem epiſcopi aut clerici fuerint, eos omnino a proprio cadere gradu: ſi vero laici, excommunicatos eſſe.

Καὶ ὑπέγραψαν πάντες οἱ ἐν τῇ σάσει ἐπίσκοποι.

Et ſubſcripſerunt omnes epiſcopi in (commentariorum) ſerie recenſiti.

Observatio editorum Romanorum.

* Ex edit. Rom. 1608.

* *In Vaticanis libris, & nonnullis aliis, reperiuntur hi ſex canones tantum: in quibuſdam vero additur ſub nomine* VII. *canonis, definitio ejuſdem ſanctæ ſynodi poſt relationem Charifii presbyteri edita: quæ ſuo loco habetur ſup. act. 6. pag. 1362. & pro canone* VIII. *aliud ſynodi decretum de epiſcopis Cypri, quod poſt eorum petitionem ponitur paulo ſupra hac eadem act. pag. 1470.*

Observatio Philippi Labbe S. J. P.

In Collectionibus Joannis Zonaræ ac Theodori Balſamonis, necnon in codice canonum eccleſiæ univerſæ a Joanne Tilio epiſcopo Briocenſi & a Chriſtophoro Juſtello editorum, extant octo Epheſini concilii canones, ſex nimirum, qui præcedenti epiſtolæ inſerti ſunt, & duo alii, qui paulo ante locis indicatis prodierunt: at mirum omnino accidit, in codice canonum Romanæ eccleſiæ a Dionyſio Exiguo interprete fuiſſe (1) prætermiſſos. Cauſam hanc fuiſſe arbitror, quod non univerſæ eccleſiæ decreta viſa ſint Latinis, ſed in peculiari ac privata Neſtorii ejuſque ſatorum cauſa canones pro re dumtaxat nata a Patribus Epheſinis conſtituti.

Observatio Jo. Harduini, S. J. P.

Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Antirrheticis mſſ. anathematiſmum hunc recitat e ſynodo Epheſina: Ἀναθεματισμὸς τῆς ἁγίας συναποστολικῆς γ' συνόδου. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, κατὰ θεὸν ἀληθῶς τὸν θεότοκον· ἀναθεμα ἔστω. Anathematiſmus ſanctæ univerſalis tertiæ ſynodi. Si quis non confitetur Dominum noſtrum JESUM *Chriſtum & Deum eſſe incircumſcriptum divinitate, circumſcriptum eumdem ſecundum humanitatem, anathema ſit. Simile eſt quod idem ipſe tradit in opuſculo* 2. *cont. a Franciſcaches, quod Franc. Turrianus e Societate* JESU *Latine reddidit, exſtatque apud Henr. Caniſium, tom.* IV. *Antiq. lect. pagin.* 254. *Præterea a ſancta ſynodo tertia anathema in eos decretum eſt: ſiquidem ipſa ſancta tertia ſynodus prædicavit circumſcriptum eſſe Chriſtum Deum noſtrum ſecundum carnem: & in eos qui hanc vocem non reciperent:, anathema decrevit. Eſt huic ſententiæ affinis ea, quæ Actione* 1. *recitatur, ex Epiſtola Gregorii Nazianzeni ad Cledonium: quam idem Nicephorus in Antirrheticis proxime appellatis poſtea laudat.*

Ejuſ-

---

1 Neque extant in Collectione Iſidori. In uno ex MSS. noſtris, inquit Harduinus, de Concilio Epheſino, hæc habet Iſidorus ipſe, relatus ex parte a Gratiano in Decr. x. diſt. 16. *Tertia principalium Synodorum Epheſina prima eſt ducentorum Epiſcoporum ſub Theodoſio juniore Auguſto temporibus Cœleſtini Papæ Romani, Juvenalis Hieroſolymitani, atque Cyrilli Alexandrini edita; qua Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genitricem aſſerentem, ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis, juſto anathemate condemnavit; duodecim capitula poſt Synodicam Epiſtolam contra ejuſdem Neſtorii totidem capitula blaſphemiarum auctore præfato S. Cyrillo, anathematizando conſcribens: in quibus aſſerendo, manere in duabus naturis unam Domini noſtri Jeſu Chriſti perſonam, ſubſcribentibus univerſi Epiſcopi.* In Synodico Caſinenſi ſunt hi Canones ſex, *tranſlati*, ut ibi dicitur, *ex codice Monaſterii Acemoienſis*. Vide infra in eodem Synodico.

A

Ejuſdem ſanctæ Epheſinæ ſynodi epiſtola ad ſacram ſynodum in Pamphylia, de Euſtathio, qui ipſarum metropolita fuerat.

Ecclſ. 32. 24. CUM divinitus inſpirata ſcriptura dicat : *Sine conſilio nihil facias* : eos in primis, qui ſacro aliquo in munere verſari volunt, magna diligentia, omnique ſtudio in id incumbere oportet, ut in omnibus rebus adminiſtrandis agendiſque ſumma adhibeatur conſideratio. Nam iis, qui ſic vivere volunt, in optima ſpe res eorum ſitas eſſe, & veluti ſecundo curſu, quæ optant, ſuccedere contingit. Et ſane hæc non parum rationi conſentanea eſt oratio B Verum interim ſolet incidere aliquando aſper ac intolerandus dolor, qui mentem humanam ſubito aliquo percellat impetu, itaque eam perturbatam perverſamque reddat, ut & ab utilium honeſtorumque indagatione abducatur, & ad ea, quæ natura ad lædendum ſunt comparata, ſpecie bonitatis perſequenda impellatur. Tale quiddam ſanctiſſimo viro Euſtathio contigiſſe cognovimus. Rite enim ac ſecundum canones, ut omnium teſtimonio probatur, ordinatus eſt. Poſtea vero, cum in tumultum a nonnullis, ut dicit, pertractus eſſet, ſubitiſque ac inſperatis undique malis circumſeptus (cum uſum in rebus gerendis admodum exiguum haberet) ſuſtinere tam multas, tamque graves, quæ ei incumbebant, curas non vellet, nec refutare eorum, qui ipſum adorirentur, maledicta cum poſſet; recuſationis & abdicationis obtulit neſcio quo pacto libellum : cum contra oportebat, eam, quam ſemel fidei ſuæ ſacerdotalem curam commiſſam habuerat, fortitudine ſpiritali tenere, ac labores ſubire, ac animo volenti ſudorem, cui merces propoſita eſt, ſuſtinere. Quæ diligentia quoniam in hoc aperte deſiderata fuit, id (tamen ex exiguo rerum uſu potius, quam ex ignaviæ deſidiæque vitio) neceſſitate adacta veſtra pietas eſt, memoratum Dei amantiſſimum D fratrem noſtrum, ac in epiſcopali dignitate collegam, Theodorum elegit, qui curam eccleſiæ ſubiret. Indignum quippe fuiſſet, viduam manere eccleſiam; indignum, paſtore carere ſalvatoris noſtri ovilia. Quoniam ergo flens rogatum venit Euſtathius, cum ſanctiſſimo Theodoro epiſcopo, non de civitate recipienda, non de eccleſia decertans, ſed ſolum epiſcopalis nominis honorem ac vocationem expetens : hominis nos lenectus ſane commovit univerſos, nec ut privatas ejus lacrymas, ſed tanquam communes reputantes, inquirere ſtuduimus, legitimamne paſſus eſſet memoratus vir depoſitionem, an ſcilicet de abſurdis factis diE ctiſve convictus eſſet, obtrectantibus nonnullis adverſus ipſius exiſtimationem. Itaque reperimus, hominem nihil ejuſmodi perpetraſſe, ſed potius illi pro crimine recuſationem officii vitio datam fuiſſe. Unde neque pio veſtro ſtudio ſuccenſuimus, quo in illius locum convenienter prædictus reverendiſſimus epiſcopus Theodorus ſuffectus eſt : ſed quia adverſus ejus animum a negotiis gerendis remotum non admodum de-

Ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν ἁγίαν Παμφυλίαν διαγῆ σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γενομένου αὐτῆς μητροπολίτου.

Ecclſ. 32. 24. ΜΕΤΑ βουλῆς πάντα ποίει, τῆς θεοπνεύστου λεγούσης γραφῆς, [1] χρὴ δὴ μάλιστα τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας μετὰ πάσης ἀκριβείας τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις ποιεῖσθαι διασκεψιν. διαβεβαιοῦσι γὰρ ὅσοι ἐθέλουσιν, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος * κεῖσθαί τε τὰ κατ' αὐτοὺς, καὶ οἷον ἐξ ἀρίστης ἐπὶ τοῖς κατ' ἀκμὴν ἀκμὴν ἀποφέρεσθαι συμβαίνει. καὶ πολύ τί γε εἰκὸς λόγος ἔχει. ἀλλ' οἶδεν ἐυ' ὅτι δριμείας, καὶ ἀφορήτους λύπη κατισχήσασα νῦν κατὰ θέλουσί τε δεινῶς αὐτὸν, καὶ τῆς τῷ θεόντων ἀποκομίσαι θήρας, ἀπαπεῖσαί τε τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, ὡς τι τῷ ὀνητιφόρων ἰδεῖν. τοιοῦτόν τι πεπονθότα πεθαίμεθα τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοσεβέστατον Εὐσάθιον κεχειροτονῆσθαι μὲν γάρ, ὡς μεμαρτύρηται, κανονικῶς· πεθορυβημένος δὲ, ὡς φησι, παρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περισάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀθαραγμοσύνης ἀπειρηκὼς τοῖς ἀντίσασιν τῷ ἐπικλωσμένοις αὐτῷ φροντίσιν, καίπερ διακρίσασθαι τὰς παρὰ τῷ ἐκείνου μενων αὐτῷ δυσφημίας δυναμένους, παραιτήσατο ἐν ἴσῳ ὅπως * προσεκόμισε βιβλίον. ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα, ταύτης ἔχεσθαι μετ' ἀνδρείας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀντιπαιδεύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἔμμισθον ἐθέλοντι ὑπομένειν. ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ὀλιγώρως ἔχοντα παρέδεξθε ἑαυτὸν, τοῦτο παθὸν ἐξ ἀθαραγμοσύνης μᾶλλον, ἢ ἕξεως, καὶ ῥᾳθυμίας, χειροτονήσατε ἀναγκαίως ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τὸν ἁγιώτατον, καὶ θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ συνεπίσκοπον Θεόδωρον, φροντιοῦντα τῆς ἐκκλησίας. ὁ γὰρ ἐμὸν ἀκόλουθον χρὴ εἶναι αὐτὸν, καὶ ἐπισκάπτειν τὸ σωτῆρος τὰ ποίμνια. ἐπειδὴ δὲ προσῆλθε κλαίων, ὁ περὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ τῆς ἐκκλησίας φιλονεικῶν τῷ μνημονεύσαι θεοσεβοῦς ἀτῷ ἐπισκόπῳ Θεοδώρῳ, ἐξετῷ δὲ τῶν τιμῶν τὸ ἐπισκόπου τιμὴν, καὶ κλῆσιν, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ προσβύτῃ, καὶ κοινὸν εἶναι λογισάμενοι τὸ αὐτοῦ δάκρυον, ἐσπεύδομεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ὑπομεμένηκε ὁ μνημονευθεὶς, ἢ γὰρ εἰ ἐπί τισι τῷ ἀτόπων ἐλήλεγκται παρά τινων καταφλυαρησάντων αὐτὸ τῆς ὑπολήψεως. καὶ δὴ ἐμάθομεν παραχθὲν μὲν τοιοῦτον οὐδὲν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος, τὴν παραίτησιν. ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ δεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεόδωρον. ἐπειδὴ δὲ τῇ ἀθαραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς ὁ σφοδρὰ φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι προσβύτην, ἔξω καὶ πόλεως τῆς συγχύσεως αὐτῶν, καὶ παθῶν οὐδὲ αἰτημάτων ὧν μακροῖς ὕπω γεγονότα χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν, ἐξ ὡρίσαμεν δίκαι πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν τὸ, τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν χειροτονίαν· ὥστε μόνον, ὡς ἐμὴ χειροτονῆσαι αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας * αὐθεντείας· ἀλλ' ἢ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον, ἔτιν ἐπιξεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ ἀδελφῷ, ἐξ συνεπισκόπου, κατὰ διάθεσιν. καὶ ἀγα-

* Ita ms. Cod. Bibliothecæ Cæſareæ, teſte Lambecio *lib.* 8. *pag.* 404. χρὴ δὲ. Harduinus.

* ἐν τῷ καλῷ

* αὐθεντείας

1 In MS. Cod. Bibliothecæ Cæſareæ, teſte Lambecio *lib.* 8. *pag.* 404. χρὴ δὲ. Harduinus.

χαίρειν τῶν ἐν Χριστῷ. εἰ δέ τι βουλόσοιτο χρησότερον εἰς αὐτῷ ἢ νῦν, ἢ εἰς τὸ μὴ τοῦτο, ἀρέσει ἡμῖν τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

A certare oportuit, ſed miſerari potius ſenem, qui procul ab urbe in qua natus fuerat, & a patriis ædibus tamdiu abfuiſſet; juſtum rectumque eſſe definivimus, ut abſque omni contradictione & nomen retineat epiſcopi, & honorem, & communionem: ea tamen lege, ut neque ordinandi ipſe auctoritatem habeat, neque in ulla eccleſia ex propria ſacrificet auctoritate; niſi id ſibi vel adjuvandi cauſa, vel conceſſionis ratione, affectu amoreque Chriſtiano a fratre & coepiſcopo, ſi ita contigerit, liberaliter deferatur. Quod ſi vos de eo melius quidpiam cogitabitis aut nunc, aut in poſterum, gratum id etiam acceptumque ſanctæ ſynodo futurum eſt.

De Euchetis vide Nicephor. lib. 12. c. 14.

Definitio ſanctæ & œcumenicæ ſynodi Epheſinæ contra impios Meſſalianitas, qui & Euchetæ, & Enthuſiaſtæ quoque appellantur.

VENIENTES ad nos pientiſſimi & religioſiſſimi epiſcopi Valerianus & Amphilochius, propoſuerunt in communi conſiderandum de Meſſalianitis, hoc eſt, Euchetis, vel Enthuſiaſtis, qui in Pamphylia verſantur, vel quocumque nomine contaminatiſſima hæreſis vocatur. At nobis conſiderantibus attulit pientiſſimus & religioſiſſimus epiſcopus Valerianus ſchedulam ſynodicam de illis compoſitam in magna Conſtantinopoli ſub beatæ memoriæ Siſinnio: quæ ubi lecta, ab omnibus probata eſt, quod bene ſit condita, rectæque habeat. [a] Et placuit nobis omnibus, & pientiſſimis epiſcopis Valeriano & Amphilochio, & omnibus Pamphyliæ & Lycaoniæ provinciarum pientiſſimis epiſcopis, ut omnia, quæ in ſynodica charta contenta, robur habeant, & nullo modo prætereunda; ut ſolida ſint & ea, quæ in Alexandria acta ſunt; ita ut omnes, qui per univerſam provinciam hæretici Meſſaliani vel Enthuſiaſtæ ſunt, vel de ejus hæreſeos morbo ſuſpecti, ſive clerici, ſive laici ſint, conveniantur: & ſi quidem anathematizaverint, juxta ea, quæ [b] in prædicta ſynodo ſcripto pronunciata ſunt, in ſcriptis; ſi clerici fuerint, maneant clerici; ſi laici, ad communionem admittantur. Quod ſi renuerint anathematizare, ſi presbyteri vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu eccleſiæ, excidant & a clero, & a gradu, & a communione: laici vero anathematizentur. Convicti quoque non permittantur habere monaſteria, ut ne zizania diffundantur & creſcant. Hæc ut ſic agantur, omnes vires intendant pientiſſimi epiſcopi Valerianus & Amphilochius, ceterique reverendiſſimi totius provinciæ epiſcopi. Unde ad hæc placuit, librum * pollutum illius hæreſeos qui dicitur Aſceticon, anathematizari, quem attulerat religioſiſſimus & pientiſſimus Valerianus, utpote ab hæreticis compoſitum. Similiter ſi quid illorum impietatem ſapiens apud pleroſque inveniatur, etiam hoc anathema ſit. Præterea dum conveniunt, quæ utilia & neceſſaria ad concordiam & communionem & * diſpenſationem, manifeſte ſcriptis commendentur. Si autem quæſtio oborta de his, quæ in hoc negotio ſunt, & ſi quid difficile & ambiguum fuerit, quod pientiſſimis epiſcopis Valeriano & Amphilochio, ceteriſque per totam provinciam epiſcopis non probatur, admotis ſcriptis omnia excutere debent. Et ſi relicti fuerint pientiſſimi epiſcopi vel Lyciorum, vel Lycaoniorum, non relinquatur tamen metropolitanus, provinciæ cujuſcumque fuerit. In commentarios hæc referenda, ut ſi qui opus habent iis, inveniant, quo etiam aliis ea diligentius exponant.

* pollutæ.

* diſpoſitionem.

SUPPLEX LIBELLUS AB EUPREPIO Epiſcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo epiſcopo Cœlenſi, ſanctæ ſynodo oblatus.

Sanctæ & univerſalis ſynodo, gratia Dei & aſſenſu pientiſſimorum regum in Epheſiorum metropoli congregatæ, ab Euprepio epiſcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo epiſcopo Cœlenſi.

VETUS mos viget in provinciis Europæ, quod ſinguli epiſcopi duos vel tres ſub ſe habeant * epiſcopos: unde Heracleæ epiſcopus ſub ſe habet Heracleam & Panion; epiſcopus autem Byzes ſub ſe Byzen & Arcadiopolim; Cœlenſis vero ſimiliter habet Cœlan & Callipolin: porro epiſcopus Sabſadiæ ſub ſe habet Sabſadiam & Aphrodiſiadem. Itaque olim & ab initio eccleſias illas duo Europæ epiſcopi adminiſtrabant, & nunquam prædictæ civitates proprios acceperunt epiſcopos: ſed aliæ quidem ſub Heraclea fuerunt ab initio; Arcadiopolis autem fuit epiſcopi Byzenſis; Callipolis ſimiliter epiſcopi Cœlenſis. Verum, quoniam nunc * Phriuclas Heracleæ epiſcopus a ſancta ſynodo apoſtata factus, Neſtorio, & cum illo ſentientibus ſe addixit, (ſuſpicamur autem, quod nunquam vel ipſe ulciſcens tanquam hoſtes, vel qui cum ipſo Heracleæ epiſcopatum adminiſtrant, veniant ad ordinandum epiſcopos, juxta veterem & roboratam conſuetudinem in memoratis civitatibus, quæ nunquam proprios epiſcopos receperunt;) itaque priſcos mores & conſuetudinem, quæ olim & ab initio viguit, commoveri propter novitates cogitantes, oramus veſtram pietatem, definitionem pronunciari de ea re a veſtra ſancta magnaque ſynodo, proprioque ſignaculo eam roborari; ita ut neque eccleſiis noſtris privemur, in quibus plurimum laboravimus; neque mos jam longo tempore confirmatus, a quopiam præmemoratorum commoveatur, fiantque bella & inordinationes, maxime inter epiſcopos Europæ. Cujus rei ſi compotes facti fuerimus, gratiam habituri ſumus omnium Deo, qui hic veſtram ſanctitatem congregavit ad corrigendas eccleſias orbis.

* *f.* epiſcoputus.

* Frivilas.

Sancta & univerſalis ſynodus dixit: Honeſta petitio eſt pientiſſimorum epiſcoporum Euprepii & Cyrilli, quam oſtendunt oblati libelli. Unde & ſanctis canonibus, & externis legibus, * quæ veterem conſuetudinem, nunc vim legis habent, nihil innovandum in Europæ civitatibus, ſed juxta veterem conſuetudinem gubernentur ab epiſcopis, a quibus & olim; cum nullus etiamnum metropolitanus, qui alioqui ſuſtuliſſet poteſtatem; neque poſtea futuris temporibus poterit aliquid a veteri conſuetudine innovari.

* *Hæc mutila & depravata videntur.* *f.* ſecundum.

[a] Græce hæc extant in Concilio Nicæno II. Act. 1. *Harduinus.* [b] Sive in Synodica charta, de qua dictum eſt proxime. *Harduinus.*

Ex Hard. t. 1.

CANONUM CONCILII EPHESINI

Auctore Josepho Presbytero Ægyptio, ut dictum est superius, interprete Severo Gabriele

PARAPHRASIS ARABICA

LIBER TERTII EX OECUMENICIS CONCILIIS,

Quod Concilium Ephesinum est: & numerus episcoporum ejus erat 200. qui contra Nestorium hæreticum congregati sunt. Hæc autem synodus in consequentia numeri synodorum, decima sit necesse est. Gloria Deo sit in æternum.

In nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

HOC tertium ex Oecumenicis Conciliis Ephesi congregatum est, constans episcopis, sanctis Patribus, numero ducentis: qui contra hæreticum Nestorium, Nestorianorum magistrum, congregati sunt. Sancta, inquam, hæc tertia synodus a ducentis numero episcopis, sanctis Patribus, Ephesi celebrata, prima quidem vice Nestorii hæretici causa convocata est, qui Christum divisit, dixitque, in eo duas esse naturas duasque personas, & non confessus est, Dominam immaculatam beatam Virginem Mariam Dei genitricem fuisse. Determinarunt, confirmaruntque, ac uno ore confessi sunt Patres in hac synodo congregati, de unico Dei Filio, eum e cœlis descendisse, & a Spiritu sancto atque Virgine Maria incarnatum esse, & humana natura vestitum, eumque duas habere naturas in una persona, qua e Virgine Domina Maria natus est: & Nestorium infidelem excommunicarunt & anathematizarunt. Habitum est hoc Concilium auspiciis Imperatoris Theodosii junioris, filii Arcadii: & in eo anathematizatus est Nestorius, cui Cyrillus Alexandrinus anathema indixit. Celebratum est tertium hoc Concilium Ephesi prima vice, in quo ducenti numero episcopi congregati sunt, auspiciis Imperatoris Theodosii junioris Arcadii filii, filii * Antiani: & præses in eo erat Cyrillus Patriarca Alexandrinus & ipse loci fuit moderator, atque * Constantinus Patriarcha Romanus, nec non Juvenalis patriarcha Hierosolymitanus. Quin etiam Joannes Antiochenus, is adesse promiserat. Cum iste autem se contineret, Cyrillus eum non exspectabat: verum congregatis, qui aderant, episcopis, in Nestorii sententiam diligenter inquirebat.

* Theodosii senioris, Theodosii II. avunculi.

* Pro Cœlestino.

Cum autem congregati essent, & considissent ad judicium ferendum, Nestorium quærebant, & inveniebant totum cœtum absenti ei obtrectare; quoniam tunc temporis Ephesi aderat. Et quando ad eum mittebant, isto ad illos non veniret; tunc secundo & tertio ad eum mittebant. Cum autem ad eos venire noluerit, & synodum despectui habuerit, dicebat illico Cyrillus: Proferte opinionem ejus coram me. Et eam proferebant in libro manu ipsius scripto. Quæ cum synodo exposita fuissent, in ea deprehendebant, quidquid isti objectum fuerat. Et opinionem propria ipsius manu scriptam cum sententia sanctorum Patrum comparabant, & eam iis contrariam inveniebant. Quare eum anathematizarunt, & segregarunt.

Hic autem Nestorius Patriarcha erat Constantinopolitanus: & opinio ejus hæc erat: Dominam Mariam Deum revera non peperisse: & sic dicebat duos esse (filios,) quorum unus Deus esset, isque a Patre genitus: alter homo, isque a sancta Maria natus fuit. Dicebat etiam, hominem istum Christum esse per unitionem & amorem cum Filio Dei unitum: ipsumque Deum & Filium Dei appellabat: at non revera, sed per concessionem & nominum communionem, honoris gratia, sicut unus ex prophetis, qui ita appellantur.

De scripto ejus: Et hoc manu ipsius scriptum erat, opinionem ejus breviter comprehendens. Dicit Nestorius, quod Christus perfectus sit Deus, & perfectus homo: & quod Pater genuit Deum, sed non genuit hominem: & quod mater beata Maria hominem proprie peperit, sed non peperit Deum. *Responsum Cyrilli*. Tunc Cyrillus dicebat; Si res ita se habeat, ut Nestorius asserit, tunc qui coluerit Christum, plurium deorum assertor est, & infidelis; quoniam colit eum, qui æternus est, & qui de novo exsistit: & qui cultum ejus deserit, summe infidelis est; quia ab ejus, qui æternus est, cultu recedit, quemadmodum & recedit a cultu ejus, qui de novo productus est; & qui deitatem citra hominem in eo colit, Christum non colit: neque enim ab una parte sine altera Christus jure appellari potest. Et dicebat Cyrillus synodo: Nonne corrupta est Nestorii opinio; & ipse dignus, cui accerrimum infligatur anathema, quemadmodum * socio ejus antea inflictum fuit? Respondit etiam synodus, dixitque: Maxime. Et Cyrillus iis dicebat: Si hoc necessarium vobis visum fuerit, anathematizate eum. Et synodus eum anathematizavit, & a communione abscidit, & anathema ejus in libro descripsit, & in eo præcepit, ut una cum hæreticorum catalogo legeretur.

* Forte, Paulo Samosateno.

Nestorius certior de hoc factus, post anathema ei sic inflictum, abiit propere viam suam capessens; & scientibus, & doctoribus, & sapientibus dixit, Anathema in ipsum sine causa esse: se enim negare id, quod illi de ipso dicerent: hoc autem sibi idcirco accidisse, quia filiam Imperatoris menstrua patientem ad altare ingredi prohibuerat. Hoc autem quod dicebat, falsum erat, ut ex ipsius scripto constat, huic contrarium prodente. Post hæc Cyrillus per apostolicas, id est, epistolas, ea de re cum eo expostulavit: eique consuluit confiteri, Christum verum esse Deum, & hominem verum; & sanctam Virginem Dominam Mariam revera Deiparam fuisse; & ab eo postulavit, ut a pravitate opinionis rediret; & tum ipse eum reciperet, & anathemate solveret.

ret. Neſtorius autem reſponſum ei dedit, quo ſe conſilio ejus non obſecuturum ſignificavit. Tunc Cyrillus ad eum rurſus ſcripſit libellum, in quo eum a turpi ejus opinione recedere admonuit; eique in libello ſuo commemoravit etiam, Chriſtum ex duabus naturis in una perſona unitis conſtare. Hoc autem contrarium fuit improbo ejus dicto. Ipſe enim dixit, unionem eſſe duarum perſonarum conſenſum: cum per veram unionem una ſit perſona ex duabus naturis conſtans. Neſtorius autem vehementius quam antea, & ſuperbius ei reſponſum dedit; nec ab infidelitate ſua & pravitate opinionis receſſit.

Quapropter Cyrillus omnis Ægypti populi ſynodum Alexandriæ convocavit, ex epiſcopis, & metropolitis, & catholicis etiam Æthiopiæ & inſularum, & ex omnibus Nubiæ præſulibus, eorumque catholicis: adeo ut magnus tunc temporis numerus conveniret: & in præſentia ſynodi ad Neſtorium denuo ſcripſit, eique ſententiam ſuam repetiit, Chriſtum ex duabus naturis in una perſona unitis conſtare; & in Apoſtolica, id eſt, epiſtola, duodecim capita ſic numerata ſcripſit: quibus proprietates Chriſti & ſubſtantialitatem ei expoſuit: & quod niſi ipſe aſſenſum in neceſſaria ſibi veritate præberet, a conſortio ipſius arceretur.

Interea autem, dum Neſtorius ſtatu quo prius perſeveraret, ſynodus Epheſi celebrata eſt, quemadmodum ante diximus. Quin etiam in urbe Alexandria philoſophi, & docti, & ſapientes, & eruditi viri in negotium ejus diligenter inquirebant. Cum ipſe autem in priore ſua infidelitate perſiſteret, anathematizatus eſt Neſtorius, & in omnibus locis excommunicatus: & poſt inflictum ei anathema periit, & opinio ejus omnino obliterata eſt.

Poſthæc Joannes Antiochenus advenit, qui, cum eos judicium ante ſui adventum pronunciaſſe inveniſſet, ægre admodum & indigne ferebat, quod Neſtorium excommunicaſſent: remque ejus affectam dederant, priuſquam ipſe advenerit, & cum ipſe non præſens fuerit. Cum autem hoc ei non alia de cauſa contigerit, quam quod eum contemptui habuerint, & non exſpectaverint; ipſe epiſcopos orientales, qui cum ipſo advenerant, congregabat; & præcipiebat, ut Cyrillus excommunicaretur: & una cum eo excommunicatus eſt Memnon epiſcopus Epheſinus. Arbitratus eſt enim (Joannes) eos ambos injuſte judicaſſe, & contra eccleſiaſticas egiſſe leges, & peſſime ſynodum rexiſſe. Cum autem populi Epheſini & ſocii Cyrilli has abſurdas res, & pravitatem eorum, quæ fecerat epiſcopus Antiochenus, vidiſſent, in eos irruebant, & ſumma propterea eum ignominia Epheſo rejiciebant.

Cum hæc omnia inter eos interceſſiſſent, Orientales & Græci in duas partes diviſi ſunt. Sed Imperator eos demulcere non deſtitit, donec pacem inter eos conciliaret; tametſi Orientales hoc ab iis contentionis, non veritatis cauſa factum aſſeverarent. Librum etiam reſponſorum ad hanc rem ſcripſerunt; in quo manifeſtum fecerunt, ſanctam Dominam Virginem Mariam peperiſſe Deum, qui eſt Dominus noſter JESUS Chriſtus, qui unius eſt cum Patre naturæ: qui cum Patre eſt in natura divinitatis, & cum hominibus in natura humanitatis. In eo etiam crediderunt in duas naturas & unam perſonam; & Neſtorii ſegregationem etiam in eo ſumme perfecerunt. Hunc itaque libellum Paulus epiſcopus Emeſenus ad magnam urbem Alexandriam portavit, ubi Cyrillus Patriarcha eum libentiſſime recepit, & ſummo propter eam gaudio repletus eſt; & ſuum etiam aſſenſum præbuit iis, quæ in iſto ſcripta ſunt, quoniam vere ſcriptus eſt. Poſtea Cyrillus etiam libellum ad Orientales ſcripſit: in eo erat fides ejus, quatenus veritati aſſentitur. In eo ſcripſit etiam reſponſum libelli, quem Paulus epiſcopus Emeſenus attulit. Et in eo ſic ſcriptum eſt: "Reſponſum a Cyrillo orthodoxo in nomine JESU Chriſti: Hæc utique eſt fides mea in re, de qua in libro veſtro ad me ſcripſiſtis: & hæc fuit fides ejus cum ſynodo; JESUS Chriſtus Salvator meus in duabus utique naturis & una perſona cognitus eſt.

In hanc ſententiam ivit Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Orientales etiam univerſi hanc fidem aſſenſione ſua comprobarunt: quo factum ut homines confirmentur, & populi eccleſiæ recta via inſiſtant: & Neſtorius perierit, & opinio ejus penitus extincta fuerit, uſque quo longo poſt tempore Barſuma eam reſuſcitaverit. Fuit hic Barſuma metropolita Niſibinenſis, iſque eam in Oriente diſſeminavit: & idcirco plurimi ſunt in Oriente Neſtoriani, quibus nullus eſt Patriarcha: ſed iis præfecti ſunt Catholici, qui iis etiam ad hunc uſque diem præſunt. Qui autem ad ſanctam nobiſcum Eccleſiam non accedunt, ab ea ſegregati arbitrantur, Cyrillum, cum Orientalium libellum legiſſet clanculum, eum acceptum improbaſſe in eo, quod ibi dictum fuit, Dominum Chriſtum duas habere naturas in una hypoſtaſi. In hoc autem vani ſunt & mentiuntur: omnes enim Cyrilli libri hoc diſerte aſſerunt. De hoc enim librum conſcripſit ad * Ilarium epiſcopum Corinthi, & alium ad Acacium * Malatenſem, & ad complures alios epiſcopos, eos certiores faciens, ſe Orientales non culpare, quippe qui eos antea in hac fide ſuſcepiſſet, ſed omnes culpare, qui eos culpant: ſeque ſententiam eorum & fidem prædicare; eamque cum vera etiam fide convenire; illoſque Neſtorio aſſenſum non præbuiſſe, ſed ei & ſequacibus ejus maledixiſſe.

* Pro Valerianum.

* Pro Melitenem.

Hoc autem ſtatutum eſt ſancti Epheſini Concilii. * Unicum enim edidit Canonem de fide ſanctæ Eccleſiæ. Decrevit ſancta ſynodus, ut nulli e fidelibus liceat aliquid proferre, quod contrarium eſt iis, in quæ ſancti Patres conſenſerunt; aut aliam ab ea, quam ſancti Patres expoſuerunt, fidem ſcribere; aut aliam ſcribere fidem ab ea, quam ſancti trecenti duodeviginti Patres in urbe Nicæa Spiritus ſancti ope ediderunt. Quod ſi quis auſus fuerit aliam ab ea fidem componere, aut aliquid fidei & conſtitutioni noſtræ contrarium proferre, ei qui ex Ethnicis & Judæis & aliis gentibus & hæreticis quibuſcumque, ad noſtram, quæ vera & recta eſt, religionem, & ad veritatis cognitionem accedere cupit; de iſto præcipimus, quod ſiquidem qui hoc facit, epiſcopus ſit, aut ſacerdos, gradu ſuo deponatur: ſin laicus ſit, acuto anathemate percutiatur. *Finita eſt ſynodus Epheſina.*

* Nam eadem res ſic habet pro uno poſſum.

AVVISO.

NEL fine del Tomo III. avendo prodotto il Catalogo degli Aſſociati, che mi favoriſcono in queſta impreſa, m'ero riſerbato di riſtamparlo in ſeguito coll' aggiunta sì di quelli, che per errore s'erano ommeſſi, come di quelli, che di recente ſi foſſero degnati di aſcriverſi; ora l'eſeguiſco con tutta l'eſattezza, e corretto eziandio da tutti gli errori, che ne' cognomi, e titoli ſono incorſi. E ſiccome 50. ſoli eſemplari in allora me ne rimaneano del numero delli 300., nella preſente Carta ſtabilita per l'Aſſociazione, così vedendo oggidì rimanermene aſſai minor ſumma, mi conviene manifeſtare, come in concorrenza di maggior numero di perſone non potendole più ſervire nella Carta medeſima, ſarò sforzato a corriſponder loro gli eſemplari della carta più piccola, la quale però in qualità non meno, che in grandezza ſupera quella dell' Edizione di Parigi, e quella ſimilmente fina dell' ultima Edizione Veneta, e ſi pagheranno ſimilmente L. 30. Venete al Tomo. Chiuſa poi che ſarà l'Aſſociazione ſi pagheranno L. 36. giuſta il mio Manifeſto.

Chiunque aveſſe memorie inedite, od altre erudizioni degne d' eſſere inſerite in queſta mia riſtampa, reſta ſupplicato farmele ricapitare, mentre nelle Prefazioni che tratto tratto ſi faranno a Tomi, ſe ne farà commendabile rimembranza.

CA-

CATALOGO

DE' SIGNORI ASSOCIATI,

Con l'Aggiunta di quelli, che nuovamente ſi ſono aſcritti.

DISTRIBUITI PER ORDINE ALFABETICO DELLE CITTA', E COGNOMI LORO.

ADIGE.

Reverendiſſimo Abb. Ignazio de' Canonici Regolari della Congregazione Lateranenſe in S. Michele.

ASCOLI.

Cornacchia Illuſtriſs. e Reverendiſs. P. Abb. de' Monaci Olivetani per la Libreria del Monaſtero di S. Angiolo Magno.

Tanurſi Molt. Rev. P. F. Luigi Antonio di Ripatranſone Lettore di Sacra Teologia, Min. Oſſ. *per copie* 2.

AUGUSTA.

Mauro Mol. Rev. P. Candido dell' Ordine di S. Norberto Premoſtratenſe, e Priore del Convento di Uſperg.

Waggner Sig. Ignazio Librajo *per copie* 2.

AUSTRIA INFERIORI.

Monaſterium Seyttenſtittenſe Ord. S. Benedicti.

BARI.

Pizzoli Reverendiſs. Sig. D. Nicolò Canon.

BOHEMIÆ.

Monaſterium Hochenfurtenſe Ordinis S. Bernardi.

BOLOGNA.

Archetti S. Ecc. Monſ. Andrea Vicelegato di Bologna.

Martinez Ill. Sig. D. Antonio Rettore del Real Collegio di Spagna.

Montefanni Ill. Sig. D. Bibl. dell' Iſtituta.

BRESCIA.

Poncharali Reverendiſſimo P.° Abbate D. Franceſco per la Biblioteca de' Canonici Lateranenſi in S. Salvatore.

CANDIANA.

Cuſiani Reverendiſs. Sig. D. Alfonſo Can. Reg. di S. Salvatore.

CAVA.

Borgia Monſig. Illuſtriſs. Reverendiſs. D. Nicolò Veſcovo.

CHIATI.

Starlik S. Ecc. Romualdo March. di Carmignano.

CASTEL FRANCO.

Fraſſen M. R. P. F. Giuſeppe Franceſco de' Min. Conv. Maeſtro in Sacra Teologia, Profeſſore di Filoſofia, e Geometria nel Seminario, e Collegio di Montefiaſcone.

CATANIA.

La Pubblica Libreria dell' Univerſità.

La Libreria de' RR. PP. Domenicani.

CHIERI.

Il Noviziato de' RR. PP. della Compagnia di Gesù.

CINGOLI.

La Libreria de' RR. PP. Minori Conventuali.

Raſaelli Ill. Sig. Franceſco Maria.

CITTA' DI CASTELLO.

Segapelli Illuſtr. Nobile Sig. Giacopo.

CHIOZZA.

Bottari Illuſtriſs. Sig. Dott. Bartolommeo Med. Fiſ.

Fatturini Illuſtr. Sign. Dott. Girolamo.

Pacienza Rev. Sig. D. Antonio.

Vianelli Reverendiſs. Sig. Canonico D. Girolamo Dottor di Sac. Teologia.

COMO.

Bettolio Illuſtr. Sig. Dottor Carlo Salvatore Prefetto degli ſtudj, e Rettore del Seminario Veſcovile.

Lezzio Reverendiſs. D. Giuſeppe Provicario Generale del Veſcovato di Como, e Pubblico Lettore del Gius Pubblico.

CONEGLIANO.

Sangallo M. R. P. M. F. Giulio Antonio de' Min. Conventuali.

FERRARA.

Rovetta M. R. P. Stefano Bibliotecario nel Collegio della Compagnia di Gesù.

FIRENZE.

Alamanni S. Ecc. March. Alfonſo, Priore del Capitolo di S. Lorenzo.

Bonciani Reverendiſs. Sig. D. Girolamo Gerini Canonico della Metropolitana.

Barcheſi Sig. Angiolo Librajo. *per Copie* 2.

Lami Ill. Sig. Abb. Giovanni.

de Moneta Ill. Sig. Benedetto Profeſſore di Legge di S. M. Imp., ſuo Conſigliere di Giuſtizia nella Ruota di Firenze, e Preſidente al Magiſtrato della Mercanzia.

FULINA.

Rombaldini Reverendiſs. P. Abb. D. Andrea per la Libreria del Monaſtero

GE-

GENOVA.

Beſio R. P. Veſpaſiano.
Sobreri R. P. M. Piertommaſo dell' Ordine de' Carm. calzati.
Il Noviziato di Paverano de' RR. PP. delle Scuole Pie.
della Croce M. R. P. Giantommaſo Carmelitano Scalzo, per la Libreria.

GUBBIO.

Nutti Nob. Sig. Abb. Bernardino Deputato della Congregazione Sperella.
Paolucci M. R. P. M. F. Giuſeppe Minor Conv. Pubbl. Profeſſ. di Filoſofia, ed Eſaminatore Sinodale.
Staffa M. R. P. F. Franceſco Maria Servita, Maeſtro in Sacra Teologia, Eſaminatore Sinodale, e Conſultore del S. Offizio.

ISPIDA.

Gobbati M. R. P. M. Gianbattiſta Secretario Generale, *per Copie* 2.

ISPRUCH.

Eggier Illuſtr. Sig. Antonio Giuſeppe Maria Bernardo de Marienfraund, Sindic. dell' Inclita Provincia del Tirolo.

LANCIANO.

Liato Monſig. Illuſtriſs. Reverendiſs. D. Giacomo Arciveſcovo.

LESINA.

Becich Illuſtriſs. e Reverendiſs. Monſign. Antonio Veſcovo di Leſina in Dalmazia Prelato Domeſtico di Noſtro Sig. Papa Clemente XIII. e al ſuo Soglio Veſcovo Aſſiſtente.
Vidali Ill. Sig. Gianbattiſta.

LUBLINO.

Trembinski P. Raphael Societatis JESU. Polonus.

LUCCA.

Manſi Reverendiſſimo P. Giandomenico della Congregazione della Madre di Dio. *per Copie* 2.
Ubaldo Reverendiſs. P. D. Franceſco de' Nobili.

MACERATA.

Conſalvi Reverendiſs. P. Giovanni Evangeliſta Lettore di Teologia, della Congregazione Olivetana.
Corteſe Sig. Antonio Librajo. *per Copie* 2.

MANDONI.

Il Collegio de' RR. PP. Geſuiti.

MESSINA.

Tedeſchi Padr. D. Niccola Decano Benedettino Caſineſe.
Caſtillo Rev. Sig. D. Iſidoro Parroco di S. Giacopo all' Albergaria.
La Libreria del Collegio Primario de' RR. PP. Geſuiti.
di Stefano Reverendiſs. Sig. D. Pietro Paolo Can. Penitenziere della Protometropolitana.

MILANO.

Oltrocchi Illuſt. Sig. Don Baldaſſare Oblato di S. Ambrogio, e Carlo Bibliotecario dell' Ambroſiana di Milano. *per Copie* 2.

MODENA.

Zaccheria Reverendiſs. P. Franceſco Antonio Bibliotecario del Sereniſs. Duca di Modena. *per Copie* 2.

MONTARTON.

Caorlini Mol. Rev. P. Marino Priore Agoſtiniano.

MOREALE.

Teſta Monſ. Illuſt. e Reverendiſs. D. Franceſco Arciveſcovo di Moreale, e Inquiſitor Generale di Sicilia.

NEOCELLÆ.

Puell P. Reverendiſs. D. D. Philippus Nerius Can. Regul. Congregationis Lateran.

NAPOLI.

Colonna S. Ecc. D. Marcantonio Principe d' Aliano.
Geſſari Sig. Benedetto.
Elia Sig. Giuſeppe Antonio Librajo *per Copie* 2.
La Libreria de' RR. PP. di S. Maria in Portico.
Sig. Michiel Staſi Librajo.
La Libreria de' RR. PP. Certoſini di S. Martino.
Paoli Reverendiſs. P. Paolo Antonio della Congregazione de' Servi di Maria in S. Brigida di Toledo *per Copie* 3.
de Sia Reverendiſs. P. Abb. Gennaro.
Terres Sig. Domenico Librajo.
Zane Sig. Franceſco Librajo *per Copie* 12.

PADOVA.

Arrighi Illuſtr. Sig. Abb. Antonio Pubblico Profeſſore nell' Univerſità.
Carmelli Reverendiſs. P. Michelangiolo Pubblico Profeſſore nell' Univerſità.
Franceſconi Monſ. Ill. e Reverendiſs. Giulio Ceſare Canonico Teologale della Cattedrale.
Giroldi R. P. M. Vincenzo Maria del Terzo Ordine di S. Franceſco nel Convento di S. Valentino.
Leoni Reverendiſs. P. M. Fr. Franceſco Maria Pubblico Profeſſore nell' Univerſità, e Teologo de' Min. Conv.

PALERMO.

Barbaracci Rev. Sig. D. Gaetano Pref. degli Studj del Seminario Arciveſcovile.
Calvo Ill. Sig. Dottor Antonio Canonico della Cattedrale.
Clemente il R. P. Lettore Giubilato in ſacra Teologia, e Miniſtro Generale di tutto l'Ordine dei Min. Oſſerv.

La

La Libreria del Seminario de' Greci Albaneſi.
Fuſcia il Rev. D. Gaetano.
Lo Caſtro Ill. Sig. Dottor Serafino.
La Libreria del Seminario Arciveſcovile.
La Libreria de' RR. PP. Minimi Paolini.
Schiavo Ill. e Reverendiſs. Sig. Ab. Domenico *per Copie* 7.
Serio Reverendiſs. Sig. D. Franceſco Emungitore Parroco di S. Giacopo alla Marina.
Sinacori Ill. Sig. Dott. Gioachino.

PARENZO.

Negri Monſ. Ill. e Reverendiſs. Gaſparo Veſcovo.

PARIGI.

Molini Sig. Claudio Librajo.

PARMA.

Mazza M. R. P. M. e Lettore D. Andrea Monaco Benedittino Caſſinenſe.

PATTI.

Mineo Monſ. Ill. e Reverendiſs. Carlo Veſc.

PERUGIA.

Beghe M. R. P. M. Gianbattiſta, Eſprovinciale dell'Ordine de' Servi di Maria.
Briganti Sig. Dott. Tommaſo.
La Libreria de' RR. Monaci Olivetani.
La Libreria del Clero.

RATISBONA.

Foſter M. R. P. M. Frobenio Priore del Monaſterio di S. Emerano.

RIMINI.

Fanucchi. M. R. P. Priore Vincenzo in S. Giovanni Evangeliſta per la Libreria.

ROMA.

Binda M. R. P. Franceſco di Campitelli.
Barbiellini Sig. Eredi Libraj, *per Copie* 2.
Roiſecco Sig. Nicola Librajo, *per Copie* 2.
Stecchini P. D. Federico Decano Caſſ.

REGIO.

Foa Sig. Moisè Beniamino Librajo, *per Copie* 2.

ROTERDAM.

Illuſtris Vir Gherardus Meerman Reipublicæ Roterodamenſis Conſiliarius ac Syndicus, jamque Ordinum Generalium Fœderati Belgii ad Sereniſs. Magnæ Britanniæ Regem Legatus extraordinarius.
Reverendus Vir. Petrus Hoſſtede in Eccleſia Roterodamenſi Sacrorum Oraculorum interpres.

ROVEREDO.

La Libreria de RR. PP. Carmelitani.

SACILE.

Pelizza Ill. Sig. Ab. Polidoro.

S. SEPOLCRO.

Maſi P. Franceſco Mar. dalla Città di S. Sepolcro Lettore, e Predicat. Capuccino.

SIENNA.

Zaghi Nob. Sig. Giuſeppe.

SINIGAGLIA.

La Libreria dei RR. PP. Filippini.

SIRACUSA.

Requeſens Monſig. Giuſeppe Antonio Veſc.

SOPERGA.

Corte Rev. Sig. Abbate Giuſeppantonio della Reale Congregazione.

STYRÆ.

Collegium Societatis Jeſu.
Monaſterium Garſtenſe *Ord. S. Benedicti*

GLUNICENSE.

Conventus Ordinis Prædicatorum.
Holſmayr Joannes Ferdinandus Bibliopola. per 4.

TRENTO.

Santoni Reverendiſs. D. Franceſco Prof. di Filoſofia.

TREVISO.

Juſtiniani Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Paulus Franciſcus Epiſcopus Tarviſinus.
Bertoti Ill. Sig. Dott. Stefano.
La Biblioteca de' Canonici del Domo.
Michieletti Rev. Sig. D. Giovanni.

TURINO.

Berrardi Ill. Sig. Carlo Sebaſtiano Profeſſore delle Decretali nella Regia Univerſità.
Colombard Ill. Sig. Ab. Teologo di S. M. Sarda.
il Collegio Vecchio.
Loera Ill. e Rev. Sig. Abb. Profeſſ. delle Iſtituzioni Canoniche nell' Univerſità.
Matis..... Teologo Collegiato.
Morano Sig. Giorgio Maria Librajo, *per Copie* 2.
d'Orliè Ill. e Rev. Monſig. Gianbattiſta de' SS. Innocenti Veſcovo di Pinerolo, e e Prevoſto d'Oubc.
Paſini Monſ. Ill. e Reverendiſs. Sig. Ab. Giuſeppe Regio Conſigliere, e Bibliotecario della Regia Univerſità *per Copia* 2.
Villa M. R. P. Ignazio dei RR. PP. dell' Oratorio.

VELETRI.

Bottigli Ill. e Reverendiſs. Sig. Canonico D. Paolo Teologo di Sabina.

VENEZIA.

Abbi Ill. Sig. Vincenzo.
Albertis Ill. Sig. Dott. Giovanni Avvocato.
Albinoni Rev. D. Franceſco Cappellano delle Eremite.
Alciati P. F. Giancarlo Min. Oſſerv.
Anaſtaſi Ill. Sig. Ab. Girolamo.
Baglioni Eredi.
Bergantini M. R. P. M. Giuſeppe Giacinto Bibliotecario de' Servi di Maria.
Biaſiati Ill. Sig. Antonio.
de Bonis M. R. P. M. Giantommaſo.
Bortolati Reverendiſs. Sig. Dott. D. Nicolò.
Breſeghel Rev. D. Gianbattiſta.
Calegari Reverendiſs. D. Tommaſo Pievano di S. Samuello.
Cherubini Rev. Sig. D. Giuſeppe.
Civetta Ill. Sig. Ab. Antonio.
Calpeſtri Rev. Sig. Antonio.
Contarini S. E. Ab. Pietro.
Corner S. Ecc. Niccolò.

Cre-

Creſtini Reverendiſs. Sig. Dott. D. Antonio,
Donà S. Ecc. Vincenzo Avogador.
Donati Rev. Sig. D. Giovanni.
Donegati Rev. Sig. D. Vito Modeſto.
Foſcari S. Ecc. Franceſco Bailo in Coſtantinopoli.
Franzoni Ill. Sig. Antonio.
Gabrielli Monſ. Ill. e Reverendiſs. Alviſe Veſcovo di Famagoſta.
Galetto Rev. Sig. D. Franceſco.
Ganaſſoni P. D. Andrea Benedetto Monaco Benedittino Caſſinenſe Bibliotecario in S. Giorgio Maggiore.
Giandolini Rev. Sig. D. Antonio.
Giuſto S. Eccell.
Granzotti Rev. Sig. D. Gianbattiſta.
Gritti S. Ecc. Giovanni.
Guanelli Rev. Sig. D. Sebaſtiano.
Guglielmi Rev. Sig. D.....
La Libreria de' RR. PP. di S Domenico di Caſtello.
Lombardi P. Girolamo Geſuita.
Mantoani Sig. Bartolameo.
Mazzucco P. D. Giuſeppantonio Mon. Benedet. Caſin.
Milia R. P. M. Spiridion Predicatore, e Vicario de' Greci.
Moroſini S. Ecc. Lorenzo Proc. e Riformat. dello Studio di Padova.
Moro S. Ecc. Abb. Franceſco.
Negozio Pezzana.
Novelli Sig. Gianbattiſta Librajo, *per Copie* 5.
Occhi Sig. Simone Librajo, *per Copie* 6.
Olivieri Ill. Sig. Giuſeppe.
Paſquali Sig. Gianbattiſta Librajo *per Copie* 8.
Piſani S. Ecc. Marco Andrea.
Pivoto Rev. Sig. D. Antonio.
Poli Reverendiſs. Sig. D. Antonio Pievano di S. Margherita, e Canon. di S. Marco.
Polimero Sig. Paolino. *per Copie* 6.
Raimondi Rev. Sig. D. Giuſeppe.
Recurti Sig. Gianbattiſta Librajo.
Rezzonico S. Eccell. Don Lodovico Cavaliere.
Riva S. Ecc. Vincenzo.
de Rubeis M. R. P. Bernardo Maria dell' Ordine de' Predicatori.
Salzapi Sig. D. Vito.
Samartini Reverendiſs. P. M. Antonio Maria Bibliotecario e Provinciale de' Min. Conv.
Sandi S. Ecc. Vettor.
Santi Sig. Giacomo.
Seriman Ill. Sig. Abb. Zaccheria.
Schiopalalba Rev. D. Gianbattiſta.
Speroni P. D. Arnaldo Decano Caſſinenſe, e Maeſtro de' Novizj in S. Giorgio Maggiore. *per Copie* 2.
Svajer Mol. Ill. Sig. Amadeo.
Talù Reverendiſs. Sig. Dott. Spiridion Cancelliere di Monſ. Patriarca di Venezia.
Tarma Rev. Sig. D. Gianbattiſta.
Taſſis S. Ecc. Leopoldo Ottavio Conte del S. R. I. della Torre di Valſaſina, e Cameriere delle Chiave d'oro, Conſigliere di Stato di S. M. Ceſ. e Generale Ereditario delle Poſte Imperiali nel Sereniſs. Dominio Veneto.
Tazioni Rev. Sig. D. Giuſeppe.
Tedeſco Rev. Sig. D. Giuſeppe.
Terzi Rev. Sig. D. Giuſeppe.
Tonellati Rev. Sig. D. Giovanni.
Valſechini Rev. Sig. D. Biagio.
Valvani Ill. Sig. Giannandrea.
Venerandi Rev. Sig. D. Santo.
Venturini P. D. Stefano Mon. Bened. Caſin.
Volvazzi Rev. Sig. D Agoſtino.
Zanchi Rev. Sig. D. Giovanni Secondo Prete Titolato in S. Margherita.
Zapella Rev. Sig. D. Criſtoforo.
Zeno S. Ecc. Sebaſtiano.
Zitti Sig. Giacopo.
Zocco Rev. Sig. D. Giacopo.

VERONA.

Baleſtra P. D. Rafaello per il Ven. Monaſtero di S. Nazzaro.

VICENZA.

Triſſino Ill. Sig. Conte Parmenione, per la Libreria Bertoliana.

VIENNA.

Lenebenberg Chriſtianus Heinrieg Sac. Rom. Imp. Liber Baro Conſiliarius Imperialis Aulicus.
Zappata, S. Ecc. Criſtoforo Enrico de Ciſneros Conte de Baraje. *per Copie* 12.

IN MORAVIA.

Il Venerabile Convento de' RR. PP. Minoriti di Bruna in Moravia.
Hennet Reverendiſs. ed Ampliſs. Sig. D. Bernardo, Ab. dell' Antichiſſimo Monaſterio del Sagro, ed eſente Ordine Ciſtercienſe di Saar, Viſitatore, e Vicario Generale di queſto S Ordine per la Boemia, Moravia, ed Alta, e Baſſa Luſazia, e Prelato del Marcheſato di Moravia.

VITERBO.

Roſſi M. R. P. Fr. Pacifico Min. Conv.

ULMA.

Gaum Sig. Giovanni Federico Librajo *per Copie* 7.

ZARA.

Caraman Monſ. Illuſtriſs. e Reverendiſs. Matteo Arciveſcovo.

CORRETTORI DELLA SUDDETTA OPERA.
Il Rev. Padre Maeſtro Spiridion Milia, Vicario, e Predicatore della Nazion Greca,
Ed il Sig. Antonio Zili.